INSTITUTIONES IURIS CIUILIS, IUSTINIANI MAGNI IMPERIO PER YRIUMUIROS...

Digitized by Google

BIBLIOTECA NAZIONALE VITT. EMANUELE
71
3 B
27

H-H. D. 6

Cat. Rom. Soc. Iesu cat. inscr. Biblio. ...

INSTITVTIONES

IVRIS CIVILIS, IVSTINIANI Magni imperio per Triumuiros Tribonianum, Dorotheum, ac Theophilum conſcriptæ: & Fr. Accurſii gloſſis illuſtratæ.

FONTES IVRIS CIVILIS: IDEST NVMAE Pompilij, ac XII. Tab. Leges.

Appendiculæ gloſſarum Accurſij magna ex parte doctiſſimorum hominum ingenijs ac diligentia renouatæ: quarum index proprius eſt conſtitutus.



E bibliotheca M. Antonij Mureti.

M. D. XXXXXV.

BIBLIOTECA NAZ. VITTORIO EMANUELE ROMA
A-4.D.6.

Aegidii Perrini Arremarenſis in Iuſtiniani vitam, ad clariſsimum virum Ioannem Raguyerum Abbatem Arremarenſem, Epiſtola nuncupatoria.

BIBLIOTECA NAZ. ROMA VITTORIO EMANUELE

IVſtiniani principis res geſtas memoratu dignas, in diuerſis ſparſas authoribus, ſumma vigilia, curáq; nuper à nobis collectas, & in vnū veluti faſcem compreſſas, tibi offerimus (clariſsime vir) vt & ipſius Imperatoris, & eorū quibus cū illo, vel interceſsit amicitia, vel efferbuit bellū, varios mores, ingenia, affectus, vitia, religionē, variaſque virtutes contemplari queas, atque adeo, vt rerum omniū memorabilium per id temporis geſtarum multiplici notitia mentem recrees. Magna enim te hiſtoriæ oblectatione (vt cæteras tuas virtutes omittam) teneri in cōfeſſo eſt. In quas ego totus iampridē incubuiſſem, niſi earum prædicationi vnicam tuam reluctari modeſtiam ſubinde viderem. Quæ huiuſmodi certe eſt, vt cū laudanda libenter facias, ea tamen feciſſe te non libenter audias. Ab his igitur (quoniam ita velle te haud dubie ſcio) pridēs faceſſo, ſimúlque te oro, vt ſi quando labor hic noſter, quem tua ſuſcepi cauſa, inuidæ multitudinis iudicio eleuatus, mordicus à detractoribus impetatur, qđ vitare nemo me hercule poterit, niſi, qui nihil omnino ſcribet: eius tu in primis aſſertor mihi ſis, atq; propugnator. Vale.

Iuſtinianus Iuſtini ex ſorore nepos.
Iuſtinianus Suarii filius.
Iuſtinian. à Iuſtino imperatore adoptatus.
Declaratus iuſtis. locus.
Iuſtinianus quando regnare cœpit.
Ammonius mona

IVſtinianus maior, Iuſtini primi ex ſorore nepos, genere Thrax ignotis parentibus & obſcuris natus, maiores nullos habuit claros, ſed vel armentarios tantum, vel ſuarios. In pueritia Iuſtini auunculi, ex boū cuſtode gregarij militis facti, ſatelles fuit pediſſequus, hinc Iuſtino ex gregario ad Imperatorium culmen fraude ſublato, per omnes dignitatum honores gradatim aſcendens, ab eo eſt ad prætorij præfectu ram euectus, conſúlque deſignatus. Nono autem Imperij anno Iuſtinus eundē adoptauit primum, dein conſortem Imperij fecit: & quarto poſt menſe deceſsit. Quo vita functo, Iuſtinianus Imperauit ſolus. Non ergo naturalis Iuſtini filius fuit Iuſtinianus (vt voluit gloſſ. in Procœmio Inſtitutionum, & alius quidam non indoctus) ſed adoptiuus ſolum. & ita intelligi debet. tex. in. §. eſt & aliud. de dona. & in §. pen. quibus non eſt permiſ. fa. teſt. Inſti. ciuil. Inciderunt autē Iuſtiniani principatus primordia in eum, qui quintus & viceſimus fuit ſupra quingenteſimum humanæ ſalutis annum. Quo autem auſpicio ad Imperatoriam peruenerit dignitatem, ſcribit Ammonius monachus lib. ij. vbi multa narrat, quæ à fide hiſtorica mihi videntur prorſus aliena, atque in primis Iuſtinianum ipſum poſt acceptum Imperium vulgare ſcortum ſibi matrimonio copulaſſe, & ob id in grande ſuorum procerum odium incidiſſe, ac pleroſque ex capitali ſententia dānaſſe. Duas habuit vxores, alteram Antoninam, ſi Ammonio credimus. Antoniæ Beliſarij vxoris ſororem, quam priuatus in delitiis habuerat concubinam. Alteram vero Theodoram, cuius ab eo frequens fit in autenticis mētio, & huius meminerunt pleriq; omnes præter Ammonium, hiſtorici, qui de Iuſtiniani rebus ſcripſere: nihil tamen hic penitus liberorum ex duabus reliquit vxoribus præter vnicam filiam Iuſtini iunioris matrem. Nec mirum, vſu enim ſæpe venit quemlibet prope illuſtriū virorū, aut ſine liberis interire, aut tales plerunque filios habere, vt melius fuerit rebus humanis conſultum, ſi ſine poſteritate deceſsiſſent. Sed vt propoſitum repetamus opus, plurima certe & maxima bella non ſuo, ſed legatorum ſuorum marte geſsit Iuſtinianus. Nam per Mundum, ſui exercitus ducem, Dalmatiam inuaſit, & Solonam vrbem munitiſsimam vi cepit, in qua victoria Mundus ipſe cum filio occiſus eſt. Mauros quoque Aphricam infeſtantes ductu Ioannis præfecti ſui oppreſsit: inde Beliſarium patritium hominem Græcum, militaris diſciplinæ peritiſſimum, in Perſas rebelles eum exercitu miſit, quos ille breui deuicit, & iotera Imperii Roman. toto Orienti aſſeruit: Beliſarium cum victoria redeuntem, & aureo curru triumphantem, magna lætitia Iuſtinianus excepit, idemque dux triumpho in-

Ammonius à fide hiſtorica alienus.
Iuſtinian. meretricē duxit vxorem.
Iuſtiniani vxores duæ.
Antonina Iuſtin. vxor.
Theodora Iuſtin. vxor
Iuſtin. vnicā habuit filiam.
Magni plerunque viri filios habuere inutiles.
Mundus dux Solonam capit.
Ioan. præfectus Mauros opprimit.
Beliſarius Patricius Perſas vincit
Beliſarius triumphat aureo curru.

ſignis, & bello clarus in Aphricam mox profectus, Vãdalorum gentem deleuit, & Gilimerem eorum regem vi cepit, cateniſque aureis vinctum (quòd ferro ligatum eum ſe non ducturum promiſiſſet) Conſtantinopolim vna cum ſorore, & regia familia in triumphum egit, Anno lxxxiij. vt ſcribit Volater. vel vt Pau. diaconus vult. xcvj. ex quo Genſericus in Aphricam primum ingreſſus eſt. Cum autem ad conſpectum Imperatoris veniſſet, iuſſuſque eſſet rex adorare Iuſtinianum, fertur eum pleno ore ſemper riſiſſe, atque interrogatum, dixiſſe ridere ſe fortunæ humanæ viciſsitudinem, vt qui modo Rex fuiſſet, iam ſeruiret. Hic Beliſarij triumphus maior fuit, quam Perſicus: & pretioſior. Supellex enim Regis diſtincta auro lapilliſque & margaritis, ac ſeptem vaſa auro plena, & nonnulla gemmis in triumphum acta ſunt, vt ſcribit Pomponius Lætus, in rebus Gotthicis. Poſt hæc Aphricam repetens, Vandalos redintegratis viribus bellum renouantes, Iuſtiniano ſubditis, ac penitus deleuit: interfecto eorum rege Guntarith ſub pacis dolo (Nam dolus an virtus, quis in hoſte requirat?) victor inde Romam reuerſus, crucem auream librarum centum pretioſis gemmis ornatam, in qua res ab eo geſtæ celatæ fuerunt, diui Petri Baſilicæ obtulit. Hic Vandalorum finis fuit, anno videlicet quinto ſupra centeſimum, ex quo Aphricam primum occupauerunt, vt ipſemet Iuſtinianus ſcribit in lege. j. in princip. C. de offic. præf. præ. Aphric. & in proœm. Inſtitut. §. j. cum ait, Poſt tãta temporum ſpatia. Quamuis Procopius dicat Vandalorum finem fuiſſe capto Gilimere. quod verum eſſe non poteſt: cùm poſtea, vt diximus, vires ipſi redintegrarint. Ob quas tam inſignes victorias memorabile illud tẽplum, quod ἁγίαν σοφίαν Græci vocãt, id eſt, ſanctam ſapientiam, CHRISTO optimo maximo. Eſt enim Chriſtus patris ſapientia, Conſtantinopoli incomparabili magnitudine conſtruxit. Condidit & ſanctũ Paulum: locum nutriendis pupillis, vt refert Suidas, dicatum. His Iuſtiniani ſucceſsibus perculſus Theodatus Gotthorum Rex, per legatos conatus eſt bellum, quod ei à Iuſtiniano imminebat, deprecari. Nam cum Amalaſiunta mulier cordata, & Iuſtiniano confœderata, mortuo Atalarico, eius filio Gotthorum rege adhuc impubere, eum in regno ſocium aſciuiſſet, iſque beneficij collati immemor ipſam iuſsiſſet necari, audita Iuſtinianus eius morte, graui mox in Theodatum exarſit iracundia. Sentiens ergo Theodatus ſibi infenſum eſſe principem, apud eum factorum impunitatem impetrare adnixus eſt, nec eam obtinuit: ſuiſſetque ei continuo bellum illatum, ſed vt ſine maiore Italiæ motu ea res conficeretur, legati in Galliam miſsi ſunt à Iuſtiniano ad Clodomirum Francorum regem, qui magnis muneribus datis facile obtinuerunt, vt Theudebertus alij Theodebertũ vocant, eius neceſſarius ex Narbo. Gallia nihil moueret, dum in Italia bellaretur. Hac igitur cura leuatus Iuſtinianus, conceptas contra Theodatum belli vires in Vitigem, Theodato interim è medio ſublato, conuertit: & Beliſarium ad liberãdam Italiam contra Gotthos mittit: qui Neapolim primum vi cepit, hinc Romã cum exercitu volente populo ingreſſus, varia belli fortuna cum Vitige ſæpe conflixit: ac tandem eum apud Rauennam cum vxore, liberis, præcipuiſque Gotthorum proceribus, ac magna vi auri atque argenti captum, ad Iuſtinianum Conſtãtinopolim deduxit. Narrant hiſtoriarum ſcriptores, atque in primis Procopius, Theudebertum francorum regem fœderis cum Iuſtiniano prius icti, vel immemorem, vel potius violatorem, huius belli initio octodecim Burgundiorum milia in Vitigis auxilium miſiſſe: quem Vitigim cum Beliſarius viciſſet, Francos quoque ipſos belli ſocios & auxiliares viciſſe creditur. Adde quod idem Theudebertus Francorum Rex, vt ſcribit Procopius, cum ſexaginta hominum milibus vel vt Volaterranus, Theodericus huius Theudeberti pater cũ armatorũ milibus octoginta, in Italiam poſtea veniens, & Gotthorũ & Beliſarij copias improuiſo impetu diſsipauit, & mox cum pabuli penuria in varios languores inciderent, vt eſt Gallorum fatum, Italiam infeſto agmine petentium, cum paucis eſt in Galliam reuerſus, dimiſsis in Italia Bucellino & Amingo ducibus, qui & ipſi aliquanto poſt tempore à Narſete ſuperati & occiſi cum reliquo exercitu in Italia fuere: vt ſcribunt Antonius Sabell. Procopius, & Paulus Diacon. Ob quas victorias Iuſtinianus forſan ſe Francum vocat: quanquam Ioannes Faber haud ſatis hiſtoriæ gnarus, in proœmio Inſtitutionum ciuilium, non de noſtra, ſed Germaniæ Francia Iuſtinianum cognomento Francum dici falſo putat. Nam ante tempora Clodouei ipſius Theudeberti, aut Francos ipſos Sicambricos, ſeu (vt Faber vult) Germanicos, & in penitiorem commigraſſe Galliam, eamque totam fere occupaſſe: nemo vel mediocriter doctus ignorat. Procopio adſtipulatur Blondus Forliuienſis de inclinatione Imperij Romani, Francos à Iuſtiniano victos eſſe aſſerens. Ad hæc Regino Monachus libro annalium primo author eſt

Vandali funduntur à Beliſario.

Gilimer Rex catenis aureis vinctus.

Gilimer Iuſt. adorare iuſſus, pleno ore ſemper ridet.

Fortuna humana vices.

Beliſarij triũphus.

Guntarith vincitur.

CV. annos Vandali Aphricã occuparũt.

Procopius.

Sophia tẽplũ à Iuſt. conditum.

Sanctus Paulus.

Theodatus Gott. rex.

Amalaſunta necatur.

Cauſa odii Iuſtini. in Theodatũ.

Clodomirus hic rex erat Aurelianorum, filius Clodouei regis primi Frãcorũ Chriſtiani.

Theudebertus rex Durenſium & Galliæ Narbonenſis, Clodouei ex fratre nepos.

Vitiges Gottho rum rex.

Vitiges à Beliſario captus in triumphũ agitur.

Theodebertus fœdifragus.

Theodericus Clodouei filius.

Franci Gotthos ſimul, Græcoſque fundunt.

Bucellinus Amingus Franci à Narſete ſuperati.

Francus Iuſtinianus quare dictus.

Ioannes Faber neſcivit hiſtorias.

Franci Galliam occuparunt ante tempora Clodouei.

Blondus hiſtoricus.

Regino monachus

Narſes.

Narſetem Iuſtiniani patricium, cum Bucellino & Amingo Theudeberti Francorum Regis ducibus (qui Italiam deprædabantur) pugnaſſe, eóſque interfeciſſe. Regioni ſubſcribit Ioannes Tritemius de origine Francorum, & ipſe etiã Ammonius, ac Mattheus Palmerius Florentinus in Chronico, eoſdem Francorum Duces prope Tarentum fuiſſe à Narſete oppreſſos affirmans, vel vt Rapha. Volater. ſcribit apud Cannetum Campaniæ oppidũ. Scribit Procopius in libro ſecundo de bello Gotthico, Beliſarium in huius belli initio hæc ad Theudebertum ſcripſiſſe. Satius eſt ſecure ſua vt quiſque poſsideat, quam dum aliena nimium appetit, de ſuis rebus periclitetur. Superato Vitige, Gotthi, qui per Italiam remanſerãt, abſente Beliſario, regem ſibi eligunt Totilam, magni animi virum, qui confeſtim Florentiam obſeditſed a Iuſtiniani ducibus (quos Beliſarius in Italia dimiſerat) repulſus eſt: qui cum paruo interdicto tempore Neapolim cepiſſet, Beliſarius ad curam belli Italici rurſus à Iuſtiniano delectus, in Italiam reuerſus eſt. Interim Totilas Rex, Italiæ ciuitates multis cladibus direptionibúſque afflixit, Romámque infenſo agmine ingreſſus diripuit, incenditque: & partem murorum euertit, ciuéſq; varie tractauit, & vrbem penitus deſolatã, ac ſine vllo habitatore reliquit. Narrat Procopius Romã xl. diebus in ſolitudine fuiſſe, & tredecim eniſe flammã. Pari crudelitate Florentiã in Hetruria ſolo æquauit: quibus cladibus Dei flagellum cognominatus eſt, vt ſcribit Raphael Volaterranus in Geſtis Gotthorum. Verum Platina in Leone primo non hunc, ſed Attillam flagellum Dei vocitatum eſſe vult. Blondus Forliuienſis de inclinatione Romani Imperij author eſt capta à Totila vrbe Ruſticianam nobilem mulierẽ, Romæ inter mendicãtes inueniam, in iudicium à Gotthis fuiſſe arreptam, quod Thedorici Regis ſtatuas frangi feciſſet, in patris ſui Symmachi & Boeſij coniugis vltionẽ, qui Theodorici iuſſu fuerant interfecti, de facto nihil ambigebatur. Cæterum mulieris pietas, & amor in defunctos plus valuit apud Totilam, quam regia maieſtas, abſoluta à rege eſt. ac ne qua vis illi fieret, diligenter cautum. Scribunt Procopius & & Petrus Crinitus, Beliſarium ad Totilam (cum is de euertenda vrbe Romana cogitaret, vt eum à tam infando conſilio deflecteret) literas his verbis miſiſſe, Si hoc bello victoria ad te declinabit, Romamque deleueris: rem haud ſane alienam, ſed tuam perditum ibis: ſin victus eris ſeruata vrbe gratias immortales, deleta vero humanitatem nullam à victore expectare debes, Vale. Quam quidem epiſtolam refert Procopius, Totilam ſæpe perlegiſſe, æquoque animo eius admonitionem accepiſſe, & ab incœpto diruendæ vrbis operæ deſtitiſſe. Verum cum media iam plus parte deflagraret, tota fere incendio conſumpta eſt. vnde & Francorum rex Totilæ eius filiam obnixius vxorem petenti, nuptui dare noluit: quod diceret eum non eſſe Italiæ regem qui Romam rerum dominam, & Italiæ caput incendiſſet. Beliſarius autem Romam deſolatam protinus occupat, & incredibili celeritate muniuit. Septem enim & viginti dierum ſpatio, foſſa, vallis, propugnaculis, omnifariamque munitionibus, aduerſus omnem vim extrariam, hoſtilemque impetum, ipſam vrbem inſtruxit: Totilamque iterum reuertentem magna vi repulit: quem ſi fugientem Beliſarius fuiſſet perſecutus, Gotthicæ victoriæ laudem Narſeti ademiſſet, poſt cuius digreſſum claues vrbis Conſtantinopolis ad Iuſtinianum miſit, vt ſciret vrbẽ iterum à ſe in libertatem eſſe aſſertam. Denique cum imparẽ viribus ſe eſſe cerneret, nec fortuna (quæ ab initio fuit) perſeueraret, per Antoninam vxorem, quam ipſe præmiſerat, à Iuſtiniano miſſionem impetrauit, vt ſcribit Procopius. Alij à Iuſtiniano reuocatum ferunt ob falſam affectati Imperij ſuſpicionem, quod ſcilicet Vitige capto, Gotthi ei omnes regnum Italiæ obtuliſſent: quod tamen, vt ſcribit Procopius, omnino recuſauit: vtcunque res habeat, conſtat hercle eum poſt multas victorias, & peractos triumphos, exitum tandem habuiſſe magnis plerunque viris, & optime de Republica meritis communem. Nam Iuſtiniani iuſſu, ſiue Triboniani eius cancelarij, cuius prima apud ipſum principem erat Authoritas, odio, quin potius inuidia ſeu veteris (vt dixi) belli ſuſpicione excæcatus eſt, eidemque oculi crudeliter exemptis: qui tam graui, tamque iniqua oppreſſus fortuna, tuguriolum ſibi prope viam conſtitui fecit, in quo reliquum vitæ tranſiret, victum quæritans: & hoc ſubinde prætereuntibus dictitans: Date ſtipem Beliſario, quẽ rerum proſpere geſtarum magnitudo extulit, inimicorũ inuidentia excæcauit. Hæc Procopius & Petrus Crinitus. Ammonius vero monachus ſcribit reuocatũ quidẽ à Iuſtin. per inuidiã fuiſſe Beliſa. ac patriciatus dignitate priuatũ, qui cũ priuatã agens vitã, xij. milia hominũ ſemper ſecũ haberet, Iuſtinianũ Imperio à Floriano deiectum reſtituit: atq; ob id in Iuſtiniani gratiam eũ rediiſſe, Italiamq; denuo cum exerci-

Ioannes Tritemius Mattheus Palmerius.

Frãci apud Cannetum victi à Narſete.

Beliſarij ad Theudebertum epiſtola.

Totilas Gotthorũ rex.

Totilas Italiæ ciuitates cladibus afficit. Roma incenditur à Totila.

Roma ſine vllo habitatore relicta.

Totilas flagellum Dei cognominatus.

Florentia ſolo æquata.

Ruſticiana Boetij vxor, Romæ inter mendicantes inuenta.

Theodoricus Gotthorum rex.

Symmachus Theodorici iuſſu occiſus.

Boetius philoſophus & Senator Romæ.

Beliſarij ad Totilam epiſtola.

Roma rerum domina.

Romam Beliſarius mira celeritate inſtaurat.

Beliſarius miſſionem impetrat.

Gotthi Beliſariũ regem facere voluerunt.

Solent magni viri miſerabilem plerunque exitum habere.

Beliſarius excæcatus.

Beliſarius ſtipem à prætereuntibus petiit.

Beliſariũ virtus extulit, imprudentia excæcauit.

tu aduerſus Frãcos petijſſe, & ad poſtremum cum paucis cõtra mulros, Francos fortiter magis, quam prudenter præliantem occubuiſſe. Et qui multarũ ſub triumpho gentium captiuos abduxerat reges, à Francorum legato victũ, vita ſimul & nominis ſui gloria ſpoliatum eſſe. Qua in re tantum abeſt, vt Ammooio accedam, vt oihil minus credam. Veri enim mihi ſimile noo eſt Beliſarium à Iuſtiniaoo reuocarum, belli miſsionem turpiter ac ignomioioſe paſſum, omnibuſque dignitatibus priuatum, duodecim milia hominum alere, vel conſueuiſſe, vel potuiſſe, vt pote, cui ex facultates vix eſſe poteraot, vt tãtum hominum toleraret, nec ſi tantæ fuiſſent, permiſiſſe Iuſtinianum credam. Fuit autem Beliſarius vir alioquio militaris diſciplinæ peritiſsimus, tanta ad hæc comitate, quaota dux illius ætatis, quod ſciam, oullus: iuxta diuiti ioopique comis, faciliſque ſemper occurreret. Exegit hic à militibus ſeuere abſtineotiam, vt oe ex humili quidem plebe paterentur violari quenquam, oec militaribus vijs ex arboribus fruges pomáve temere decerpi. Hæc diſciplinæ militaris ſeueritas præclaras illi peperit victorias. Quid enim victoriarũ ab inſolenti milite, quales hodie ooſtrates omnes fere videas, conſequi poſsis? Porro ſubuerſa militiæ diſciplioa, cũ id militi licuit quod libuit, nihil expectari poteſt aliud in caſtris, quam ſeditio, quam pauor, fuga, ſeruitus, & iniectum ceruicibus iugum. Iam & io eo oon paruũ bellicæ virtutis exemplũ extitit Beliſarius: quod octo circiter Græcorũ milia, eius ductu ducenta fere Gotthorum milia ex Italiæ poſſeſsione propemodũ deiecerunt. Et cum bello talis eſſet Beliſarius, religio pietaſque præcipue illi curæ fuit. Iotulit enim ex Vandalorum, vt diximus, manubijs crucem auream ceotũ pondo, gemmis diſtinctam beati Petri templo, Ceroſtrata item duo magni pretij. Aedificauit ære ſuo xenodochia duo. Fanum quoque vnum, prædijſque ditauit: de cuius laudibus ita ſcribit Suidas, Beliſarius dux corporis, tum pulchritudine, tum proceritate ac faciei formoſitate facile omnes ſuperabat: facilem & acceſsibilem vnicuiq; ſe præbens alloquturo, adeo vt pauperi & inglorio cuique ſimilis eſſet. Amor eius in milites, & agricolas inexpugnabilis: in milites quidem, omnium maxime ſui temporis dona largiebatur: in agricolas tanta parcimonia ac prouidentia vtebatur, vt bellante Beliſario, nullum vnquam violari contigerit. Vendebantur enim ab ipſis omnia venalia iuxta ſententiam, ſegetibus vero florentibus diligenter cauebat, ne alicuius præteriens iumentum eas depaſceretur, Fructus autem in arboribus maturos existentes nulli omnioo tangere licebat: fuit inſuper prudens & valde fortis. Et in Beliſario hæ quidem fuere virtutes. Cæteri Iuſtiniani, præter Narſetem, duces, qui poſt illum in Italia exercitum habuerunt, multo inferiores habendi conſilio, comitate, abſtinentia: quo cõtigit, vt breui cum ipſo duce belli quoque fortuna ſit mutata. Alij dicunt non dignitate priuatum Beliſarium, ſed fama belli Parthici (quod imminere videbat Iuſtinianus) ab eo à rebus Italicis in Græciam reuocatum, idque Pompooius Lætus, & Anto. Sabel. literarum mooumentis tradidere. Eo autem in Græciam abſcedente Germanus patricius Iuſtiniani Auguſti frater patruélis vir impiger, & militari diſciplina clarus, contra Totilam (qui abſente Beliſario Romam receperat, & eam inſtaurare ciueſque reuocare ſtudebat) miſſus, io Illyria morbo occubuit: io cuius locum Narſes eunuchus à Iuſtiniano ſuffectus, Totilam primum, deinde Theiam reges ſuperauit & occidit. Valebat hic Narſes plurimum gratia apud Auguſtum, adminiſtrabátque eius aulam arbitrio ſuo vir ad omnia virtutis opera natos, magnus quidem conſilio, ſed religione ac pietate maior, q multo plura ſit votis cooſecutus, quam vi & armis. Iuſtinianus haud multo poſt quam Italia à Gotris, à Vãdalis vero Aphrica armis vindicata eſt, atque adeo poſtquam omnis Libya Romano Imperio reddita, multáque præterea ab eo interim bella feliciter geſta, vt eius gloria domi iuxta foriſque cõſpicua eſſet, ad ciuilem Reipublicæ ſtatum in primis reparaodum animum appulit, & immenſam legum coogeriem ad communem ſtudioſorũ vſum in breuem coactauit formam: cum incondita prius & ſparſa ciuilis illa iuris corpulentia obrueret magis adoleſcentum ſtudia, quam inſtrueret. Nam ad duo fere milia librorũ volumioa io quinquagiota libros digeſſit, horum congeſtum Digeſta appellaot, ſunt qui Paodectas vocent, quòd iuris ſcientiæ omnimodam contineant doctrioam. Edidit & Epitomen legum partitus materiam, alioquin vberrimam in quatuor libros, Inſtitutiooes paſsim vocaot. Nouas quoque leges, quas ipſe ſtatuerat, in voom Codicem redegit, Nouellamque nuncupare voluit: hodie Voluminis nomen ſibi vendicat. Omoes dein Principum conſtitutiones, quæ in multis ſparſim voluminibus habebantur, in duodecim cootraxit libros: Iuſtiniani Codicem volgo ouncupant. Ex prædictis igitur palam eſt Iuſtinianum Imperatorem, primum quidem omniom poſt adeptum ab eo Imperium, bella io Gotthos Vandaloſque geſsiſſe, atque his proſpere confectis, immenſa veteris prudentiæ volumina,

Beliſarius Iuſtinianũ in regnum reſtituit.

Beliſariũ à Frãcis occiſum ſcribit Ammonius monachus.

Beliſarij laus.

Militum diſciplina ſub Beliſario maxima.

Beliſarij religio & pietas.

Germanus patricius Iuſt. frater patruelis.

Narſes eunuchus.

Totilas à Narſete vincitur.

Theias occiditur.

Narſetis laus.

Narſes plures votis quã armis eſt conſecutus.

Iuſtinianus leges in epitomẽ redegit.

Duo milia librorũ leges olim cõtinebant.

Digeſta.

Pãdecta.

Inſtitutiones.

Nouella.

Volumen.

Codex Iuſtiniani.

Iuſtinian. prius bella geſſit deinde iura digeſſit.

mina, in Epitomen redegiſſe: id quod ipſe teſtatur in Prœmio Inſtitutionum. §. Quorum vtranque. ibi, Poſt tanta temporũ ſpatia. & in. l. ij. in principio. ibi, poſt bella enim Parthica &c. C. de veteri iure enucleaodo. & in. l. j. §. merito igitur. C. de Iuſtiniano Codice confirmãdo. Nec obſtat. C. de emẽd. codi. du. Iuſtin. in principio. §. igitur. vbi Accurſius aſſerit Iuſtinianum leges prius emendaſſe, quam arma tractaſſe.

Accur. lapſus.

Nam licet in ipſo Imperij ſui initio leges antea ſparſas in vnum corpus colligere propoſuerit, cœperitq; bellis tamen variis ab inſtituto auocatus, nihil ille perfectum aut abſolutum reliquit, præter veterem illum Codicem quem finitis poſtea bellis, ſubſtituto illi nouo Codice penitus abrogauit.

Codices duos fecit Iuſtinia.

Et hunc quidem in digerendis iuris voluminibus ordinem ſeruauit. Nam antequam bella gereret Iuſtinianus, Codicem illum, qui à nobis nunc deſideratur, ex tribus veteribus, Gregoriano ſcilicet, Theodoſiano, & Hermogeniano codicibus edidit: dein bellis ab eo geſtis, ex multis legum millibus quinquaginta Digeſtorum libros contraxit. Tertio Inſtitutiones ciniles: inde eum, qui hodie circunfertur, Codicem diuulgauit, ac demum Nouellas ſeu paruum, quod vocant, volumen in lucem emiſit, vt recte ſcripſit Accurſius in Prooemio Inſtitutionum. §. j.

Ordo librorum iuris.
Codex vetus.
Digeſta.
Inſtitutiones.
Codex nouus.
Nouella.

Hæc de iuris ſtructura à Iuſtiniano compacta Pomponius Lætus, cæterique pene omnes hiſtoriarum ſcriptores memoriæ prodiderunt. Addunt Anton. Sabel. & Platina in Bonifacio. ij. Iuſtinianum ipſum non modo iura condidiſſe, ſed de Chriſti quoq; Incarnatione piè ſimul & eleganter ſcripſiſſe.

Iuſtin. ſcripſit de Incarnatione.

Cæterum tantum abeſſe putat Suidas Græcus iura à Iuſtiniano fuiſſe condita, vt eum ne elementarium quidem fuiſſe, ſed prorſus analphabetum ſcripſerit.

Iuſtinianus inter porcos genitus & educatus.

Quod ſi ita habet res, fieri me hercle non poteſt, vt homo ignariſſimus, & qui ne abecedarias quidem nouit literas, tot veterum Iuriſconſultorum ſcripta intellexerit: totque leges callere, & in ordinẽ redigere potuerit. Conſequens igitur eſſe dicemus, non Iuſtinianum (vt pote literarum omnino expertem, iuriſque ciuilis prorſus imperitum, inter porcos & armenta genitum, natum, & educatum) ſed Tribonianum eius quæſtorem, virum doctiſſimum Pandectarum fuiſſe totiuſq; iuris architectum: quod & ipſe in prooemiis Inſtit. Digeſtorumq; plane teſtatus eſt.

Tribonianus iuris architectus.

Multum itaq; debet, cũ in rebus bellicis Iuſtinianus Beliſario, Narſeti, Ioanni, ac Mundo inclytis belli ducibus: tum vero in ciuilibus Triboniano, Dorotheo, ac cæteris eiuſdem farinæ viris, qui ipſius Iuſtiniani gloriam domi militiæque famigeratam reddiderunt. Nam cũ nulli vnquam interfuerit bello, nec legẽ nouerit vllam, multas tamen de hoſtibus victorias eum retuliſſe, iuraque condidiſſe, & ea omnia in ipſis cordis penetralibus clauſa habuiſſe conſtans fama prædicat.

Iuſtinianus nec bellum geſſit vllum nec legem nouit.

Qua ex re maiorem retuliſſet gloriam Iuſtinianus, quam ſi Imperij fines longius protraxiſſet: nihilque ei ad ſummam defuiſſet laudem, ſi fons publici priuatiq; iuris iniquo & peſtilenti authore caruiſſet, id eſt, ſi non Tribuniani viri, me hercle improbi, impijque opera in condendis legibus vſus fuiſſet Iuſtinianus. Quod ſane efficit, vt eius inconſtantia non parum ſugillaretur. Nam, vt ait Suidas, Tribonianus Græcus ac impius fuit, omnis religionis contemptor, & alienus in omnibus à fide Chriſtiana, adulator, deceptor, & fraudulentus, qui Iuſtiniano regi perſuaſit eum non eſſe mortem oppetiturum, ſed in cœlum vna cum carne aſſumendum.

Tribonianus vir impius & à Chriſto alienus

Fuit autem quæſtor Iuſtiniani, qui naturæ potẽtia & dotibus pollens, ad tantũ eruditionis faſtigium peruenit, vt nemini ſui temporis facundia & eruditione cederet.

Triboniani laus & ingenium.

Cæterum ſtudio auaritiæ vſque adeo deditus, vt ius faſq; venales haberet, ſingulis diebus, vt plurimum leges irritans, ac ratas faciẽs: prout vſus eorum, à quibus pecunias acceperat, requirebat: cum annos multos in honore vixiſſet, morbo tandem deceſſit, ſtudio pecuniæ ſemper quo ad vixit feliciter incumbens, nec ob id vlla prorſus iniuria ab aliquo affectus.

Tribonianus ſtudio pecuniæ feliciter ſemper incubuit.

Quod ſcilicet ſermone blando comique erat, vt auaritiæ notam abundantia eruditionis facile obſcuraret. Procopius tamen libro belli Parthici primo refert fuiſſe Tribonianũ vna cum Ioanne, vt populi ſeditiones ad tempus ſedaret à Iuſtiniano quandoque deiectum: vt non abſimilem illi fuiſſe arbitrer, quẽ Vergilius libro vj. notat, qui leges fixit pretio, atq; refixit.

Tribonianus leges fixit pretio atque refixit.

Qui Procopius cum Proculũ laudare vellet: Erat, inquit, Proculus Imperatoris aſſeſſor magiſtratum quæſtoris gerens, vir in primis iuſtus, & procul ab omni auaritia: ideo neque aliquam legem in alicuius gratiã conſcripſit: vt iam Triboniani improbitas nemini ignota eſſe debeat, tametſi eũ Iuſtinianus vbique laudet, verum facile eſt indocto imponere regi.

Proculus, vir pius.

Adde, quod Tribonianus, & qui cum eo operam con ſarcinandis Iuris ciuilis libris dederunt, immenſam illam legum multitudinem, inclementium medicorum more ad viuum reſecantes, acciſas nobis Pandectas verius, quam compendioſas (vt Gulielmus Budæus vir doctiſſimus rectiſſime ſcribit) dederunt. nimia enim religione verentes, ne de fece, vt dicitur, duodecim tabularum hauſiſſe aliquid viderentur, id eſt, de priſca nimis & obſoleta anti-

Tribonianus acciſas magis quam compendioſas fecit Pandectas.

quitate, dum de liquido tantum & nitido promere volunt, aridiora proculdubio volumina, nec ſitim quorundam ſatis explentia reliquerunt, prorſus vt in Pandectis ſtruẽdis dormitaſſe verius credãtur, quàm recte aliquid & compendio ſe digeſſiſſe.

Iuſtinian. vixit annis. lxxx.

Iuſtinianus anno, ex quo imperare cœpit, quadrageſimo, vel vt aliis placet, vnde quadrageſimo, cum annum agens quadrageſimum Imperij habenas ſuſcepiſſet, amens & ſtultus iampridem factus, in ægritudinem tandem incidens,

Iuſtinianus imperauit annis xl.

Iuſtinum ex filia nepotem, cõſortem Imperij fecit, capútque eius diademate ornauit, fortunæque fauentis ſignum in eius cubiculum miſit, nec multo poſt ingraueſcente morbo, non ſanus mente deceſſit.

Iuſtinianus amẽs i merito.

Qui ex quo Auguſtalem adeptus eſt ſedem, veterem Romani Imperij gloriam inclinatam iam propè & elapſam, in priſtinam vindicauit maieſtatẽ, eamque mirum in modum auxit, & firmiorẽ, quam antea reddidit, maximus certe & auguſtiſſimus princeps, niſi auaritiæ &

Iuſtinianus auarus.

delirij Eutichiani reus fuiſſet. Nam licet in ipſo principatus ſui limine orthodoxus in primis fuerit, atque Chriſtianiſſimus, authoribus Suida Græco, ac Ioã. ij pontifi. max. in epiſtola, Inter claras. in fi. C. de ſum. Tri. & fide catho. & eius nomen

Iuſti. Ioã. Fa. ſcribit inter diuos relatum.

Ioan. Fab. in ſanctorum cathalogo apud hiſtoricos ſcriptum legiſſe dicat: vulgoque id multis iam ſeculis in Aureliorum, aliiſque iuris ciuilis ſcholis receptum ſit, earum videlicet bidellis Iuſtinianum inter diuos relatũ palam proclamantibus, graui tamen poſtea hæreſis

Iuſtinianus hæreticus.

Eutichianæ infamia reſperſus eſt. Cum prius Calcedonenſe concilium, quo ipſius Eutichetis opinio damnata eſt, probare ſe aſſeruiſſet, literis hac de re vna cum muneribus ad Ioan. eum, quem nuper dixi ſecundum publice miſſis. Quod & ipſemet teſtatur in. leg. iiij. ad fi. C. de ſum. Tri. & fide catho. & in Auth. de eccle. titu. col. ix.

Agapetus j. pontif. maxi.

A quo Agapetus primus pontif. maxi. ad eum à Theodato Gottho ad excuſandum Amalaſiuntę mortem orator miſſus, de Eutichiana hæreſi diu tẽtatus, conſtantiſſime renuẽdo dixiſſe fertur: Ego ad Chriſtianiſſimũ principem venire optaui, ſed Diocletianum inueni.

Agapeti libere dictum.

qua ſermonis libertate effecit, vt permotus princeps ad ſanitatem redierit, Anthemiumque eius authorem mali, Conſtantinopolitanum præſulem, in exilium miſerit, & Mennam catholicum in eius

Anthemius hæreticus.

locum ſubfecerit: in quam tamen hæreſim haud ita multo poſt relapſum eſſe eum in confeſſo eſt, inſtigante præſertim Theodora Auguſta, & Triboniano eius quæſtore viro à Chriſtiana religione prorſus alieno. Hæc ſiquidem Theodora cum Siluerio pontifici, mortuo Agapeto

Menna Conſtantinopo. præſul.

iuſſiſſet vt pulſo Menna Conſtantinopolitano antiſtite Anthemium ab exilio reuocaret, idque negaſſet Siluerius ſe facturũ, q̃ pontificia dignitate incolumi præſtari non poſſet,

Iuſtinianus in hæreſim relapſus.

excanduit fœmina inſolens, & quæ ſibi nihil non licere arbitrabatur, ſcripſitque ad Beliſarium, vt Siluerio pulſo, Vigilium diaconum (cuius impulſu Anthemium reſtitui Theodora petebat) in eius locũ ſubſtituat.

Theodora Auguſta malè ſentiens de fide.

Beliſarius rei bellicæ intentus, Antoninæ coniugi negotium dat, quæ ſubornatis à Vigilio teſtibus (qui Siluerium dicerent conſilia agitaſſe de vrbe Romana Gotthis prodẽda) hominem cogit ſe dignitate abdicare,

Siluerius ponti. maxi.

Beliſarius

Antonina Beliſarij vxor Siluerium pontificatu priuat.

re, pallioq; depoſito monaſtica ſe cucullã induere, ſicq; in Pontiã relegatus inſulam breui poſt tempore deceſſit, ac tãdem in martyrum ordinem relatus eſt, cuius feſtum celebratur duodecimo calendas Iulias.

Siluerius inter martyres relatus.

Qui Siluerij legendam, quam vocant, ſcripſere: dicunt eum ab æmulis accuſatum, quod per literas & nuntios Vitigi pollicitus eſſet, Aſinariã ſe Gotthis portam noctu patefacturum, Lateranenſi domui, quam tum pontifex incolebat, proximam:

Aſinaria porta.

eamq; ob rẽ à Beliſario appellatum, ibiq; accidiſſe, vt cũ Siluerius ad ducem veniret, aſſideret ille Antoninæ cõiugis lecto, quæ ex Neapoli accerſita languebat adhuc è via, & vt eſt mulierum in poteſtatibus intemperies, inſolenſq; & importuna loquacitas:

Mulierũ intemperies.

vbi hæc Siluerium ad ſe venientem vidit procul, ſtolida voce correptum inclamat, Quo meo, bone vir, quove Beliſarij mei merito, tua Gotthis prodimur opera? Sic illa, ac ne poteſtate quidem Siluerio diluendi criminis facta, pontificiũ ei cultum detraxit, ac ſeponi iubet. Et hæc quidem geſta ſunt Iuſtiniano palam non iubente, ne inconſtãtiæ argueretur: cum & ipſe Anthemium in exilium miſiſſet, ſed conniuenter omnia ferente.

Vigilius in Siluerij locum ſuffectus.

Siluerio ad hunc modũ Vigilij fraude & calumnia relegato, Vigilius ipſe ex Theodoræ Auguſtæ & Antoninæ Beliſarij cõiugis ſententia, pontificiam ſedem arripuit,

Vigilius malis promiſſis ſtare recuſat.

qui cum in creatione ſua Theodoræ Imperatrici promiſiſſet reuocaturum ſe Anthemium, paulo ante, vt dictũ eſt, ob hæreſim Eutichianã à Conſtantinopoleos pontificatu pulſum cœpit impetioſa mulier inſtare, vt Anthemium reſtitueret,

Vigilius cæditur.

quod ſe facturum Vigilius cum pertinaciter negaret, malis promiſſis ſtãdum non eſſe aſſerens, indignata Theodora Vigilium vi ad ſe adductum, & fœminæ mandata facere nolentem, ita cædi iuſſit, vt parum ab internicione abfuerit,

Vigilius ignominiſe à tortore per vrbem Conſtanti. trahitur.

eũq; in Euphemiæ templum furtim elapſum, & inde à tortoribus violenter extractum, iniectoq; in eius collum laqueo, per totam vrbẽ ad veſperam vſq;

diſtractum

diſtractum, tandē in carceres mitti præcepit: vbi aliquandiu panis duntaxat fuit illi cibus, & aqua potus. Clerici autē qui eum ſecuti fuerant, partim in exilium acti, partim vero in Metalla dānati ſunt. Tam fœdam ignominiam, & verbera, & laqueos, & carceres paſſus eſt Vigilius, in domo principali, Iuſtiniano ipſo (qui paulo ante venientem eum Conſtantinopolim ſumma cum veneratione exceperat, ac præcedente clero & populo, ad Auguſtiſſimū ſophiæ templum perduci iuſſerat,) non ſolum, vt par eſt credere, audiente, ſed vidente etiam, & patienter ſerente. Adde, ꝙ cum alterum tam annum pene exactū in vinculis fuiſſet Vigilius, tentauit Iuſtinianus per Pelagium (qui Roma ad eum venerat rogatodum, vt Totilam ab euertenda vrbe Romana auerteret) flectere eius animum, vt Anthemiū reſtitueret: ad poſtremum, quia ſententiam mutare noluit, flagro adhibitus eſt permiſſu principis, ac per vrbem iterum laqueo diſtractus, & demum in carceres reiectus. Inde plures annos in vinculis fuit Vigilius, nec prius ſolutus, quā Narſes extremā manū rebus Gothicis impoſuit. Hæc ideo ſcripſi, vt intelligat cupida legum iuuentus, non tam pium fuiſſe Iuſtinianū, quā Ioannis Fab. ſcripta prædicant. Verum fertur ipſe Iuſtinianus inclinante iam, & ingraueſcente eius ætate parum fuiſſe, vt diximus, mētis compos, unam nacta occaſionem Theodora Auguſta, vt eſt mulierū animus gloriæ & principatus appetens, magnam adminiſtrationis partem ad ſe trahebat. Inciderunt in Iuſtiniani huius principatum adminiſtrationes pontificum Romanorum ſeptem, quorum primus Felix quartus, qui vt morientes vngerentur, inſtituit. Boniſacius ſecundus, qui ſanxit ne epiſcopus ſibi ſacerdotij ſucceſſorem legeret, & proſanam à clero plebem, cum res fieret diuina, diſceuit. Tertio loco Ioannes ſecundus, qui Anthemium hæreticum Cōſtantinopoleos archiepiſcopum damnauit, cuius Iuſtinianus damnationē per literas publice laudauit. l.iiij.§.ſuſcipim⁹. verſi.& ſanctorum patrum. C. de ſumma Trinitate & fide Catholica. & grandia ad eum miſit dona, aureum ſcyphum gemmis ornatum, & alia multi pretij munera, quæ Vaticano templo illata ſunt, verum eo mortuo Iuſtinianus mutata mox voluntate, in Eutichianam hæreſim lapſus, eam conſtantiſſime eatenus amplexus eſt, donec ipſum Agapetus ad veram reduxit fidem, quam nec ille diu integrā ſeruauit. Hic eſt ille Ioannes qui ſcripſit epiſtolam. Inter claras. C. de ſumma Trinitate & fide Catho. Agapetus quoque primus, quem à Theodato Gotthorū Rege ad Iuſtinianum Impeatorē, qui Amalaſiuntæ reginæ vltioni imminebat, miſſum fuiſſe nuper diximus, eumque ab hæreſi Eutichiana ad orthodoxam reuocauit fidem: quo vita functo, iterū deſipuit Iuſtinianus. Ad hæc Siluerius primus vir ſanctus, qui calumniā paſſus eſt apud Beliſariū accuſāte Vigilio diacono, vt paulo ante à nobis ſcriptum eſt. Dein & Vigilius ipſe eius nominis primus, quē nuper memini variis contumeliis verberibúſq; iuſſu Theodoræ fuiſſe affectū, ꝙ Anthemiū hæreticū ab exilio reuocare nollet: in quibus & extinctum eum veterem calūniæ culpam optimo fine compēſaſſe ſcribit Raphael Volaterranus. Alij non extinctū ſcribunt, ſed longo carcere fuiſſe detētum, ac tandem Narſetis precibus liberatum, Romamque reuertentem calculi morbo Syracuſis periſſe. Ab hoc Vigilio ſynodus quinta Conſtantinopoli, Iuſtiniano adhuc in humanis agente celebrata eſt, vbi contra Theodorū Coriarū ſtatutum fuit, vt virgo Maria Theotocos, id eſt, Deipara, ſeu Dei mater appellaretur, Anno à Chriſti natali.cccccxl. vnde & diuam annā Theotoci, id eſt, Dei genitricis matrem eſſe rectè dicimus: licet in eccleſiaſticis illis libris, quæ Breuiaria vulgo appellant, Teodoci matrē eam eſſe corrupte ſcriptum ſit. Quod ſi vera ſunt hæc, quæ de quinta ſynodo authore eodē Vigilio, ſub Iuſtiniani principatu congregata ſcripſimus, ſicuti certe veriſsima eſſe nemo neſcit literatus, à fide haud dubie abhorrent, ac velut ex diametro diſtant, quæ de eadem re in literas miſit Gratianus in decretis canonicis: is namque non Vigilij pontificatu, ſed Iulij quintam ipſam ſynodum vniuerſalem fuiſſe coactam author eſſe fertur in capitulo, ſexta.& capitulo ſequenti. §. Quinta. decimaſexta diſtinctione. Quod nulla ratione fieri potuiſſe tam me hercle palam eſt, quam cæli ſydera clara. Nam duo tantum pontifices maximi Iulij nomen ſuere adepti, quorum vterque multis à Iuſtiniano diſtat ſeculis. de Iulio enim ſecundo nihil ambigitur, quippe quem vidimus ipſi, nongentis amplius poſt Iuſtinianum annis. Priorem autem Iuliū Cōſtantini magni principatus habuit, qui lōgo temporis interuallo eum, quem nuper dixi Iuſtinianum anteceſsit, inter quē & Iuſtiniani Imperij primordia, viginti interceſſere Romani pontifices. Ex quo cōſtat quintū conciliū non Iulio præſide, vt ſentire videtur Gratianus, ſed Vigilio Iuſtiniani contēporaneo fuiſſe indictū. Cæterum malim ego dicere ſextum in. d. §. Quinta, eſſe corruptū: & expūcta inibi dictiōe Iulij, in eius locū Vigilij, verbū eſſe ſubſtituendū, quā fateri tantū virū, tam fœde, in re maxime aperta, fuiſſe lapſum. Simili errore laborauit Paul⁹ diacon⁹, io

Pelagius.

Vigilius iterum per vrbem cō ſtan. diſtractus.

Vigi. Narſetis interuentu vinculis ſolutus.

Iuſti. interdum non fuit ſolus. Iuſti. extremis diebus mentis impos fuit.

Mulier principatus appetens.

Iuſti. imperante ſedere pontifi. Ro. vij. Felix. iiij. pontif. maxi. Boniſa. ij. ponti. maxi. Ioā. ij. & epiſtola inter claras. C. de ſum. trini. ſcripta ſunt antequam Iuſt. in hæreſim laberetur.

Agapetus j. pontif. maxi.

Siluerius j. pontif. maxi.

Vigilius j. pontif. maxi.

Theotoci mater. Anna dicta.

Correctius locus in vita diua Anna.

Gratian⁹ à quibuſdam videtur lapſus

Iulij ponti. Rom. duo tantū fuere. Iuli⁹ ſecundus pō ti. maxi.

Iuli⁹ prius pontif. maxi. ſedit tēpore Conſtantini magni.

Vigilius Iuſtiniani contempo raneus.

Gratianus a calumnia defenſus.

Pauli diaconi lapſus.

Iuſtiniano minore quintam ſynodum tẽpore Iulij factam fuiſſe falſo aſſerens. Vigilio ita, vt proximo eſt loco à nobis proditum, vita functo, Pelagius primus extremis Iuſtiniani temporibus ſacrã Romæ tenuit ſedem: qui vt clerici ſeptem horas canonicas, penſum ſeruitutis eccleſiaſticæ, quotidie obirent conſtituit. Et vt hæretici ſecularium manu coercẽtur, ſi ad ſanitatem trahi aliter non poſſunt. Conijciuntur in principis huius tẽpora viri ingenio & eruditione illuſtres. Caſſiodorus Rauennas, qui ex cõſule monaſticam amplexus vitam, non pauca de rebus diuinis ſcripſit, cum multa prius de republica ſcripſiſſet ſenator. Priſcianus Cæſarienſis, qui in grammatica arte tam multa ſcripſit, quam nemo ante eum alius. Arator carminum conditor, quibus Euangelicam eſt hiſtoriam complexus. Iuſtinianus Valentianæ eccleſiæ antiſtes, rerum diuinarum ſtudio non obſcurum nomen adeptus. Dionyſius Abbas, qui Romæ Paſchalem calculum mira arte compoſuit. Probantur & Facundi ſcripta ea tempeſtate in Eutichianos ędita. Adde & Amalaſuntã Atalarici Gothorum regis matrem, cui tantam fuiſſe indolem ſcribit Caſsiadorus: vt ſine veneratione eam viderit nemo, & pro miraculo fuerit audire loquentem, cum Græcè Latinèque ſciret egregie, & linguas omnium gentiũ teneret, quibus aliquid adhuc commercij fuit cum populo Romano: quæ cum filium bonis artibus, moribuſque inſtituere conata eſſet, optimo eius conſilio nihil æque obſtitit, ac eorum, qui puerũ regebãt auaritia, nihil minus ad ſuas cupiditates explendas expedire arbitrantiũ quam frugi & moderatum habere principem. Habuit illud Iuſtiniani ſeculum, & viros ſanctitate claros Benedictum monaſticæ vitæ inſtitutorẽ in Caſsino monte. Maurum eius diſcipulum in Gallia, Germanum & Genoueſam Pariſijs, Apud Scothos Brigidam. In Italia Siluerium pontificem martyrij lauream ſub eodem Iuſtiniano adeptum, ac demum Clodoueum primum Gallorum regum Chriſtianum, qui ſub ipſo ineuntis Iuſtiniani principatus articulo fatalem obijt diem.

Pelagius. j. Pontif. maxi. — *Viri illuſtres tẽpore Iuſtin.* — *Caſſiodorus.* — *Priſcian⁹.* — *Arator.* — *Iuſtinian. antiſtes.* — *Dionyſius abbas Facundus.* — *Amalaſunta regina grece Latineque docta.* — *Auaritia aulicorum principi pernicioſa.* — *Principũ inſtitutores ab auaritia vitiis alieni eſſe debent.* — *Benedict⁹ abb.* — *Maurus abbas.* — *German. antiſtes.* — *Genoueſa.* — *Brigida.* — *Siluerius martyr.* — *Clod. rex.*

F I N I S.

Carmina Rubricarum primi libri Inſtitutionum. quæ ſunt numero vigintiſex.

Iuſtitiæ,ius naturæ, perſonaque ſubſunt.
Ingenuos,debēt libertini ſociare
Non omnis dominus ſeruos ſic liberat, vt vult.
Fuſia lex, iuris alieni, patria virtus.
Nubet,adoptauit,ſoluet,tutela, dabitque.
Agnatos,capitis, patronos, atque parentes.
Eſt fidus tutor, eſt Attilianus, & author.
Finit,curator,teneatur ſatiſdare tutor.

De iuſtitia & iure.De iure naturali,gentium,& ciuili. De iure perſonarū. De ingenuis. De libertinis.Quibus ex cau.ma.nō licet.De lege FuſiaCaninia tol. De his qui ſui vel alie. iu. ſunt. De patriapoteſt.De nuptiis.De adoptionibus. Quibus mod.ius pa.po.ſol.De tutelis. Qui teſtamento tutores dari poſſunt. De legitima agnatorū tutela.De capitis dim. De legitima patronorū tut.De legitima parentū tute.De fiduciaria tutela.De Att. tutore, & eo qui ex lege Iulia & Titia dabatur. De authoritate tutorum. Quibus modis tut. finitur. De curatoribus.De ſatiſdatione tutorum vel curat. De excuſ.tut.vel curat.De ſuſpectis tutoribus vel curatoribus.

Rubricæ ſecundi ſunt vigintiquinque.

Res, corpus, ſeruit, vſusfructus ſit & vſus.
Eſt vſucapiens,eſt donans,eſt alienans.
Quæro,teſtari,miles,permittere non vult.
Exhæres, hic inſtituit, bis ſubſtituendo.
Infirmat, vel inofficit, hæres qualia,legat.
Hinc adimit,falcat,committit, ſingula,Codex.

De rerum diuiſione,& acquirēdo ipſarū dominio. De rebus corporalibus& incorporalibus. De ſeruit.ruſt.præd.& vrb.De vſufructu. De vſu & habitatione. De vſucapionibus, & longi temp.præſcrip. De donationib. Quibus alienare licet, vel non. Per quas perſonas nobis acquiritur. De teſtamentis ordinandis.De militari teſtam. Quibus non eſt permiſ. facere tēſta.De exhæredatione liberorum. De hæredibus inſtituendis.De vulgari ſubſtit.De pup.ſubſt. Quibus modis teſt.infirmentur. De inoff.teſt. De hær.quali.& diff. De legatis. De ademptione legato.De lege Falcidia.De fideicommiſſariis hæred. & ad ſenatuſconſultum Treb. De ſingulis rebus per fideicommiſſum relictis.De codicillis.

Rubricæ tertij ſunt triginta.

Fert,inteſtatus,agnatis:Tertyl. & Orfic.
Cognatis,gradibus,ſeruus,libertus inhærent.
Signo libertos,poſſeſſus,& arrogo quærens.
Poſt addicta bona, ſucceſſio dupla receſſit.
Obligo re,verbis,duo,cum ſeruis ſtipulantur.

Diuidit, eſt & inutilis, atque fideiubet omni.
Litera, conſenſus, emit & locat, hinc ſociabit.
Et poſt mandatum, quaſi contra ho, quærito, tollo.

De hæreditatibus quæ ab inteſta. deferuntur. De legitima agn. ſucceſsione. De ſenatuſcõſulto Tertyliano. De ſenatuſcõſulto Orficiano. De ſucceſsione cognatorũ. De gradibus cognationum. De ſeruili cognatione. De ſucceſsione libertorum. De aſsignatione libertorum. De bonorum poſſeſsionibus. De acquiſitione per arrogationem. De eo cui libertatis cauſa bona addicuntur. De ſucceſsionibus, quæ fiebant per bono. venditiones, & ex ſenatuſconſulto Claud. ſublatis. De obligationibus. Quibus modis re contra. obligatio. De verbo. oblig. De duobus reis ſtipulandi, & promittendi. De ſtipulatione ſeruorũ. De diuiſione ſtipulationum. De inutilibus ſtipul. De fideiuſſoribus. De literarum obligationibus. De obligatio. ex conſenſu. De emptione & venditione. De locatione & conductione. De ſocietate. De mandato. De obligationibus, quæ quaſi ex contrac. naſcũtur. Per quas perſonas nobis obligatio acquiritur. Quibus modis tollitur obligatio.

Rubricæ quarti ſunt octodecim.

Delictum, rapit, Aquiliis, iniuria ſubſit.
Et quaſi delinquens ago, vel gero, noxia, pauper.
Per quos, ſatiſdabo, perpet. & excipiens, replicabo.
Sunt interdicta, cum pœnis, officioque.
Publica iudicia reperis in fine locata

De obligationibus, quæ ex delicto naſcuntur. De vi bonor. rapto. De lege Aquil. De iniuriis. De obligationibus, quæ ex quaſi delict. naſcuntur. De actionibus. Quod cum eo qui in aliena eſt poteſtate negotium geſtũ eſſe dicitur, De noxalibus actionibus. Si quadrupes paupe. feciſſe dicatur. De his per quos agere poſſumus. De ſatiſdationibus. De perpetuis & temporalibus actionibus, & quæ ad hæredes trãſeunt. De exceptionibus. De replicationibus. De interdictis. De pœna temere liti. De officio iud. De publicis iudiciis.

Finis titulorum Inſtitutionum, qui ſunt numero nonagintanouem.

Digeſti veteris CLV. Rubricæ continentur LXV. carminibus ſequentibus, eo textis artificio, vt præter principale intẽtum, aliquid ſententiæ videantur habere, quorum declarationem ſubiunximus.

Et primo primi libri.

Ius, & origo patent, leges quoque parte priori.
Conſtituit, ſtatus, ac alienus, adoptat: & eſt res.
Datque ſenatores, conſul, prætorius, vrbis.
Sunt quæſtor, prætor, vigilum præfectus, habendi.
Officium pariter proconſulis vtile neſcias.
Vult his Auguſti, præſes, vel Cæſaris addi.
Cenſor Alexandri, ius mandat, & aſſidet inde.

De iuſtitia & iure. De origine iuris ciuilis, & om. magiſt. & ſucceſsione iuris prudentium. De legibus & ſenatuſcon. & lon. conſuetudine. De conſtitutionibus princip. De ſtatu homi. De iis, qui ſui vel alieni iur. ſunt. De adoptionibus, emancipationibus & aliis mod. quibus patr. poteſtas ſol. De rerum diuiſione & qualitate. De ſenatoribus. De offi. conſulis. De offi. præfe. præto. De offi. præfec. vrb. De officio quæſtoris. De officio prætoris. De officio præfecti vigil. De officio procon. & leg. De officio præfecti Auguſtalis. De offic. præſidis. De offi. procuratoris Cæſaris, & rationalis. De offic. iuridici Alexandriæ. De officio eius, cui mandata eſt iuriſdictio. De officio aſſeſſorum.

Secundi libri Rubricæ.

Eſt iuriſdictio, ſtatuens in parte ſecunda.
Si quis ius dicens, vocat in ius, non ierit tunc.
Iuſsit lex, vt eant, qui ſunt in iura vocati.
Eximat hos nemo, leges quos ſatiſdare cogunt.
Si noxalis agat, per quem fit, cautio ſiſti.
Feriat, edendo, pactum, ſi tranſigat vllus.

De iuriſdictione omnium iudicum. Quod quiſque iuris in aliũ ſtatuerit, ipſe eodem iure vtatur. Si quis ius dicenti nõ obtemp. De in ius vocã. Si quis in ius vocatus non ierit, ſiue quis eum vocauerit, quem ex edicto non debuit. In ius vocati, vt eãt, vel ſatis aut cautũ dent. Ne quis eũ, qui in ius vocatur, vi eximat. Qui ſatiſdare cog. vel iuramento promittãt, vel ſuæ committatur promiſsioni. Si ex nox. cauſ. agatur, quemadmodũ caueatur. De eo per quem factũ erit, quo minus quis iudicio ſiſtat. Si quis cautionibus iudicio ſiſtẽdi cauſa fac. non obtemperauerit. De ferijs & dilat. & diuerſis temporibus earum: & ex quibus cauſis feriæ nõ impediuntur. De edendo. De pactis. De trãſactionib⁹.

Tertij libri Rubricæ.

Poſtulat, infamat, procurat nomine terna.
Geſta negotia ſunt his, atque calumnia iuncta.

De poſtulando. De iis qui notantur infamia. De procuratoribus & defenſoribus. Quod cuiuſque vniuerſitatis nomine: vel contra eam agetur. De negotiis geſtis. De calumniatoribus.

Quarti libri Rubricæ.

Reſtituit quarta, metus, & dolus, & minor hic ſunt.
Diminuit, maior, alienat, & arbiter hic eſt.
Nautæ, caupones, ſtabularius abdita reddant.

De in integrum reſtitu. Quod metus cauſa geſtũ erit. De dolo malo. De minorib⁹ vigintiquinque annis. De capitis Dimi. Ex quibus cauſis maiores vigintiquinque an. in integrũ reſtituantur. De alienatione mutãdi iudicij cauſa facta. De receptis arbitris: & qui arbitrium recipiunt, vt ſententiã dicant. Nautæ, caupones, ſtabularii, vt recepta reſtituant.

Quinti libri Rubricæ.

Iudicijs quinta exhæres quæritur, petit hæres.

Si pars hæredis, ſic poſſeſſoria poſcat.
Iungas hæredem fideicommiſſa petentem.

De iudicijs, & vbi quis agere vel conueniri debeat. De inofficioſo teſta. De pet. hære. Si pars hæred. pet. De poſſeſſoria hæreditatis petitione. De fideicommiſſaria hæreditatis petitione.

Sexti libri Rubricæ.

Vendicat & ſexta, tractans de Publiciana.
Vectigalis ager, aut emphytheuticus eſt hic.

De rei vendicatione. De Publiciana in rem actione. Si ager vectigalis, vel emphytheuticarius petatur.

Septimi libri Rubricæ.

Dans vſumfructum pars ſeptima, creſcere, ſedit.
Amittatur, res quæ conſumenda, petatur.
Dat ſeruus operas, habitatio, ſi cauet vtens.

De vſufructu, & quemadmodum quis vtatur fruatur. De vſuſfructu accreſc. Quando dies vſusfruct⁹ legati cedat. Quibus modis vſuſfructus, vel vſus amittatur. De vſufructu earũ rerum, quæ vſu cõſumuntur, vel minuũtur. Si vſusfructus petatur vel ad alium pertinere negetur. De operis ſeruorum. De vſu & habitatione. Vſufructuarius quemadmodum caueat.

Octaui libri Rubricæ.

g ¶ Et bellicos. CASVS. Inſtabat adhuc iuuenis coram Iuſtiniano Imperatore, & dicebat: Dicite mihi qualiter circa arma vos probe habuiſtis, quia dixiſtis ſupra pr. §. quod circa arma vos habuiſtis probe, & qualiter circa leges: quia ſupra prox. dixiſtis, quod circa leges diuti⁹ vigilaſtis. Iuſtinianus reſpondet, dicēs primo qualiter circa arma ſe habuit. Et dicit, Si vis ſcire qualiter circa arma me habui, quærat ab inimicis meis, quos ſubiugaui, & ſuperaui, & deieci. Et quæras ab omnibus de prouinciis, quæ appellatur Aphrica: quia debes ſcire, quod antiquiſſimo tempore illa prouincia, ſcilicet Aphrica & aliæ innumerabiles prouinciæ erant ſubiectæ imperio Romano: & Romani perdiderunt illas prouincias: & ſteterunt illæ prouinciæ lōgiſſimo tēpore extra iuriſdictionem Romanorum ſ. per ſpatium centum quinque annorū & tandem ego Iuſtinianus per meā probitatem, valentiam, & ſapientiam recuperaui eas, & ſubieci imperio Romano, & hoc vſque ibi, Omnes vero.

calūniantiū[a] iniquitates expellat: & fiat tā iuris religioſiſſimus,[b] quàm victis hoſtib⁹ triūphator ~~magnificus~~. ¶ *Quantis vigiliis, quantiſve ſudoribus ſeſe circa arma & leges habuerit, ab ipſo effectu probat.* ¶ Quorū vtrāque[c] viā cū ſummis vigiliis[d] ſummáque prouidentia[e] annuēte Deo[f] perfecim⁹. Et bellicos[g] quidē ſudores noſtros Barbaricæ[h] gētes ſub iuga noſtra redactæ[i] cognoſcūt: & tā Africa[k] q̃ aliæ ~~innumeræ~~ prouinciæ[l] poſt tanta temporū ſpatia noſtris victo-

g ¶ *Et bellicos.* Quod coniunctim dixerat dicendo, vtranque viam, &c. nūc diuidit, dicēdo primo qualiter ſe habuit circa arma. Accurſius.

h ¶ *Barbarica.* Barbari ſunt, qui extra Romanum imperium ſunt, & maxime hoſtes.

i ¶ *Redacta.* de nouo.

k ¶ *Tam Aphrica.* ſub qua multæ prouinciæ continentur.

ADDITIO. *Dic quod ſunt ſeptem: vt C. de offi. præfec. prætor. Aphri. l. i. §. Deoque auxiliante. Ang.*

l ¶ *Prouincia.* Sic conſtrue: tam Aphrica quàm aliæ numeroſæ prouinciæ iterum additæ, id eſt adiunctæ ditioni Romanæ, id eſt iuriſdictioni noſtroq; imperio poſt tanta, &c. proteſtantur, noſtris victoriis à cœleſti numine præſtitis. nam iſtæ prouinciæ prius fuerunt de Romano imperio: poſt defecerunt, & poſt centum quinque annos redierunt: vt hic, & hoc tonuit quando dicit iterum. & quādo dicit poſt tanta temporum ſpatia, &c. vt C. de offic. præfe. præto. Aphri. l. j.

riis à cœleſti numine præſtitis, iterū ditioni Romanæ, noſtróque additæ Imperio proteſtantur.

¶Omnes verò [a] populi legibus, tam à nobis promulgatis [b], quam compoſitis [c] reguntur. Et quū ſacratiſsimas conſtitutiones antea confuſas [d] in luculentam erexiſmus conſonantiā [e]: tunc noſtram [f] extendimus curam [g] ad immenſa [h] veteris prudentiæ volumina: & opus deſperatum [i], quaſi per mediū profundum [k] euntes cœleſti [l] fauore iam adimpleuimus. [m]

¶*Tribonianus, Theophilus, & Dorotheus viri illuſtres, Iuſtiniani mandato, prò*

¶*Omnes.* CASVS. Quæſiuit iuuenis ab Imperatore: Domine Imperator, dixiſtis quomodo vos habuiſtis probe circa arma: nunc quæro qualiter vos habuiſtis circa leges? Et reſpondet Impe. Fili mi circa leges me habui, quòd quaſi oēs homines de mundo vtuntur legibus aliorum Imperatorum: quas leges in melius reformaui. Ecce enim erāt olim tres Codices, ſcilicet Hermogenian⁹, Theodoſianus, Gregorianus, & aliæ cōſtitutiones extrauagātes ſparſim poſitæ, per quaternos, & leges prædictorū trium Codicum, & aliarum conſtitutionum extrauagantium, quæ valde erant confuſæ: ſed ego Iuſtinianus ex illis tribus Codicibus, & aliis extrauagantibus conſtitutionibus feci fieri vnū Codicem clarum & elucidatum. Secundo loco ego Iuſtinianus habui reſpectū ad aliqua volumina deſperata, & immenſa, ſeu prolixa & infinita: & ex illis voluminibus deſperatis compilari feci librum Digeſtorum, ſeu Pandectarū: & quaſi per mediū profundum vadens iam per Dei gratiam adimpleui illud opus Digeſtorū ſeu Pandectarum. & hoc vſque ibi, Cūque. Fran. de Aret.

a ¶*Omnes vero.* Vſque huc dixit, qualiter bellicam curam habuit: nunc qualiter legalem. Accur.

ADDITIO. *Non tamen longobardi, qui Italiam Iuſtiniano ademerunt, ſed ſignificat omnes, qui in vrbe ſunt Romano. l. in vrbe, ff. de ſtat. ho. Æmil. Fer.*

Promulgare. b ¶*Promulgatis.* ſcilicet à nobis id eſt, de nouo factis. Et eſt promulgare æquitatem rudem, & naturæ occultam iuris laqueis inodare. Componere autem eſt Cōponere. difficile promulgata, in ordinem compendioſe redigere: vt in componendo ſocius fuerit, in promulgando ſolus.

ADDITIO. *Promulgauit, quando publicauit obſeruandas, tam aliorum, quam ſuas. Compoſuit, quando ſparſas in volumina diuerſa in vnum corpus redegit. B. B.*

c ¶*Compoſitis.* ſcilicet ab aliis quas reformauimus in melius. Vel dic cōpoſitis à nobis: quaſi diceret, compilatis à nobis: quaſi ſimul poſitis à nobis: quales ſunt leges. ff. & C. & aliorum Imperatorum. ſuas enim & promulgauit & compoſuit.

d ¶*Cōfuſas.* ſcilicet in tribus Codicibus poſitas, Gregoriano, Theodoſiano, & Hermogeniano: vt C. de no. Cod. fac. l. j. in prin.

e ¶*Conſonantiam.* ſ. in vnū Codicem quē non habemus: ſed ex eo factus eſt iſte, quē habemus. Vel dicit⁹ cōſonantiam, vt nulla poſsit ibi cōtrarietas reperiri, nullaque ſuperuacua ſimilitudo: vt C. de veter. iur. enu. l. j. circa prin.

f ¶*Tūc noſtrā.* Id eſt, ſtatim poſt compoſitionem illius Codicis fecimus Digeſta.

g ¶*Curam.* Et ſic ex paucis & tenuioribus releuati ad ſummam & pleniſsimam iuris emendationem peruenire properauimus: vt C. de vete. iu. enu. l. j. circa princip. Accur.

h ¶*Ad immenſa.* Nam erāt trecies centena milia verſuum (id eſt legum, vel ſozum, vel reſponſorum) & duo millia librorum: & aliæ multæ leges: vt. C. de ve. iu. enu. l. ij. §. ſed cum omnia. & in procemio Digeſtorum. §. & antea.

i ¶*Deſperatum.* ſcilicet à Conſtantino. nam & Conſtantinus voluit hoc facere, ſed non potuit.

k ¶*Profundum.* ſeperit enim omniū legum tramitē (qui ab vrbe Romana condita & Romuleis deſcendit temporibus) ita eſſe confuſum, vt in infinitum extenderetur, & nullius humanæ naturæ capacitate concluderetur. C. de vet. iur. enu. l. j. in prin. Accur.

l ¶*Cœleſti fauore.* ſubaudi mediante.

m ¶*Adimpleuimus.* Poſt Digeſta ergo & poſt primā compoſitionē Codicis, quem non habemus, factus fuit hic liber: ſed tamen ante compoſitionem ſecundi Codicis, quem habemus vnde & quod hic dicitur, quandoque per. C. corrigitur: vt ſacit de anno vtili: qui obtinet, ſecundum hūc librum in reſtitutione minorum, & maiorum: vt J. de actio. §. rurſus. ſecus eſt per Codicem in dictis reſtitutionibus: vt C. de temp. in integ. reſtit. l. fi. Item in ſecunda eius compoſitione facit mentionem inſtitutionum iam compoſitarum: vt C. Inſtitutiones factæ ſunt ante Codicem.

vt.C.de emend.iuſt.Co. & ſecunda eius editione.l.j.§.fi.Accur.

¶ Cumque. Diuiditur in duas partes. Primo ponit, qualiter mandauit fieri hunc librum. Secundo ponit cauſas per quas. Secunda ibi, vt liceat.

CASVS. Quæ ſiuit iterum iuuenis ab Imperatore. Dñe Imperator, nonne aliter adhuc vos habuiſtis circa leges? Et reſpõdet Imperator, audi fili mi: cõdito Codice, & Digeſtorum volumine, volui adhuc quieſcere: ſed miſi pro tribus ſapientibus curiæ meæ ſcilicet pro Triboniano, qui erat doctor legum, & in dignitate quæſtoria tũc poſitus. Item miſi pro Theophilo & Dorotheo, qui erant illuſtres viri, & anteceſſores noſtri: quia forte fuerant cũ præcedentibus Imperatoribus: qui tres viri de tribus poterant commendari. Primo de ſolertia: quia valde intenti & ſoliciti erant circa artem legalem. Secundo de ſcientia: quia valde erant ſapientes. Tertio de fidelitate: quia præcepta mea efficaciter ſuſcipiebant: & ad effectum fideliter perducebant: ſicut iam multoties vidi, & exemplo cognoui. & cum fuerunt in præſentia mea, ego rogaui eos, & præcepi eiſdem, vt mea authoritate, & meis ſuaſionibus librum Inſtit. id eſt, inſtituta componerent, quod fecerunt. Et hic liber Inſtitutionum fuit bonus triplici ratione. Primo fuit bonus ad hoc vt rudes ſcholares, qui proponũt audire iura, cum primis ſtudeant in iſtis inſtitutionibus à me Iuſti. compoſitis, non autem ſtudeant in antiquis Inſtitutionibus, quæ fabulas continent. Iſtæ enim Inſtitutiones vtiles ſunt: quia nihil inutile continent: & nihil perperam id eſt male poſitum, vel iuri contrarium. & nihil inuſitatũ: ſed continent ſolummodo ea, quæ ſunt vtilia, & iuri conſonantia, & quotidie emergẽtia, ſeu euenientia, & accidentia. Secundo bonum fuit hũc librum Inſtitutionum componere: quia ſcholares rudes volẽtes ſtudere in his Inſtitutionibus, plus ſcient & addiſcent in vno anno, quam olim addiſcebant: vſque ad quadriennium: quando ab antiquis Inſtitutionibus ſuum ſtudium inchoabant, ſiue incipiebant. Tandem in fine huius partis quintæ dirigit ſermonem ſuum Imperator Iuſtinianus iuuenibus, ſiue ſcholaribus rudibus, occaſione quorum iſtum librum Inſtitutionum fieri fecit, dicens: O iuuenes, principium legalis ſcientiæ habetis à me Iuſtiniano, ſcilicet, librum Inſtitutionum, & finem legalis ſcientiæ ſimiliter à me habetis, ſcilicet Codicem, quem feci fieri ex tribus Codicibus, & alijs extrauagantibus cõſtitutionib9. quia primo anno ſtudij leguntur Inſtituta, & vltimo anno ſtudij legitur Codex, & ambo ſunt libri Imperiales, ſeu Imperatoris, & à me Iuſti. cõpoſiti. Et ſic debetis vos iuuenes valde gaudere de tanto honore: quia principium & finem ſtudij habetis à me Iuſti. & hoc vſq; ad. §. igitur. Fr. de Are.

faciliori iuuenũ eruditione, Inſtitutiões compoſuerunt.

¶ Cumque hoc[a] Deo propitio[b] peractum eſt[c]: Triboniano[d] viro magnifico, magiſtro, & exquæſtore[e] ſacri palatij noſtri, nec non[f] Theophilo & Dorotheo viris illuſtribus[g],

a ¶ *Hoc*. ſ. volumẽ Digeſtorũ, & Codicis.

b ¶ *Deo propitio*. i. Deo coadiuuante.

c ¶ *Peractum eſt*. i. completum.

d ¶ *Triboniano*. hoc nomen & ſequentia ſunt datiui caſus: & etiam dictio conuocatis, cõſtruitur cum illo verbo inferius mandauimus.

e ¶ *Exquæſtore*. pro ſuo ſimplici ponitur ſ. quæſtori. Not. q tribus modis dicitur quæſtor. Primo ille, qui quærebat pecunias tributorũ per mũdũ, & ſeruabat. Secũdo ille, qui præerat capitalibus cauſis. Tertio, qui ſtabat vt legeret libros principales, qui candidatus principis dicebatur. & ita hoc tertio modo accipitur hic, vt. ff. de officio quæſt. l. j. in fi. & de ori. iu. l. ij. §. deinde cum ærarium. Vel dic ſecundum Ioan. quod iam fuit in illo officio, ſed nunc non eſt. Inde exquæſtor. i. extra quæſturã poſitus. Vel dicas tertio eſſe nomen dignitatis: vt excõſul: vt. C. de adno. diuer. iudi. l. petitione. ibi, egredientem.

ADDITIO. *Exquæſtor, Exconſul, qui Quæſtura, qui conſulatu functus eſt, qui Ciceronis ætate dicebantur Quæſtorij, & Conſulares. patet ex l. 1. & 2. C. de vet. iur. en.*

¶ *Necnon*. not. quod duæ negationes faciunt vnam affirmationem. vt hic, &. ff. de verb. ſigni. l. duobus.

ADDITIO. *Tu dic hoc verum. ſi ſint circa idem: neque reſultet ſenſus iuri contrarius, alias ſecus: vt in. § ſi vero. in auth. de iis qui ing. ad dig. col. v. Item plures negationes in numero pari affirmant, in diſpari negant: niſi aliter conſtet de mente proferentis: ſecundum Ia. Fab. & Ang. l. iii.*

g ¶ *Illuſtrib9*. quatuor ſunt ordines dignitatum. Maximi, vt ſuperilluſtres Magni, vt illuſtres. Medij, vt ſpectabiles. Minimi, vt clariſſi. quos ſpecifica, vt in auth. de appel. §. j li. iij. & iiij. col. iiij. & in authen. vt ab illuſtribus: & qui ſupra eam dignitatem ſunt. col. v. Sunt & infimi, & defenſores ciuitatum & magiſtratus municipales: & iſti non habent merum imperium: ſed ſuperiores. ſic. Accur.

ADDITIO. Vnde verſus.
Illuſtris primus: medius, ſpectabilis imus,
Vt lex teſtatur, clariſſimus eſſe probatur.
Et ſuperilluſtris præponitur omnibus illis.

antecesſoribus [a] noſtris (quorum [b] omnium ſolertiam, & legum ſcientiã, & circa noſtras iuſſiones fidem, iam ex multis rerũ argumentis [c] accepimus [d]) conuocatis mandauimus [e] ſpecialiter, vt ipſi noſtra authoritate, noſtriſque ſuaſionibus [f] Inſtitutiones [g] componerẽt: vt liceat vobis [h] prima legum cunabula [i] non ab antiquis fabulis [k] diſcere, ſed ab Imperiali [l] ſplẽdore appetere: & tam aures, quàm animi veſtri nihil inutile [m], nihilque perperã poſitum [n], ſed quod in ipſis [o] rerum obtinet argumentis, accipiant. Et quod priore tẽpore vix poſt quadriẽnium prioribus contingebat, vt tunc conſtitutiones Imperatorias legerẽt [p], hoc vos à primordio [q] ingrediamini, digni [r] tanto honore, tantaque reperti felicitate:

a ¶ *Antecesſoribus.* ſcientia vel ætate: vel quia fuerũt eũ præcedentibus imperatorib⁹.

ADDITIO. *Antecesſores, ab antecedendo: Græcorum more, qui ἐξηγητὰς & προηγητὰς, i. præceptores, & magiſtros legum vt ſcribit Suidas, à præeũdo dicũt, ſ. tetex l. 2. C. de ve. iur. & multis locis. nam ille Cõſtantinopoli, hic Beryti leges docuit. d. l. 2. & l. 1. C. de emend. Cod.*

b ¶ *Quorũ.* hic eſt interpoſitio vſq; illuc, cõuocatis &c. Et no. quod in rectibus commendãtur, qui ſunt huic arti intẽti. Primo in ſolertia. i. in cautela, vel ingenij ſcientia: vt l. j. C. ſi ma. fac. alie. fac. ſine decre. ra. hab. Dicitur autem ſolers à ſulum, quod eſt totum, & ars artis: quaſi totus ex arte conſiſtens: vt eſt doctus aduocatus, qui ſæpe publicis ac priuatis in rebus lapſa erigit ſua induſtria, cauſam perditam reſtaurans, fatigata reparans litibus, multo tẽpore protractis finem imponens, & quemadmodum miles ſtrenuus clypeis & thoracibus Rempublicam, ſic aduocatus peritus gloriosa voce & ſolertia patriam parenteſque ſaluat & protegit. C. de aduo. diuer. iud. l. aduocati. Item in legum magiſtra ſcientia. Eligendus eſt enim talis magiſter. qui in ſe laudabilem vitam probis moribus monſtrauerit: & docendi peritiam, facundiã dicendi, interpretandique ſubtilitatem, & copiam diſſerendi ſe habere patefecerit: vt C. de profeſſ. qui in vr. con. l. j. li. xij. Item in fidelitate. nam ex quo hactenus fideles extiterunt, præſumitur pro eis. ff. de remi. l. non omnes. § à barbaris. de præteritis enim ſumimus coniecturam ad futura. ff. de acc. l. ſi etiã. §. iiſdem. & quandoque occultam coniecturam ſumimus ad præteritum: vt C. ad leg. Iul. de adulte. l. ſi ij, qui adulterij: vide gl. in c. ſcribam. de præſump.

c ¶ *Ex multis rerum argumentis.* id eſt, ex multis rebus vel negotijs, quæ ſunt argumenta Accur.

d ¶ *Accepimus.* i. recepimus. Accur.

e ¶ *Mandauimus.* i. præcepimus.

f ¶ *Suaſionib⁹.* in bonam partem accipe, aliàs in malam accipitur: vt ff. de ſer. cor. l. j. §. perſuadere. & C. de fur. & ſer. cor. l. ſi quis ſeruo alieno ſuaſerit.

g ¶ *Inſtitutiões.* ideo ſic dictas; quia in ſtatum Romani iuris noſtrã erigunt intelligentiam: vt. j. ti. j. §. his igitur.

h ¶ *Vobis.* loquitur iuuenibus.

i ¶ *Cunabula.* per ſimile loquitur, quia ſicut in cunis infantes primo morantur: ita iuris præceptor Inſtitutiones primo legere debet. ſic. ff. de off. præf. præ. l. j. §. illis cunabulis.

k ¶ *Fabulis.* quia in antiquis inſtitutionibus erant fabulæ: quæ fabulæ, nec vera, nec veriſimilia continebant, ſecundum Tullium. li. j. de inuentione.

l ¶ *Ab imperiali ſplendore.* i. ab Imperatore, qui ſplendet.

m ¶ *Nihil inutile.* quo ad animũ vel nihil inutile. i. inuſitatũ: vt patet ex eo quod dicit. j. proxi. ver. & quod &c.

n ¶ *Perperam poſitũ.* quo ad aures. Vel dic id eſt, male poſitum, & contra ius.

o ¶ *In ipſis.* id eſt, in ipſa rei veritate: vel in ijs, quæ quotidie emergere poſſunt. Non autem inueniuntur hic ea, quæ non poſſunt euenire: quia de his non curant legiſlatores: vt in authent. vt ſine prohi. ma. debit. & cred. §. quia vero. colla. vij. & ff. de leg. & ſenatuſconſul. l. iura. & l. ſeq.

p ¶ *Legerent.* nã & olim à principio legebant Imperiales conſtitutiones ſcilicet inſtitutiones antiquas: vt in proœmio Digeſt. §. diſcipuli. Accur.

q ¶ *Primordio.* id eſt, tantum primo anno proficietis, quãtum proficiebatis in quatuor. Et not. quod adulatur nobis Imperator. Accur.

r ¶ *Digni.* vos dico digni &c.

Iu-

vt & initium[a] vobis,& finis[b] legum eruditionis à voce principali[c] procedat.

¶ *Secta ſunt inſtitutiones in libros quatuor, quibus quid olim in vſu erat, quid ve hodie imperiali lima emendatum fuerit traditur.*

¶ Igitur[d] poſt libros quinquaginta[e] Digeſtorum[f] ſeu Pandectarũ[g], in quibus omne ius antiquum collectũ eſt, quos[h] per eundem virum excelſum Tribonianũ, nec non cæteros[i] viros illuſtres & facundiſsimos confecimus: i quatuor libros eaſdem[k] Inſtitutiones partiri iuſsimus[l], vt ſint toti' legitimæ ſciẽtiæ prima[m] ele-

a ¶*Initium*. i. liber iſte.
b ¶*Finis*. id eſt, Codex, Nã primo anno iuſtitutiones legi debent, in quinto legitur Codex: vt in proœmio Digeſtorum. §. pro reſponſis. ibi, quibus ſi bene. Accur.
c ¶*Principali*. id eſt, principi? Et not. quod hæc ſcientia caput habet & finem: licet in aliis artib' hoc non ſit, licet vtiliſsimæ ſint vt i. proœmio Digeſtorum. §. ſed quia. Acc.
d ¶*Igitur*. Iſte §. diuiditur in duas partes. Primo ponit qualiter mandat diuidi hũc librum in quatuor libros. Secundo ponit, quid continetur in his quatuor libris. Secunda ibi, in quibus. Item prima ſubdiuiditur in duas partes. Nam primo ponit dictum, ſecundo eius cauſam. Secunda ibi. vt ſint.

CASVS. Dicit Imperator Iuſtinianus in hoc. §. quaſi ſe commendans: Quid feci ego poſt omnia prædicta, & poſt compoſitionem Codicis, & poſt opus Digeſtorum ſeu Pandectarum, (quam compilationem Digeſtorum feci per Tribonianum & ſapientes alios) & poſt librum Inſtitutionum? Ego præcepi prædictis tribus ſcilicet Triboni. Theo. & Doro. vt volumen Inſtitu. quod fecerant, in quatuor libros diuiderent, quod fecerunt. Primus liber durat vſque de rerum diuiſione. Secundus de hæreditatibus ab inteſta. Tertius de obligationibus. Quartus abinde vſque ad finem huius voluminis. & hoc fieri feci ſcilicet lib. Inſtitu. in quatuor libros partiri, ad ſimilitudinem quatuor elementorum ſcilicet aquæ, terræ, ignis, & aëris: quia ſicut ex his omne corpus gubernatur humanum: ita ex hoc volumine Inſtitutionum per quatuor libros partito ſeu diuiſo iuuenes ſuſtentantur id eſt adiuuantur, vt poſtea poſsint ſecure accedere ad libros legales: ex quo in iſtis Inſti. primo ſtuduerint. Et hoc vſque ad. §. in quibus. Franc. Aret.

¶*Igitur*. Ita continua ſecundum In. quia prædictorum virorum ſcientiã & authoritatem probauimus, nec per alios poterat commodius expediri: igitur mandauimus per eos diuidi. vel quia ab imperiali ſplendore approbatur. & ideo mandat diuidi, vt melius poſsit intelligi. ff. de verb. ſigni. l. ij. §. cuinſque.
c ¶*Quinquaginta*. qui comprehenduntur intra Digeſtum vetus & Infortiatum, & Digeſtum nouum.
f ¶*Digeſtorũ*. Ideo dicuntur digeſta, quia omnia ibidem dicenda digeruntur & ſoluuntur. Accur.

Digeſta vnde dicãtur.

ADDITIO. *Dicebant quidam, quod olim Digeſtum ſcribebatur per duplex dd. vel per d. & g. & poſtea per vitium ſcriptorum corruptũ fuit, ſed hoc non eſt verum, imo debet ſcribi per duplex ff. quia ille liber fuit Digeſtus ſecundario per duos Fridericos Imperatores: à quorum cuiuſlibet nomine ſumpta eſt prima litera f. & ſic erunt duo ff.*
g ¶*Pandectarum*. à πᾶν quod eſt totum: & δέχτιν, quod eſt doctrina: quia ibi eſt doctrina omnium iuriſconſultorum. vt C. de vet. iure enu. l. ij §. ſed cum omnia. in fi. vt hic ſequitur.
ADDITIO. *Imo à πᾶν, id eſt omne: & δέχομαι. i. complector, contineo. quaſi, vniuerſum ius ciuile complexa ſiue coercentes.*
h ¶*Quos*. ſcilicet quinquaginta libros Digeſtorum. Accur.
i ¶*Nec non cæteros*. ſ. xv. ex permiſſu Iuſtiniani electos: vt. C. de vet. iure enu. l. j. §. ij. & l. ij. §. quæ omnia.
k ¶*Eaſdem inſtitutiones*. i. eadam inſtituta. vnde collige hunc librum ſumptum ex volumine Digeſtorum. vel proprie dicit inſtitutiones quas mãdauit fieri i nũc mandat partiri. nam partitio animum legentis incitat, mentem intelligẽtis præparat, memoriam artificioſe reformat: vt ſ. de leg. §. ſed non vſque. & ff. de doli ma. & met. excep. l. i.
l ¶*Iuſsimus*. q. d. Inſtitutiones iuſsimus fieri ex libris antiquorum, ita vt continerent quicquid rebus, quæ in præſenti nuo in vſu vertuntur, cõſentaneum eſt: vt. C. de vet. iure enu. l. ij. §. ſed cũ proſpeximus. Accur.
m ¶*Prima elementa*. quaſi ſicut ex quatuor elementis omnia corpora conficiuntur, vt terra & aqua & igne & aëre. i. ex viribus horum quatuor elementorum totus mũdus gubernatur: ita hic liber comprehendit omnia iura. Et not. q terra eſt

Elementa & eorum qualitates ſunt quatuor.

frigida & ſicca: aqua frigida & humida: ignis calidus & ſiccus: aer calidus & humidus. Primum habet naturam melancholiæ. Secundum. ſ. aqua, phlegmatis, ignis cholera, ſanguis reſpondet aëri.

Et prędicti tres ſapientes. ſ. Trib. Theop. Doro. qui hunc librum compoſuerūt, & ipſum compoſitū (ſicut diximus) in quatuor libros diuiſerunt, iam bene cōpoſitum & diuiſum in noſtra præſentia attulerunt, quē nos ipſi legimus & bene cōpoſitū inuenimus, ſic quod illum librum Inſtitutionum approbauimus & plenum robur ei accommodauimus, ita quod volumus vt tantum valeant leges iſtarum Inſtitutionū, quantum valent leges in noſtro Codice poſitæ extra caſum: vel quantū valent leges poſitæ in ff. & hoc vſque ad §. ſumma.

ADDITIO. *Inſtin. indictione 7. imperii ſui codicem vnum conſtitutionū edidit, l. 2. C. de nou. C. quintoq; pòſt anno, indictione 12, Digeſta & Inſtitu. l. 2. C. de vete. iur. deinde indictione 13 Codicem priorem emendauit. l. 1. C. de emendat. C. E. B.*

¶ *In quib*⁹. *CASVS.* Quidā quæſiuit ab Imperatore: Domine Imperator, quæ eſt materia iſtarum Inſtitutionū? Et ipſe reſpō. ſicut ex auro & argento ſeu ex materia auri fit annulus: ita iſtæ Inſtitutiones factæ ſunt ex eo, quod olim erat in vſu ex legibus antiquis, & ex eis legib⁹ antiquis, quæ in vſu eſſe deſierunt. Sed ego Iuſtinianus eas illuminaui, ad vſum reduxi, in hoc libro Inſtitutionum eas componendo, ſiue faciendo eas componi. h. d. vſque ad. §. quas ex omnibus.

menta: in quibus [a] breuiter expoſitū eſt, & quod antea obtinebat [b], & quod poſtea deſuetudine [c] inumbratum, Imperiali remedio illuminatum eſt.

¶ *Inſtitutiones compoſitas legit in primis Iuſtinianus, ac recognouit: deníque plenum robur accommodauit.*

¶ Quas ex omnibus antiquorū Inſtitutionibus, & præcipuè ex commentarijs Caij [d] noſtri tam Inſtitutionum, quâm rerum quotidianarūm [e], alijſque multis commentarijs compoſitas: cùm tres [f] viri prudentes prædicti nobis obtulerunt: & legimus, & recognouimus: & pleniſsimū noſtrarū Conſtitutionum robur eis accommodauimus.

¶ *Alacri, indefeſſoque ſtudio, huic diſciplinæ incumbendum ſuadet: ac vberrimos fructus pollicetur.*

¶ Summa itaque ope [g], & alacri [h]

¶ *Quas.* ſcilicet Inſtitutiones. & accipe legimus, & recognouimus, ſcilicet eſſe cōpoſitas ex omnibus &c. *Ordo verba.*

a ¶ *In quibus.* ſcilicet Inſtitutionibus.
b ¶ *Obtinebat.* id eſt, erat in vſu, & nunc deſijt. Accur.
c ¶ Deſuetudine. Not. legē tolli per deſuetudinem: vel per contrariam conſuetudinem: & iterū eādem conſuetudinem per ſuperuenientem legem tolli: ſic. ff. de ſepul. vio. l. iij. §. diuus Adrianus. in gloſ. iij. & in auth. de hære. & falc. §. j. alias. §. ſed quoniam col. j. Et ſubijcit, Ab imperiali &c. eſt optimum exemplum: C. de iudi. l. rem non nouam.

¶ *Quas ex omnibus. CASVS.* Dicit Inſti. prædicti tres viri. ſ. Tribo. Theop. & Doro. confecerunt has inſtitutiones ex antiquis inſtitutionibus. quas non habemus ex commētarijs. i. gloſis Caij: quas gl. fecit ipſe Caius ad expoſitionem prædictarum Inſtitutionum antiquarū, & ad expoſitionem cuiuſdam libri, qui appellatur liber rerū quotidianarum, etiā ex multis commētarijs ab ipſo Caio factis.

d ¶ *Caii noſtri.* commentarijs, dico, factis ſuper libros Inſtitutionum antiquarum.
e ¶ *Quotidianarum.* liber erat ſic appellatus: eo, quod in ſingulis diebus gerenda à magiſtratibus continebat qualiter iudicarent.
f ¶ *Cum tres.* interpoſitio eſt.

¶ *Summa itaque. CASVS.* In hoc. §. concludit Iuſtinianus: & loquitur iuuenibus ſeu rudibus dicens. O iuuenes, accipite hunc librum Inſtitutionum alacriter: & viriliter in eo ſtudete. Et poſt quā ipſum ſtudueritis: & in ipſo, & alijs libris legalibus, ſeu alios libros legalū ſciueritis, vos eritis gubernatores reipublicæ. & noſtrarum ciuitatum ſeu prouinciarū, propter ſapientiam & doctrinam veſtram: quia citius viri periti & docti eliguntur in rempub. regendam, quam laici. & hoc dicit tota iſta conſtitutio, Franc. de Are.

g ¶ *Ope.* quantū ad corpus. vnde, Vergil. Labor omnia vincit improbus. Accur. *Vergilius.*
h ¶ *Et alacri.* Affectio enim operi tuo nomen imponit: vt C. ad leg. Cor. de ſica. l. j. ff. de iur. l. qui iniuriæ. in prin.

ADDITIO. *Vnde. Ang. §. in prœ. ponit hos ver. Si quis fortè velit iuriſconſultus haberi: Continuet ſtudium, velit à quocūque doceri.*

Inuig.

Inuigilet, nec vincat fortuna laboris.
Fortior inſurgat, conſtiſque verentior liris.

a ¶ *Leges noſtras*.ſ.Inſtitutionum. Accur.
b ¶ *Oſtendite*.i.ita proficite in hoc libro. vel ita moribus informati ſitis. Nam boni mores plus, quam diuitiæ operantur: vt ff.de tu.& cur. da.ab his.l.ſcire.§. eum reliquis.ff.de verbo. obliga.l.ſi quis ſtipulat°. in fine.
c ¶ *Vt ſpes*. id eſt, hęc ſpes ſit de vobis noſtram rempublicam poſſe gubernare.
d ¶ *Perlecto*. id eſt, lectis alijs libris.
e ¶ *Noſtram*. alias veſtram.

ſtudio has leges noſtras [a] accipite: & voſmetipſos ſic eruditos oſtēdite [b], vt ſpes [c] vos pulcherrima foueat toto legitimo opere perlecto [d], poſſe etiam noſtram [e] rempublicā in partibus eius [f] vobis [g] credendis [h] gubernari. D.C.XI.Calen.Decemb.Iuſt.

f ¶ *Eius*.reipublicæ. Accur.
g ¶ *Vobis*.id eſt, à vobis credendis, lectis etiam alijs libris, vel ſi habes credendā, id eſt, committendam vobis: datiue legitur. & hoc dicit legitimo opere perlecto id eſt, cum quinquennio legeritis. nam tunc opus cōſummatur, vt in proœmio. ff.eo.§. ſed quia ſolitum. Et quod dicit in partibus eius, ideo eſt: quia multę ſunt partes eius: vt præfectura, conſulatus, & aliæ multæ: vt patet ex tractatibus de officijs in Digeſt. & in Cod.
h ¶ *Credendis*.i.quia creditur. ſecundum primam expoſitionem. vel ſi habes, credendam, dic vt in gloſ. ſ. Accur.

ADDITIO. *Hæ porro notæ D.C.&c. hæc ſignificant, Datum Conſtant. 11. Calend. Decemb. Iuſtiniano patre patriæ, tertium cōſule.*

DE IVSTITIA ET IVRE.

¶ Iuſtinianus tractaturus iura populi Romani præmittit de iuſtitia, quę eſt mater iuris. & ideo ab ea incipit: ſic obligatio mater eſt actionis: vt.ff.de præ.l.licet.§. ea obligat. & ideo præmittitur in tractatu: vt.J.de oblig.in prin. & de act.in prin.

ADDITIO. *Aduerte hic inquantum in gl. dicitur quod iuſtitia eſt mater iuris, dic hoc verum, ſi conſideretur ius, prout eſt in actu: ſecus ſi prout eſt in habitu hominis: quia ius & iuſtitia tunc fuerunt: & ſunt ſimul omni tempore. Iaſon.*

i ¶ *Et iure*.ſ.quod ius iuſtitiam proſequitur, vt miniſter vel filius. Sed quare de
Quæſtio. hoc ponitur in tit. cum in textu nihil dicatur definiendo, licet diuidendo ſic? Reſpondet quidam: ideo non ponit in textu de iure: ne grauaret rudes animos, ſecundū Py. quod nihil eſt. Vel dic hoc plerunque fieri: vt aliqd ponatur in tit. quod in textu nō ponitur: vt.C.de relig.& ſump. fu.& de lu.aleæ. nam nihil in textu ibi dicitur de ludo aleæ. Vel dic (quod eſt verius) vt definiatur: vt dicem°.j.eod.tit.§.iuris præcepta, in gloſ.

PP.III.COS.

INSTITVtionū, ſeu elementorū D. Iuſtiniani ſacratiſsimi principis.

Liber.I.

TITVLVS I.

DE IVSTItia & iure.

¶ *Iuſtitiæ & iuriſprudētiæ deſcriptio.*

IVſtitia. Totus iſte titu. quinque habet partes. Nam in prima ponit definitionē iuſtitiæ. In ſecunda ponit definitionē iuris prudētiæ. In tertia declarat quo ordine & qua via tractandæ ſunt leges. In quarta deſcribit præcepta iuris, vel definit ius, ſecundum opinionem quam tenebo. In quinta diuidit ius per membra. Secunda ibi, Iuris prudentia. Tertia ibi, His igitur generaliter cognitis. Quarta ibi, Iuris præcepta. Quinta ibi, huius ſtudij. Chriſtoph. Por.

¶ *Iuſtitia*. CASVS. In prima parte ſolum dicitur de prima parte tit.ſ.de iuſtitia. & in ipſa prima parte definitur iuſtitia. Et eſt ſciendum, ꝙ hæc prima pars in qua definitur iuſtitia, dupliciter poteſt intelligi: vno modo vt loquitur de iuſtitia diuina: alio modo vt loquitur de humana iuſtitia. Si vis intelligere de diuina iuſtitia, pone caſum. Deus, qui eſt iuſt°, habet voluntatē conſtantē.i.firmā, ſtabilem, & perpetuam.i.nō tēporalē, ſed ſemper duraturam. tribuendi vnicuiq; ius ſuū.ſ.bene meritis paradiſum, male meritis infernum. Si autē vis intelligere ſecundo modo.ſ.de humana iuſtitia: ſic pone caſum. Homo iuſtus habet.i.habere debet voluntatem tribuendi vnicuique ius ſuum. Et pone exēplum in iudice iuſto, qui debet habere voluntatē abſoluendi innoxios & inculpabiles, & puniendi criminoſos. Et ſecundum hanc ſecūdam expoſitionem, illa duo vocabula poſita in definitiōe iuſtitiæ.ſ.cōſtās & perpetua, ſunt abijcienda & remouenda ab ipſa definitione: quia iudex, qui eſt homo humanus, non eſt conſtans in voluntate, nec perpetuus. In ſecunda parte incipit tractare de ſecunda parte tit. ſcilicet de iure: in qua ſecunda parte ſic forma caſum. Ego quæſiui à Iuſtiniano Imperatore. O domine, reſpōdeatis mihi ad hanc quæſtionē. Nos dicimus quotidie, qd bonum eſt habere iuſt

IVſtitia[a] eſt conſtãs & perpetua voluntas, ius ſuum cuique, tribuẽdi[b]. Iuris prudẽtia eſt diuinarũ atque humanarum rerũ notitia[c], iuſti atq; iniuſti ſcientia.

¶ *Leniora primum, exinde altiora tradẽda ſunt, ne tyrones rei perplexitate & varietate perterriti, aut ſtudia deſerant, aut maiori cum ſudore tardius huiuſce diſciplinæ notitiam aſſequantur.*

¶ His igitur[d] generaliter cognitis[e]

prudentia. Dicite ergo mihi, quid eſt iuris prudentia: vel quis dicatur habere iuris prudentiam? Et certe Imperator reſpondet dicens, quòd ille dicitur habere iuris prudentiam, qui ſcit cognoſcere res diuinas & humanas: & qui cognoſcit iuſtũ & iniuſtũ. Tertio dicit, ex quo vidim' in prima parte, quid eſt iuſtitia: & ex quo vidimus in ſecunda, quid eſt iuris prudẽtia: etiã videamus qualiter leges ſunt docendæ, & quo ordine. Et certe leges ſunt docendæ hoc modo: qa ſcholares, qui volũt audire iura ciuilia, prio debẽt incipere à leuib'. ſ. ab hoc libro Inſtit. poſtea debent aſcendere ad grauiora, ſcilicet ad librum Digeſtorũ & Codicis. Et redditur ratio quare ſit incipiendõ à leuibus: quia ſi incipiant à grauiorib', ſcilicet à libris Digeſtorum & Codicis: vnum de duobus malum accidet ſeu eueniet: quia aut rudis propter nimiã difficultatem deſeret, ſeu relinquet prorſus ſtudium, aut ſi non deſerat, hoc eſt propter nimiã difficultatem nõ dimittat ſtudiũ: cum magno labore ad hoc perueniet, quinetiã cũ diffidentia: quia nõ habebit ſpem, nec fiduciam, quod vnquã aliquid ſciet, ſeu perueniet ad fructũ ſcientiæ: ad cuius fructũ citius perueniſſet, ſi à leuioribus ſtudiũ ſuum inchoaſſet. Hæc dicit. Franc. de Aret.

a ¶ *Iuſtitia.* Hæc iuſtitiæ definitio poteſt intelligi de diuina iuſtitia. q. d. Diuina iuſtitia eſt volũtas cõſtãs & ꝑpetua, &c. & ſecũdũ hoc hæc verba in ea poſita ſunt plana. Sed nõne iniuſtũ fuit, quòd tantũ datum fuit mercenario in ſero venienti, quantum illi, qui mane venerat? quod tamen Dei iuſtitia laudat: vt. ff. de an. le. l. ij. & de verb. ſig. l. ij. §. quinſque? Reſpon. illud diuinum vel miſtice vel allegorice debet intelligi. q. d. tantũ habebit de paradiſo ille, qui decedit in hoc vltimo ſeculo, ſi faciat bonum, quantum ille, qui deceſſerit in primo ſeculo, vt patet in his verſibus. Vinea culta fuit, cultores præmia quærunt. Non labor æqualis, æqualia dona fuerunt. Sic Deus oſtendit, quod quãdocũq; venimus. Angamus iter certi de munere ſimus. Vel hæc ſecundũ Ioã. quòd de fragibili hominis iuſtitia loquitur. q. d. iuſtitia humana. vel quæ eſt in homine, eſt voluntas conſtans, &c. & ſecundum hoc illa duo verba, conſtans &

perpetua, abiiciuntur extra: quia homini non poſſunt cõuenire: cum ſcriptum ſit, quòd ſepties in die cadit iuſtus. & illud: Nunquã in eodem ſtatu permanet: vt in authent. de non ali. aut permu. §. vt autem. collat. ij. Item quòd in fin. dicit. ſuum vnicuique tribuendi: intellige, quãtum ad affectionem: quia ad actum non poteſt. q. d. habens affectum tribuendi: ſicut ſupra in i. procemij dicitur de Auguſto. ſic & de matrimonio, quod eſt indiuiduum: vt infra de pa. po. in princ. licet interdũ diuidatur, vt. pa. C. de repu. l. conſenſu. Vel tertio expone, vt in ſumma huius tit. vt volũtas. i. mens. cõſtans. i. bonũ: quaſi habitus mẽtis bon'. Sed Tullius ſic definit. Iuſtitia eſt habitus animi cõmuni vtilitate ſeruata, ſuã cuilibet tribuẽs dignitatẽ. ſed ſecũdũ Pla. iuſtitia eſt virt', quæ plurimũ poteſt in iis, quæ minimũ poſſunt. Vel prout ego credo, Iuſtitia eſt animi cõgrua diſpoſitio in ſingulis rebus recte dijudicans. Accurſius.

ADDITIO. *Per voluntatẽ perpetuã & conſtantẽ habitũ ſignificat: præſertim quũ pinguius aliquãto, quam philoſophi definitionibus prudentes vti conſueuerint. A. Emyl. Ferr.*

b ¶ *Tribuendi.* vt honeſtè viuat ſibi: & ſic alterum non lædat: imò proficiat. vel dic ius ſuum. i. hominis meritum.

c ¶ *Notitia.* Poteſt recte legi, vt illa dictio ſciẽtia, ſit ablatiui caſus: vel econtra ſit noĩatiui caſus, & hæc dictio notitia, ſit ablatiui caſus. ſic. J. ti. j. in prin. Sed nũquid ſecundũ hoc oportet, quod quicũq; vult iuris prudẽs vel iuriſcõ. eſſe, debeat theologiã legere? Reſpõ. nõ: nã in corpore iuris hæc oĩa inueniũtur: vt C de ſum. tri. & fi. ca. & C. de ſac. ſan. eccl. & de epi. & cl. & in auth. ſub multis tit. vbi ſpecialiter de diuinis tractatur. Itẽ quæ eſt differẽtia inter iuſtitiã, & ius, & iuris prudentiã? Reſpon. Iuſtitia eſt virtus: ius eſt virtutis exequutiuũ: iuris prudentia eſt ſcientia illius iuris. Itẽ iuſtitia eſt ſummum bonũ: ius, medium iuris prudentia, infimum. Item iuſtitia vult tribuere vnicuique ius ſuũ: ius vero coadiuuat: iuris prudentia docet qualiter illud fiat.

d ¶ *His igitur.* Nunc vult dicere, qualiter leges ſunt docendæ.

e ¶ *Cognitis.* i. viſa definitione iuſtitiæ & iuris prudentiæ.

a ¶*Et incipientibus*. datiue poteſt legi cũ verbo ſ. videntur: vel ablatiue, vt ſupe rius reſp: etiam: & hæc verior.
b ¶*Nobis*. loquuntur compilatores huius libri in perſona Iuſtiniani, qui debet exponere per eos.

primo ponitur exemplũ in gloſ. quæ incipit, Quantum ad ſe. &c. De ſecundo ponitur exemplum, quòd nõ debet vnus alteri iniuriam inferre: vt. ff. eod. l. iij. de quo ponit exemplũ, vt in iudice, qui vni cuiq; debet ſuum ius tribuere, prout ſ. dixi in definitione iuſtitiæ. Frã. de Are.

& incipientibus[a] nobis[b] exponere iura populi Romani, ita videntur poſſe tradi[c] cõmodiſſimè, ſi primò leui[d] ac ſimplici[e] via, poſt deinde diligẽtiſſima[f] atque exactiſſima[g] interpretatione[h] ſingula tradantur. alioqui ſi ſtatim ab initio rudẽ adhuc & infirmum animũ ſtudioſi, multitudine ac varietate rerũ onerauerim[i]: duorum alterum, aut deſertorem ſtudiorum efficiem[i], aut cum magno labore, ſæpe etiam cum diffidentiã (quæ[i] plerũque iuuenes auertit[k]) ſerius ad id perducemus, ad quod leuiore via ductus[i], ſine magno labore, & ſine vlla diffidentia maturius[l] perduci potuiſſet.

¶ *Tria ſunt iuris præcepta, ad quæ quicquid in iure ſcriptum eſt refertur.*

¶ *Publicum ius publicam vtilitatẽ reſpicit, priuatum verò ſingulorum peculiare commodum.*

¶ Iuris præcepta[m] ſunt hęc, Honeſtè[n] viuere, alterũ[o] non lædere, ius ſuum[p] cuique tribuere.

c ¶*Tradi*. ſcilicet iura populi Romani.
d ¶*Leui*. quo ad ſubtilia verba.
e ¶*Simplici*. quo ad ſententiam.
f ¶*Diligentiſſima*. quo ad ſubtilia verba.
g ¶*Exactiſſima*. quo ad ſubtilem materiam & ſententiam.
h ¶*Interpretatione*. i. facili ſententia.
i ¶*Quæ*. ſ. diffidentia.
k ¶*Auertit*. No. contra inconſtantiã. ſic. ff. de procu. l. in cauſa, in pr. & in authẽ. de mona. §. cogitandum. col. j. vnde Salomo. Tria ſunt mihi incognita, & quartũ penitus ignoro. Via colubri ſuper lapidem, Via auis volantis in aere, Via nauis in medio maris, quartũ difficile, Via iuuenis in adoleſcẽtia ſua. Vnde cantus in ioteg. reſt. eorum facultatibus: vt. j. de hær. qua. & dif. §. extraneis.
ADDITIO. *Et iſta patent his verſibus. Cum ſit pœna grauis cognoſcere qua via nauis, Vel colubri, vel auis, pueri grauior via quæuis.*
l ¶*Maturius*. hic nota prouerbium: Qui vadit planè, vadit ſane.
ADDITIO. *Nam, vt ait Quintilianus, Magiſter quũ adhuc rudia tractabit ingenia, nõ debet ſtatim onerare infirmitate diſcẽtiũ, ſed temperare vires ſuas, & ad intellectũ audientis deſcendere. Nã vt vaſcula oris anguſti ſuperfuſa humoris copiã reſpuũt, ſenſim autẽ influentibus vel etiã inſtillantibus complentur: ſic videndũ eſt, quantum accipere poſſint animi puerorum.*
¶*Iuris præcepta*. CASVS. Hic incipit quarta pars. in qua dicitur, quòd ius noſtrum ciuile vno de tribus accipitur: aut præcipit, vt quis honeſte viuat: aut præcipit, vt quis alterum nõ lædat: aut vt vnus homo ius ſuũ vniuſcuiuſque tribuat. De

m ¶*Iuris præcepta*. i. iura præcipientia, præcipiũt aliquid quod pertinet ad aliquod iſtorum trium. Nã non omne ius præcipit: imo quoddã punit, quoddã vetat, quoddam permittit: vt. ff. de legi. & ſe. cõ. l. legis. quoddã. conſulit: vt. ff. de rei vẽd. l. is, qui deſtinauit. & quoddã hortatur: vt C. de tranſact. l. age.
ADDITIO *Theophil⁹ addit Tria, quod falſũ puto. nam horum omnium vna & eadem vis eſt.*
n ¶*Honeſtè*. ſ. quãtũ ad ſe. quæ honeſtas & circa matrimonia eſt: vt. ff. de ri. nup. l. ſemper. & circa mores ſeruatur: vt. ff. de tu. & cu. da ab his. l. ſcire oportet. §. pe. & vlti.
o ¶*Alterum non lædere*. vnde illud: Quod tibi non vis fieri, alij ne feceris: vt in Decret. in princ.
p ¶*Suum*. vt nõ ſolum non lædat: ſed etiam adiuuet. nã non ſufficit abſtinere à malo, niſi fiat quod bonum eſt: vt arg. in dec. lxxxvj. di. nõ ſatis. Sed nõne hæc verba accipiuntur hic, ſicut ſ. in definitione iuſtitiæ, in fi. Reſpõ. nõ. imo ibi hæc tria cõprehendit: hic autẽ illud ſolũ, quod extra illa duo prima relinquitur. Et not. quòd in hoc reprobo opinio. Py. & aliorũ. qui dixerunt, quòd in hoc titulo nõ definiebatur ius quod eſt ars boni & æqui: cuius merito quis nos ſacerdotes appellet. Nã dico, quod hæc verba, quæ hic ſunt tantundem præſtant. Nã quod hic dicit, præcepta iuris, per hoc dicit ars: cũ ars ſit collectio multorũ præceptorũ. Itẽ per hoc quod dicit, honeſtè viuere, alterũ nõ lædere, valet tantũ, quantum boni & æqui.

Itẽ p hoc qđ dicit, ius ſuũ vnicuiq; tribuere, colligo cui⁹ merito quis nos ſacerdotes appellet.i.ſacra vel iura ſua cuilibet miniſtrãtes: vt hic, &.ff.c.l.j.ij.reſpõ.
¶ *Hoius ſtudii*. Diuiditur in quatuor partes, ſicut ſunt quatuor dicta. Ang.

CASVS. In hac quinta & vltima parte ſigura caſu ſic, Ex quo vidimus quid eſt iuſtitia: item ex quo vidimus, quot & qualia ſunt iuris præcepta: eſt ſciendũ vltimo loco, qđ ius noſtrum ciuile ĩ duas partes diuiditur.ſ. in ius publicũ & priuatum.

Huius ſtudii[a] duæ ſunt poſitiones[b]: publicũ & priuatum. Publicũ ius[c] eſt, quod ad ſtatũ rei Romanæ[d] ſpectat[e]. Priuatũ eſt, quod ad ſingulorũ vtilitatẽ pertinet[f]. Dicendum eſt igitur de iure priuato[g], quod tripertitum eſt[h]. Collectum eſt enim ex naturalibus[i] præceptis, aut gentium[k], aut ciuilib⁹[l].

TITVLVS II.

DE IVRE NAturali, Gẽtium & ciuili.

¶ *Quod naturalis inſtinctus omnia animantia docuit ius naturale dicitur: ideo mares fœminas*

Et primo dicit quid dicatur ius publicũ. Et certe ius publicũ dr̃ illa pars iuris noſtri, quæ tractat de vtilitate totius mundi. quod dic vt in glo. quæ incipit, Et cõſiſtit. Secundo dicit, quid dicatur priuatum. Certe ius priuatũ dicitur illa pars iuris noſtri, quæ tractat de vtilitate ſingulorum: puta vt fundus meus ab altero poſſeſſus reſtituatur mihi: vel puta vt debitor meus quod debet mihi ſoluat. & alia infinita exempla poſſet ponere. Tandẽ dicit: ex quo vidimus, quid eſt ius publicum: nunc videndũ eſt, quid eſt ius priuatum. Et ſciendũ eſt, quod ius priuatũ eſt collectum ex præceptis triũ iurium ſ. ex præceptis iuris naturalis. Item ex præceptis vel præcepto iuris gentiũ. Item ex præceptis iuris ciuilis. Et de his præceptis iuris naturalis, gentium, vel ciuilis, pone exempla: vt in gloſ. quæ incipit, In iure enim. Fran. de Aret.

a ¶ *Hui⁹ ſtudii*. artis adipiſcendæ p ſtudiũ

b ¶ *Poſitiones*.i. ſpecies, ſecundũ Pla. ſed ſecundũ Az. ſic.i. ſuper duobus generib⁹, non ſpeciebus. ponitur hæc ars ſtudio legendi diſcẽda. Nec enim placet, quod ex multitudine rerũ multa dicãtur iura. ſic enĩ diceretur ius aliud equinũ, quod ſuper equo tractaret, aliud aſininũ. & ſic de ſingulis. ſed ego credo, qđ iſte nõ fuit Pylotellꝰ⁹, ſed ille, qui eſt pceptoris mei. ADDITIO. *Nota quod Azo fuit præceptor Accurſii. Poſitiones autem, id eſt ſpecies ſic autem dicere maluit, quia hæc tanquam prima principia eſſe voluit qua vt ait Ariſt. medio vacant. A Emyl. Ferr.*

c ¶ *Publicum ius*. & conſiſtit in ſacris, in ſacerdotib⁹, & magiſtratibus. ff. eod. l. j §. publicum, & in authẽ. vt li. ma. & auiæ §. ſi. verſi. quia vero. coll. viij & C. de ſum. tri. & fid. cat. l. inter claras, & ff. de orig. iuris. l. ij. § poſt originẽ. Glo. in d. §. publicũ. i ver. ĩ ſacris. declarat hãc. A Eg. Per.

d ¶ *Rei Romanæ*. id eſt Romani Imperii. ſic ponitur. j. de pat. pot. §. ius autem.

e ¶ *Spectat*. ſcilicet principaliter. nã & ſingulorum eſt vtilitas Rempublicam ſaluam cõſeruari Accurſius.

f ¶ *Pertinet*. ſ. principaliter. ſecundario autem ad publicam vtilitatẽ pertinet. expedit enim Reipub. & c vt. j. de his, qui ſunt ſui vel alieni iuris. §. nam Antoninus.

g ¶ *De iure priuato*. ſed qd de publico? Reſpon. non dicet in hoc libro: ſed dicitur ff. de iu. & iſ. & C. eod. tit. & in aliis tit. ſequentibus: & fere per omnes tres libros Codicis: vbi de iure public. tractatur. Et nunquid illud eſt tripertite collectum? Reſpo. ſic, vt ſtatim dicam, & ex eiſdem præceptis. Cum ergo eadem ſint exempla publici & priuati, quare de priuato tantum dixit, quod eſt tripertite collectum? Reſpond. quia plura erat de eo priuato dicturus. Item cum feciſſet hunc librum cauſa rudiũ, nolebat eos multum aggrauare, quod feciſſet, ſi tractaſſet de iure pub. In hoc lib.

h ¶ *Tripertitum eſt*. in iure enim priuato, vt in ſuo toto tripertita ſunt præcepta naturalia: vt hoc, Neminẽ cũ alteri⁹ dãno fieri locupletẽ: vt. ff. de cõd. inde. l. nã hoc natura. Itẽ gentiũ: vt quod quiſq; ob tutelam ſui corporis fecerit, iure feciſſe exiſtimetur, vt ff. eo. l. j. ij. & iij. Itẽ ſunt præcepta ciuilia: vt pcepta de vſuc. quia de priuata vtilitate eſt vſucapio: vt. j. de vſucap. in prin. ibi, ne dominia, &c. Et ſic publicũ eſt ex eiſdẽ exemplis, & pone eadem exempla: vt ecce à iure naturali: vt non locupletetur cũ iactura alterius Reſpublica. A iure gentiũ, vt liceat Reipublicæ propulſare iniuriã. Item à iure ciuili, vt Reſpublica vſucapiat, ſicut priuatus, quæ exempla poſuimus ſupra ſtatim in verbo, iure priuato.

i ¶ Naturalibus. i. iuris naturalis.

k ¶ Aut gentium præceptis iuris gentiũ.

l ¶ Aut ciuilibus præceptis.

DE

ius non est sine ratione. quare non conuenit in bestiis. vt not. iniuria l. j.a D. si quadr. paup. f. di.

DE IVRE NATVRALI, &c.

¶ Dictum eſt ſuprà, quod ius priuatum eſt collectum ex naturalibus præceptis, gentium, & ciuilibus: nunc de eis dicit, & primò de iure naturali.

I*Vs naturale eſt.* Totus iſte titu. diuiditur in quinque partes. Primo ponit de iure naturali. Secũdo de iure gentium & ciuili. Tertio ponit vnam diuiſionem iuris ciuilis. Quarto rediens ad ius ciuile & naturale ponit vnam differentiã inter ipſa iura. Vltimo ponit circa q̃ verſatur ius ciuile. Secũda ibi, Ius autẽ ciuile. Tertia ibi, Conſtat autẽ. Quarta ibi, Sed naturalia. Quinta ibi, Omne autem. Et hoc principiũ etiam diuiditur in tres partes. Primo ponit definitionẽ iuris naturalis. Secundo declarat illã. Tertio probat per effectum. Secunda ibi, Nam ius. Tertia ibi, Hinc deſcendit.

appetere, liberos procreare: procreatoſq́; educare (quæ etiam cum brutis communia habemus) hoc iure impellimur.

IVs naturale eſt quod natura[a] omnia animalia docuit. Nam ius[b] iſtud non humani[c] generis proprium eſt, ſed omnium animalium, quæ in cœlo[d], quæ in terra[e], quæ in mari[f] naſcuntur. Hinc[g] deſcendit maris[h] atq; fœminæ cõiunctio[i], quã nos matrimoniũ[k]

CASVS. Quidã ſcholaris rudis acceſſit ad principẽ Iuſtinianũ: & corã eo talẽ proſuit quæſtionẽ: Domine Impe. dicite mihi, quid eſt ius naturale? Imperator reſpondit ei: Ius naturale eſt, quoddã ius, quo iure omnia animalia ſunt inſtructa & perita à natura. i. à Deo. Vel ius naturale eſt quoddã ius, quo iure natura. i. Deus omnia animalia inſtruxit & docuit. & in idẽ per oĩa recidit hæc poſitio caſus cũ prima. Bene dico, omnia animalia: quia non ſolum habet locum in hominibus, ſed in omnibus animalibus: ſiue in cœlo. i. in aere naſcantur: vt aues: ſiue in terra, vt alia animalia: ſiue in aqua naſcantur: vt piſces. Videmus enim. i. videre poſſumus omnia animalia, nedum homines, eſſe perita huius iuris naturalis. h. d. vſque ad verſ. Hinc deſcendit. in quo ponuntur duo vel tria exempla de hoc iure naturali. Mouetur enim maſculus ad coniungendum ſe fœmellæ: vel vir ad coniungendum ſe fœminæ: quæ coniunctio vocatur matrimonium, ſecundum iura ciuilia. Secundum exemplum eſt tale: Iure iſto naturali mouetur homo & fœmina ad procreandos & nutriendos liberos. i. filios. Nam iſto iure naturali mouentur homines & fœminæ ad cõmiſcendum ſe adinuicem: quam coniunctionẽ faciunt. ideo vt liberos procreent: & ciſdem liberis procreatis mouentur eodem iure naturali ad eoſdem liberos alendos; & nutriendos. Fran. de Aret.

a ¶ *Ius naturale eſt, quod natura.* i. Deus & nominatiue & ablatiue poteſt legi. ii. ſ. tit. i. §. j. Et not. quia quatuor modis ius naturale ponitur. Quandoque pro iure gentiũ: vt. j. de re. di. §. ſingulorum. Quandoque pro iure pactorum: & ſic pro iure prætorio: vt. ff. de pa. l. j. Quãdoque pro eius cõtrario. ſ. pro eo, q̃ reſcindit pacta: vt in reſt. min. vt. ff. de mi. l. j. Quandoque pro inſtinctu naturæ: vt hic, & ff. eo. l. j. §. ius autem naturale. Sed ſecundum cano. ius naturale dicitur, quod in lege Moſaica vel in Euangelio continetur: vt in prin. Decret. Et iſtud (quod) hic eſt nominatiua caſus, quando hæc dictio (natura) eſt ablatiui caſus, & econtra eſt accuſatiui, quando (natura) eſt nominatiui: & tunc dic, natura, id eſt Deus.

b ¶ *Nam ius*, bene dico omnia animalia, Nam ius iſtud, &c. non ſolum eſt hominum, ſed cõmune omniũ animaliũ. Acc.

c ¶ *Humani*. i. hominum.

d ¶ *In cœlo*: i. in aere: vt aues quę in arboribus & aere naſcuntur: vt. j. de rer. di. §. apium.

e ¶ *In terra*. vt feræ beſtię, quæ in ſuis luſtris i. cubilibus naſcũtur: & etiam quædam aues.

f ¶ *In mari*. vt piſces. Idem dico & ſi in qualibet alia aqua naſcuntur.

g ¶ Hinc. i. ab hoc iure naturali. ſ. Deo, qui primo Adam & Euã coniunxit: & in paradiſo deliciarum poſuit. Accur.

h ¶ *Maris*, id eſt maſculi.

ADDITIO. *Hinc nota arguendo ex contrariis, quod nefariæ commixtiones de quibus Plato dubitat, ſunt contra naturam. Idem tamen concludit, quum beſtiæ ab eo abhorreant, naturæ repugnare.*

i ¶ *Coniunctio*. ſ. animorum, nõ corporũ: vt. ff. de reg. iur. l. nuptias.

k ¶ *Matrimoniũ*. i. effectũ matrimonij. Et ſic not. q̃ matrimoniũ quo ad originẽ eſt de iure naturali. ſ. de Deo: vt hic dicitur. de iure gentium etiã dici poteſt: quia ab eo receptũ eſt: De iure ciuili etiã dici poteſt: quia formã ei adiunxit, & ſolemnitatem: ſecundũ Azo. vt pa. J. de nup. per totum titulũ cum dicit, à quarundam nuptiis abſtinere neceſſe eſt: vt. ff. de ritu nup. per totũ. vnde debet dici de iure ciuili: vt. ff. de iuſt. & iur. l. ius ciuile.

loquendi genus poeticum, vt admonet Cicero 5 de fin.

appellamus. Hinc liberorũ procreatio [a] hinc educatio [b]. Videmus etenim cætera [c] quoque animalia iſti[us] iuris [d] peritia cẽſeri.

¶ *Quod quæque ciuitas ſibi ius ſtatuit, ius ciuile dicitur, quaſi ipſius ciuitatis peculiare: quod verò rationis iudicio ab omni populo cuſtoditur, ius gentium vocatur.*

¶ Ius autẽ ciuile à iure gẽtiũ diſtinguitur [e], ꝙ omnes populi, qui legib[us]

a ¶ *Hinc liberorum procreatio.* Nam Deus operatur ad liberorum procreationem, & naturalis inſtinctus.

b ¶ *Et educatio.* Nam hoc iure, ſcilicet naturali mouetur parẽs ad educationem filiorum ſuorũ potius, quam alienorum: vt ff. vnde lib. l. ſcripto hærede in fi. & ad hoc etiam tenetur parens: niſi pro ſe ſit inſufficiens: vt ff. de lib. agn. l. ſi quis. §. ſed & ſi filius. &. §. denique.

c ¶ *Cætera.* ſ. animalia præter homines.

d ¶ *Iſtius iuris.* ſ. naturalis, de quo loquimur. Ex eo enim, quòd auis volat, piſcis natat, gallina oua calefacit: mouentur iſto iure naturali.

ADDITIO. *Qui reprehendunt Budæum, putant Peritia eſſe accuſatiui caſus, vt Experientia. Iuſtinus ſic locutus eſt lib. 10. Scythas autem virtute animi, & duritia corporis, non opibus cenſeri. Senſus eſt, ergo, Celebrari ob peritiam, nam plus eſt, quam in cenſum aſcribi, & connumerari.*

¶ *Ius autem.* Diuiditur in tres partes. Primo ponit dictũ bimembre. Secũdo ponit exemplum primi membri. Tertio ponit exemplum ſecundi membri. Secũda ibi, nam quod. Tertia ibi, Quod vero.

CASVS. Quidam ſcholaris acceſſit ad principem, & talẽ propoſuit quæſtionẽ. Domine Imperator, dicite mihi, quæ differentia eſt inter ius gentium, & ius ciuile. & ideo quæro: quia volo vnum ius ab alio ſcire diſcernere. Imperator reſpondit: Amice, dico tibi, quod omnes populi, qui viũtur iure ſcripto, & iure nõ ſcripto, pro parte viũtur ſuo proprio iure. ſ. ciuili, & pro parte vtuntur iure cõmuni omnium hominum. Secũdo dicit ſcholaris. Dñe Imperator, vos loquimini ſic obſcure, ꝙ non intelligo vos. Quid eſt hoc dicere, quod omnes populi, qui vtuntur iure ſcripto, & iure nõ ſcripto. pro parte vtũtur ſuo ꝓprio iure: & pro parte vtuntur iure communi omnium hominũ. Dicit Impe. Quod dixi tibi, ꝙ vtuntur pro parte ſua proprio iure, ſic intellige, quod ius, quod ſibi faciat quilibet populus, illud eſt proprium ius illius populi, vel ciuitatis. i. appellatur ius ciuile, id eſt, ius propriũ illius ciuitatis: puta ſtatuta municipalia, quæ in ſingulis ciuitatib[us] fiũt. Tertio dixit Imperator, quod illud ius, quo vtũtur omnes gẽtes de mundo naturali ratione. i. diſcretione eſt inductũ: appellaturq; ius gẽtiũ. i. ius, quo omnes gentes de mũdo viũtur. Et ſic amodo aperta eſt differentia inter ius gentiũ, & ciuile: quia ius ciuile eſt propriũ cuiuſq; ciuitatis: ius vero gẽtiũ eſt cõmune omnibus. Quarto dicit Iuſtinian[us]. Nõ ſolũ quidẽ alij populi viũtur pro parte iure proprio. i. ciuili: & pro parte iure communi omniũ hominum. i. iure gentiũ: ſed etiã popul[us] Romanus hoc facit: quia pro parte vtitur ſuo iure. i. ſuis proprijs ſtatutis: & pro parte vtitur iure communi omniũ hominũ. i. gentium. Quinto reſpõdet Imperator cuidã tacitæ obiectioni: q̃a poſſent aliqui dicere: Dñe Imperator, vos feciſtis mentionẽ nũc de iure gentiũ & ciuili: dicatis de natura vtriuſque iuris, Dicit Imperator, excuſando ſe: Ego hoc dicã in cõpetenti loco. ſ. in. §. pe. vbi dicit, ꝙ ius gentiũ eſt immutabile, & ius ciuile mutabile, ſecundum expoſitionem iſtius. §. vel alio modo intellige iſtam quintam particulam. vt in gloſ. quæ incipit. ſ. iura gentium. Et hoc totũ in prima parte principali. In ſecunda parte aſsignat Iuſtinianus ſecundã differentiam inter ius gẽtium & ius ciuile, quæ ſecũda pars cõtinet quatuor partes: vt. ſ. dixi. In prima particula hoc dicit: Quamuis ius gentium nõ habeat denominationem ab aliqua ciuitate: quia non dicitur ius gentium Romanorũ. vel ius gentiũ Bononien. tamen ius ciuile habet denominationẽ ab ea ciuitate, in qua factũ eſt: vt ecce ſtatuta, quæ fiebãt apud ciuitatẽ Athenarũ per ſuos ſapientes. ſ. Solonem & Dracontẽ, poſſunt dici ius ciuile Athenienſiũ. Secũdo adducit ſimile, quod ſtatuta facta Romæ poſſunt dici ius ciuile Romanorum, vel ius ciuile Quiritum: quia Romani appellabantur Quirites à quodam eorum rege, qui Quirinus appellabatur. Tertio dicit, Sed quid dicemus, ſi ſimpliciter dicatur ius ciuile, nec addatur nomen ciuitatis, in qua factũ eſt illud ius, de quo iure intelligimus? Reſpõ. per excellẽtiã intelligitur ius ciuile de iure ciuili Romanorum. i. de ſtatutis eorum. Quarto adducit ſimile. Ecce cũ dico, poeta, & ei non addo nomen proprium: per excellentiam intelligitur de Homero apud Græcos: vel de Virgilio apud Latinos h. d vſq; ad. §. ius autem gentium.

e ¶ *Diuiditur.* Id eſt, vnum ab altero ſic dignoſcitur. Accur.

& moribus[a] regũtur, partim ſuo ꝓprio, partim cõmuni[b] omniũ hominũ iure vtũtur. Nam quod quiſq; populus ipſe ſibi ius cõſtituit, id ipſius ꝓpriũ ciuitatis eſt: vocatùrq; ius ciuile[c], quaſi ius proprium ipſius ciuitatis. Quod verò naturalis ratio[d] inter omnes homines cõſtituit, id apud[e] omnes populos peræquè cuſtoditur: vocatúrque ius gentium, quaſi quo iure oẽs gẽtes vtuntur[f]. Et populus itaque[g] Romanus partim ſuo[h] proprio, partim cõmuni omnium hominũ iure vtitur. Quæ ſingula[i] qualia ſint, ſuis locis proponemus[k].

¶ *Ius ciuile à ſua quodq; ciuitate vel legiſlatore nomẽ ſortitur, iuris tamen ciuilis ſimpliciter prolati appellatione, ius Romanorum (tanquã nobilius) ſignificamus.*

¶ Sed ius quidem[l] ciuile ex vnaquaque ciuitate appellatur[m]: veluti Athenienſium. Nam ſi quis velit Solonis[n], vel Draconis leges appellare ius ciuile Athenienſiũ, nõ errauerit[o]. Sic enim & ius[p],

a ¶ *Legibus & moribus*. Nam quidã ſunt, qui regũtur tantũ morib⁹: & etiã quidã, qui nec moribus, nec legib⁹: vt homines ſylueſtres: etiam quidã, qui legibus tantum & moribus.

b ¶ *Communi*, id eſt eo iure, quod eſt in cõmuni apud oẽs ſiue ſcriptum ſit, ſiue non.

c ¶ *Ius ciuile*. vt ſunt ſtatuta terrarum: quæ iura municipalia dicũtur: vt C. de emã. lib. li. j. & ſic dicitur ad differentiam iuris naturalis. i. iuregẽtiũ. & ita accipitur hic. Secũdo modo dicitur ius ciuile lex. xij. tabularum: vt. ff. de iuſti. & iure. l. ius ciuil. §. hoc igitur. Tertio dicitur ius ciuile omne ius quod nõ eſt ꝓtoriũ. & ſic accipitur. ff. de iu. & iure. l. ius autẽ ciuile. in pri. & §. ius ꝓtoriũ. Quarto dicitur diſputatio prudentiũ, q̃ fuit facta ſuper. l. xii. tab. vt. ff. de ori. iuris. l. ij. §. hæc diſputatio. ſecundũ Ioan. Quinto quicquid ſcriptũ habemus de iure, dicitur ius ciuile: vt cũ dicitur, Eſt enĩ ſanctiſſima res ciuilis ſapiẽtia, q̃ pretio nũerario nõ eſt æſtimãda: vt. ff. de var. & extraor. cog. l. j. §. ꝓinde. Sexto dr̃ quoties adijcitur aliquid iuri naturali, vt in matrimonio modo diximus: vel detrahitur iuri naturali, vt in vſucap. vt. j. de vſucapio. in princ. vel additur iurigentium: vt in tutela inuenta à iure ciuili originaliter. vt infra de tut. in principio, vel detrahitur, vt in poteſtate ſeruorum reſtricta: vt. j. de his, qui ſui vel alieni iuris ſunt. §. ſed hoc tempore. hoc enĩ ius ciuile dicitur: vt. ff. de iuſti. & iu. l. ius ciuile. j. tñ. & hæc exẽpla ſũt ibi notata. Accurſius.

d ¶ *Naturalis ratio* no. quod ius gentium naturali ratione eſt inductum: vt hic, & j. de rer. di. §. ſingulorũ. vnde eſt ius immutabile: vt. j. eo. §. ſed naturalia. Accurſius.

e ¶ *Id apud*. nunc ſoluit. Accurſius.

f ¶ *Vtuntur*. vt eſt religio erga Deum, vt parentibus & patriæ pareamus: vt cõtra violentiam reſiſtamus: vt. ff. de iuſtit. & iur. l. j. in fi. & l. ij. Item conuentiones ſiue pacta, quæ apud omnes gentes valẽt: vt. j. e. §. ius autem gentiũ. & ff. de pa. l. iuris gentiũ in prin.

g ¶ *Itaq;*. quia omnis popul⁹ vtitur partim iure cõmuni, & partim, &c.

h ¶ *Suo*. quod pro ſe tantum compoſuerũt: alias eſſet lex generalis: vt. j. eo. §. lex.

i ¶ *Quæ ſingula*. ſcilicet iura gentium & ciuilia quib⁹ vtũtur ciues Romani: & effectus eorum iurium dicetur. j. de rer. diui. §. ſingulorum. vſque ad fin. tit. vbi dicitur qualiter acquiruntur dominia iure gentiũ. Item j. de vſucap. & in tit. ſequentibus, in quib⁹ dicitur qualiter acquirũtur dominia iure ciuili. & ſecundum hoc refertur ad proximum dictum & illud intelligas de iure ciuili Romanorum generali. Vel aliter dic, proponemus. j. eodem titul. §. pe. vbi dicit alterum de iuribus variabile, vt ciuile: alterum non, vt gentium: & ſecundum hoc non refertur ad proximum dictum: ſed ad id, quod dicit. ſ. Nam &c. & etiam, Quod vero &c.

k ¶ *Proponemus*. ſed vbi? Reſpon. forte. j. de rer. di. §. ſingulorũ. & refertur nõ ad ꝓximũ dictũ, ſed ad id, quod dictũ eſt. Nã quod quiſq;. &c. & ibi. Quod vero, &c.

l ¶ *Sed ius quidem*. & diximus populos cõmune, aut propriũ ius habere: ſed &c.

m ¶ *Ciuitate appellatur*. i. nomen illius ciuitatis, vbi factum eſt ius ciuile, debet ei imponi.

n ¶ *Solonis*. nomina ſunt cõpoſitorũ ſtatutorũ in illis ciuitatibus, ſicut ſi appellaret quis ius ciuile Boñ. ſtatutũ à cõpoſitoribus inuentũ & cõſilio confirmatũ.

o ¶ *Non errauerit*, imo bene dixerit.

p *Sic enim & ius*, quod pro ſe tantũ cõ-

poſuerunt: aliter eſſet generalis lex. vt. j. eo §. lex eſt. & de hoc. l. iure ciuili generali poteſt hic intelligi, vt loqui. Accur.

a ¶*Ius quiritum*. pro eodē, licet nomina muter.

tio dicit, quod ex hoc iure gentium ſunt introducti quaſi omnes cōtractus, de quibus multa exēpla ponit in textu. hoc dicit vſque ad §. conſtat.

g ¶*Ius autem*. autē pro ſed, & repetit de iure gentiū, vt aliquid addat.

quo Romanus populus vtitur, ius ciuile Romanorum appellamus, vel ius Quiritū[a], quo Quirites vtuntur. Romani enim à Romulo, Quirites à Quirino[b] appellantur. Sed quoties non addimus nomen, cuius ſit ciuitatis[c], noſtrum[d] ius[e] ſignificamus. Sicuti cum poetā dicimus, nec addimus nomen, ſubauditur apud Græcos egregius Homerus: apud nos, Virgilius[f].

¶ *Communis vſus, humanáque neceſſitas iuri gentium originem dedere. Ex hoc itaq; iure orta ſunt bella, ſequutæ captiuitates & ſeruitutes, ac contractus fere omnes introducti.*

¶Ius autem[g] gentium omni humano[h] generi commune eſt. Nam vſu[i] exigente, & humanis neceſſitatibus, gentes humanæ iura quædam ſibi conſtituerunt. Bella[k] enim orta ſunt, & captiuitates ſecutæ, & ſeruitutes, quæ ſunt naturali iuri contrariæ. Iure enim naturali omnes homines ab initio[l] liberi naſcebantur. Et ex hoc iure gentium omnes penè[m] contractus in-

b ¶*A Quirino*. qui fuit eorum rex, dictus à quiris, quod eſt haſta: quia magna haſta in bello vtebatur.

c ¶*Ciuitatis*. Sed ſimplr̄ dicitur ius ciuile.

d ¶*Noſtrum*. ſ. Romanorum, p excellentiā.

e ¶*Ius*. ſ. ciuile Romanorū. ſi eſt propriū vel generale, ſi eſt factū, vt ſit generale.

ADDITIO. *Hoc genus coniecturæ in aliis ambiguis diſtinguendis obſeruatur. l. ſi ſeruus. §. ſi: ff. de leg. t.*

f ¶*Virgilius*. idē in Apoſtolo. nam Paulus in diuina ſcriptura intelligitur. Item vbi dicitur ſapiēs, intelligitur Salomon.

¶*Ius autē*. Primo ponitur vnum dictum. Secūdo ponitur ratio, quare ius gentium fuit inuentum. Tertio ponitur effectus. ſiue ponuntur inuentiones iuris gentiū. Secunda ibi, Nam vſu. Tertia ibi, Bella.

CASVS. Quanuis in ſuperiori. §. tractauerit de iure gentium & ciuili quia tamen de iure gentium non tractauit ibi plene: ideo hic plenius tractat repetendo etiam de eo quod dixerat. Et diuidit hunc. § in tres partes: ſicut ſupra dictum eſt. In quarum prima parte dicitur quod ius gentium eſt cōmune omnibus hominibus de mūdo. Secundo reddit rationē, quare ius gentiū fuit inductum, quæ ratio talis eſt: Homines indigebant aliquibus ſtatutis, & adeo multa inter ſe ſtatuerunt, quæ dicuntur ius gentium: & maxime bella, & captiuitates, & ſeruitutes ſunt à iure gētiū: quæ ſeruitutes ſunt cōtrariæ iuri naturali: quia de iure naturali omnes homines liberi naſcebātur. Ter-

h ¶*Omni humano*. Sed nunquid plura humana genera ſunt? Reſpon. nō: expono ergo. i. omnib⁹ hominibus.

i ¶*Nā vſu*. ab initio enī pauci erant hoies: & indiguerūt tamen aliquo cōmuni vſu: & q̄to plures fuerūt, tūc magis ſuas conſtitutiones habebāt & ſtatuta: puta vt null⁹ vineā, vel ortū alterius intraret, & hoc ſequitur. & pbatur. ff. de iuſt. & iur. l. ex hoc iure.

k ¶*Bella*. Sed qūo à iure deſcendit bellū, cū ſit à iure phibitū: vt. ff. de vſufr. l. 2 iuſti mu. Reſpon. loquitur de eo q à populo Romano eſt indictum hoſtibus: vt. ff. de cap. & poſtli. reuer. l. hoſtes. §. in bello. Item propulſare violentiam: quod eſt licitū: vt. ff. de iuſti. & iur. l. vt vim. & . ff. de vi & vi ar. l. j. §. vim vi. cum moderamine tamen: & C. vnde vi. l. j.

l ¶*Initio*. ſed nunquid hodie? Quidam dicunt ſic. nos contra: nam ſeruus naſcitur. v. j. de iure pat. §. ſerui. & . ff. de nata. reſti. l. interdum. Accurſius.

ADDITIO. *Anec ſcilicet captiuitates ac ius gentium, quo iure cœperunt naſci ſerui homines, velut nati ex ancillis noſtris. §. ſeruis j. de iure perſ. A Emyl. Fer.*

m ¶*Pene*. pene dicit propter quatuor cōtractus: vt propter ſtipulationé: vt. j. de act. §. de conſti. Itē propter literariū obligationē: vt. j. de lit. oblig. Itē propter contractum emphyteuticum: vt. j. de loca. & condu. §. adeo. Itē propter ſponſalitiā largitionē. i. donationē pter nuptias: vt in auth. vt ſpon. larg. §. j. & ij. coll. ix. Et nota q

ta, quod hic dicitur omnes contractus eſſe de iure gentium:ſed non omnes obligationes. Nã quæ ex maleficio vel quaſi ſunt, non ſunt de iure gentium, ſed vel à lege xij.tabu. vel ab alia lege.

ADDITIO. *Prout glo. loquitur in quaſi maleficiis, approbatur quia in his contingit aliquẽ obligari ex facto alterius: quod iure gentiũ non conſiderat: ſed prout loquitur in maleficiis, reprobatur per.l.1.ff de ſur. vt per Ange. Chriſtopho. hic.*

troducti ſunt: vt emptio & venditio, locatio & conductio, ſocietas, depoſitum, mutuum, & alii innumerabiles[a].

¶*Ius ciuile ex ſcri-*

a ¶*Innumerabiles.*i. non facile ad numerandum habiles: vt.J. de rebus corpor.& incorpo.in princ.

ADDITIO. *Intellige nomine emptio. & vendit. permutationem. quam emptio non conſiſtat ſine pretio, eoque in numerata pecunia. Nummi autem non ſunt inuenti iure gentium, quorũ initiũ refertur ad Æginetas, longe poſt liberũ patrem, quẽ Plin. lib. 6. tradit inueniſſe emptionem & vendit. Æmyl. Ferr.*

¶Conſtat. Diuiditur iſte.§.in tres partes. Primo ponit dictum bimembre. Secundo ponit exemplum primi membri. Tertio exemplum ſecundi membri. Secunda ibi, Scriptum. Tertia ibi in.§. Ex non ſcripto. Itẽ ſecunda ſubdiuiditur in duas partes. Primo ponit, quid eſt ius ſcriptũ. Secũdo ponit exempla. Secũda ibi, Lex.

CASVS. Vidimus de iure naturali in principio huius tituli. Item vidimus de iure gentium.ĩ.§.prox. Item vidimus de iure gentium & ciuili mixtim.i.§.ius autẽ ciuile. vſque ad.§.ius autem gẽtium. Sed quia de iure ciuili non plene tractatum eſt, ideo tractabitur in hoc.§. & ſeq. vſq; ad.§. ſed naturalia. Et ideo diuide aliter hunc.§.quã ĩ.ſecundũ Fran. de Aretio, in ſexdecim partes, vſque ad.§ ex non ſcripto. In prima parte dicitur, ꝙ ius noſtrũ ciuile diuiditur ĩ duas partes.ſ. in ius ſcriptũ, & in ius non ſcriptũ: & hoc ad ſimilitudinẽ Græcorũ, qui ſimiliter iure ſcripto, & iure non ſcripto vtebãtur. Secũdo dicit, ꝙ primo eſt vidẽdũ de iure ſcripto. Et eſt ſciendum, quod ius ſcriptũ cõſtat ex ſex partibus iuris.ſ. ex lege, & plebiſcito: ex ſenatuſconſulto, ex principũ placitis, prætorum edictis, & ex reſponſis prudentum. Tertio dicit, quid eſt lex. Certe lex dicitur illa, quam Romanus populus faciebat cõſule ſenatorũ interrogante populũ, vt ecce quãdo emergebat aliqua quæſtio, quæ nõ erat ſoluta per aliquã legẽ, populus pulſabatur cũ campana, Ad arengam. Ad arengã. Ad arengam. Et ſic congregabatur populus Romanus: & tunc loquebatur magiſtratus ſenatorum: & dicebat populo ibi congregato: Domini mei, talis quæſtio emergit de nouo: quã quæſtionem nõ reperimus deciſam in noſtro iure: placet ne vobis, quod ad deciſionẽ illius ita & ita ſtatuatur? Et populus ſimul vel diuiſim clamabat, vel clamabãt dicentes: Sic fiat, vel ſic fiat. & ſic illud taliter conſtitutum dicebatur lex. Quarto dicit, quid ſit plebiſcitũ. Et certe plebiſcitum dicitur, illud ius, quod plebs Romana faciebat tribuno plebeiorum interrogãte plebem. Ecce enim quando emergebat aliqua quæſtio pertinens ad plebem ſeu plebeios, quæ non erat ſoluta per legem aliquam, pulſabatur cum quadam alia campana. Ad arengam, Ad arengam, Ad arengam. Et ſic congregabatur plebs Romana. Et ſic tunc ſurgebat magiſtratus, ſcilicet tribunus plebis, & dicebat plebi, Talis quæſtio emerſit, placet ne vobis, quod ad deciſionem illius ſic, vel ſic ſtatuatur? Et ipſi clamabant dicentes. Fiat ſic & ſic ergo illud taliter conſtitutum appellabatur plebiſcitum. Quinto dicit, Diximus quod lex fit à populo, & plebiſcitũ à plebe. Sed quæ differentia eſt inter populũ & plebem? Reſpon. Populus eſt genus: quia appellatione populi oẽs ciues Romani continentur, ſcilicet nobiles patricij, & ſenatores, & ignobiles. Plebs vero ſine patriciis & ſenatorib' cæteros ciues ſignificat. Sexto reſpondet cuidã tacitæ quæſtioni. nam poſſet aliquis dicere: Nũquid tantum valent plebiſcita quantũ leges? Et dicit ꝙ ſic ex quo fuit facta quædam lex, quæ appellatur Hortẽſia: in qua continetur, ꝙ plebiſcita obtinent vim legum. Septimo quid eſt ſenatuſconſultũ? Et certe ſenatuſconſultum eſt ſtatutum à ſenatoribus compoſitũ, ſiue leges à ſenatoribus promulgatæ. Octauo reſpõdet cuidã tacitæ quæſtioni. nã aliquis poſſet dicere: Senatuſconſulta videntur ſuperflua. nõne ſufficiebant leges & plebiſcita? Reſpondet dicens, ꝙ ſenatuſcõſulta non ſunt ſuperflua. Nã populus Romanus erat in tantũ augmẽtatus, quod erat quodam modo impoſſibile, quod ſemper quando debebãt fieri aliquæ leges nouæ, ꝙ populus & plebs cõgregari poſſent. & ideo vtile viſum fuit populo, quod ſenatores poſſent iura condere ſine populo & plebe: & ſic quãdo congregabatur populus, conſul ſenatorum interrogabat. Nono, quid eſt principis placitum? Dicitur lex imperialis. nã quod principi placuit: pro lege ſeruatur. Decimo, reſpondet cuidam tacitæ quæſtioni. Nam poſſet aliquis quærere: Quare princeps poteſt legem facere? Reſpon. Quia populus Romanus tranſtulit in eum principem omne ius ſuum & im-

Cicero top. Jus civile est quod in legibus, Senatusconsultis, rebus iudicatis, iurisperitorum auctoritate, edictis magistratuum, more, aequitate consistit.

perium:& maxime poteſtatem legis eoo dendā. Vndecimo dicit, quòd Imperator poteſt facere legem, vt dixi. ergo id quod inſtituit Imperator, ſeruatur pro lege, etiam ſi io modum epiſtolæ faciati vt j. de his, qui ſui vel alie. iur. ſunt §. fi. Vel ita ſi interlitigātes eo gnoorit & definitiue pronuntiauit, volens, quod illa ſeotētia eſſet lex: vt C. de legi. & conſtit. l. fi. Vel etiam ſi appo nat i lege, quā facit, hoc voca bulum, edictali vel edicto: vt C. de ſecundis nupt l. hac edictali. Duodecimo, quòd leges imperiales proprie appellantur coōſtitutiones. Tredecimo dicit, quòd legum ſiue coōſtitutionum imperialium quædam ſunt perſonales, quædam generales. Perſonales dicuntur, quæ ad alias perſooas noo extenduntur. Ecce ſi alicui ob meritum, id eſt propter ſuum meritum princeps indulſit, id eſt pepercit, quia deliquit contra principem. & princeps videns iſtum, quòd bene ſibi ſeruierat, dat ſibi ſuam gratiā: iſta gratia quam dat ſibi princeps non tranſit ad aliam perſonam. Ideo dicitur in textu, quod priuilegium perſonale noo tranſgreditur perſonam, cui tale priuilegium conceditur. Aliæ vero generales conſtitutiones ſunt in oībus aliis hominibus. Quartodecimo dicit de magiſtratuum ſiue prætorum edictis: dicens quod prætorum edicta obtinent vim legum. Etiam dicit, quòd hoc ius prætorium poteſt etiam honorarium appellari ab honore ipſorum prætorum, qui faciebāt huiuſmodi ius. Quintodecimo dicit, quòd iſti prætores Romani erāt multi:& ex his erant quidam, qui appellabantur ædiles curules: qui ſimiliter faciebāt ſuas leges ſuper certis articulis, vel capitulis: quæ leges ſunt pars iuris prætorii. Sextodecimo dicit, quæ ſunt reſpōſa prudentum. Et certe reſponſa prudentum dicuntur ſentētiæ & opiniones illorum ſapiētum Romanorum. quibus permiſſum erat à principe iura componere, qui iuriſconſulti appellabantur: quæ reſponſa eorum tantam habebant poteſtatē, quod nullus iudex poterat cōtra eorū reſponſa ſemel pronūciare. Franc. de Aret.

pto conſtat, & non ſcripto. Iuris autem ſcripti partes ſunt ſex, quæ recta ſerie pertractantur.

l. vj. D. eo. ti.

¶Conſtat autem ius noſtrum[a] quo vtimur, aut ſcripto[b], aut ſine ſcripto: vt[c] apud Græcos[d] τῶν νόμων οἱ μὲν ἔγγραφοι, οἱ δὲ ἄγραφοι. Scriptū autem[e] eſt lex, plebiſcitū, ſenatuſconſultum[f], principū placita, magiſtratuum edicta, reſponſa prudentium. Lex eſt[g], quòd populus Romanus ſenatorio magiſtratu ~~inter~~ rogante, veluti[h] Conſule[i], conſtituebat. Plebiſcitū eſt, quòd plebs

quo diximus s. eo. §. ſed ius. Large vocatur ius ciuile, quicquid ſcriptum habemus de iure generali: vt diximus s. eo. in glo. vt ſunt ſtatuta terrarū, &c. ibi, quinto, &c. Item quicquid habemus de moribus hic comprehendit, ſcilicet generalib': vt patet ex inferioribus.

b ¶*Scripto.* de hoc dicit vſq; ad §. ~~iuris~~ non ſcripto, & de non ſcripto ibi dicet. Accurſius.

A D D. *Non tamen eſt neceſſaria ſcriptura ad ſubſtantiam legis: ſed ad probationem tantum. ar. l. cūtrahitur. ff. de pig. ſecundum doct. hic.*

a ¶*Ius noſtrum.* i. ciuile Romanorum, de

c ¶*Vt.* pro ſicut.

d ¶*Apud Græcos.* nam Græci vtebantur iure ſcripto, & non ſcripto: vt j eod. §. & non ineleganter. Accurſius.

A D D. *Græca ſic verte, legum alia ſcripta ſunt, alia non ſcripta.*

e ¶*Scriptum autem ius.* ſcilicet ciuile Romanorum: de quo dixit s. eod. §. ſed ius. Accurſius.

f ¶*Senatuſconſultum.* quare dicti ſunt conſules: not. ff. de orig. iuris. l. ij. §. exactis.

g ¶*Lex eſt.* hæc definitio quo ad ſententiam concordat cum ea, quæ eſt ff. de legi. & ſenatuſconſul. l. j. licet quo ad verba diſſentiat. Definitur & alio modo: Lex eſt ſanctio ſancta iubens honeſta, prohibens contraria, quæ ſumitur ex lege Græca ff. de leg. & ſenatuſconſult. lege ſecunda. Item definitur tertio modo, vt in alia lege Græca colligitur in eodem titulo de legibus & ſenatuſcon. lege prima. Accur.

h ¶*Veluti.* exemplificatiue ponitur: vt ſupra §. proxim. oīm facta conuocatione populi Romani, magiſtratus, id eſt ſenatus non totus, ſed qui maior erat omnibus, interrogabat populum, ſcilicet conſulendo, an ſic placeret, & ſic ad libitum, populi ſiebat: vt ff. de origi. iur. l. ij. §. deinde.

i ¶*Cōſule.* nam conſul vice omnium ſenatorum interrogabat populum, & ſic ipſi Senatores videntur interrogare. Nam qui per alium facit, per ſe facere videtur: vt ff. de vi & vi ar. l. j. §. defeciſſe. & ff. de adminiſt. tutor. l. ita autem. §. geſſiſſe. Nam recte omnia noſtra facimus, quibus à nobis authoritas impertitur: vt C. de vete. iur. enucl. l. j. §. ſed ſi quid. ver. omnia.

a ¶Vt-

Lex interdum significat rationem summam insitam in natura &c. vt apud Cic. de leg. & l. 2. D. de leg. & S.C. aliter interdum significat ius & scriptum & non scriptum, vt cum dr νόμοι ἄγραφοι apud Gr. interdum tantum ius scriptum, vt § ius autem civile: ubi dicit, legibus & moribus.

interdum signat plebiscitum, vt l. 1. D. ad l. Aquil. interdum proprie accipitur, vt hic.

Lex Falcidia & sic dicitur lex Manilia: sic leges agrariae.

a ¶*Veluti.* exemplificatiue ponitur: vt ꝭ.§.prox. erat enim vnius nomine tribunus, qui preerat plebeiis & eorum magiſtratui: qui interrogabat plebeios: vt ff.de orig.iur.l.ij.§.poſtea.ver. mox eum reuocata. & §. iiſdē temporibus.& multas leges habem⁹ de his, vt de leg.Aqu. vt ꝭ. de leg. Aquil.§. ex hoc tamen capite, & ne præſides accipiant niſi eſculenta: vt ff de offic.procon.l.ſolent.§.fi.& ff.de offic.p̄.l.plebiſcito.

b ¶*Species à genere.* eſt autē genus, quod p̄dicatur de pluribus differentibus ſpecie: vt animaliū aliud rationale, aliud irrationale. & ſic ſe habet populus (vt ſequitur) ad nobiles & ignobiles. Species autem eſt, quod prædicatur de pluribus differentibus numero: vt hominū alius Titius, alius Seius, ſic ſe habet plebs. nam minores tantum comprehendit, vt ſequitur.

A D D. *Improprie & genus & ſpeciē accipit. vt in l.inter diuinam, ff.de verb.ſig.neque enim populus de plebe prædicatur, vt genus de ſpecie.quare potius dictum,totum & partem.*

c ¶*Etiam.* quaſi dicat, non ſolum populi appellatione viles cōnumerantur, ſed etiam patricij.

d ¶*Patriciis.* qui erāt quaſi patres principis.vt ꝭ.quib⁹ modis ius pa.po.ſol.§.fili⁹.

e ¶*Sed & plebiſcita.* videbātur minus valere, quaſi loco & argumento ſumpto ab authoritate: quia maior eſt patriciorum & ſenatorum authoritas: vt C.de le.l.humanum.& ff.de eden.l.ſi quis ex argen.§.j. ſed hoc ſublatum eſt per legem latam [illegible]ge: vt ſequitur, & ff.de orig.iur.l.ij.§. deinde cū eſſet. ver.mox. eum reuocata.

f ¶*Lege Hortenſia.* ſic dicta ab Hortēſio, qui pacem compoſuit inter nobiles & plebeios: & inter eos ſic ſtatuit, vt valeret plebiſcitum.

A D D. *Imo ab Hortenſio dictatore, vt apud Gelium lib.15.c.25. & Plinium lib.16.cap.10. qui mortuus eſt in magiſtratu. vt apud Florum in epit. 11. & D. Auguſtinum lib. de ciuitate Dei 3. cap. 17.*

plebeio magiſtratu interrogante, veluti[a] tribuno, conſtituebat.

¶ Plebs autem à populo eo differt, quo ſpecies[b] à genere. Nam appellatione populi vniuerſi ciues ſignificantur, connumeratis etiam[c] patriciis[d], & ſenatoribus: plebis autē appellatione, ſine patriciis, & ſenatoribus cæteri ciues ſignificantur. Sed & plebiſcita[e] lege Hortenſia[f] lata non minus valere, quam leges cœperunt.

¶ Senatuſconſultum eſt, quod Senatus iubet atque conſtituit[g]. Nam quum auctus eſſet populus Romanus in eum modum, vt difficile eſſet in vnum eum conuocari legis ſanciendæ cauſa[h]: æquum viſum eſt, Senatū vice populi conſuli[i].

¶ *Quod princeps animo legis condendæ ſtatuit, legis vim obtinet: & conſtitutio dicitur, ligatq; omnes, modo generalis ſit: quod ſi ob certæ perſonæ meritum odiumve emanarit: ad exemplum non trahitur; & quum perſonalis ſit, perſonam non egreditur.*

¶ Sed & quod principi placuit[k], legis[l] habet vigorem[m]: quum lege Regia[n], quæ

g ¶*Conſtituit.* Nam poterat facere leges: vt hic, & ff.de legi. & ſenatuſconſult. l. non ambigitur.

h ¶*Legis ſanciendæ cauſa.* Nam idem eſt, ſi ex alia: quia difficile, erat tot homines conuenire. Accurſius.

i ¶*Conſuli.* id eſt interrogari. Nam antea populus interrogabatur: vt ſupra eo.tit.§. plebiſcitum.& ſicut populus interrogabat plebeius, ſic poſtea ſenatores (qui centum erant numero) interrogabantur à conſule: vt C. de pe. hær.l.fi. in prin.& ff.de orig.iur.l.ij.§.deinde quia difficile.

¶*Sed & quod.* Iſte §. diuiditur in quatuor partes. Nam primo ponit dictum. Secundo eius rationem. Tertio ponit illationem. Quarto dictum modificat & declarat. Secūda ibi, Cum lege. Tertia ibi, Quodcunque. Quarta ibi, Plane.

k ¶*Placuit.* cauſa faciendi communem legem & generalem: alias non eſſet lex communis: vt ſequitur: & C.de ſenten. & inter. omn.iu.l. ex ſtipulatione. Nam ibi dicitur, non omnis vox iudicis eſt ſententia. & ſic nō omnis vox pricipis eſt lex.

l ¶*Legis.* quam non habemus.

m ¶*Habet vigorem.* id eſt lex eſt, & pro lege ſeruatur.

n ¶*Lege Regia.* hac lege cautum fuit, vt poteſtas legis faciēdæ trāſiret de populo ad principem: vt hic, & ff.de orig.iu.l.ij.

B 2

§.nouiſſime. & facit ad hoc.ff.de conſtit. prin. lege prima. vbi ſunt eadem verba. Et hanc legem Regiam ooo habemus. Nam facta fuit ſuper regno.l. Imperio transferendo.

l ¶ *Alicui*.pœnam merenti.

m ¶ *Irrogauit*. ſ. ooo merenti:vel merenti:ſed maiorem forte,qoàm qua eſſet dignus : vt pœna eius metus ſit multorũ. vt.ff.de pœna.l.aut facta.§.fi. Accur.

de eius Imperio[a] lata eſt, populus ei[b] & in eum omne Imperium ſuũ & poteſtatem contulerit[c]. Quodcunque ergo Imperator per epiſtolam[d] conſtituit vel cognoſcẽs decreuit[e] vel edicto[f] præcepit, legem[g] eſſe cõſtat. Hæ ſunt[h], quæ conſtitutiones appellantur. Planè ex his quædam ſunt perſonales[i], quæ nec ad exemplum trahuntur: quoniam non hoc princeps vult. Nam quod ob meritum[k] indulſit alicui[l], vel ſi quam pœnã irrogauit[m], vel ſi cui ſine exemplo[o] ſubuenit[o] perſonam nõ tranſgreditur[p]. Aliæ autem cum generales ſint, omnes proculdubio tenent[q].

¶ *Prætorum edicta, vim legis habent: ædilitiumq́; edictum pars eſt iuris prætorii.*

¶ Prætorum quoque edicta[r] non modicam[s] obtinẽt iuris authoritatem. Hoc etiam ius honorarium ſolemus appellare: quod[t] qui honores gerunt, id eſt, magiſtratus[u], authoritatem huic iuri dederunt[x]. Pro-

a ¶ *Imperio*. transferẽdo de populo ad principem.

b ¶ *Ei*.ſ.principi.quo ad honorẽ & in eũ, quo ad onus.

ADDITIO. *Intellige cũ Theophilo lege Regia principi in populum omnem poteſtatem datã l.1.ff.de conſtit.* E. B.

c ¶ *Contulerit*. i. tranſtulerit. ſic vt ipſe populus amodo nõ habeat hoc ius. ſic C. de vet. iu. enu. l. ij.§. hoc autẽ. & de leg.& conſtit.l.fin. Sed alii dicũt, quod adhuc populus poteſt facere legem.& quod dicitur ſolum principem hoc poſſe: verũ eſt: ſolus .i. nullus alius ſolus, ſecundum Romanum.

o ¶ *Sine exẽplo*.i. vt alij nõ caperent exẽplum. Accur.

o ¶ *Subuenit*.vt clericis, quib^9 indulta ſũt ſpecialia:vt ĩ aut. vt cleric.apud prop. epiſc. & C.de epi.& cl. l.cum clericis & l.omnes qui & curiæ & alijs:vt C.de le. & cõſt.l.ij.Sed nunquid intelligitur ſine exẽplo ſubuenire, ſi cui ſimpliciter reſcribat? Reſpon.ſic dũmodo non ſit ibi aliquod ſignũ ex his quatuor. quæ dicuntur. C. de leg. & conſtit. l.iiij.

p ¶ *Nõ tranſgreditur* ff.quod quiſque iu.l.j. contra.Sed diſtingue, an ad ſui poſtulationem ſit conceſſum : quo caſu tranſgreditur:vt ibi.alias nõ,vt hic,& ff.quod quiſque iu.l.iij. Et ſic ſoluitur aliud contra C.de fru.& li.exp.l.fin.Vel dic ad vtrunque contra quod ad aliud extenditur: hoc eſt dicere, vt alius habeat priuilegium.Vel dic. quod illud eſt ſpeciale in illa l.C.de fru.& li.expen.propter æquitatem in iudicijs obſeruandam. ar. C. de poſtul.l. prouidendum. Vel melius licet egrediatur perſonam, non eſt tamen generale ius:nec videtur alius, ſcilicet aduerſarius prorſus:cum ſit contingens occaſione controuerſiæ.

d ¶ *Per epiſtolam*. vt.J.de hĩt,qui ſui vel alie. iu.ſunt.§.dominorum.&.ff.de conſt. princ.l.j.

e ¶ *Decreuit*, ſedens pro tribunali dando ſententiã definitiuam:vt C.de leg.& conſtit.l.fi. Nam interlocutio principis non habet vim legis, niſi hoc expreſſerit à princ.vt ea.l.fi.C.de legi.Accur.

f ¶ *Edicto*.vt C.de legi.& cõſt.l.ij.& de ſecun.nup.l.hac edictali.

g ¶ *Legem*. generalem, quam potes cognoſcere quatuor modis: vt C.de legi.& conſt.l.leges.vel ſpeciem:vt ſequitur.

h ¶ *Hæ ſunt*.ſ. quas conſtituit Impera. Accurſius.

j ¶ *Perſonales*.dummodo in iuris corpore non ſint clauſæ, alias omnes ſunt generales:vt C.de Iuſti. Cod.cõfirmando. l.vnica.in.§.fi.Accurſius.

k ¶ *Ob meritum*. quia multum ſeruierat principi: & ideo aliquam pœnam, quam debebat ille pati propter delictum, quod forte fecerat, ei remiſit. Accur.

q ¶ *Tenent*.i.ligant.Accur.

r ¶ *Edicta*.quæ ſcripta erant in albo prætoris:vt ff. de iur.om.iudi.l. ſi id quod.in j,reſpon.Accur.

ſ ¶ *Non modicam*.ſed magnam.

t ¶ *Quod*.i.ideo quia.

u ¶ *Magiſtrat^9*.ſ.ipſi prætores:vt ff.de iuſt. & iur.l.ius aũt.§.ius autẽ prætorium.

x ¶ *Dederunt*. vt ff. de origi.iur.l.ij.§. eo tempore.

a ¶ *Aediles curules*, a cura dicti. Obſeruabant enim ne ruina. vel incendijs ædium deformaretur vrbis aſpectus.

b ¶ *De quibuſdā cauſis*. vt de morbis & morboſis, & vitioſis aīalibus. vt pa. ff. de ædil. edi. l. j.

ADDITIO. *De rebus venalibus, de ædilitio edicto, de vijs publicis quæ ad curam ædiliū pertinebant, de itineribus, de fluminibus, de ædibus. vt ff. de via pub. Cum quidē*

c ¶ *Honorarii*. qualiter? Reſpō. quia ædiles erant ex prætoribus: vt ĵ. de diui. ſtip. §. prętorias. & ff. de verbor. obli. l. v. §. prætoriæ.

d ¶ *Sententia*. ſentētia eſt firma & indubitata reſponſio. ſecundū Ioan.

e ¶ *Opiniones*. opinio eſt cū dubitatione reſponſio, ſecundum Ioan.

f ¶ *Publice*. id eſt quorum interpretatio fiebat publica authoritate conceſſa à principe, vt Vlpian. Papi. & ſimiles. qui fecerunt leges ff. de orig. iu. l. ij. §. poſt originem. & §. iuris ciuilis ſcientiam.

ADD. *Hodie tamen ſententia doctorum eſt probabilis, & non neceſſaria: vt not. glo. in l. 2. circa fi. C. de legi. & legendi. ſeu interpretandi licentia in doctoratu collata, operatur. vt hæc poſſint publice fieri: quod alias non licere l. 1. C. de ſtud. lib. vr. Ro. lib. 11.*

ponebant & Aediles curules [a] edictū de quibuſdam cauſis [b]: quod & ipſum iuris honorarii [c] portio eſt.

¶ *Iureconſultorum ſententiæ (quibus à Cæſare iura interpretandi facultas data erat) reſponſa prudentum dicuntur: quæ vſque adeo iuris pondus obtinebāt, vt nec cuiquam iudicum ab his recedere fas eſſet.*

¶ Reſponſa prudentum ſunt ſententiæ [d] & opiniones [e] eorum, quibus permiſſum erat iura condere. Nam antiquitus conſtitutum erat, vt eſſent, qui iura publicè [f] interpretarentur: quibus à Cæſare [g] ius reſpōdendi datum eſt: qui iuriſcōſulti appellabantur: quorum omnium ſententiæ & opiniones eam authoritatem tenebant, vt iudici [h] recedere à reſponſo eorum non liceret: vt eſt conſtitutum [i].

¶ *Conſuetudo moribus vtentium comprobata vim iuris ſcripti habet. hoc tamen ab Athenienſibus, illa à Lacedæmoniis ortum habuit.*

¶ Sine ſcripto ius venit [k], quod vſus approbauit. Nam diuturni [l] mores

iſte §. vſq; ad §. Sed naturalia. diuiditur in duas partes principales. In prima parte dicitur, quod ius nō ſcriptū eſt illud, quod vſus pop. Ro. vel alicuius populi approbat & obſeruat: quod ius quis in ſcriptis nō ſit redactū: tamen obtinet vires & vicē legis ſcriptæ. Secūdo reddit rationem, quare ius ciuile ī duas partes diuiditur. ſ. in ius ſcriptū, & ī ius non ſcriptū: vt ꝫ. §. conſtat. Et eſt ratio: quia leges Romanæ habuerūt originē à duabus ciuitatib⁹ Græciæ. ſ. Lacedæmonia quæ vtebatur iure nō ſcripto, id eſt conſuetudine vel vſu. & habuerunt etiam ortū leges Romanæ ab Athenis, quæ vtebātur iure ſcripto.

k ¶ *Ex nō ſcripto ius venit*. de iure ſcripto vidimus: quod in ſex partes diuiditur. ſequitur de non ſcripto: vt ꝫ. codē conſtat.

g ¶ *A Cæſare*. Auguſto: vt ꝫ. in primo tit. ponitur. Accurſius.

h ¶ *Vt iudici*. ſcilicet nulli.

i ¶ *Vt eſt conſtitutum*. i. ſicut ipſi conſtituerint.

ADD. *Hoc refer ad Theodoſii conſtitutionem de reſponſ. pru. l. in C. Theodoſ. referre ſoles. Eguinarius. Bar.*

¶ *Ex non ſcripto*. CASVS. Vidimus de iure ciuili ſcripto à §. præcedenti vſque huc. Nunc hic ſequitur videre de iure ciuili nō ſcripto. Et eſt ſciendū, quod

l ¶ *Diuturni*. Sed quanto tempore vſus facit mores vel conſuetudinem? Reſpon. x. an. vt ff. qui & à quib. ma. li. non fi. l. de fideicommiſſo §. Ariſt. licet ſecūdū quoſdam exigatur tempus, cuius non extet memoria: ar. ff. de aqua plu. ar. l. j. in. fi. & ff. de aqua quo. & æſti. l. iij. §. ductus. & C. quæ ſit lon. conſuetu. l. conſuetudinis. & C. de ſacroſan. eccle. l. fin. Item quia dicitur longa, vt patet in titu. C. eod. & ff. eodem longa autem x. ann. dicitur: vt ĵ. de vſucap. §. j. ſequitur ergo, quod x ann. ſit robuſta. Sed nunquid ſemel ſufficit: vt intra x. an. ſecundum eam iudicetur? Reſpon. non: imo debet ad minus bis ſecundum eam iudicari: vt C. de epiſc. au. l. iij. in fin. vel querimoniam vel libellū propoſitum contra conſuetudinem talē ſpernere. vt ff. de leg. & ſe. con. l. de conſuetudine. Nunquid ergo iudicatur exemplis? Reſpō. nō: vt C. de ſen. & interlo. om. iud.

conſenſu [a] vtentium comprobati, legem imitãtur [b]. ¶ Et non [c] ineleganter in duas ſpecies ius ciuile [d] diſtributum eſſe videtur. Nam origo [e] eius ab inſtitutis [f] duarum ciuitatum Athenarum, ſcilicet & Lacedæmoniorũ, fluxiſſe videtur. In his enim ciuitatibus ita agi ſolitum erat, vt Lacedæmonii quidem magis ea, quæ pro legibus obſeruabãt, memoriæ mandarent: Athenienſes verò ea, quæ in legibus ſcripta comprehendiſſent, cuſtodirent.

¶ *Ius naturali ratione apud omnes gẽtes obſeruatum, & ciuile, in hoc diſcrepant: quoniam primũ immutabile eſt, reliquum vero conſuetudine, aut contraria lege mutatur.*

¶ Sed naturalia [g] quidem iura, quæ apud omnes gẽtes

nemo iudex. & facit ff. de off. præ. l. ſed licet. Sed ex conſuetudine, quæ approbatur exẽplis, & ſic conceditur aliquid per obliquum, quod directo non conceditur, ſic & ff. quæ res pig. oblig. poſſ. l. Ariſto. in fi. ſic ecõtra peto ex promiſſione, quę promiſſio probatur ex longo vſu: vt ff. de vſu. l. cum de in rẽ verſo.

a ¶ *Cõſenſu.* alias non poteſt eſſe conſuetudo: cum dicatur conſuetudo, quaſi cummunis aſſuctodo, & error cõſuetudinẽ impediat: vt ff. de le. & ſe. con. l. quod non ratione.

A D D. *Nota in vis ordinem. vbi ſcripta leges non ſunt, ſpectanda eſt conſuetudo l. venditor. §. ſi conſtat, ff. com. di. ſi non ſit, quod proximum & conſequens. ſi ne hoc quidem, conſuetudo ciuitatis Rom.*

b ¶ *Imitantur.* i. tantũ valet conſuetudo, vbi lex ſcripta non eſt, quantum lex vbi ſcripta eſt. Et nota tres virtutes conſuetudinis, imitandi legem, vt hic. Item interpretãdi legem, vbi lex eſt dubia: vt ff. eo. l. ſi de interpretatione in fi. Item corrigendi: vt ff. de legi. & con. l. de quibus. in fi. & ĩ. eo §. ea vero. Quod diſtingue: aut eſt generalit conſuetudo per totũ mundum: & tunc vincit legem vbique: vt ff. de le. & ſenatuſcon. l. de quibus. §. fin. aut ſpecialis: & tunc vincit legẽ in eo loco: vbi eſt: vt ff. commu. præd. l. venditor. §. ſi conſtat. dummodo poſt legem fuerit inducta: alias vincitur à lege ſuperuenienre: vt ff. de ſepul. vio. l. iij. §. diuut. in alio autem loco conſuetudo ſpecialit nõ vincit legem. ſed vincitur à lege: vt C. eo. l. conſuetudinis. & hoc ſecundum Ioan. & Py. licet alij aliter diſtinxerunt.

c ¶ *Et non.* hic §. communis eſt ad duo ſupradicta. ſ. ad ius ſcriptum, & nõ ſcriptũ, ideo bene eſt hic §.

d ¶ *Ius ciuile.* large accipe: vt not. in §. conſtat ĩ. eo. in glo. j.

e ¶ *Origo.* i. lex xij. tab q̃ fuit origo toti᷒ iuris ciuilis, & principium.

f ¶ *Inſtitutis.* i. ordinamentis. Nam Romanus populus decem viros pro iſto iure miſit, qui decem tabulas eburneas retulerunt tam de iure ſcripto Athenienſium, quàm non ſcripto Lacedæmoniorum: ſed quia poſtea aliquid deerat, vel emendationem deſiderabat: data fuit poteſtas per vnũ annum his decem viris, vt ius & leges corrigerent addendo & detrahendo: & ſi opus eſſet interpretarentur, qui vt ea facerent, duas tabulas addiderunt: & ſic l. xij. ta. ex accidenti dicta eſt: vt ff. de ori. iu. l. ij. §. j.

¶ *Sed naturalia.* C A S V S. Iſte §. dupliciter poteſt intelligi. Vno modo, vt faciat differentiã inter ius naturale, quod eſt cõmune omnibus animalib᷒, qđ eſt immutabile: & ius ciuile cuiuſcunq; ciuitatis, quod eſt mutabile. Ecce enim ciuilia iura & ſtatuta alicuius ciuitatis Romanæ vel alterius tolluntur per nouam conſuetudinem contrariã. Alio modo poteſt intelligi, vt differentiam faciat inter ius gentium, quod eſt commune omnibus hominibus ex vna parte: & ius ciuile ex alia parte. h. d. vſque ad §. omne autem. Franc. de Aret.

g ¶ *Sed naturalia.* hic §. poteſt intelligi de iure naturali primæuo, quo mouentur omnia animalia ad aliquid faciendũ vt no ĩ. eo. tit. in princ. Sed quod dicit eſſe immutabile, eſt contra id quod de ſeruitute dicitur: quæ eſt contra ius naturale: & tamen præualet: vt ĩ. eo. §. ius autem. Sed dic, non derogatur ob hoc, licet non ſeruetur in illo caſu: nam nihilominus bonum & æquum eſt. Et eodem modo reſpondeo ad illud quod dicitur ĩ. de cap. dimi. §. quod autem. quod eſt contra. Vel ibi non tollitur cognatio: ſed ius ſuccedendi. Item eodem modo, vt priu᷒ reſponden ad illud quod de vſucapione dicitur ĩ. de vſuca. in prin. quod conſtat eſſe contra ius naturale: vt ff. de cõdic. ind. l. nam hoc natura. Vel dic, quòd iſte §. loquitur de iure gentium: quod patet ex illa litera, Quæ apud omnes gentes. & ſupra eodem paragrapho. quod vero naturalis.

A D D.

ADD. *Patet ex verbis §. de iure gentium hoc agi. itaque § ſingulorum, infra de re. di. Iure, inquit naturali, quod ſicut diximus, appellatur ius gentium. Amyl. Ferr.* perſonarum. Et not. hic quod digniora præponenda ſunt. ſic J. de bo. poſ. §. aliam verò. in gloſ. altiori. & per hoc facimus multas formationes titulorum.

a ¶*Conſtituit.* de cõſuetudine ſpeciali, vel lege municipali ſcripta.

b ¶*Tacito conſenſu.* ſcilicet contraria conſuetudine: vt ff. de leg. & ſe. con. l. de quibus. in fine.

c ¶*Vel alia.* Id eſt cõtrario ſtatuto: & ſic redduntur ſingula ſingulis.

peræquè obſeruantur, diuina quadã prouidentia conſtituta, ſemper firma atque immutabilia permanẽt. Ea verò, quæ ipſa ſibi quæque ciuitas conſtituit [a], ſæpe mutari ſolent, vel tacito cõſenſu [b] populi, vel alia [c] poſtea lege lata.

¶*Ius commune ad perſonas, res, vel actiones ſpectat: & à dignioribus ſumendum exordium.*

¶Omne [d] autẽ ius quo vtimur, vel ad perſonas [e] pertinet, vel ad res [f], vel ad actiones [g]. Et prius de perſonis videamus. nam parum eſt ius noſſe, ſi perſonæ [h], quarum cauſa conſtitutum eſt, ignorentur [i].

TITVLVS III.

DE IVRE perſonarum.

¶*Prima perſonarũ diuiſio: exinde libertatis & ſeruitutis finitio.*

SVmma.

¶*Omne autem.* CASVS. In hoc §. de iure ciuili tractatur: & ſic de tertia parte titu. Et dicitur, qd totum noſtrũ ius ciuile diuiditur in tres partes. In prima parte tractatur de perſonis. In ſecunda de rebus. In tertia de actionibus. Secundo dicit, Primo videamus de perſonis, tanquam de dignioribus. Et redditur ratio quare primo de perſonis eſt vidẽdum: quæ ratio talis eſt: quia nihil prodeſt ſcire iura, niſi primo ſciremus de perſonis & conditionibus perſonarum: quarum perſonarũ cauſa ſeu gratia & earum fauore iura condita & compoſita ſunt. hoc dicit vſque ad finem.

d ¶*Omne.* quid ſit ius, & qualiter diuidatur dixit: nunc differentiam inter ipſa iura ponit.

e ¶*Ad perſonas.* de hoc dicitur J. in toto primo libro vſque ad tit. de re. diui.

f ¶*Ad res.* de hoc dicitur J. lib. ij. & iij. vſque ad tit. de oblig.

ADD. *Hoc verbo obligationes continentur l. nominis. ff. de verb. ſign. contractus enim & obligationes ad res ſunt referenda, vt exceptiones, ſatiſdationes, iudicia, ad actiones l. 1. ff. de ſtat. hom.*

g ¶*Ad actiones.* de his dicitur, J. de actio.

h ¶*Perſona.* nã homo eſt digniſſima creaturarum: vt ff. de ædil. edi. l. iuſtiſſime. in princ. vnde Ouid. Pronaque cum ſpectẽt animalia cætera terram: Os homini ſublime dedit: cœlumque videre Iuſſit: & erectos ad ſydera tollere vult9. Et Virgi. Igneus eſt ollis vigor, & cœleſtis origo Seminibus.

i ¶*Ignorentur.* & ſic ſtatim ponit de iure perſonarum.

DE IVRE perſonarum.

¶*Quia omne ius aut ad perſonas, aut ad res, aut ad actiones pertinet, l. 1. ff. de ſtat. hom. §. 1. ſupra §. finali. Cum ergo perſona quibuſcunque rebus digniores ſint. l. iuſtiſſime in prin. ff. de ædil. edi. ideo ab eis exordium facturus: ſubdit de iure perſonarum. Secundũ Porc.*

SVmma. Totus iſte tit. diuiditur i ſex partes. Nã primo ponit diuiſiones perſonarũ. Secũdo definitionẽ libertatis: ibi, Et libertas. Tertio definitionem ſeruitutis: ibi, Seruitus. Quarto quare dicantur ſerui: ibi, Serui autem. Quinto quot modis quis efficiatur ſeru9: ibi, Serui aũt. Sexto ponit differentiã inter ſeruos & liberos: ibi, In ſeruorũ. Aret inus.

¶*Summa.* CASVS. Ad cõſentiã diui de hũc tit. aliter quã ſ. ſecũdũ Frã. de Ar. In ſeptẽ partes. In quarũ prima parte ponitur q̃dã diuiſio pſonarũ, q̃ diuiſio talis eſt. Dr enĩ, quod oĩs homo de mũdo aut eſt liber, aut ſeruus. Secũdo dicit, qd eſt libertas? Vñ libertas eſt q̃dã poteſtas cõceſſa hoĩb9 à iure naturali: q̃ cõſiſtit ĩ hoc vt ipſi hoĩes poſſint facere quicqd voluerint: niſi efficiãtur ſerui de iure gent. vel niſi ſe faciãt ſeruos de iure ciu. Tertio dicit, qd eſt ſeruitus & dicit, q̃ cũ ius gentiũ multa ſtatuerit: iuxta hoc eſt vnũ ſtatutũ & vna cõſtitutio ordinata à iure gẽ. vt q̃s ſit ſubiect9 alteri, & ſubiiciatur dominio alieno: q̃ cõſtitutio ſiue ſtatutũ eſt cõtrariũ iuri naturali: q̃a ſecũdũ ius naturale oẽs hoĩes liberi vocabãtur. & naſcebãtur. Quarto dicit, q̃re ſerui habeãt hoc nomẽ ſerui. Et certe ſerui dñr nõ à ſeruiẽdo, ſed à ſeruãdo. Nã olim & in tẽpe præterito, ſi aliquis capiebat aliquẽ hominẽ in p̃lio ſiue ĩ bello, plerũq; imperatores p̃cipiebãt capiẽti. i. illi q̃ illũ hoĩem ĩ bello cœperat, ne occideret illũ hoĩem captiuũ: ſed vẽderet, vel ſeruaret. Quin-

ma[a] itaque diuiſio de iure perſonarum hæc eſt: quòd omnes homines[b], aut liberi ſunt, aut ſerui[c]. Et libertas[d] quidem ex qua etiam liberi vocantur, eſt naturalis facultas eius, quod cuique facere libet: niſi quod vi, aut iure prohibetur. Seruitus autem eſt cõſtitutio[e] iuris gen

to dicit, q̃ ſerui, qui capiuntur in prælio, poſſunt etiã appellari mãcipia: quia manu capiũtur in pᵱlio. Sexto dicit, q̃ quidã nõ ſunt ſerui ab ipſa natiuitate, ſed poſtea efficiũtur: q̃d accidit. i. euenit, quidoque de iure gẽtiũ: vt qñ aliquis capitur ĩ pᵱlio, tũc enim efficitur ſeruꝰ capiẽtis: qñq; de iure ciuili: vt qñ liber homo patitur ſe vẽdi eo pacto, vt partẽ pretij habeat: vt ſi vado ad aliquem hominẽ & ſibi dico: veni, ego ſum liber, ſed nõ habeo pecuniã: ſcio etiã, quod tu modicã pecuniã habes: ſed ſcis quid faciemus: inueni vnũ emptorẽ, & dic q̃ tu habes vnũ ſeruũ: & tu me vendes illi: ſed tu iurabis mihi, quod de pretio quod habebis de me, mediã partem mihi trades, & aliꝰ dicit quod vult. Iſte talis liber homo qui paſſus eſt ſe venundari, & accepit partem pretij de eo, ipſe efficitur ſeruus de iure ciuili: & efficitur emptoris. Septimo dicit, quod inter ſeruos nulla eſt differentia: quia tam eſt ſeruus vnus, q̃ alter. Sed inter liberos multæ ſunt differentiæ: quia quidam ſunt ingenui, quidam libertini, quidam Latini, quidã dedititij: vt in duobus titulis ſequentibus, Franciſcus de Aret.

a ¶ *Summa*. i. prima. quia & aliæ ſequuntur: vt ĩ. de his qui ſunt ſui vel alie. iur. in prin. & ĩ. de tu. in prin. Vel dic, ſumma. i. maxima: quia partim eſt de iure naturali: vt libertas, & partim de iure gentiũ: vt ſeruitus, quorũ vtrunq; ſcilicet ius naturale & gentiũ, antiquius eſt iure ciuili: vt ĩ. de rer. di. §. ſingulorũ. Vel dic, ſumma. i. ... ĩ. de oblig. §. j.

b ¶ *Omnes homines*. Sed pone quod hic ſint duo homines: vnus liber, & alius ſeruus, tũc hæc ꝓpoſitio eſt falſa. Dic quod pluralis oratio conuertitur in ſingularẽ & tunc eſt vera & nõ falſa: vt ff. de cond. & de mon. l. falſa §. fin. & ff. de pe. hære. l. diuus. in fi. in glo. pe. & de orig. iur. l. ij. § exactis. & de verb. ſign. l. non eſt. Econtra ſingularis ponitur ꝓ plurali. vt eo. tit. l. in vſufr. & ff de teſt. tu. l. ſiq̃s ita §. i. & dic has quæſtiones poſitas ff. de ſtat. ho. l. iij.

c ¶ *Aut ſerui*. ſed quid de ſtatu libero? videtur liber ff. ſi ex nox. cau. aga. l. fina. Sed contra eſt: vt ff. de ſta. lib. l. ſtat. lib. Item quid de adſcriptitio vel cenſito? Videtur quod ſerui ſint: vt C. de agri. & cenſ. l. ne diutius in fi. & l. fin. lib. xj. & C. in quibus cau. colo. do. acc. poſ. eo. lib. xj. l. final. Sed contra eſt, ſecũdum Ioan. (licet alij aliter diſtinxerunt) cum poſſint fieri clerici & contra dominorum voluntatem: quod non eſt in vere ſeruis. vt C. de epiſco. & cler. l. iubemus. §. ſeruos. & in authen. de ſan. epiſc. §. adſcriptitios. col. ix. Item in dubio ꝓ libertate iudicandum eſt: vt ff. de reg. iu. l. libertas. & quod in contrariis legibus continetur, loquitur quo ad ſeruitia, quibus eſt adſtrictus quare poterunt prædicti & facere teſtamentum, & ferre teſtimonium, & alios actus ciuiles exercere, nec alienari poſſũt ſine ſolo: vt C. de agr. & cenſi. l. quẽadmodũ lib. xj. Itẽ quid de monacho, vel regulari canonico? Reſpõ. liberi ſunt: & ideo poſſunt reddere teſtimonium. quod dic vt diximus in authen. de mona. §. cogitandũ. col. j. licet quo ad actus quoſdam fingantur mortui. vt in authen. de mona. §. illud. & §. ſi quis autem col. j. & in authen. de nupt. §. per occaſionem. colla. iiij.

d ¶ *Libertas*. Hæc definitio tribus modis poteſt legi. Primo ſecundum Ir. vt definiatur libertas eo iure, quo inuenta eſt. i. naturali. & ſic etiã ſerui, ſecundum hoc ſunt liberi. nã & ipſi poſſunt facere q̃ volunt. niſi q̃ vi. i. de facto, vel iure. ſ. aliquo prohibentur. & hæc verba, ex qua etiam liberi, &c. poſſunt eſſe de definitione. nã & ipſi liberi vocantur ſecundum idem ius: vt ĩ. de lib. §. j. Alij dicunt definiri libertatem liberi, non libertatem ſerui: quia ex prima vocantur, ſcilicet hodie liberi: non ex ſecunda, ſcilicet quam habẽt ſerui. Eſt ergo libertas alia in ſeruo, alia in libero, & ſecundum eos verbum, vi. exponitur vt prius. Sed nec prima nec ſecunda placet, quòd ſerui ſint aliquo iure liberi: cum ius gentium in hoc derogauerit iuri naturali: vt ĩ. §. ſeruitus. Et expone vi, id eſt iure gentium: q̃ quadam neceſſitate induxit ſeruientem, ſcilicet per captiuitatẽ: vt ĩ. tit. j. §. ius autem. & iure, ſcilicet ciuili, quando maior xxv. ann. vendit ſe ad pretium particip. vt ĩ §. ſerui. q. d. liber quilibet eſt, niſi fiat ſeruus iure gentium: vel ciui. & hæc verba, ex qua etiam liberi, &c. nõ oportet quod ſint de definitione, ſed quendam effectũ libertatis demonſtrant.

A D D. *Cicero in Paradoxis, Quid eſt, inquit, libertas? Poteſtas viuendi vt velis. & ibidem, Seruitutem definit obedientiam fracti animi & abiecti, arbitrioque carentis ſui.*

e ¶ *Conſtitutio*. id eſt vnum de ſtatutis iuris gen-

tium, qua quis dominio [a] alieno contra naturam [b] ſubijcitur.

¶Serui à ſeruando dicti ſunt: quum magis interſit reipublicæ captiuos ſeruos viuere, quàm mori ingenuos: mancipia verò quaſi manu capta dicuntur.

¶Serui autem ex eo appellati ſunt, quod Imperatores captiuos vendere, ac per hoc ſeruare [c], nec occidere ſolent: qui etiam mãcipia dicti ſunt, eò quòd ab hoſtibus manu capiuntur [d].

¶Seruorum quidam naturaliter ſerui, quidam iure gentiũ, quidam verò iure ciuili. Et qui ex ancilla naſcitur, ſeruus naſcitur.

¶Serui autem aut naſcũtur, aut fiũt [e]. naſcuntur ex ancillis [f] noſtris: fiũt aut iure gentium, id eſt, ex captiuitate [g]: aut iure ciuili [h]: cum homo liber maior [i] viginti annis ad pretium participandum ſeſe venundari paſſus eſt.

iuriſgentiũ. nam & alia multa ſtatuit ius gentium: vt.ſ.tit.j.§.ius autem. ſed hodie dici poteſt ſeruitus de iure ciuili ſor matione. nam alia olim: & alia hodie eſt hæc poteſtas: vt.j.de his, qui ſunt ſui vel alie.iur.§. pen. & fin. quare eſt de iure gentium, inuentione: ſed de ciuili, formatione: vt ff.de iuſti.& iure.l.ius autẽ ciuile.

ADDITIO. *Et dicit Chriſtoph. quòd tunc ſerua dici eſſe rei. & ab ea ſit denominatio, quando actus ſeruæ ipſa procedere non poteſt, quod non eſt in ſeruitute: & ideo denominatur à iure gentium.*

a ¶*Dominis.* Aliquando ſine dominio: vt ff.de re.di. l. j. §.j. ibi, nã res. & ff. pro derelict. l. fina. ad idem. ff. de ſtipula.ſer.l.quod ſeruus.& ff.de li. cau.l.ſi vſumfruc.

b ¶*Contra naturam.* i.contra ius naturale: cum eo iure omnes liberi ſint: vt.j. de lib.§.j.& ſ.tit.j.§.ius autem.

c ¶*Seruare.* Nota ſeruum dici à ſeruando, & non à ſeruiendo, ſecundum Iſidorum, ſed tabellio dicitur ſeruus publicus à ſeruiendo: vt ff.de adopt.l.nec ei. & l. non enim alter.& ff.rem pupilli ſaluam fore.l.ij. qui tamen ſeruus non poteſt eſſe: vt.C.de tab.l.generali.lib.x.

d ¶*Capiuntur* ff.de ſtatu hominis. l. iiij. in fine.

e ¶*Fiunt.* ex accidenti.

f ¶*Ex ancillis.* licet patrem liberum habeant. vt.j.tit.j.&.C.de rei vend.l. patrũ. Quid ſi ex adſcriptitio & libera? Reſpon. ſequitur ventrem: & in auth.cnq.quæ ex adſcri.& li.na.§.j.col.v.

ADDITIO. *Iſtam ſequitur Ang.hic: & ratio diuerſitatis eſt ſauor ipſius partus, cui matris conditio prodeſt vno de tribus temporibus, ſcilicet conceptionis, natiuitatis, vel medij temporis: patris vero tempore conceptionis tantum, quando eſt cauſa efficiens: & deceteris nihil habes, ſeruandum eundem. Angelum.*

g ¶*Captiuitate.* quæ occaſione belli contingit: quod eſt de iure gentium: vt.ſ.tit. proxi.§.ius autem.

h ¶*Iure ciuili.* & eſt tertius modus: vt C. de aſſer.tol.l.j.§.pen. eſt & quartus: vt per ingratitudinem reuocationis in ſeruitutem: vt in authen. vt liberti de cætero. [illegible] §. illud vero. col. vj.

i ¶*Maior.* in quo facta ſunt quatuor neceſſaria, ſcilicet quod ſit maior xx.ann. vt hic. &. C. de libe. cau. l. ſi miniſterium. Item & vt eo animo pretij accipiat partem: vt hic: & C. de liber. cau.l.nõ ideo. Item & quod vere habeat partem: vt.ff. qui. ad lib. procla. non licet. l. j. Itẽ quod vendatur ignoranti cõditionem venditi: vt ff. de lib.cau.l.liberis.§.ſi quis ſciẽs. Item & quintum, vt hic ſciat conditionem ſuam: vt.ff.ſi liber ingenuus eſſe di.l.ij. & ſi quid horum defuerit, iure communi prouocat in ingenuitatem, alias non poterat prouocare in ingenuitatem, nec etiam ſi manumittatur: vt ff.de ſta.ho.l. homo liber.& ff.de lib.cau.l.cum pacto. niſi redderet pretiũ & dominus ſponte acciperet. nec enim dominus pretium accipere compellitur, licet quidam contradicant: vt ff.ſi lib.inge.eſſe dic.l.ij.j.reſpon. & C. quando liceat ab emp.diſt.l.j.& J.tit.j.in fin. Vnde verſus: Annis viginti iuuenem, qui venditur, eſſe Vult iure: & pretio quo venit participare, Rurſus eum ſeruũ, qui venditur eſſe putate: Et propelam ſcire qui venit conditionem. Sed nunquid habet in integrum reſtitutionẽ, cum ſit minor xxv.ann. maior tamen xx. Reſpon. non: quia non eſt mutanda tanta ſolennitas, quia non eſt locus reſtitutioni, vbi res mutat ſtatum prorſus amittendo: vt.ff.de mi.l.ſi ex cauſa.§.Papinianus. & ff. de in integ.reſtit.l.diuus. Sed nũquid patri vel affini permittitur reuocatio, vel per officium iudicis, vel per rei vẽdicationem vtilem, cum ad eorum ignominiam reſpiciat: vt ff.de rei ven.l.j.§.j.& de libe.cau.

l.j.ij.lij.iiij.& v. Reſpon.non:vt ff.de ea. di.l.tutelas.§.ſi libertate. licet quidā dixerint cōtra,ar.dictarū legū.Sed certe ibi nō mutauerat ſtatū,ſed mutare volebat.

a ¶*Venundari*. idem ſi quolibet alio titulo patiatur ſe transferri in alium:quod verum eſt, ſi aliquod lucrū ſentiat: vt C. de lib.cau.l. ſi miniſteriō. & ff. de lib cau. l. ſi vſumfructum. §.j.

ginti annis ad pretiū participādum ſeſe venundari [a] paſſus eſt.

¶*Inter ſeruos nō̃ eſt differentia, vt vnus ſit magis ſeruus, quā alius : inter liberos verò differētiæ ſunt multæ.*

¶In ſeruorum conditiōe nulla eſt differentia [b]: in liberis autem multæ [c], aut enim ſunt ingenui, aut libertini.

b ¶*Nulla eſt differentia*. Sed videtur cōtra:nā quidā ſunt in dignitate, quidam non: vt j. de inior. §. ſed pœna. & ff. de vſufr.l.ſed & ſi quid.§.j. Item quidā ordinarij, quidem vicarij:vt j. qui cum eo.§. cū autem. Item alij veterani, alij nouitij : vt ff.de ædili. edic l.ſi §.ſi.& ff.de pub.l.interdō.§.quoties.vbi dicitur qui ſunt nouitij, qui veterani. Sed dic, quod nullus eſt magis ſeruus, quam alter:licet quo ad actus & quo ad militias & ſimilia, ſit differentia:licet olim magis vnus quā alter eſſet ſeruus:vt C.de nudo iure quiri.tol.l.vnica.nā olim quidam habebant nudum dominiū in ſeruis, quidam plenum, quidā ſemiplenum.

ADDITIO. *Seruorum quidem vna natura eſt, cùm omnes æque ſubiiciantur alieno dominio. plura tamen eorum artificia, aut exercitia. vide Alex.ab Alex lib.3.c.25.*

c ¶*Multæ*. quidam ponūt hic falſam notam, vt duo ſint multa:argu.ff ad Syl.l.j. §.hoc reſcriptum. Sed certe ibi ſunt tria appellata, non duo tantū. Dic ergo, quod quatuor ſunt differentiæ liberorū hominū:vt ingenui, libertini, Latini, & Dediticij:vt hic, & j.ti.j.de liber.§. libertinorū. arg.ff.vi bo.rap.l.iiij.§.j.ſecundo tñ.pro prima eſt in authē.de depo.& denūtiatio nibus.in prin.ibi.cū & alia multa.col.vj.

DE INGENVIS.

¶*Quia ſuprà dixit de iure perſonarum : quarum quædam ſunt ſerua, quædam ſunt liberæ: liberorum autem quidam ingenui, quidam libertini: ideo de his tractaturus præmittit de ingenuis, tanquam de dignioribus.*

INgenuus. Diuiditur in duas partes. Nā in prima tractat qualiter quis dicatur ingenuus. In ſecunda qualiter ingenuitas perditur. Secūda ibi, Cum autem. Prima ſubdiuiditur in quinq; Nam in prima ponitur dictum. In ſecūda illud declaratur. In tertia reſpōdetur tacitæ quæſtioni. In quarta alteri quæſtioni rñdetur. In quinta dicitur incidens quæſtio. Secunda ibi, Siue ex duobus. Tertia ibi, Sed & ſi quis. Quarta ibi, Et ecotrario. Quinta ibi, Ex his.

TIT. IIII. DE INGENVIS.

¶*Qui liber naſcitur, ingenuus eſt: quetiam quantū ad ingenuitatē pertinet, matris conditio ſpectatur. Ad hæc ſuffi cit matrem aut conceptionis, aut natiuitatis, aut medio tempore liberā fuiſſe, vt quis īgenu⁹ dicatur.*

INgenuus eſt is, qui ſtatim, vt

CASVS. Pro clariori euidentia dicē hūc tit. aliter quā ſupra, ſecundū Franc. de Are. in ſeptem partes. In prima parte dicitur, quod ſi aliquis naſcatur ex patre & matre ingenuis ſiue ex patre & matre libertinis, ſiue naſcatur ex vno ingenuo, & altero libertino quod nihilominus ingenuus eſt ab ipſa natiuitate. Secundo dicit idem, id eſt, quod eſt ingenu⁹, ſi naſcatur ex patre ſeruo, & matre libera.i. ingenua vel libertina:quia ingenuus eſt idē, quod liber. Etiam libertus eſt ſeruo effectus liber per manumiſſionem. Tertio dicit idē ſcilicet ꝙ quis eſt ingenu⁹ ſi naſcatur ex libera matre, & incerto patre: vt is, qui naſcitur ex meretrice, ille eſt ingenuus: quia naſcitur ex matre libera, ſi libera ſit: & incerto patre : quia ignoratur quis ſit eius pater:quia cui pater eſt populus, patet eſt ſibi nullus. Quarto dicit, ꝙ ſi mater fuerat libera tempore quo peperit. quamuis fuerit ancilla tempore quo grauida erat:tamen is, qui ex ea naſcitur, eſt ingenuus.i.liber:quia ingenu⁹ eſt, qui ſtatim vt natus eſt, liber eſt. Et ratio dubitādi erat, quia videbatur quod natus ex ea eſſet ſeruus:quia quando ipſa illū concepit, erat ſerua. ſed decidit in cōtrarium. Quinto dicit, quod idem eſt ecōtra: vt ſi quādo ipſa illum pariebat, erat libera: & quādo ipſa illum concepit, erat ſerua:nihilominus ipſe eſt liber. Sexto dicit, quid autem dicemus ſi tempore quo cōcepit, erat ancilla, & tūc fuit manumiſſa: & aliquo tempore ſtetit in libertate, poſtea facta eſt ancilla de nouo : ita, quod tēpore partus inuenitur ſimiliter ancilla : an is puer, qui naſcitur ex ea, erit ingenuus.i. liber? Et dicitur ꝙ ſic:quia ſufficit ei, qui in vētre eſt &c. vt in textu. Septimo dicitur in §. cum autem. quod ſi aliquis liber homo poſſidetur tāquā ſeruus, & poſtea manumittitur:talis manumiſſio non nocet

cet ei, vt ob hoc.i.propter ſeruitutē aliquā fiat, quin ſit ingenuus: quia nec primo verè ſeruus erat, ſed ingenuitatē ſuā retinebat. hoc dicit vſq; ad finem. Franc.
¶ *Ingenuus*. quandoq; alter: quia per ſententiam: vt ff. de ſtat.hom.l. ingenuum. itē per reſtitutionem natalium: vt ff. de nata. reſt.l.ij.& l.patrono.§.fi.

naſcitur, liber eſt: ſiue ex duobus[a] ingenuis matrimonio editus eſt, ſiue ex libertinis duobus, ſiue ex altero[b] libertino, & altero ingenuo. Sed & ſi quis ex matre naſcitur[c] libera, patre verò ſeruo, ingenuus nihilominus[d] naſcitur: quéadmodum qui ex matre libera[e] & incerto patre natus eſt, quoniam vulgò conceptus eſt. Sufficit[f] autem liberam fuiſſe matrem eo tempore, quo naſcitur, licet ancilla cōceperit. Et ècontrario ſi libera conceperit, deinde ancilla facta pariat: placuit eum, qui naſcitur, liberū naſci: quia non debet calamitas[g] matris ei nocere, qui in ventre eſt. Ex his illud quæſitum eſt, ſi ancilla prægnans manumiſſa ſit, deinde ancilla facta poſtea pepererit: liberum, an ſeruū pariat? Et Martianus probat liberum naſci. ſufficit enim ei, qui in vtero eſt, liberam matrem[h], vel[i] medio tempore[k] habuiſſe, vt liber naſcatur: quod & verum eſt.

¶ *Putatiua ſeruitus natalium ſplendori non officit: nec de facto ſecuta manumiſſio, quicquam ingenuitati detrahit.*

¶ Cùm autem[l] ingenuus aliquis natus ſit, non officit[m] ei, in ſeruitute[n] fuiſſe, & poſtea manumiſſum[o] eſſe. Sæpiſſimè enim conſtitutum eſt, natalibus[p]

a ¶ *Ex duobus*. ſic conſtrue, ſiue ex matrimonio, ſubaudi conſtante ex duobus ingenuis, æditus &c. Et ſic expone oīa ſequētia capitula.

ADDITIO. *Quandoque tamen ex duobus ſeruis naſcitur liber: vt in l. cum inter. C. de fidei. com. lib. & ff. eo. titu. l. cū vero. §. apparet. & l. ſi quis rogatus. ſecundum Io. Fab. & Ang. Are. Itē in alio caſu in l. cum Sylanianū. C. de his, qui. vt indignus.*

b ¶ *Ex altero*. ſic. C. de ope. lib. l. quod ex liberta.

ADDITIO. *Cū agitur de dominio, partus vētrem ſequitur. l. partum, C. de rei vend. in aliis patrē liberi ſequuntur. l. cum legitima. ff. de ſtat. homi.*

c ¶ *Naſcitur*. ſecundum ſe. Accur.

d ¶ *Nihilominus*. quia ventris ſtatus ſemper conſideratur: vt hic, & in auth. conſtitutio quæ ex adſcripti. §. j. colū. v. & C. de rei vend. l. partū. niſi in caſu: vt C. de ſec. fugi. l. fi. & niſi in murilegulo: vt C. de murileg. l. qui aut ex patre. & l. ingenuue. & l. ij, qui. lib. xj. & hoc iure Romano, ſecus iure Longobardorum: quia ſemper in deteriorem ſtatū trahitur: vbi ſit matrimonium, aliud ſi concubinatus: nā tunc ſeruatur ius Romanum, quod ſequatur ventrem.

e ¶ *Libera*. puta meretrice.

f ¶ *Sufficit*. quantum ad conditionem: ſecus quantum ad honores: vt ff. de ſena. l. filiam. & l. liberos. §. fi. & ſecus quo ad patriam: vt ff. ad munici. l. aſſumptio. §. his. & ff. manda. l. ſi procuratorem. & ff. pro ſocio. l. ſi id quod. §. ſi filius. & ff. de nego. geſt. l. ſed an vltro.

g ¶ *Calamitas*. quaſi cadantitas: quia iterū fuit facta ancilla, & ſic quodammodo rurſus cadit in ſeruitutem.

ADDITIO. *Et eſt ratio ſecundum Chriſtoph. hic, quia partui iam concepto eſt ius ingenuitatis quæſitum, quod non debet tolli &c. per regulam iuris, id quod noſtrū. Et ſic procedit in nato tantum, vel concepto antea: ſecus ſi poſt. niſi adhuc viueret annus: quia etiam tunc paternum macula non nocere filiis, ſecundum Ioan. Fab. hic, de qui. A ingo. ſe remiſerit.*

h ¶ *Liberā matrem*. facit ad hoc C. ſi man. ita fuc. ali. vt ma. l. ſi iuſta.

i ¶ *Vel*. pro ſaltem.

k ¶ *Medio tempore*. ff. de acquiren. rer. do. l. adeo. §. cum quis.

l ¶ *Cum autem*. ſ. dixit qualiter cōtingat ingenuitas: nunc qualiter perſeueret.

m ¶ *Non officit*. niſi poſt manumiſſionem talem quinquennio ita ſteterit: vt ff. ſi liber ingenuus eſſe dicatur l. ij. ſed illud hodie correctum eſt: vt hic, & C. vbi cauſa ſta. agi debeat. l. fina.

n ¶ *In ſeruitute*. i. in ſtatu ſeruili.

o ¶ *Manumiſſum*. ſcilicet de facto.

p ¶ *Natalibus*. i. ingenuitati, quæ probatur per natales. Erant autem natales ſcripturæ cum annis domini, & præconizatæ: quæ dicebant Lucium eſſe natum, &c.

Scriptura præconizata facit fidem apud omnes.

ingenuum. & deinceps ſic erat, niſi tunc contradiceretur: [illegible] [illegible] homines de iure naturali. ff. de nat. reſti. l. ij. & ff. de ſta. ho. l. Imperator.

ADDITIO. *Hoc verum eſt, præterquam ſi quis ad pretium participandum in ſeruitutem ſe dari paſſus ſit. tunc enim efficitur libertina conditionis. l. homo liber. ff. de ſtat. ho. A. F.*

a ¶*Officere*. niſi vendiderit ſe: vt ℑ. tit. j. §. penul. tunc enim non redit in ſtatum priſtinū: vt ff. de ſta. homi. l. homo liber. quæ eſt contra.

non officere [a] manumiſsionem.

TITVLVS V. DE LIBERTINIS.

¶*Libertini qui dicantur, quid manumiſsio, & quo iure introducta.*

Libertini ſunt, qui ex iuſta [b] ſeruitute [c] manumiſsi ſunt. Manumiſsio autem, eſt de manu datio [d]. Nā quādiu aliquis

DE LIBERTINIS.

¶*Hic ponitur ſecunda pars diuiſionis poſita in tex. ſuprà titu. 2. §. fin. & iſta eſt continuatio huius tit. Accur.*

Libertini. Totus iſte titu. diuiditur in quinq; partes. Primo ponit, qui ſunt libertini: Secundo, quid ſit manumiſsio. Tertio quot modis ſerui manumittātur. Quarto, quod ſerui inuiti poſſunt manumitti. Quinto qualiter de iure antiquo ſtatus libertinorum erat tripertitus, & correctiones ſtatus libertinorum. Secunda ibi, Manumiſsio. Tertia ibi, Multis. Quarta ibi, Serui vero. Vltima ibi, Libertinorum. Accur.

CASVS. Principium huius tituli vſque ad §. libertinorum, diuide aliter, quā ℑ. ſecundum Franc. in octo partes. In prima dicitur quod libertini ſunt illi, qui vere erāt ſerui, & manumiſsi ſunt per dominos ſuos. Secundo dicit, quid eſt manumiſsio: de qua in prima parte habita eſt mētio. Tertio dicit, quod manumiſsio eſt primitus. i. primo inuenta à iure gētium: non autem à iure naturali: quia ius naturale prius fuit, quam ius gentium: ideo ſecundū ius naturale homines erant liberi & ſic nō erat cognita ſeruitus, & per conſequens nec manumiſsio, ſed poſtea per ius gentium ſeruitus & manumiſsio eſt inuenta. Quarto dicit, quod ex prędictis, quæ ſuperiori parte diximus, patet quod ſecundum ius naturale vnum erat genus hominum. ſ. quia erāt omnes homines liberi, ſed poſtea per ius gentium cœperūt eſſe tria genera hominum. ſ. ingenui ſiue liberi, ſerui, item libertini. ſ. illi, qui primo fuerunt ſerui, & poſtea manumiſsi ſunt. Quinto dicit in §. multis. ꝙ manumiſsio ſeruorum poteſt fieri quinq; modis. Quandoq; poteſt fieri manumiſsio in pſ̄entia amicorum: vt quādo dominus manumittit ſeruum ſuū cōuocatis amicis ſuis, & in pſ̄entia eorum. Quādoq; poteſt fieri manumiſsio p epiſtolam ſeruo ſuo miſſam. vt quando dns mittit literā ſiue epiſtolam ſeruo ſuo: in qua epiſtola cōtinetur, qđ ipſe emit ſeruum quē manumittit, & dat ſibi libertatem: vel in qua epiſtola dicitur, volo ſerue mi, quod decætero ſis liber. tunc valet talis manumiſsio. Quādoq; manumiſsio relinqtur in teſtamēto, vel in codicillis, vel alia quacūq; volūtate. Sexto dicit, ꝙ ſerui nō ſolū efficiūtur liberi quinq; modis, ſed etiā ſine manumiſsione, qui modi in veteribus & nouis cōſtitutionibus cōtinētur. & pone exēpla vt in gl. Septimo dicit quod ſolis dominis licitū eſt ſeruos ſuos manumittere. Octauo dicit, ꝙ quādo manumiſsio fit corā iudice: nō eſt opus tūc, ꝙ iudex ſedeat: ſed etiā eo ambulante ad balneum, ad ſpatiandum, ad theatrum. i. ad locum publicū ciuitatis, vel ad aliū locū poteſt fieri corā ipſo manumiſsio. h. d. vſq; ad §. libertinorū. Fran.

b ¶*Ex iuſta*. i. vera. ſic ecōtra: vt ℑ. ti. j. §. ſemel. vel iuſta: quia adeo iuſte ſeruierunt dominis meruerunt manumitti. Vel dic iuſta: quia eſt de iure gentiū: vt ℑ. ti. j. §. ſerui. & ff. de iuſti. & iure. l. manumiſsiones.

c ¶*Seruitute*. & hui⁹ manumiſsi filius eſt ingenuus: vt ℑ. tit. j. in princ. licet grammatici dicant eum libertinum, ſed & manumiſſum libertū dicunt.

ADD. *Antiquitus libertini dicebantur, libertinorum filii, vt ait Suet. in Claudio. Horatius, Quē rodūt homines libertino patre natū.*

d ¶*Datio*. i. detectio, ſecūdū Irn. ſic ff de acqui. rer. do. l. adeo. §. cum quis. in fi. ibi, cum enim grana. Vel dic ſecundū Pla. Io. & Azo. ꝙ dat libertatem, quam prius ille ſeruus non habebat: alias ſi diceremus dari illam, quam ante habebat, non diceretur dari: vt ℑ. de act. §. ſic itaq;. Sed opponitur: aut quam habebat, ei dabat: & ſic illi quidem nulla remanet, cum non habeat, niſi vnam: aut quam non habebat, quod eſt abſurdum. Sed dic ꝙ dat quam non habebat. & hoc plerumq; contingit, quod quis dat quod nō habebat: vt ℑ. quia ali.

ali.li.§.j.& ff.de vſufr.l.quod noſtrum.& ff.de acqui.re.dom.l.non eſt.

a ¶*Et*.pro id eſt.

b ¶*Poteſtati*.ff.de iuſti.& iu.l.manumiſſiones.& l.ex hoc.l.fi.& ff. de iure cod.l. diui.

ſarij ſunt quinq; teſtes:vt C.de la.li.tol. l.j.§.ſancimus.& §.ſed & ſi quis.

h ¶*Quamlibet*.vt in codicillis vel in teſtamento minus ſoléni, quod valet inter patré & filios:vt C.de teſta.l.hac conſul. §.ex perfecto.

c ¶*Quæ res*. id eſt, manumiſſió.

d ¶*Tria genera*. ſic erat vnũ & addita ſunt tria: ergo ſunt quatuor. Reſpon.nõ ſequitur. nam ſi habes tres filios, & naſcatur hodie vnus:incipis habere quatuor filios, & prius habebas tres, ergo ſeptem: quod falſum eſt: quia quod primo erat, computatur in ſequentem numerũ. ſimile.ff.quem admo.ſer.amit ta.l.j.

e ¶*Ecclesiis*.ſci licet ſub aſpectu populi & antiſtitis. & interueniẽte qualicunque ſcriptura vice actorum: vt C. de iis, qui in eccle. manu. l. j. & ij.

f ¶*Vindicta*.i. cauſa cognita coram prætore.qua tãtummodo poterat antiquitus maior xx. an.manumittere: vt J.tit.j. §. eadẽ. quæ ideo dicitur dari vindicta:quia Vindicius quidam ſeruus Vitelliorum primo ſic fuit manumiſſus. ff. de ori.iu.l.ij.§.in initio.& §.cum placuiſſet. verſ.initiũ ſeceſſionis fuiſſe.Vel(vt quidam dicunt)ſecundum Bœtium in Topi. vindicta erat virga prætoris, qua ter percutiebatur manumiſſus, & dicebat prætor ter aio te liberum eſſe more Quiritũ. arg.C.ſi aduer.li.l.ij.ibi.vindictæ &c.

g ¶*Inter amicos*.& in hoc & ſe.caſu neceſ

in ſeruitute eſt,manui &[a] poteſtati[b] ſuppoſitus eſt: & manumiſſus liberatur poteſtate. Quæ res[c] à iure gentium originem ſumpſit: vtpote quum iure naturali omnes homines liberi naſcerẽtur: nec eſſet nota manumiſſio,cum ſeruitus eſſet incognita. Sed poſtquam iuregentium ſeruitus inuaſit,ſecutum eſt beneficiũ manumiſſionis. Et quum vno communi nomine omnes homines appellarentur,iuregentiũ tria hominum genera[d] eſſe cœperunt: liberi, & his contrarium ſerui, & tertium genus libertini, qui deſierant eſſe ſerui.

¶*Multimodè tam inter viuos, quàm in vltima volũtate manumiſſio exercetur.*

¶Multis autem modis manumiſſio procedit: aut ex ſacris conſtitutionibus in ſacroſanctis eccleſijs[e], aut vindicta[f], aut inter amicos[g], aut per epiſtolam, aut per teſtamentum, aut per aliã quamlibet[h] vltimam voluntatem. Sed & alijs[i] multis modis libertas ſeruo competere poteſt, qui[k] tam ex veteribus[l], quàm ex noſtris[m] Conſtitutionibus introducti ſunt.

¶*Manumiſſio (cùm voluntariæ ſit iuriſdictionis) vbique & quocunque tempore fieri poteſt.* +

¶Serui[n] verò à dominis ſemp manumitti ſolent: adeò vt vel in tranſitu[o] manumittantur[p]: veluti quum prætor, aut præſes, aut proconſul

ADDITIO. *Ac ſi dicas, quod manumiſſio facta in teſtamẽto nõ ſolenni, valet, vt facta inter viuos: non vt in teſtamẽtis:per glo.in l.i.§.1.C. de lat.lib.tol.*

i ¶*Sed & alijs*. præter ſupradictos.

ADD. *Omnes fere modos vide in l. vn. C. de lat. lib. tol. & qui ex cau. ſer. pro pra. & l. vn. C. de lib. cau.*

k ¶*Qui*.ſcilicet modi.

l ¶*Ex veteribus*. ſ. ex legibus aliorũ Imperatorum: vt C.qui. ex cau. ſer.pro præ.li. ac.per totum.

m ¶*Noſtris*.vt C. commu. de manu.l.fi.& in authẽ.de man. princ.§.ij. col. iij.& in authẽ. de mo.§.ij.colum.j.

n ¶*Serui*.q.d. quãdocunque etiam inuitis vt C. de teſta. ma.l.fin.§.ſi vero quidam. licet ſecus ſit in filijs:vt in authen.quib. modis.natu. effic. ſui.§.generaliter.col.vij.

o ¶*Tranſitu*.i.dũ tranſit,& eſt ratio:quia ſine eo fieri poterat,vnde aliud eſt quãdo manumiſſio poterat fieri ſine prętore:vt J.tit.j.§.eadem.Item aliud eſt in conteñtioſa iuriſdictione,quæ. ſ.redditur in inuitum.vt ff.de verb.obli.l.inter ſtipulantem.§.j.& C.de dila.à procedente.

p ¶*Manumittantur*. Not. quod dicit inſtituere vel liberare, ſi prætermiſſis da-

in balneum[a], vel in theatrum[b] eunt.

¶ *Libertinorum multiplici ſtatu exploſo vnica omnium hodie eſt conditio: quandoquidem omnes ciues Romani efficiuntur.*

¶ Libertinorũ autem ſtatus tripertitus antea fuerat. Nam qui manumittebantur: modò[c] maiorem & iuſtam libertatẽ conſequebantur, & fiebant ciues Romani: modò minorẽ[d]: & Latini ex lege Iunia Norbana fiebant: modò inferiorem, & fiebant ex lege Aelia Sentia Dedititij[e]. Sed quoniam dedititiorum quidem peſſima conditio iam ex multis temporibus in deſuetudinem abierat, Latinorum verò nomen non frequentabatur: ideoque noſtra pietas[f] omnia augere, & in meliorem ſtatum reducere deſiderans, duabus conſtitutionibus[g] hoc emendauit, & in priſtinum ſtatum reduxit: quia & à primis vrbis Romæ cunabulis vna atque ſimplex libertas competebat[h], id eſt eadem, quam habebat manumiſſor: niſi quod ſcilicet libertinus[i] ſit, qui manumittitur: licet manumiſſor i-

tionem libertatis.

a ¶ *In balneum.* tunc enim videbatur non valere: quia præ gaudio cuilibet concedere.

b ¶ *In theatrum.* id eſt in locum vbi homines ſtant ad videndũ: & dicitur à θεάομαι, quod eſt videre. & idem multo magis, ſi alio quorumque vadat.

¶ *Libertinorum.* iſte §. diuiditur in ſex partes. Primo tãgitur, qualiter ſtatus libertinorũ erat tripertitus olim. Secũdo, qualiter redactus eſt ad vnũ cum correctione facta eũ. Tertio id, quod generaliter dixerat, ſpecificat in dedititijs, qui fuerãt expulſi. Quarto de latinis. Quinto, qualiter omnes libertos reduxit ad vnũ ius. Sexto, quod alijs etiã modis ſerui efficiuntur liberi. Secunda ibi, Sed dedititiorũ. Tertia ibi, Et dedititios. Quarta ibi, Latinos. Quinta ibi, Et omnes, Sexta ibi, Multis. Aret.

¶ Reiectis deliri ſenis Franc. de Aretio ineptijs, repoſuimus hoc loco ex titulis Vlpiani (libro nuper primùm edito) quæ ad huius tit. obſcuriſſimi intelligentiã pertinebant. Libertorum genera ſunt tria: Ciues Ro. Latini, Iuniani, Dedititiorum numero. Ciues R. ſunt liberti, qui vindicta, cenſu, aut teſtamento, nullo iure impediente, manumiſſi ſunt. Hodie autẽ ipſo iure liberi ſunt, ex lege Iunia, qua lege Latini ſunt nominati, inter amicos manumiſſi. Dedititij ſunt, qui pœnæ cauſa vincti ſunt à domino, quibus veſtigia ſcripta fuerunt, qui propter noxam torti, nocentésq; inuenti ſunt, quíve traditi ſunt, vt ferro, aut cum beſtijs depugnarent: vel in cuſtodiam coniecti fuerunt: deinde quoquomodo manumiſſi ſunt: idq; lex AElia facit. Eadem lege cautũ eſt, vt minor 30. annorum ſeruus vindicta manumiſſus, ciuis Ro. non fiat, niſi apud conſilium cauſa probata fuerit. ideo ſine conſilio manumiſſum, ſeruum manere putat. In conſilium autem adhibentur Romæ V. ſenatores, V. equites Ro. in prouincia XXV. Recuperatores, ciues Rom. Hæc Vlpian. & his amplius vide Angel. polit. miſcel. ca. 84. Alciat. diſpũc. 2, c. 21.

¶ *Libertinorum.* idem erat de ſeruis: vt C. de no. iur. quiri. tollen. l. j. §. j. Accur.

c ¶ *Modo.* i. aliquando.

d ¶ *Minorem.* id eſt, mediã: vt J. de cap. dimin. §. j. & ff. de auro & argen. lega. l. qui lancem. ſecũdum Ioan.

e ¶ *Dedititij.* id eſt, vocabantur Dedititij: & erant inducti hac lege Aelia Sentia: quæ & multa alia induxit. Et erant hi toto tempore vitæ ſuæ ſerui: & tunc fiebant liberi cum moriebantur: quod prodeerat: quia bona (vt peculium) à domino non occupabantur: ſed in Latinis aliter fiebat: vt colligitur hic ex eo, quod minus habebant Dedititij, quam Latini: vt J. de ſuc. lib. §. fina. Accorſius.

f ¶ *Pietas.* i. nos, qui ſumus pij.

g ¶ *Conſtitutionibus.* vt C. de lat. li. tol. l. j. & C. de dedi. lib. tol. l. j.

h ¶ *Competebat.* ſcilicet manumiſſis. ſecundum hoc nota tria tempora in primo & vltimo deinceps ſcilicet idẽ iuris eſt: ſed in medio hoc ius peſſimum fuit inductum: vt J. de ſuc. li. §. vlt.

i ¶ *Libertinus.* ex quo contingit multiplex effectus. In primis circa obſequiales operas, ſcilicet, quæ ſunt in faciendo: vt de aſſurgendo, & ſeruiendo, ſiue in non faciendo, vt de non vocando in ius ſine venia, quæ ipſa natura patrono deben- *Libertus quas operas debet patrono.*

genuus ſit. Et dedititios [a] quidem per cōſtitutionem noſtram expulimus: quam promulgauimus inter noſtras deciſiões: per quas ſuggerente nobis Triboniano, viro excelſo, Quæſtore noſtro, antiqui iuris altercationes [b] placauimus. Latinos autem Iunianos [c] & omnem, quæ circa eos fuerat obſeruantiam, alia conſtitutione per eiuſdem Quæſtoris ſuggeſtionem correximus: quæ inter Imperiales radiat ſanctiones. Et omnes [d] libertos nullo nec ætatis manumiſſi, nec domini manumittentis, nec in manumiſſionis modo diſcrimine [e] habito (ſicut iam antea [f] obſeruabatur) ciuitate Romana [g] decorauimus [h]: multis modis additis [i], per quos poſſit libertas ſeruis cū ciuitate Romana, quæ ſola [k] eſt in præſenti [l] præſtari.

debentur etiam ſine impoſitione: vt C. de in ius vocan. l. venia. & ff. de condit. indc. l. ſi non ſortem §. libertos. Et ſi vocauerit in ius patronum ſine venia, punitur in quinquaginta aureis. ff. de in ius voc. l. penul. & vlti. qui aurei accipiuntur qui libet pro vno ſolido: vt j. de pœni. te. ii. §. fina. Et ex iis iuribus ſumitur argu. quod aureus pro ſolido accipitur in iure noſtro. (Sed ex quo pro eodem delicto tales ſententiæ promulgantur, eædem intelliguntur aſſe dandæ filio emancipato, ſi ſine venia patrem in ius vocauerit: vt C. de in ius vo. l. fin.) Item contingit reuocatio in ſeruitutem propter offenſam: vt ff. de libert. & eorum liberis. lege. ſi manumiſſus. & alia multa. Sed hodie hæc omnia tolluntur, præter ea, quæ ipſa natura debentur: vt in authen. vt liberti de cætero. § j. colum. vj. quæ eſt contra. Tu dic vt not. in d. l. ſi manumiſſus.

a ¶ *Et dedititios.* quod dixerat in genere, nunc per ſpecies ponit. Vel quod coniunctim dixerat, nunc diuidit. Accur.

b ¶ *Altercationes.* quas non habemus. Sed quare non erant ſerui, ſicut illi, qui penitus ſunt ſerui: cum tempore vitæ ſuæ ſeruire cogerentur? Reſpond. ſecundum Ioan. quod erant liberi, licet ſeruire cogerentur: vt C. communi. de manumit. lege prima. §. ſin autem proprietarius.

c ¶ *Iunianos.* id eſt, ex lege Iunia Norbana inductos: vt ſuprà eodem §. libertinorum.

d ¶ *Omnes.* ſic conſtrue: & omnes libertos decorauimus id eſt, honorauimus ciuitate Romana id eſt, plena libertate: vt ſuprà eodem. §. libertinorum.

e ¶ *Diſcrimine.* id eſt, nulla differentia habita: nec ætatis manumiſſi: vt etiam infans poſſit manumitti, imo etiam in ventre: cum quantum ad hoc habeatur pro iam nato: vt ff. de ſtatu hominis lege. qui in vtero. nec domini manumittentis: dum tamen habeat viginti annos: vt infrà titul. primo. §. eadem. nec in modo manumittendi, ſcilicet in teſtamento, ſeu inter viuos quoquo modo: vt ſ. eod. §. multis.

f ¶ *Antea.* ſcilicet, quam veniret iſta praua conditio.

g ¶ *Ciuitate Romana.* id eſt, plena libertate.

h ¶ *Decorauimus.* id eſt, honorauimus.

i ¶ *Additis.* ſcilicet à nobis eis quos habuimus. ſuprà eod. §. multis autem. & ſunt additi nouem. Primus ſi dominus ægrotantem ſeruum ſuum eiecit. Secundus ſi ancillam vendiderit, ne proſtituatur: & proſtituta fuerit: vel ſi venditor ſibi retinuerit manus iniectionem, & eam ad ipſum reuertentem proſtituit poſtea. Tertius ſi ſerui pileati defuncti funus præceſſerunt. Quartus ſi expreſſit eum velle eſſe Latinum. Quintus ſub conditione relicta libertate, hæres ante conditionem manumiſerit. Sextus ſi in iudicio liberali à domino ſuperatus ſeruus fuerit: & pretium pro eo domino ſolutum fuerit, & ipſe poſtea receperit. Septimus ſi ancillam ſuam maritauerit alicui libero. Octauus, ſi coram actis filium nominauerit ſeruum ſuum. Nonus ſi inſtrumenta ſeruitutis reddiderit coram teſtibus. Et probantur hi modi. C. de la. libertate tollen. l. vnica. §. ſed ſcimus. vſque. in fine legis.

Serui libertatem conſequuntur nouem modis.

k ¶ *Sola.* ſcilicet libertas plena.

l ¶ *In præſenti.* id eſt, in conſuetudine.

TITVLVS VI.

QVIBVS EX cauſis manumittere non licet.

¶Manumiſſio facta inter viuos in creditorum fraudem iure non ſubſiſtit: licet tamẽ domino quantũuis obærato ſeruum ſuum liberum hæredemque facere, modò nemo alius ex teſtamẽto exiturus ſit hæres.

NOn tamen cuicunque [a] volenti manumittere licet: nam is, qui in fraudem [b] creditorum manumittit [c], nihil agit [d]: quia lex Aelia Sentia [e] impedit libertatem.

QVIBVS EX CAVSIS MAnumittere non licet.

¶De variis modis manumittendi dixit: ſed quia non omnibus manumittere licet, nec ex omnibus cauſis, ideo de hoc nunc ſubmittit, ſecundum Petr.

NOn tamẽ. Iſte titulus diuiditur in octo partes. Primo qualiter quis inter viuos in fraudem creditorũ ſeruum proprium manumittere nõ poteſt. Secundo qualiter in vltima voluntate cum libertate hæredem inſtituit. Tertio qualiter in vltima voluntate inſtituit ſimpliciter. Quarto qualiter præſumatur, quod manumittat in fraudem creditorum. Quinto qualiter minor xxv. annis prohibetur manumittere, niſi certis cauſis. Sexto. quæ ſunt cauſæ iuſtæ. Septimo an cauſa ſemel approbata poſsit improbari. Octauo ſi quis attigerit decimum & octauum annum, poteſt in teſtamento manumittere. Secunda ibi. §. licet autem. Tertia ibi. demque. Quarta ibi, in fraudem. Quinta ibi. §. eadem lege. Sexta ibi, Iuſtæ autẽ. Septima ibi, in §. Semel. Octaua ibi, Cum ergo.

CASVS. Ad euidentiam not. quod in hoc tit. ponuntur duo caſus ſpeciales, in quibus dominus non poteſt ſeruos ſuos manumittere. Primus quãdo in fraudem creditorum fit manumiſsio: quia tunc non valet, exemplum, vt quando aliquis debitor debet aliquam pecuniam, & nihil habet in bonis, vel ſaltem non habet bona ſufficientia ad ſoluendum ſuis debitoribus, niſi vendat vel det in ſolutum ſeruos: & iſtos ſeruos manumittit, vt illos nõ det ſuis creditoribus in ſolutum, & vt eos creditores fruſtret debito ſuo: tunc talis manumiſsio non valet, quia eſt facta in fraudem ſuorum creditorum, id eſt, vt fraudet ſeu defraudet ſuos creditores debito, niſi in caſu, ſcilicet quando ipſe dominus inſtituit ſeruum ſuum hæredem, & liberum eum eſſe vult: vt in prin. titu. vſque ad §. eadem lege. Secundus caſus eſt, quando dominus eſt minor xxv. ann. quia ſimiliter non valet, niſi in caſu, ſcilicet coram iudice, & cauſa cognita fiat manumiſsio. hoc dicit vſq; ad finem titu. Et hoc præſuppoſito, dic in hoc princip. quod quamuis videatur ex his, quæ. ſ. titu. proxi. habuimus, quod quilibet poſsit ſeruum ſuum manumittere: tamen ſciendum eſt, quod non eſt licitum cuiq; volenti manumittere ſeruum ſuum, illum manumittere: quia ſi habeo creditores, & in eorum fraudem ſeruos meos manumittam: vt efficiar non ſoluendo, nihil ago. hoc dicit vſque ad §. licet autem. Franc.

a ¶*Non tamen cuicunque.* quãuis. ſ. titu. j. §. multis. & §. ſi. na. dictum ſic quemlibet manumittere poſſe: non tamen &c. ſic infrà de exhæredē. lib. in princip.

b ¶*In fraudem.* hoc expone infrà eod. §. in fraudem.

c ¶*Manumittit.* ſcilicet inter viuos, vel in vltima volũtate, ſcilicet nõ inſtituendo, nã tunc eſſet liber & hæres: vt ſ. proxi. §. & ff. qui & à quibus. l. ſi mortis.

ADDITIO. *Et dicit hic Iaſon, quod ſi in teſtamento ponatur clauſula, quod valeat iure contractus, erit irreuocabile: quia contractus in eo celebratus, reuocari non poteſt, vt hic & de quo vide Bar. & Ange. in l. ſtipulari hoc modo. ff. de verb. oblig.*

d ¶*Nihil agit.* ſ. vt noceat creditoribus: vt ff. qui & à quibus. l. ſi mortis. ſibi tamen nocet, ſi velit reuocare vt C. de ſer. pig. da. manu. l. ſi creditoribus.

e ¶*Quia lex Aelia Sentia.* Similis eſt ratio, quia lex vult: vt infrà de vſucap. §. furtiuæ. & illa inhibet vſucap. rei furtiuæ.

ADDITIO. *Plerique putant legem latam eſſe à Coſſ. Sex. Aelio Catulo, & L. Sentio Saturnino, Auguſti temporibus.*

¶*Licet autem.* Diuiditur iſte. §. in quatuor partes: Primo ponit vnum dictum. Secundo illud reſtringit. Tertio ponit rationẽ primi dicti modificari. Quarto rationem rationis. Secunda ibi, ſi modo. Tertia ibi, Valde. Quarta ibi, Ne iniuria.

CASVS. Sed quid domine Imperator, iam video, quod regulariter ſtatutum eſt, quod debitor manumittens in fraudem creditorum, nihil agit. pro Deo dicatis mihi, quæ fuit ratio huius ſtatuti? Ad hoc reſpond. Iuſtinianus dicens: Amice, ratio huius ſtatuti eſt: quia in hoc, quando debitor in fraudem creditorum manumittit, lex Aelia Sentia impedit li

¶ Licet[a] autem domino qui ſoluendo non eſt, in teſtamento ſeruum[b] ſuum cum libertate hæredem inſtituere, vt liber fiat, hæréſque ei ſolus[c] & neceſſarius[d]: ſi modò ei nemo alius ex eo teſtamento hæres extiterit: aut quia nemo hæres ſcriptus ſit: aut quia is, qui ſcriptus eſt, qualibet ex cauſa hæres ei non extiterit[e]. Idque eadem lege[f] AElia Sentia prouiſum eſt, & recte[g]. Valde enim proſpiciendum erat, vt egentes[h] homines, quibus alius hæres extiturus non eſſet, vel[i] ſeruum ſuum neceſſarium hæredem haberent[k], qui ſatiſfacturus eſſet creditoribus: aut hoc eo[l] non faciente[m], creditores res hæreditarias ſerui[n] nomine vendant: ne iniuria[o] defunctus afficiatur.

dit libertatē. Sed domine, pro Deo, nunquid generaliter hæc regula eſt vera, ita quod nullam patiatur inſtātiam? Ad hoc reſpondet Iuſtinianus & dicit quod nō: nam certe licitum eſt domino, qui ſoluendo non eſt, ſeruum ſuum cum libertate in teſtamento ſuo hæredem inſtituere: licet hoc ī fraudem faciat creditorum, vt iſte ſeruus fiat liber, hæreſq; neceſſarius domino ſuo. & hoc eſt verum, ſi nullus alius inſtitutus fuit in illo teſtamento, aut forte, qui inſtitutus morte præuentus eſt. aut qui libertalia cauſa impeditus hæres exiſtere non potuit, aut forte noluit, & hoc eadē lege AElia Sentia prouiſum eſt: vt liceat domino, qui ſoluendo non eſt, ſeruum ſuum ſibi hæredem neceſſarium inſtituere. Et domine, pro Deo, quæ eſt ratio legis. AEliæ Sentiæ, vt permittatur in caſu iſto domino ſeruum ſuum manumittere? Et reſpondet Iuſtinianus, Certe amice optima fuit ratio: multum enim proſpiciendum erat, vt egentes homines, quibus nullus hæres eſſet extiturus, ſaltem ſeruum ſuum hæredem habeant neceſſarium, qui quidem & ſeruus hæres inſtitutus creditoribus domini poſſit ſatiſfacere: vel ſi ipſe non ſatiſfecerit, creditores res hæreditarias nomine ſerui inſtituti diſtrahant: ne memoria defuncti, ſi nomine ipſius res hæreditarias diſtraherent, quadam iniuria afficiatur. Et hæc dicuntur vſque ad illum §. idémque iuris. Franciſcus de Aretio.

a ¶ Licet. id eſt licitum eſt.

b ¶ Seruum. ſcilicet vnum, & non plures: vt ff. de hæred. inſti. l. qui ſoluendo in §. cum l. ſequen. & etiam in fraudem creditorum: vt C. de neceſſ. ſer. l. j. in princ. niſi ſpecialiter pignori datus fuerit: vt ff. de hære. inſtitu. l. pignori. qui non poteſt fieri neceſſarius, niſi dominus creditori ſatiſfaciat: vt dicta l. pignori.

c ¶ Solus. & in caſu etiam cum alio: vt ff. de hæred. inſtitut. l. ſi is. & l. qui ſoluendo.

d ¶ Neceſſarius. quia ſiue velit, ſiue nolit, cogitur eſſe hæres: vt j. de hære. quali. & diffe. §. j. niſi in tribus caſibus, quos habes ff. de hære. inſtitut. l. ſi ſeruo.

e ¶ Non extiterit. quo vltimo caſu ſeruus inſtitutus eſt hæres.

f ¶ Eadem lege. ſcilicet quæ prohibuit: eadem & ex iuſta cauſa concedit: vt hic. & j. eo. § eadem.

g ¶ Et recte. ſcilicet eſt prouiſum.

h ¶ Egentes. Nota quod prodeſt paupertas: quia fauetur paupertati. ſic ff. de tranſact. l. cum hi. §. ſi in annos. & C. de epiſcop. & cleric. l. ſi quis ad declinandā. §. pe. ff. de offic. prætor. l. libertas. §. fina. Argu. contra ff. de excuſ. tutor. & eu. l. ſpadonem. §. ſi. & in authent. de teſtam. §. j. col. vij. & illud,

Pauper vbiq; iacet. licet cōtra dicatur:
Cantabit vacuus corā latrone viator.

i ¶ Vel. pro ſaltem.

k ¶ Haberent. ſic ff. de interroga. act. l. & quia. in prin. & j. de bono. poſſeſſ. §. quos autem.

l ¶ Eo. ſeruo, nunc libero facto.

m ¶ Non faciente. i. non ſatiſfaciente creditoribus. Accurſius.

n ¶ Serui. quondam: ſed modo liber eſt.

o ¶ Iniuria. quo ad famam: quæ etiam poſt mortem quandoque damnatur: vt ff. de acc. l. ex iudiciorum.

A D. D. *Nam vt Cicero pro Quinctio ſcribit, Hercule cuius bona ex edicto poſſidentur, huius omnis. fama & exiſtimatio cum bonis ſimul poſſidentur.*

¶ Idémq; iuris eſt. Diuiditur in tres partes. Primo ampliat §. præcedentem. Secundo ampliationem extendit. Tertio rationem ſubdit. Secunda ibi, Quod noſtra. Tertia ibi, Cum non ſit.

¶ Reiectis Aretii delirationib⁹, hæc quæ ad §. intelligentiam pertinent repoſuimus. Plinius ſecundus in epiſtola ad Sabinum ix. lib. epiſt. iij. Scribis mihi Sabi-

nam, quæ nos reliquit hæredes, Modeſtum ſeruum ſuum poſquam liberum eſſe iuſſiſſe: eandem tamen ſic adſcripſiſſe legatum, Modeſto quem liberum eſſe iuſſi. Quæris quid ſentiam. Contuli cum prudẽtibus cõuenit inter omnes, nec libertatem debe ri, quia non ſit data, nec legatum, quia ſeruo ſuo dederit. Sed mihi manifeſtus error videtur. Ideo puto nobis quaſi ſcripſerit Sabina, faciũdũ, quod ipſa ſcripſiſſe ſe credidit. Cõfido acceſſurũ te ſententiæ meæ, quũ religioſiſſimè ſoleas cuſtodire defunctorũ voluntatem, quã bonis hæredibus intellexiſſe, pro iure eſt. neque enim minus apud nos honeſtas, quã apud alios neceſſitas valet. muretur ergo in libertate ſinẽtibus nobis. fruatur legato, quaſi omnia diligentiſſime cauerit. cauit enim, quæ hæredes bene elegit. Vale.

¶ *Seruo ſimpliciter (nulla libertatis mẽtione facta) inſtituto, cenſetur etiam data libertas.*

¶ Idémque iuris eſt, & ſi ſine libertate [a] ſeruus hæres inſtitutus eſt. Quod noſtra conſtitutio [b] non ſolùm in domino, qui ſoluendo non eſt, ſed generaliter conſtituit noua humanitatis ratione: vt ex ipſa ſcriptura [c] inſtitutionis [d] etiam libertas ei competere videatur. Quũ non ſit [e] veriſimile, eum, quem hæredem ſibi elegit, ſi prætermiſerit libertatis dationem, ſeruũ remanere voluiſſe, & neminẽ ſibi hæredem fore.

¶ *In creditorũ fraudem manumiſſio facta videtur, ſi manumiſſoris facultates tempore quo manumittit, æri alieno pares nõ ſint, vel datis libertatibus impares ſunt futuræ.*

¶ In fraudem [f] autem creditorum manumittere videtur, qui vel iam eo tempore quo manumittit, ſoluendo [g] non eſt [h]: vel qui datis libertatibus, deſiturus eſt ſoluendo eſſe.

¶ *Non aliter poterit ſemel data libertas impediri, niſi & decipiendi animo, & ipſo rei euentu fraudati fuerint creditores.*

¶ Præualuiſſe [i] ta-

tes. Primo quaſi præſumatur manumiſſio in fraudẽ. Secũdo quãdo propter fraudem impediatur manumiſſio ſiue libertas, cũ rõne. Tertio ex rõne infert. Secũda ibi, Præualuiſſe. Tertia ibi, Itaque.

CASVS. Domine Imperator, vos dixiſtis mihi ſ. quod debitor qui manumittit in fraudẽ creditorũ, nil agit, pro Deo exponatis regulã iſtã & dicatis mihi: quis in fraudẽ manumittere dicitur? Ad hoc reſpon. Iuſtin. & dicit: Amice, certe ille dicitur in fraudem creditorũ manumittere, qui iam eo tẽpore quo imponit libertatẽ non eſt ſoluendo. ſed poſt donationẽ libertatis deſinit eſſe ſoluendo. & hæc ſunt vera de rigore iuris. Præualuiſſe tamen videtur de æquitate non aliter reuocari libertates, niſi debitor manumittens animum fraudandi habuerit. quamuis bona eius creditorib[9] nõ ſufficiant. Sæpe enim ſperãt hoĩes plus habere in ſuis facultatib[9], q̃ habeãt. Sic igitur demũ intelligimus libertates datas ab eo reuocari poſſe, qui ſoluẽdo nõ eſt: cũ vtroq; modo creditores fuerint defraudati & conſilio manumittẽtis, & reipſa. i. quia ſicut ipſe manumiſſor eos fraudare voluit, ita in rei veritate fraudati ſũt: quia bonis quæ iam datis libertatib[9], bona eius creditoribus nõ ſufficiãt. Et hæc dñr vſq; ad illũ §. eadem lege AElia Sentia. franc.

Libertas in fraudẽ data an poſſit reuocari.

a ¶ *Sine libertate.* non quod dicat, inſtituo te ſine libertate: quia tunc non eſſet hæres: vt ſtatim dicetur in fine hui[9] §. ſed prætermiſit dationẽ libertatis: vt in fi. §.

b ¶ *Conſtitutio.* qua fit liber & neceſſarius hæres: vt C. de neceſſa. ſer. hæred. inſtitut. l. quidam in princ.

c ¶ *Scriptura.* ſic ex datione tutelæ; vt ſ. qui dari tut. poſſ. in princ. de qua prædixit modo: vt C. de neceſſ. ſer. l. quidam.

d ¶ *Inſtitutionis.* Arg. quòd aliquo conceſſo, illud conceditur ſine quo illud eſſe non poteſt: vt ff. de iuriſd. om. iu. l. ij.

e ¶ *Quũ nõ ſit.* hæc eſt noua ratio, de qua prædixit modo: ſed lex ipſa antiqua fuit: vt ſ. de hære. inſt. §. j. quæ eſt contra.

¶ *In fraudem.* Diuiditur iſte §. in tres par-

f ¶ *In fraudẽ.* ſic ff. eod. in fi. qui & à qui. ma. li. non fi. l. in fraudem.

g ¶ *Soluẽdo.* cũ & ſciat ſe habere creditores: vt ff. q in fran. cre. l. omnes §. Lucius.

h ¶ *Non eſt.* & nunc erit peius ſoluendo.

i ¶ *Præualuiſſe.* nam quidam dicebant, quod ſufficiebat

ſufficiebat ſolos euentus: & alii dicebāt, quòd exigebatur vtrunque, ſcilicet fraus & euentus: & iſta ſententia præualuit. Tamen ex prædictis videbatur ſufficere euentum ſolum. tamen, &c.

ſarū. Scda ibi, Iuſtæ. Tertia ibi. Et ſeruus. *CASVS.* Dominè, iam vidi vnū impedimentū manumiſſionis, quod interuenit ratione fraudis: nunquid eſt adhuc aliquod aliud impedimentum, quod obeſt

men videtur; niſi animum quoque fraudandi manumiſſor habuerit, non impediri libertatem [a]: quanuis bona eius creditoribus non ſufficiant. Sæpe [b] enim de facultatibus ſuis amplius, quàm in his eſt, ſperant homines. Itaque tunc intelligimus, impediri libertatem, quum vtroq; modo [c] non fraudantur creditores, id eſt & conſilio [d] manumittentis, & ipſa re: eò quòd ejus bona non ſunt ſuffectura creditoribus.

¶ Minor annis viginti non aliter ſeruum manumittere poteſt, quam cauſa cognita, & iuſta manumiſſionis cauſa: quæ autem ſint iuſtæ cauſæ, hic traditur.

¶ Eadē [e] lege AElia Sentia domino minori [f] vigiati annis nō aliter manumittere permittiẜ, q̄ ſi vindictaẜ [g] apud conſiliū [h] iuſta cauſa manumiſſionis

a ¶ *Non impediri libertatem.* hic diligenter attende, quòd ſi directe detur libertas: nō ſolum inter viuos, ſed etiam in vltima volōtate duo neceſſaria ſunt. ſ. conſilium, hoc eſt fraus, & euentus: vt hic, & ff. eodē. l. in fraudem. & C. eodē l. j. In fideicommiſſaria ſufficit ſolus euentus: vt C. quiſma. non poſſ. l. fi. Et eſt ratio: quia facilius libertas de facto data ab hærede reuocatur, quam à defuncto (cuius diſpoſitio videbatur lex) vt ff. de fidei comm. lib. l. iiij. §. ſi in fraudem. Alia ratio no. C. eo. l. fi. In aliis autem alienationibus, quæ in fraudem creditorum fiūt: dic vt J. de act. §. item ſi quis in fraudem.

b ¶ *Sæpe.* reſpōdet tacitę obiectioni. qūo poteſt eſſe animus bonus: cū ipſa veritate fraudet eos? Reſpō. Sæpe enim, &c. Sed arg. contra C. de reſcin. ven. l. quiſquis.

ADD. *Solue iſtud contrarium, & dic, quod hoc procedit in vltimis voluntatibus: niſi contrarium aliqua ſuadeat qualitas: vt in authē. ſed cum teſtator. cum gloſ. C. ad l. Fal. ibi vero inter viuos in rebus immobilibus, ſeu mobilibus & præſentibus, quæ peruenerunt ab antiquo: alias ſecus. ſecundum Ang. Aret. hic.*

c ¶ *Cum vtroque modo.* ſ. cum fraus & euentus interuenit, vt ſubiicit. & facit ad hoc ff. qui & à quib. ma. li. non fi. in l. in fraudem.

d ¶ *Conſilio.* Not. quē teneri de conſilio. Sed contra ff. manu. l. ij. §. fi. ſed hic fuit fraus: ideo fuit tale conſilium obligatorium: qoia fuit fraudulentum.

¶ *Eadem.* Iſte §. cum §. ſequ. diuiditur in tres partes. Primo ponit, qualiter minor xx. ann. non poteſt manumittere, niſi ex cauſa. Secundo ponit, quæ ſunt cauſæ iuſtæ. Tertio limitat vnam prædictarū cau

manumiſſionē? Ad hoc reſpō. Iuſti. quod ſic. Nā certe ee dē lege AElia Sentia ſtatutū eſt dn̄m minorem xx. an. non poſſe aliter ſeruum ſuū manumittere, niſi iuſta cauſa manumiſſiōis fuerit apud iudicē approbata. Sed poſtea dn̄e, pro Deo dicatis mihi, q̄ ſunt iuſtæ cauſæ manumiſſionis? Ad hoc reſp. Amice, iſtæ cauſæ manumiſſionis ſūt iuſtæ: veluti, ſi qs habeat filiū vel filiā, naturalē etiā, aut fratrē, aut ſororē, aut nutricē, aut pędagogū, aut educatorē ſuū, aut cū, qui eum aluit, & velit manumittere: aut ſi quis velit collactaneū ſuū manumittere: aut ſeruum ſuū gratia procuratoris habēdi: qui manumiſſus nō minor xvij. an. manumittatur: vel ſi velit manumittere ancillam, vt eā ducat in vxorē. Nam certe oēs iſtæ cauſæ iuſtæ vidētur. ita tn̄ i hoc caſu minori xx ann. ancillā ſuā manumittere p̄mittitur, ſi intra ſex mēſes à tp̄e manumiſſionis cōnumerādos vxorē ducat. niſi aliqua iuſta cauſa ſupueniēs m̄rimoniū impediat. & h. d. vſque ad illum. §. ſemel. Franciſcus de Aret.

e ¶ *Eadem.* ſ. de qua habita eſt mētio. ſupra eodem. in princ.

f ¶ *Minori.* Sufficit ergo, ſi non ſit minor xx. an. etiam, ſi non ſit maior: vt quia tetigit vltimum diem viceſimi anni: vt ff. de man. l. j. ſicut in teſtamēto, fauore ſuis vt ff. de teſta. l. qua ætate.

g ¶ *Vindicta.* hoc expone: vt ſupra titu. j. §. multis.

h ¶ *Apud conſilium.* i. apud locum illum, vbi habetur ſuper hoc conſiliū. i. deliberatio. & ſic ponitur id, quod fit p̄ eo vbi fit: vt ff. de iuſtit. & iu. l. pe. §. fi. Vel dic apud eos, qui præſunt conſilio: vt ſunt omnes habentes ordinariā iuriſdictionem,

etiam minimi magiſtratus: ei, hoc fit de voluntaria iuriſdictione: vt ff. de offi. procon. & le. l. ij. & in authent. de defen. ci. §. iuſiurandum. in fi. & in gloſ. & quicquid. & glo. pe. col. iij.

c ¶ *Alumnum.* paſſiue, quem vel quam alumnus aluit, vt differat à ſuperiori educatore.

f ¶ *Collactaneum.* qui ſimul mecum lactauit: quem fratrem Bononienſes appellant.

A D D. *Conſilium ſic expone vt ſupra ex Titulo Vlpiani, ad §. Libertinorum, pro vi. lit.*

a ¶ *Iuſtæ autem manumiſſionis cauſa.* facit ff. de ma. vin. l. ſi minor. cū l. ſequ. vſque ad l. apud. vbi iuſtæ cauſæ connumerantur: eou numeratur enim inter iuſtas cauſas manumittendi, ſi dominum à periculo vitæ, vel infamiæ liberauit ſeruus: vt ff. de manumi. vin. l. iuſta.

b ¶ *Patrē.* Sed qualiter poteſt filius habere ſeruum ſuum

adprobata, fuerit manumiſſi. Iuſtæ autem manumiſſionis cauſæ[a] hæ ſunt: veluti, ſi quis patrem[b], aut matrem, filium, filiámve, aut fratres, ſororéſve naturales[c], aut pædagogum[d], aut nutricem, aut educatorem, aut alumnū[e], alumnámve, aut collactaneum[f] manumittat, aut ſeruum procuratoris habēdi gratia, aut ancillam matrimonii habendi cauſa: dum tamen intra ſex menſes in vxorem ducatur[g], niſi iuſta cauſa[h] impediat. Et ſeruus, qui manumittitur procuratoris habēdi gratia, non minor decem &[i] ſeptem annis manumittatur.

¶ *Semel approbatū, ſiue iuſtum, ſiue iniuſtum ſit, non poteſt reprobari.*

¶ Semel autem cauſa[k] approbata[l], ſiue vera ſit, ſiue falſa[m]: non

g ¶ *Ducatur.* præſtito ſuper hoc ſacramento: vt ff. de manum. vind. l. ſi collactaneus. in fin.

h ¶ *Iuſta cauſa.* vt infirmitas. quæ tribuit dilationem: vt ff. ſi qs cau. l. ij. §. iij. & iiij. & ff. de re iud. l. quæſitū. vel alia qualibet iuſta: vt ff. ex qui. cau. ma. l. j. in fi.

i ¶ *Decem & ſeptem annis.* Sed quomodo minor xxv. an. poteſt eſſe procurator: vt C. de procu. l. exigendi. & ff. de procura. l. minor? Reſpond. hic ad negotia fuit, non autē in iudicio eſſe poteſt. ſic alias eſt differentia inter hos procuratores: vt ff. manu. l. ſi procuratorem §. j.

patrem, vel econtra: vel frater fratrem ſuum, ſiue ſororem? Reſpon. bene poteſt: vt quia inſtituit dominus filiū ſerui ſui hæredem, vel filium ancillæ, vel econtra: & ſic de aliis, quo caſu ſic inſtitutus hæres liber & dominus eſt omnium bonorum, quorum dominus fuerat teſtator: vt J. eo. §. j. & ff. de acqui. poſſ. l. cum hæredes. in princi. Item poteſt eſſe, vt ſi habeat quis filium ex ancilla ſua: nam & ſeruus & filius: vt C. commu. de manu. l. fin. & econtra, ſi ſeruus habeat filium ex domina: nam filius eſt & liber & dominus: cum ventrem ſequatur quo ad ſtatum: vt C. de rei vend. l. partum. licet poſſint ipſe & domina accuſari: vt C. de mu. quæ ſer. propr. l. j. & J. de hæred. inſtitut. §. j.

c ¶ *Naturales.* & legitimos: vel naturales tantum.

d ¶ *Pædagogum.* ſcilicet qui ab initio inſtituit pueros. & dicitur à παῖς. quod eſt puer. & ἀγωγός. quod eſt ductor: quaſi ductor, ſiue gubernator puerorum.

Pædagogus.

A D D. *Nam pædagogi ſerui erant, vt patet ex Plauto, & aliis. Notum eſt illud Diogenis, qui, quum in Creta venderetur, iuſſit præconem prædicare, ſe vendere ſeruum, qui ſciret imperare liberis: eáque lege eū mercatus eſt Xeniades, cui liberos ſuos concredidit.*

¶ *Semel autem.* C A S V S. Domine, iam video q̄ nō licet minori xx. an. ſeruū ſuū ſine iuſta cauſa manumittere. Sed ponamus, qd̄ aliquis minor xx. an. volēs manumittere ſeruū ſuū allegabat iuſtā cauſam corā iudice: puta q̄ ſeruus ille, quē voluit manumittere, fuit ſibi ſoci[9] in armis, vel in ſcholis: & iudex illā cauſam tanq̄ iuſtā approbauit: vnde talis minor ſeruo impoſuit libertatem: poſtea procedente tēpore apparuit illā cauſam fuiſſe iniuſtā: nunquid occaſione illi[9] cauſæ nō iuſtæ, poterit libertas data reuocari? Ad hoc reſpon. Iuſti. quod nō. Cauſa enim à iudice ſemel approbata, ſiue iuſta, ſiue iniuſta fuerit, nunquam poſtea retractabitur. & hoc vſq; ad illum §. cum ergo.

k ¶ *Cauſa.* ſ. manumiſſionis.

l ¶ *Approbata.* ſ. apud concilium.

m ¶ *Siue falſa.* quaſi dicat, ſi dixit filiū, licet non ſit, vel patrem, vel ſimilia: licet hæc ita non ſint, ſecundum quoſdam, quod reprobo, cum id quod falſum ſit, nihil ſit, nec præſtet cauſam: vt ff. de verbo ſignific. l. Paulus. & C. ſi ex fal. inſtru. per totum. & ff. de except. l. qui agnitis. Vnde

dic vera,

dic vera, id eſt iuſta: falſa, id eſt iniuſta: vt quia dixi eum ſocium meum fuiſſe in armis, vel in ſcholis, quod inducebam pro iuſta cauſa, & talis fuit cauſa, vel ſimilis approbata: licet non debuerit approbari. & ſic vera ponitur pro iuſta. ſic ff de le. j.l. ſi fideiuſſ. §. j. & ff. de in inte. reſti.l. omnes. ſic econtra iuſta pro vera: vt ſupra titu. j. in prin.
a ¶*Non retractatur.* ſic ff. de manu. vind. l. iuſta. quia nihil facile immutandum eſt ex ſolennibus: vt ff. de in int. reſtit. l. diuus. Sed contra ff. de excuſ. tuto. l. ſed & reprobari. j. reſpon. ſed hoc fauore libertatis: illud fauore ſanitatis. Accur. ADD. *Diſsimilis ratio eſt ſententiæ ex falſa cauſa latæ: vt in titu. C. Si ex fal. inſt. & ſi ex fal. alleg.*

retractatur [a].

¶*Minori annis viginti, non antea licet propriis ſeruis teſtamento libertatem dare, quàm decimumoctauum annum attigerit.*

¶Quum ergo certus modus manumittendi minoribus viginti annis dominis per legē AEliam Sentiam conſtitutus [b] eſſet: eueniebat, vt qui quatuordecim annos expleuerat, licet teſtamentum [c] facere, & in eo ſibi hæredem inſtituere, legatáq; relinquere poſſet: tamen ſi adhuc minor eſſet viginti annis, libertatem ſeruo dare nō poſſet. Quod non erat ferēdum. nam cui totorum ſuorum bonorum in teſtamento diſpoſitio data erat, quare non ſimiliter ei, quemadmodum alias res, ita & de ſeruis ſuis in vltima voluntate diſponere, quemadmodum voluerit, permittimus: vt & libertatē eis poſſit præſtare? Sed quum libertas [d] inæſtimabilis res ſit, & propter hoc ante vi-

¶*Quum ergo.* Diuiditur iſte §. in quatuor partes: quia primo ponit vnum dictum. Secundo contra illud adducit plures rationes. Tertio pro eo adducit alias rationes. Quarto ad concordiam reducit mediam eligens viam: & rationem annectit. Secunda ibi, Quod non erat. Tertia ibi, Sed cum. Quarta ibi, Ideo nos.

CASVS. Domine, iam video quid ſtatuit lex. AElia Sentia, circa minores manumittere ſeruos ſuos volentes. quid vobis videtur de ſtatuto l. AEliæ Sentiæ: nunquid hodie obſeruandum eſt? Ad hoc reſpondet Iuſtinianus dicens, Amice, certe nobis videtur prima facie ex ſtatuto l. AEliæ Sentiæ quoddam ius intolerabile emergere. Cùm enim minoribus xx. ann. authoritate le. AEliæ Sentiæ certus modus manumittēdi ſit ſtatutus: ex hoc ſtatuto cōtingebat: vt licet minor, qui quatuordecim annos impleuerat, teſtamentum poſſet cōdere, & in eo hæredē inſtituere ſibi, & legata relinquere: ſi tamen adhuc minor xx. ann. fuerat, libertatem tui ſeruo dare non poterat, quod non vi-

detur aliquatenus ferendum. Cum enim huiuſmodi minori omnium bonorū ſuorum libera diſpoſitio in teſtamento concedatur: ſatis videtur abſurdum, quod ei beneficium manumittendi denegetur. Quare enī non ſimiliter vt de cæteris rebus ſuis, ita & de ſeruis ſuis in vltima volūtate, quemadmodum voluerit diſponere conceditur: vt ipſis libertatis beneficium poſſit imperti ri? Hoc non videtur rationi conſentaneū. Veruntamen cum libertas inæſtimabilis res ſit: & ideirco minori xx. ano. eam præſtare ſeruis ſuis antiquitas prohibuit: ideo his rationibus moti, quodam modo viā mediam eligim⁹, & non aliter minori xx. an. cōcedimus dare ſeruo teſtamento libertatem, niſi compleuerit xvij. ann. & parum xviij. ann. attigerit. Cum enim antiquitas huiuſmodi ætatis hominibus pro aliis in iure poſtulare conceſſerit non videmus rationem, cur ſtabilitas iudicii ſui iotaorum eos iuuare non credatur: vt ſaltem in dicta ætate conſtituti, libertatem ſeruis ſuis in vltima voluntate poſſint imponere b.d. vſque ad fin. Franciſc.

b ¶*Conſtitutus.* nam cum dicit ſine cauſa, non poſſe manumitti: ergo econtra. cum cauſa valet manumiſſio. ſic ff. de eden. l. ſi quis ex argen. §. prætor. & §. prohibet. & ff. de pact. l. iuris gentium. §. prætor. & §. dolo malo.

c ¶*Teſtamentum.* ſi eſt maſculus: fœmina vero in duodecim: vt ff. de teſta. l. qua ætate. & ff. de lib. leg. l. Aurelio §. Caius.

d ¶*Sed cum libertas.* vſque huc allegando innuit, quòd eodem tēpore poſſit manumittere, quo teſtari: nunc econtra duas rationes conſiderat: & quia inæſtimabilis eſt libertas: tamē ſi vendat quis ſeruum preſium ad venditorem non tranſit: imo penes emptorem eundem dominiū remanet

ceſimum ætatis annum antiquitas libertatem ſeruo dare prohibebat: ideo nos mediam[a] quodammodo viam eligentes, non aliter minori viginti annis libertatem in teſtamento dare[b] ſeruo ſuo concedimus, niſi decimum ſeptimum annum impleuerit[b], & decimum octauum attigerit. Quum enim antiquitas[c] huiuſmodi ætati, & pro aliis poſtulare[d] conceſſerit: cur non etiam ſui iudicij ſtabilitas ita eos adiuuare credatur, vt ad libertatem dandam ſeruis ſuis poſſint peruenire[e].

TITVL. VII.

DE LEGE FVſia Caninia vel tollenda.

¶ Poteſt quis in teſtamento omnibus ſeruis libertatem dare ceſſantibus omnibus aliis impedimentis: ſicut inter viuos, non obſtante ſtatuto legis Fuſiæ Caniniæ. Aret.

Lege Fuſia Caninia certus[f] modus[g] conſtitu-

pet: vnde eſt inæſtimabilis. vt hic, & ff. de re iu. l. libertas. & ff. de tab. exhi. l. j. §. fi. & quia antiquitas aliter ſtatuebat, cui eſt deſeruiendũ: vt C. de teſta. l. teſtamenta. quare vilis allegationibus ſoluit mediam eligens viã. ſic ʒ. de re. di. §. cũ ex aliena. licet ſit arg. cõtra ff. de ne. geſ. l. Neſennius. in fi. & ff. de in rẽ ver. l. ſi ꝑ patre. §. idem quærit.

a ¶ *Mediam.* nota mediam viã ſectãdam. ſic ff. ſi pars hæ re. pet. l. antiqui. & ʒ. de rer. di. §. cũ ex alie.

b ¶ *Impleuerit.* ſed hodie ex quo teſtari poſſunt, & libertates relinquere poſſunt: vt in authẽ. vt ſpon. lar. coll. ix. §. j. quod exaudi ſi in vltima volũtate velit quis libertatẽ relinquere. ꝙ patet ex hoc verbo relinquere: qđ in di. authent. ſaltẽ in ſummario Bart. poſitum eſt. quod ad morientes tantum ſpectat: vt ff. de tabu. exhib. l. j. §. fin. Sed quid ſi inter viuos velit quis manumittere? Reſpon. non poteſt: niſi habeat xx. annos, vel niſi cauſa cognita ſit: cum nec liber iſte, nec authen. loquatur, niſi in vltima voluntate. Vnde ſeruatur tenor eiuſdem legis AEliæ Sentiæ, cum non ſit correctus: vt C. de appellat. l. præcipimus. in fine.

ADD. *Et ſi cum alias, de contractu ad vltimas voluntates bonum ſit argu. l. ſeruum filii §. cum, qui ff. de leg. 1. Imo ſecundum Iaſonem æquiparantur in terminis propriis: vt infra tit. proxi. & C. eo. tit. no. ſecundum communiter doctores. quod lex noua corrigens in vno caſu, non trahitur ad aliam ſimilem rationem habentem vel æquiparatum.*

c ¶ *Antiquitas.* vt ff. de poſt. l. j. §. initiũ.

d ¶ *Poſtulare.* id eſt deſiderium amici ſui vel clientuli ſui coram iudicibus exponere, vt ff. de poſtu. l. j. §. j. non autem pro ſe poterit eſſe in iure: vt C. de authn. prę. l. clarum. & eſt ratio: quia quando pro alio accedit, ſibi imputet, qui tali committit cauſam ſuam: vt ff. de mino. l. cũ mandata. pro ſe vero non: quia ſemper reſtituuntur. Accurſius.

e ¶ *Peruenire.* interrogatiue legas, & reſpon. non eſt ratio, quare ſit diuerſum: eſt ergo idem ius ſtatuendum: vt ff. de verb. obli. l. à Titio. in fin. nam vbi eſt eadem ratio, idem ius ſtatuẽdum eſt: vt ff. ad l. Aqui. l. illud. & C. ad l. Fal. l. vlti.

DE LEGE Fuſia, &c.

¶ Viſo ex quibus cauſis manumiſſio fieri poſſit, & quia interdum manumiſſio fieri prohibetur à lege Fuſia Caninia, ideo de ea nunc ſubdit. Porcius.

Lege Fuſia. Diuiditur in duas partes. Primo facit mentionem legis Fuſię Caninię. Secundo eam corrigit. Tertio aliam rationem aſſignat. Secunda ibi, Quam quaſi. Tertia ibi, Cum ſatis.

¶ Reiectis Aretij deliriis, præbemus tibi, Lector, huius tituli explicationem ex Vlpiano, cuius in Titulis hæc ſunt verba. Lex Fuſia Caninia iubet teſtamento ex tribus ſeruis, non plures, quàm duos manumitti: & vſque ad decem dimidiam partem manumittere concedit: à decimo vſque ad triginta, tertiam partem: vt tamen adhuc quinque manumittere liceat, æquè vt ex priori numero: à triginta vſque ad centum quartam partem, æquè vt decem ex priori numero liberari poſſint: à centum vſque ad quingentos, partem quintam ſimiliter, vt ex antecedenti numero viginti quinque poſſint fieri liberi. Eadémque præcipit ne plures omnino, quam centum ex cuiuſquam teſtamento liberi fiant. Eadem lex cauet, vt libertates ſeruis teſtamento nominatim dentur. Hæc Vlpianus.

f ¶ *Certus.* vt vltra duos vel tres forte non poſſent manumittere in vltima voluntate: vt ʒ. eo. in fi.

g ¶ *Modus.* i. numerus.

a ¶ Quam

tur erat in ſeruis teſtamento manumittendis: quam[a] quaſi libertates impedientem[b], & quodammodo inuidam[c], tollendam eſſe cenſuimus. cùm ſatis fuerat inhumanũ, viuos quidem licentiam habere totam ſuam familiam[d] libertate donare, niſi alia cauſa[e] impediat libertatem: morientibus[f] autem, huiuſmodi licentiam adimere[g].

a ¶*Quam*. ſcilicet legem Fuſiam Caniniam: forte a quodam, qui Caninius nominabatur, inductam: vt in Publiciana dicitur. vt ĩ. de actio. §. namque ſi cui. in fin. nam canis ſeruabat naturam, qui ſtat in palea, qui nec ſibi poteſt habere paleam, nec alij permittit accipere: ſic nec ſibi poterat tenere ſeruos, quia moriebatur: vt ĩ. de don. §. j. nec libertatem patiebatur eis dari: vnde merito Caninia dicitur: vt ſit conueniens nomẽ rei: vt ĩ. de donat. §. eſt & aliud.

b ¶*Impedientem*. id eſt, impedimentũ afferentem.

c ¶*Inuidam*. Nota, contra inuidos. ſic C. de cadu. tollend. in principio.

d ¶*Familiam*. id eſt, omnes ſeruos, qui familia dicuntur. vt ff. de verbo. ſignifi. l. pronuntiatio. §. j.

e ¶*Cauſa*. vt fraus vel ætas manumittentis: vt ſupra titulo primo. in princip. & §. ea.

f ¶*Morientibus*. ſed quomodo poteſt aliquid eis adimi, cum nihil habeant: nam mors omnia abſtulit: vt in authenti. de nuptijs. § deinceps. columna quarta? Reſpond. dic morientibus, id eſt, ad mortem tendentibus: quia laborabant in extremis, vel quaſi: vel etiam erant ſani, ſed timore mortis hoc faciebant: vt ff. de donatio. cau. mort. lege. iij. iiij. quinta & ſexta.

Argui poteſt de contractibus ad vltimas voluntates.

g ¶*Adimere*. Nota hic argumen. quod ea, quæ fiunt inter viuos, trahuntur ad voluntates vltimas. ſic e contra. ff. de pactis. lege pactum. & C. de lega. lege finali. ff. de pignor. actione. lege non eſt mirum.

DE HIS, QVI SVI vel alieni iuris ſunt.

SEquitur. Totus iſte titulus diuiditur in quinque partes. Primo ponit duo genera perſonarum. Secundo, qui ſunt in poteſtate dominorum, & quo iure fuit introductum eorum dominium. Tertio ponit nouum ſtatutum, reſtringens poteſtatem circa mortem: & puniens contra facientes. Quarto aliam reſtrictionem poteſtatis etiã circa ſententiam de occidendo. Quinto ponit verba nouæ cõſtitutionis. Secunda ibi, In poteſtate. Tertia ibi, Sed hoc tempore. Quarta ibi, Sed & maior. Quinta ibi, Cuius. Et diuiditur hoc principium. Primo ponit vnam diuiſionem perſonarum bimembrem. Secundo ſecundum ſubdiuidit membrum. Tertio dicit ſe velle tractare de ſecundo mẽbro ſubdiuiſionis. Secunda ibi, Rurſus. Tertia ibi, Videamus. Quarta ibi, Ac prius. Aret.

TITV. VIII.

DE HIS, QVI ſui vel alieni iuris ſunt.

¶Hic ponitur ſecunda diuiſio perſonarum cum ſubdiuiſione alterius membri. Et cognito vno de cõtrariis, cognoſcitur & reliquum: cũ contrariorum ſit eadem diſciplina. Aret.

SEquitur de iure perſonarum alia diuiſio[h]. Nam

CASVS. Dicit Iuſtinian. continuando ſubſequentia præcedentibus. Viſa prima diuiſione de iure perſonarum, quædam alia diuiſio ſubſequitur talis: Quædam enim perſonæ ſui iuris ſunt, quædam alieno iuri ſubiectæ ſunt. Illarum quæ alieno iuri ſubiectæ ſunt, quædam in poteſtate parentum ſunt, quædam in poteſtate dominorum. Sed domine, de quibus vultis prius tractare: vtrum de his quæ ſui iuris ſunt, an de his, quæ alieno iuri ſubiectæ ſunt? Ad hoc reſpon. Iuſtinia. quòd primo dicturus eſt de his, quæ alieno iuri ſubiectæ ſunt. Nam ſi cognouerimus, quæ ſunt illæ perſonæ, quæ alieno iuri ſubiectæ ſunt, certe ſimul intelligemus, quæ ſui iuris ſunt. Vnde videmus primo de his perſonis, quæ poteſtati dominorum ſubiectæ ſunt. Et hoc dicit vſque ad illum. §. in poteſtate itaque.

h ¶*Alia diuiſio*. quæ eſt de iure ciuili, cum in ea ius gentium diſtinguatur: vt ff. de iuſti. & iur. l. ius ciuile. ſuperior autem quam habuimus. ĩ. de iure perſo. j. reſponſo. eſt de iure gentium: cum non ſit ſeruitus iure naturali cognita: vt ĩ. de lib. § j.

quædam perſonæ ſui iuris ſūt[a], quædam alieno[b] iuri ſubiectæ. Rurſus earum quæ alieno iuri ſubiectæ ſunt, aliæ ſunt in poteſtate[c] parentum, aliæ in poteſtate dominorum. Videamus itaque de his, quæ alieno iuri ſubiectæ ſunt. Nam ſi cognouerimus quæ iſtæ perſonæ ſunt: ſimul intelligemus[d], quæ ſui iuris ſunt. Ac prius inſpiciam' de his, quæ in poteſtate dominorum ſunt.

¶*Et ſi olim domino ſeruum occidere impune liceret, hodie tamen in eum non (niſi ex legitima cauſa) ſæuire licebit, quinimo vſque adeò dominorum aſperitas coercetur, vt ſi intolerabilis ſit, ſeruos iuſto pretio venundare cogantur: quum Reipublicæ interſit, ne quis re ſua abutatur.*

¶In poteſtate itaque dominorum ſunt ſerui. Quæ quidem poteſtas iuris gētium[e] eſt. Nam apud omnes peræquè gentes animaduertere[f] poſſumus, dominis in ſeruos vitæ, neciſq; poteſtatē eſſe[g]: & quodcūque

a ¶*Sui iuris ſunt.* Hic reſtringitur primū membrum primæ diuiſionis poſitæ §. de iu.perſo. vt non comprehendat quoſdam liberos homines, ſcilicet filioſfam. Item ſtatim cū dicit alieno iuri, &c. ampliat ſecundū membrū dictæ diuiſionis. vt comprehendat etiā quoſdam liberos. ſ. filioſfam. Cum ergo fiat additio & detractio dictę diuiſioni, iam eſt de iure ciuili hæc diuiſio: vt ff. de iuſtit. & iure l. ius ciuile. At ſuperior de iure perſonarum fuit ſecundū ius naturale & gentium, vt ibi diximus, & ideo immutabile: vt §. de iure nat. gentiū & ciui. §. pe. ADD. *Vlpianus in titulo, Sui iuris ſunt, inquit, familiarum ſuarū principes, id eſt paterfamilias, itemque materfamilias.*

b ¶*Quædā alieno.* Quædam neutro iure tenētur: vt filij, quorum patres ſunt capti ab hoſtibus: vt §. quib. mod. ius pat. pot. ſol. §. ſi ab hoſtibus. Nā & aliæ quædam ſunt in pendenti: vt ff. de vſufru. l. ſed & ſi quis [illegible]. §. & in auth. de non eligen. §. hoc autem. col. j. & hoc ſecundum quoſdam. Nos contra. nam ſui iuris ſunt, eum enim patre ſit ſeruus hoſtium, & in eorum poteſtate: vt ff. de iure perſon. §. ſerui. ergo alium habere non poteſt in poteſtate: vt ff. de acqui. re. do. l. homo liber. §. quicquid ff. de acqui. poſſeſſ. l. cum hæredes, circa med. & ff. ad legem Iuli. de adulte. l. ſi euenerit. & præterea eorum ratio, vel ſentētia eſt abſurda, qui dicunt, quod hæc diuiſio recipiat medium: vt C. de ſen. paſ. l. fi. circa princ.

c ¶*Poteſtate.* hoc verbum quinque modis accipitur: vt ff. de verb. ſig. l. poteſtas.

d ¶*Simul intelligemus.* nam vt dicit Ariſtoteles: Contrariorum eadem eſt diſciplina: vt hic. & §. de tute. j. reſpon. & ff. eodem l. j. Et eſt hic arg. quòd per notitiam vnius immediatorum, peruenitur ad alterius notitiam. & faciunt ad hunc §. ff. de procurator. l. Pomponius. §. ſed & is. ver. nam eum. & ff. eodem l. j. & ff. de prætor. ſti. l. j. §. ſtipulationū iſtarum. §. de tut. circa principium. ADD. *Cicero lib. de Orat. 2. Eſt, inquit, illud perſpicuum, omnium rerum in contrarias partes cognitionem ex iiſdem ſuppeditari locis.*

¶*In poteſtate.* Diuiditur in tres partes. Primo ponit, qui ſunt in poteſtate dominorum. Secundo vnde dicta poteſtas deſcendit. Tertio duos eius effect'. Secunda ibi. Quæ quidem. Tertia ibi. Nā apud. Ang. Ar. CASVS. Domine, iam video, quod vos prius intenditis tractare de dominica poteſtate: dicatis ergo mihi ſi placet, qui ſūt in poteſtate dominorū: & vnde deſcēdit poteſtas, quā domini habent in ſeruos? Ad hoc reſpon. Iuſtinian. dicens, certe in poteſtate dominorū ſunt ſerui: & hęc poteſtas, quā habent domini in ſeruos, de iure gentiū eſt: quæ tali liquet ratione. Nā apud oēs gentes perpendere poſſumus peræquè ius in ſeruos vitæ nec iſque poteſtatē fuiſſe, & quodcunque per ſeruū acquiritur, id dño acquiri cenſetur. Cū igitur ius gentiū ſit, qđ peræquè apđ oēs gētes cuſtoditur, manifeſtū eſt iſtam poteſtatem de iure gentium originem ſumpſiſſe. & hæc dicuntur vſque ad illum §. ſed hoc tempore. Franciſcus.

e ¶*Iuris gentium.* id eſt de iure gentium introducta: vt ſupra de iu. perſonarum §. ſeruitus.

f ¶*Animaduertere.* id eſt in animo vertere & cogitare, vt dicit Ca.

g ¶*Eſſe.* improprie ponitur pro fuiſſe, vt ſtatim colligitur. & ff. eodem l. j.

& etiā

& erat eadem patris in filium: vt colligitur ſecundum vnam literam. ff. de liber. & poſthu. l. in ſuis. & j. de noxal. actio. §. fina. in princip. & in gloſ. j. C. de patria poteſta. l. fina.

per ſeruum adquiritur [a], id domino [b] adquiri [c]. Sed hoc tempore nullis hominibus, qui ſub imperio noſtro ſunt, licet [d] ſine cauſa legibus [e] cognita [f], in ſeruos ſuos ſupra modum ſæuire. Nã ex conſtitutione [g] diui

a ¶ *Adquiritur.* ſcilicet iuſte, ſecundum quoſdam: vt ff. de acquir. poſ. l. quod ſeruus. in fi. Sed certe hoc eſſe non poteſt. nam ſi acquiritur, ergo domino: quia ſibi non: vt j. per quas perſo. no. acquir. §. item vobis, & ff. de acquir. hære. l. placet. quare dic, quòd ſemper domino quæritur, etiam ſi quid per dolum, vel metum ſeruus acquirat: vt ff. pro empt. l. ij. §. Celſus. & §. Pomponius. & §. ſi ſeruus. Sed hoc ſolo inſpecto, an quæratur: puta ſi ſeruus ſtipuletur operas à liberto: vt ff. de ſtipula. ſeruo. l. antepenul. vel ſi factum ſit in ſtipulatione: vt j. de ſtipula. ſeruo. §. ſed eum factum. niſi in caſibus. quod dic vt j. de ſtip. ſerui. §. ſed eum. Nec obſtat dicta. l. quod ſeruus. quia non quærit domino, vt ſibi remaneat: nam tenetur reddere. Sed nunquid libertas data à domino, vel à lege (quod fit interdum: vt C. de ſer. qui pro præmio liber. acc. per totum. & in authé. de mona. §. ij. colũ. j.) domino quæritur? Reſponde non. nam licet quæratur ſeruo, libero tamen non poteſt dari libertas: vt j. de act. §. ſic itaque. & ff. de fideicommiſ. liber. l. generaliter. §. ſi homini. tamen eo ipſo momento ſic fit liber, vt dominum non habeat. Et ſi hæc oppoſitio eſt de puncto, ſic & alias: vt hic vadit Romam, & hic facit murum. non eſt tamen verum eum iuiſſe, vel opus feciſſe: licet ſit in vltimo momento perficiendi. Similis quæſtio fit. ff. quod metus cau. l. extat.

b ¶ *Domino.* vel quaſi domino. vt fructuario, & bonæ fidei poſſeſ. quibus quæritur ex ijs cauſis: vt j. per quas perſo. nob. acqui. §. de his.

c ¶ *Acquiri.* Nota hic duos effectus dominicæ poteſtatis: & eſt tertius: vt non torqueatur in dominum, niſi in caſibus: vt C. de quæſt. l. j. & l. ſeruos. Accur.

¶ *Sed hoc tempore.* CASVS. in hoc §. vſque ad finem talis eſt. Domine, iã video, quæ ſit poteſtas dominorum in ſeruos ſecundum iura antiqua: nunquid licebit dominis adhuc eandem poteſtatem in ſeruos exercere? Reſpond. Iuſtin. quod non. Nam hoc tempore nullis hominibus, qui ſub noſtro imperio ſunt, licet ſine cauſa legibus approbata in ſeruos ſuos ſupra modum ſæuire. Ex conſtitutione enim Diui Pij Anto. cauetur: vt qui proprium ſeruũ occiderit ſine legitima cauſa, non minus puniatur, quam qui alienum ſeruum interfeciſſet. Et non ſolummodo illos, qui ſeruos occidunt, puniri iubemus: ſed etiam hi, qui maiorem aſperitatem, quam æquum ſit, in ſeruos exercent, eiuſdem principis conſtitutiõe coërcentur. Nam idem princeps conſultus à quibuſdã præſidibus prouinciarum, quid iuris eſſet de his ſeruis, qui propter ſæuitiam dominorum ad ædes ſacras, & ad ſtatuas principum confugiunt in reſcripto ſuo præcepit, vt ſi ſæuitia dominorum circa ipſos ſeruos intolerabilis videatur, cogantur ipſi domini ſeruos bonis conditionibus vendere: & pretium de ſeruis venditis habitum dominis detur. Sed domine, quid videtur vobis de hoc ſtatuto diui Pij Anton. Et certe dicit Iuſtin. nobis videtur ipſum recte ſtatuiſſe. Expedit enim Reipubli. ne quis re ſua male vtatur.

d ¶ *Licet* eſt, licitum eſt.

e ¶ *Legibus.* quia ſi ſeruus ſciat inſidias domino parari & ipſi auxilium non tulerit, ſupplicium debet præſtare, quod mortem interpretamur. Sed & ſi accuſauerit eum criminaliter (excep. crimi. læſæ maieſta.) aut ſi dominum viderit periclitantem, & non adiuuerit, vel ſe immiſcuerit vxori ſuæ, vel alijs modis.

f ¶ *Cognita.* vt quia cum vxore ſua inuenerit: vel in ſimili delicto, quo caſu etiã occidere licet: vt ff. de verborum oblig. l. qui ſeruum. & ff. de lega. j. l. quid ergo. §. ſi hæres. & ff. ad legem Iuliam. de adult. l. marito. §. j. ſi autem alias deliquerit, vel domino non obedierit: legitime eum corrigere poteſt, non tamen vltra modum boni viri arbitrio comprehenſum: vt C. de emenda. ſerui. l. j. Sed nunquid ſine cauſa verberare poteſt? Reſpõ. ſic modice, ſecundũ Ioan. vt C. de emenda. ſer. l. j. licet Pla. dixit quod non, aliter ſi nimis corripiat ſine culpa, tenetur vel vendere, vel dare: vt hic ſequitur, & ff. eod. titu. l. j.

ADDITIO. *Hæc gloſ. communiter approbatur, & dicunt doctor. idem in marito erga vxorem, & in magiſtro erga ſcholarem, in patre erga filium, in abbate erga monachum: quia poteſtas tributa magiſtro erga ſcholarem, intelligitur tributa marito in vxorem. l. ſed & ſi quemcunque. §. fina. ff. ad legem Aquil. Chriſtopho.*

g ¶ *Conſtitutione.* cuius verba ſunt. j. eodem. §. fina.

Antonini, qui ſine cauſa ſeruum ſuum occiderit, nō minus puniri iubetur, quàm ſi alienum ſeruum [a] occiderit.

¶*Nimia dominorū aſperitas in ſeruos coërcetur. Et ex cauſa cogitur quis rem ſuam vendere: & iuſtè deprecantibus nō eſt denegandus aſſenſus. Item officialis fraudans legem, punitur. Aret.*

¶Sed & maior [b] aſperitas dominorum, eiuſdem principis conſtitutione coërcetur. Nam Antoninus conſultus [c] à quibuſdam Præſidibus prouinciarum de his ſeruis, qui ad ædem ſacram [d] vel ad ſtatuas principū confugerunt, præcepit, vt ſi intolerabilis videatur ſæuitia dominorum, cogantur [e] ſeruos ſuos bonis conditionibus [f] vendere: vt pretium dominis daretur: & rectè [g]. expedit enim Reipublicę, ne ſua re quis malè [h] vtatur [i]. Cuius reſcri-

a ¶*Alienum ſeruum.* Sed certe, qui alienum ſeruum occidit lege Aquilia tenetur: vt ff. ad legem Aquiliam l. ſecunda. in princ. & infra ad legem Aquil. in princip. quæ actio hic locum habere non poteſt, cum non domino, imo contra dominum daretur: quod eſſe non debet: vt ff. ad legem Aquil. l. itē Mela. §. legis. Sed dic, quod hoc, quod hic dicitur, eſt verum quantū ad criminalem pœnam legis Corne. de ſicar. vt ff. de publi. iud. §. item lex. quę pœna tam in ſeruis, quā in liberis locum habet: vt ff. ad legem Corne. de ſica. l. j. §. j. Interdum etiā ciuiliter tenetur, ſi alterius intereſt, vt creditoris: vt ff. de pign. l. ſeruum quem quis. vel fructuarij: vt ff. ad legem Aquil. l. ſed & ſi proprietatis. & ff. de dolo. & l. eleganter. §. ſi ſeruum vſurarium.

¶*Sed &c.* Diuiditur iſte §. in quinque partes. Primo ponit dictum in genere. Secundo illud exēplificat, & rationem reddit. Tertio ponit verba reſcripti, de quo fit mentio in principio. §. Quarto cōcludit. Quinto minatur officiali non obſeruanti legem iſtam. Secūda ibi, Nam Antoninus conſultus. Tertia ibi, Cuius reſcripti. Quarta ibi, Ideoque. Quinta ibi, Qui Sabinus.

b ¶*Maior.* id eſt, magna, vel maior quam æquum ſit.

c ¶*Conſultus.* i. interrogatus. ſic ff. de pac. l. item quia. §. fina. Vnde illud. Conſulo te quærens: tibi conſulo, conſilium dans.

d ¶*Aedem ſacram* ad quæ loca olim, & hodie confugiunt. circa quæ diſtingue, vt diximus in authen. de man. prin. §. neque autem. in gloſ. cogentur. colla. iij.

ADDITIO. *Et imunitur ſecundum Ioan. Fab. & Ange. quando ſine armis, nullo præcedente delicto, ſed propter domini ſæuitiam, vel etiam ſui criminis grauiorem punitionem confugiunt: vt hic, alias non: vt l. ſi ſeruus. & l. fina. §. adiicientes. verſ. & hoc quidem. C. de his, qui ad eccle. confug. & c. inter alia, extra de immu. eccle. Sed de iure canonico non immunitur delinquens in eccleſia. c. ſi extra eo. ti. alias ſic, niſi eſſet publicus latro: vt dicto. c. inter. & idē per omnia intelligas de cœmiteriis: vt xvij. q. iiij. c. ſi quis contumax. Ange.*

ADDITIO. *Apud Cor. Tacitum lib. 3. C. Seſtius in Senatu diſputat, à Deo niſi iuſtas ſupplicū preces exaudiri, neque quenquam in Capitolium vel alterius vrbis templa perfugere, vt eo ſubſidio ad flagitia vtatur. Liuius autem li. 3. decad. 3. narrat quendam Deciū Magium, Campanum, qui à Pœnis vinctus Carthaginem ducebatur ad ſtatuam Ptolemæi Regis, ad Cyrenas, confugiſſe itaque manus hoſtium euaſiſſe. vide autem Lector pulchram Impp. conſtitutionē in l. pateant, Cod. Theod. lib. 8. tit. 45.*

e ¶*Cogantur.* Nota hic, quod aliquis cogitur vendere rem ſuam.

f ¶*Bonis conditionibus.* ſcilicet vt pretium habeat: & ad dominum primū non reuertantur: vt ſuprà §. proxi. & ſuprà §. ſed hoc. in fine. & ne ſimili pœna anteriorum afficiantur, vel ne exponantur, vel proſtituantur, vel exportentur, vel vendantur amodo: vt j. proxi. & §. fina.

g ¶*Rectè.* ſcilicet præcepit.

h ¶*Male.* quia intereſt principis locupletes ſub ſe habere ſubiectos: vt in auth. vt iudi. ſine quoquo ſuffra. §. conſiderauimus. col. ij. quod non contingeret ſi cuilibet ſeruos ſuos liceret occidere. Et nota, quòd illud idem quod intereſt priuati principaliter, & Reipubli. ſecundario: vt ſ. dixi. de iuſti. & iur. §. fina. Argu. contra. ff. ſol. ma. l. etiam. §. licet. & l. ſi conſtante. §. ſi maritus.

i ¶*Vtatur.* Nota, quòd quandoq; detrahitur res inuito domino propter odium dominorum: vt hic, quandoq; fauore religionis: vt ff. de religio. l. ſi quis ſepulchrum. quandoque fauore libertatis: vt j. de donat. In fine. quandoque fauore vltimæ voluntatis: vt ff. de leg. j. l. ſi fideiuſſor. §. meminiſſe. & hoc eſt contra regulam: vt C. de

de contrah.emp.l.inuitum.Accur.

a ¶ *Martianum.* proconſulem Actiex. alias Eutiex, ſeu Vticæ vrbis: vt ff.co.l. ij.in princip.

b ¶ *Dominorum.* Hincinde allegat, & primo duas pro dominis rationes, vel dicta ponit.

c ¶ *Illibatam.* id eſt, non diminutam.

d ¶ *Intereſt.* i. eis proderit, vt ſeruos nō perdant & dic, denegetur, ſcilicet à nobis, vel dic, intereſt.i. ad eos pertinet, ne denegetur, ſ. à dominis: cū forte vxor, aut filij, vel alij domini familiares inferant hoc, ſed prima verior.

e ¶ *Iniuriam.* quā patiuntur iure naturali inſpecto, nō iure ciuili: vt ī. de iniur. §. ſeruis.

f ¶ *Denegetur.* ſic ff. de offic. præfec.vrb.l.j. §.quod autem.

g ¶ *Infami.* i. infamata, ſeu magna iniuria.

h ¶ *Fraudem.* vel euidentem, quia nō obedit: vel callidam, dicens non eſſe illū ſeruū, qui fugit.

pti ad AEliū Martianum[a] miſsi, verba ſunt hæc: Dominorum[b] quidem poteſtatem in ſeruos ſuos illibatā[c] eſſe oportet: nec cuiquam hominū ius ſuum detrahi, ſed dominorum intereſt[d], ne auxilium contra ſæuitiam, vel famem, vel intolerabilem iniuriam[e] denegetur[f] his, qui iuſtè deprecantur. Ideóque cognoſce de querelis eorū, qui ex familia Iulij Sabini ad ſacram ſtatuam confugerunt. & ſi vel durius habitos, quam æquum eſt, vel infami[g] iniuria adfectos eſſe cognoueris, venire iube: ita vt in poteſtatem domini non reuertantur. Quod ſi meæ conſtitutioni fraudem[h] fecerit: ſciat me admiſſum ſeuerius exequuturum.

TITVLVS IX.

DE PATRIA poteſtate.

IN poteſtate[i] noſtra ſunt liberi noſtri quos ex iuſtis[k] nuptijs procreauimus. Nuptiæ[l] autem, ſiue matrimonium, eſt viri & mulieris coniunctio[m], indiuiduam[n] vi-

DE PATRIA POTESTATE.

¶ *Quia ſuprà dixit de his, qui ſunt in poteſtate dominorū: ideo ſubiūgit de his, qui ſunt in poteſtate parētum: vt promiſerat.ſ. ti.j.§.j. Acc.*

IN *poteſtate.* Totus iſte tit. diuiditur in quatuor partes. Primo ponit dictū in genere, qui ſunt liberi ī noſtra poteſtate. Secundo definitionē nuptiarū vel matrimonij. Tertio, qui habent filios in poteſtate. Quarto ex prædictis infert ſpecificando quod primo dixerat. Secūda ibi, Nuptię. Tertia ibi, Ius autē. Quarta ibi, Qui igr. *CASVS.* Acceſsi ad Iuſtinianū. & quęſiui ab eo, Domine, vos vultis tractare de patria poteſtate, dicatis ergo mihi, qui ſunt in patria poteſtate. Ad hoc reſpondet Iuſtinianus dicēs: In poteſtate noſtra ſunt liberi, quos ex iuſtis nuptijs procreauimus. Sed quid domine? iam video qui ſunt in patria pote. dicatis mihi, quid eſt matrimonium, ſeu nuptię? Ad hoc reſpō. Iuſtin. quod nuptiæ ſiue matrimonium, eſt viri & mulieris coniunctio, indiuiduā vitæ retinens cōſuetudinem. & hoc vſque ad illum. §. ius autem. Fran. de Aret.

i ¶ *In poteſtate.* Hoc verbū multis modis ſumitur: vt ſ. proxi.tit. diximus. §.j.

k ¶ *Ex iuſtis.* quę ſint iuſtæ, dicitur. j. titu. proxi.

l ¶ *Nuptiæ.* & dicūtur ab obnubendo. i. velando: quia velatæ incedere debent, vt ait Iſido. Sed matrimonium dicitur ideo, quia mulier nubit, vt mater fiat. & hæc duo nomina (licet diuerſis rationibus) idē ſignāt, Itē coniugiū, & cōnubiū, & cōſortiū: vt ff. de rit.nup.l. in eo iure. §. hoc caput. licet hoc vltimū quoque inter ſeruos accipiatur: vt C. de ſer.fug.l. fi. inter quos proprie dicitur cōtuberniū: vt C. de ince.nup.l. cū ancillis.

m ¶ *Coniunctio.* animorum, nō corporum tantum: vt ff. de regu.iur.l. nuptias, & illa coniunctio animorum ſignificat unionem, quæ committit inter Deum, & iuſtam animam. Vnde Apoſtolus, Qui adhæret Deo, vnus ſpiritus eſt cū eo. Sed corporum coniunctio corporum, deſignat conformitatem, quæ conſiſtit in carne inter Chriſtum, & ſanctam eccleſiam. i. humanum genus. Vnde euangeliſta, Verbum caro factum eſt: & habitauit in nobis.

A D D. *Connubium autem, vt ſcribit Vlpianus in Titulis, eſt vxoris iure ducēdæ facultas.*

n ¶ *Indiuiduā.* quo ad affectionē: ſic ora. inſt. & iure in prin. Actu enim plerūque fit ſeparatio, tā iure veteri, quā nouo permittente: vt C. de repud.l. cōſenſu. in prin. & in aut. de nup. §. ſi ergo. col. iiij. & in aut. vt lic. mat. & auiæ. §. quia vero. co. Sed nunquid hāc affectionē habet aliquis ad cōcubinā quoque? Certe ſic: & ideo adijcias huic defini.

tæ conſuetudinem continens.

¶*Patria poteſtas iure Romano inſtituta fuit: ſoliſque Romanis propria ac peculiaris eſt.*

¶Ius autem [a] poteſtatis, quod in liberos habemus, proprium eſt ciuium Romanorũ [b]. Nulli enim alij ſunt homines, qui talem in liberos habeat poteſtatẽ, qualem nos habemus.

¶*Filij ex legitimis nuptiis progeniti, omnéſque per filiorũ ſtipitem deſcendẽtes in patria ſunt poteſtate: ex filia verò nati, nequaquam.*

¶Qui igitur ex te, & vxore [c] tua naſcitur, in tua [d] poteſtate eſt. Itẽ, qui ex filio tuo & vxore eius naſcitur, id eſt, nepos tuus, & neptis: æquè in tua ſunt poteſtate:

definitioni, diuini & humani iuris communicatio: vt ff. de rit. nupt. l. j. Diuini: quia eiuſdem ſectæ debent eſſe: vt non ſit vnus Chriſtianus, & alter Iudæus: vt C. de iudæ. l. nequis. Humani: quia forum viri ſequitur vxor: vt ff. ad munici. l. fin. §. ij. ſed ſecus eſt in concubina, vel qualibet minus legitima vxore: vt ff. ad muni. l. de iure. §. fina. licet concubinatus iure permittente ſit. ff. de concu. l. in concubinatu. in fi. Neque valet oppoſitio de matre ad filiũ: quia ibi non eſt talis conſuetudo, qualis ad vxorem: vt J. tit. j. §. ergo. & in auth. quomo. opor. epiſc. §. j. col. j. & §. volumus autem. ibi, Sed aut ſolæ &c.

¶*Ius autem.* CASVS. Domine, dicatis mihi ſi placet, quorum proprium eſt ius pat. pot. Ad hoc reſpon. Ius pat. pot. quod in liberos habemus, proprium eſt ciuium Romanorum id eſt, liberorum omnium de Romano Imperio. Nulli em̃ homines ſunt, qui talem poteſtatem habeant in liberos, qualem nos habemus. Sed domine, dicatis mihi, qui ſunt in pat. pot. Ad hoc reſpon. Iuſtin. Amice, diximus, quòd illi ſunt in pat. pot. noſtra, quos de iuſtis nuptijs procreauimus. Ex hoc igitur manifeſte liquet, quòd illi, qui ex te, & legitima vxore tua naſcuntur, in tua poteſtate ſunt, vt proprij tui filij, & qui ex filio tuo & vxore eius naſcuntur, vt nepotes: & idem eſt in pronepote. & cæteris deinceps per maſculinam lineam deſcendentibus. Franc. de Aret.

a ¶*Ius autem.* quod conſiſtit in ſeptem. Primo: quia neceſsitate famis pater filiũ vendere poteſt, vel obligare: vt C. de pa. qui fil. diſtr. l. ij. Secundo: quia ab eo in ius vocari non poteſt: vt C. de in ius vo. l. fi. Tertio: quia nec cum eis agendo, iudicium habere poſſumus: vt ff. de iud. l. lis. Quarto: quia per eum acquirimus: vt J. per quas perſo. no. acquir. §. j. Quinto: quia in iudicio contra alium ſine licentia noſtra eſſe non poteſt: vt C. de bon. quæ lib. l. fi. §. j. Sexto: quia eo inuito ſua bona aduentitia adminiſtramus: vt J. per quas perſo. no. ac. §. j. Quidam tamen dixerunt, quod alimenta ad inuicem hoc iure præſtantur, quod falſum eſt: cũ in emancipatis etiam hoc ſit: vt ff. de lib. agn. l. ſi quis à liberis. in princ. Item ciuilis obligatio inter nos eſſe nõ poteſt: vt J. de inutil. ſtip. §. Item inutilis. Eſt & octauus, vt poſſim petere filium in meam poteſtatẽ. Circa quod diſtingue: quia aut à nullo detinetur, aut ab aliquo, ſi ab aliquo: volens, an inuitus. Primo caſu petam eum per officium iudicis. ff. de li. exhi. l. iij. §. hæc autem. & præiudiciali actione in rem agam: vt J. de ac. §. præiudiciales, non interdicto, niſi in caſu, vt ſi volo eum adire hæreditatem, in qua factus eſt hæres: vt ff. de acquir. hęre. l. ſi quis mihi. §. iuſſum. & de lib. exhib. l. ſi cũ [illegible]. ſecundo eodem auxilia locum habent. & plura. ſ. rei vendicatio de iure Rom. vt ff. de rei vend. l. j. In tertio locum habet interdictum de lib. ho. exhi. Item actio in rem de iure Quiritum: vt ff. de rei ven. l. j. §. j, & de lib. exhib. l. j. j. reſpon.

b ¶*Romanorum.* i. omnium, qui ſunt de Ro. Imperio. aliæ vero gentes quædam, vt ſeruos tenent filios: vt Sclaui, aliæ vt prorſus abſolutos, vt Francigenæ, ideo caute dicit. J. talem qualem.

ADDITIO. *Dum dicit, quòd filii Francigenarum nõ ſunt in poteſtate parentum: adde quod hanc gloſ. in hoc reputat vnicam & ſingul. Bal. in c. j. §. ſi duo fratres. aliàs ille. §. eſt. c. ij. in tit. de fratri. de nouo benefi. inueſt. Hanc etiam gloſ. Bal. commendat in c. j. an maritus ſuc. vxo. in benefi. & vide eundem in l. pe. in fi. ebar. C. qui teſt. fac. poſſ. & in d. c. j. an mari. ſuc. vxo. in benefi. dicit Bald. quod iſta gloſ. eſt ſingul. Et eam etiam dicit ſing. Ia. ad hoc quod regnum Franciæ non eſt ſub Imperio Romano. Ia. ſ.*

c ¶*Et vxore.* aliud ſi ex concubina: vt J. tit. j. §. fina. vel inceſto coitu natus: vt in auth. quib. mod. nat. effi. leg. col. vj. §. ſi.

d ¶*In tua.* ſi tamen tu ſis tui iuris, non alias: vt ff. ad l. Iul. de adul. l. ſic eueniet.

Non

a ¶*Non ſunt* quia qui naſcuntur, patris familiam ſequuntur: vt J. de legib. agna. tut. §. j.

DE NVPTIIS.

¶*Suprà titu. proxi. in prin. dictum eſt quòd in poteſtate noſtra, ſunt liberi, quos ex iuſtis nuptiis procreauimus, ideo hic ſubiungitur inter quos diſtæ iuſtæ nuptiæ cõtrahũtur. Accurſius.*

ADDITIO. *In quibuſdam exemplaribus titulus eſt, De iuſtis nuptiis.*

IVſtas autem. Iſte tit. diuiditur in viij. partes. Inprima ponit qui poſſunt cõtrahere matrimonium, & qualiter, ſubijciendo quæſtionem de filio & filia furioſi. Secunda ibi, Ergo nõ omnes. vbi ponit generaliter & ſpecialiter quaſdam eſſe perſonas, inter quas non poteſt eſſe matrimoniũ ſcilicet inter aſcendentes & deſcendentes. Tertia ibi, Inter eas. vbi ponit inter quas perſonas ex collateralibus etiam cõiunctis per adoptionem poteſt fieri, & non fieri matrimonium. Quarta ibi, Affinitatis. vbi ponit inter quas perſonas non poteſt fieri matrimonium ratione affinitatis. Quinta ibi, Illud certum. vbi ponit qualiter matrimonium prohibetur ratione ſeruilis cognationis. Sexta ibi, Sunt & aliæ. vbi ponit generaliter quaſdam eſſe alias perſonas, inter quas non poteſt conſtitui matrimonium. Septima ibi, Si aduerſus annullat matrimonium contracta contra iuris præcepta, & quicquid ſecutum eſt exinde, & punit contra facientes. Octaua ibi, Aliquando. vbi ponit de filijs naturalibus, & quomodo poſſunt legitimari. Item pars principalis diuiditur in tres partes. Nam in prima ponit dictum generale. In ſecunda illud declarat. In tertia determinat in eidem quæſtionem. Secunda ibi, Maſculi. Tertia ibi, Vnde quæſitum. ſecundum Por.

CASVS. Acceſſi ad Iuſtin. & ita quæſiui ab eo, Domine, vos vultis tractare de nuptijs: dicatis igitur mihi, quæ ſunt iuſtæ nuptiæ? ad hoc reſpon. Iuſt. dicens, quòd iuſtæ nuptiæ ſunt, quas inter ſe ciues Ro. i. liberi homines ſecundũ præcepta legum contrahunt, videlicet maſculi puberes, & fœminæ viri potentes, & hoc

& pronepos, & proneptis, & deinceps cæteri. Qui autem ex filia tua naſcuntur, in poteſtate tua nõ ſunt[a], ſed in patris eorũ.

TITVLVS X.

DE NVPTIIS.

¶*Maſculi decimũquintum annum attingentes: & fœminæ decimumtertium iuſtas coeũt nuptias: quas in poteſtate conſtituti, non, niſi patre aſſentiente, contrahere poſſunt modò talis ſit pater, qui conſenſum præſtare valeat.*

IVſtas autem nuptias inter ſe ciues Romani[b] contrahunt, qui ſecundum præcepta[c] legum coeũt: maſcu-

eſt verũ ſiue ſint patresfamil. qui nuptias contrahunt. ſiue filijfa. dum tamen filijfa. de conſenſu parentum, in quorum ſunt poteſtate, nuptias contrahant. Nam ꝙ fil.fa. de conſenſu parentum, in quorum eſt poteſtate debeat contrahere, tã ciuilis quam naturalis ratio ſuadet, inſtantum etiam ꝙ iuſſus parentũ in matrimonio à fi.fa. contrahendo præcedere debeat. vnde quia cõſenſus parentum requiritur, apud veteres dubitatũ fuit & quæſitum, virum filiusfa. alicuius furioſi poſſit nubere & contrahere matrimonium, cum pater furioſus conſentire nõ poſſit? Et certe licet de filia de facto conſueſſerint antiqui, ꝙ ipſa poſſit ſine conſenſu patris nubere: in filio tamen varij in varias ſententias declinauerunt: ſed tãdem ad huiuſmodi dubitationem veterum ſopiendam: noſtra proceſſit conſtitutio: eu ius authoritate permiſſum eſt, vt ad exẽplum filiæ furioſi, filius furioſi ſine paterni conſenſus interuentu vxorem ducere poſſit. ſecundum tamen modum in eadẽ conſtitu. expreſſum. h.d. vſque ad §. ergo, Franciſ. Aret.

ADDITIO. *Vlpianus in Tit. Iuſtum matrimoniũ eſt, ſi inter eos qui nuptias contrahũt connubium ſit: & tam maſculus pubes, quàm fœmina potẽs ſit, & vtrique conſentiãt, ſi ſui iuris ſunt, aut etiam parentes eorum, ſi in poteſtate ſunt. Connubium autem eſt, vxoris ducendæ facultas. Porro Eguinar. Bar. ſentit hoc loco Canones requirere non coitum, ſed conſenſum eorum, de quorũ coniunctione agitur, inter quos ſunt parentes. c. ſufficit. 27. q. 2. c. noſtrat. 30. q. 5. vtcunque gloſſatores aduerſus rationem naturalem abuſum tuentes indicantium.*

b ¶*Ciues Romani*. i. liberi homines: vt J. de lib. §. ſi. ſerui ergo non faciunt matrimonium, ſed contubernium: vt hic, & C. de inceſt. nupt. l. cum ancillis. & in auth. de nup. §. ſi vero deſertum. ver. ſi vero ab initio. col. iiij. Sed aliud eſt iure canonũ, quod præualet. vt in authen. de eccle. tit. in prin. & in glo. col. ix. vbi dicitur, ꝙ canones ſunt ſeruandi pro legibus.

c ¶*Præcepta*. quæ ſunt. J. eo. tit. per totũ, & ff. eo. & C. eo. tit. per totum, vt colligimus in magna gl. J. eo. §. ſunt & alij.

Poſt

li quidē puberes [a], fœminæ autem viri potentes [b]: ſiue patres familiarū [c] ſint, ſiue filijfamiliarum: dum tamē ſi filij familiarum ſint, conſenſum habeant parentum, quorum ſunt in poteſtate [d]. Nam hoc fieri debere, & ciuilis [e] & naturalis [f] ratio ſuadet: intantum, vt iuſſus parentis præcedere debeat [g]. Vnde [h] quæſitum eſt, an furioſi filia nubere, aut furioſi filius vxorem ducere poſſit [i]. Cúmque ſuper filio [k] variabatur: noſtra proceſſit deciſio [l]: qua [m] permiſſum eſt, ad exemplum filiæ furioſi [n], filium quoque furioſi poſſe, & ſine patris interuentu, matrimonium ſibi copulare, ſecundum datum [o] ex noſtra conſtitutione modum.

a ¶*Puberes*.id eſt, maiores xiiij.ann.vt ℐ. quib.mod.tu.fi.in prin.

ADDITIO.*Hac gl.non bene loquitur.nā licet quo ad tutelas & teſtamenta ille appelletur pubes, qui xiiij.annum compleuit, ſi vir ſit: aut xij. ſi mulier fuerit: quo tamē ad matrimonia contrahenda appellātur pubeſcentes, quàm primū coire poſſunt: non igitur in matrimonio copulando pubertas cognoſcitur ex annorū numero, ſed ex poteſtate coeundi.c.puberes.extra de deſpon.impu. ſecundum Chriſtoph.*

b ¶*Viri potentes*. i. maiores xij.annis.ℐ.qb.mo.tut.fi.j.reſpō.ſed in ſponſalibus vij.anni ſufficiunt: vt ff. de ſponſalib.l. in ſponſalibus.Sed nunquid hodie xv.anni ſunt neceſſarij ad matrimonium, vt in authen. de temp.non ſol.peni.§.nouimus. col.vij. reſpon.lex illa conſuetudinē & frequentiam hominū ponit,aliud de iure,vt hic. Item quid ſi aliquis ante,quā iſtud tempus attingat, iuuentus ſit ſufficiens ad matrimonium? Videtur ꝙ nubere poſſit: vt ff.quan.dies le ce.l.pe.quaſi felici diplomate vſus:vt ff.de verbo.obligatio.l. continuus.§.cum ita. Sed cōtradico.imo l.Iul.de adulterio & ſtupro commiſſo poterit puniri: vt ff.de adulte.l.inter liberos.j.reſpon.& eſt pro hoc ff.de [illegible].l.j. §.fi.Si autem de facto intra dictum tēpus vxorem quis acceperit, tunc erit vxor, cum ad ætatem prædictam peruenerit: vt ff.de rit.nup.l.minorem.

ADDITIO.*Pro notatis in hac gl.vide c. puberes extra de deſpon.impu. vbi opinio gloſ. videtur reprobari. Et pro fine huius gloſ. vide c.j.de deſpon.imp. lib. vj. An autem mulier poſſit contrahere matrimoniū ante xij.an. Dic ſecundū Ioan.de Pla.quòd ſic,vt puta propter pacem: vt c.ij.de deſpō.impub.Item ſi malitia ſuppleat ætatem: vt c.j.de coniu.ſeruo.& c.de illis.de deſpon.impu.quia maius periculum eſt in ea, quàm in maſculo:propter calidiorem ſanguinem ad luxuriandum, & fragilitatem ſexus: vt in gl.quæ incipit.Nam de filia.*

c ¶*Patres familiarum*.ſ.qui ſunt iuris ſui: cuiuſcunque ætatis ſint : ſic & matresfa. Sed filij & filiæfa. qui ſunt in poteſtate cuiuſcunque ætatis ſint : vt ff de his,qui ſunt ſui vel alie.iu.l.nam ciuium.

d ¶*In poteſtate*.quid ergo de emancipatis? Videtur idem: vt C.eo.l.viduę.ſed illud conſilium eſt,non præceptum. Quod autem poſsit filius emancipatus, dicitur ff. de cōtra tab.l.iij.§.ſi emancipatus. & ff. de rit.nup.l. filius emancipatus.

e ¶*Et ciuilis*. quia eſt in poteſtate de iure ciuili Ro.vt ſ. tit.j.§.ius.

f ¶*Et naturalis*. quia pater: vt ff de iuſti.& iure.l. ij. vel quia pro[illegible]: vt ℐ. de pupil. ſubſt.§.ij.

g ¶*Debeat*. alias nōn valet: vt ff.de ſta.hominū.l.Paulus reſpondit.videtur tamen conſentire,niſi contradicat expreſſe: vt ff. de ſpon.l.in ſponſalibus.in fi.

h ¶*Vnde*.quia patris cōſenſus exigitur.

i ¶*Poßit*. Videtur quòd non,cum pater non poſſit conſentire:vt ff.de iure cod.l. ij.§.furioſus.

k ¶*Super filio*.nam de filia facile conſenſum fuit: quia forte calidior ſanguis eſt in ea: vt authenti. de non eligen.§. cum igitur.colla.j. vel verius propter fragilitatem ſexus.Arg.ℐ.qui.alie.licet.in prin. ſed prima non placet.

l ¶*Deciſio*.id eſt, ſententia vel lex: vt C. eo.l.ſi furioſi.

m ¶*Qua*.deciſione.

n ¶*Furioſi*. idem & ſi captus fuerit, & abſuit pater per triennium, vel ſi neſcitur,an viuat,vel non : vt ff.de rit.nup.l.ſi nepos.§.fi.& l.ſi ita.

o ¶*Secundum datum*. ſ. cum authoritate curatoris patris,& dote, ſecundum quantitatem patrimonij patris datā: vt C. [illegible] l.ſi furioſi.in fi.ſed iure canonum ſufficit conſenſus eorum,de quorum matrimonio agitur,ſed illud forte,in alijs,non in filijsfamilias intelligitur, vel credo, quod hoc corrigitur: quia ita honeſta eſt res contrahere matrimonium,ſicut & intrare monaſterium: vt in autheo. de ſanct. epiſ.§.ſed & hoc præſenti.colla.ix.

ADDITIO.*Æmil.Fer. pro interuentu, legis Interitu quod cùm omnes, quos vidi libri, tum etiam Theophilus refellit.* [illegible]

τοῦ πατρὸς μὴ ἀναμένειν συναίνεσιν. i. & patris non expectare consensum. Ergo, significat non requiri, non desiderari non ipus esse patris furiosi consensu.

¶ *Ergo.* Diuiditur in quinque partes. Primo ponit punctum dictum. Secundo ponit rationem dicti. Tertio suum dictum specificat. Quarto ponit, quid resultat contrahendo cum aliqua de prohibitis ibi Quinto extendit ad filios adoptiuos. Secunda ibi, nam à quarundam. Tertia ibi, Intereas. Quarta ibi, Et si tales. Quinta ibi, Et hæc adeo.

CASVS. Dicit Iustinianus inferendo ex præcedentibus: ex quo dictum est supra, quòd liberi homines, qui secundum præcepta legum coierunt, iustas nuptias contrahunt: ergo manifeste patet quòd non licet nobis quamlibet vxorem indistincte ducere. Nam à quarundam mulierum nuptijs, cum quibus leges contrahi vetant, abstinendum est. Nam inter eas personas, quæ parentum vel liberorum locum inter se obtinent, nuptiæ contrahi non possunt: veluti inter patrem & filiam, vel auiam & nepotem, vel matrem & filium, vel auum & neptem nuptiæ prohibitæ sunt. Et non solum inter istas personas, sed etiam inter omnes superiores & inferiores directo existentes vsque in infinitum. Et si tales personæ inter se coiërint, nefarias atque incestas nuptias inter se contraxisse censentur: & hæc intantum sunt vera, vt etiam si aliqui per adoptionem loco parentum vel liberorum sibi cœperint: inter eos tamen nuptiæ consistere non possint, & licet etiam per emancipationem adoptio dissoluta fuerit, idem tamen iuris erit: vt si aliquam adoptaueris tibi in filiam aut neptem: licet postea eam emancipaueris, eam tamen in vxorem ducere non poteris. hoc dicit vsque ad §. inter eas. Fran. de Aret.

a ¶ *Ergo.* quia secundum præcepta legum

¶ *Ascendentes cùm descendentibus naturali, vel adoptionis vinculo coniunctis nuptias celebrare nequeunt, idémque iuris est, etsi emancipatione soluta sit adoptio.*

¶ Ergo [a] non omnes [b] nobis vxores ducere licet. nam à quarundam [c] nuptijs abstinendum est. Inter eas enim personas, quæ parentum liberorumve locum inter se obtinent, contrahi nuptiæ non possunt: veluti inter patrem & filiam, vel auum & neptem, vel matrem & filium, vel auiam & nepotem, & vsque in infinitum [d]. Et si tales personæ inter se coiërint, nefarias atque incestas nuptias contraxisse dicuntur. Et hæc adeò vera sunt, vt quamuis per adoptionem parentum liberorumve loco sibi esse cœperint, non possint inter se matrimonio iungi: intantum vt etiam dissoluta adoptione, idem iuris [e] maneat. Itaque eam, quæ tibi

sium matrimonij, ergo &c.

b ¶ *Non omnes.* scilicet mulieres.

c ¶ *Quarundam.* scilicet mulierum.

d ¶ *In infinitum.* adeo, vt si Adam hodie viueret, non posset habere vxorem. secundum Ioan. vt ff. de rit. nup. l. nuptiæ consistere.

ADDITIO. *Vlpianus in titulo. Inter parentes & liberos cuiuscunque gradus, connubium non est.*

e ¶ *Idem iuris.* vt non possint coniungi.

¶ *Inter eas.* Diuiditur in quatuor partes. Primo ponit dictum in genere in transuersalibus. Secundo illud specificat in transuersalibus coniunctis per sanguinem. Tertio de coniunctis per adoptionem. Quarto infert ex prædictis vnum casum. Secunda ibi, Sane. Tertia ibi, Sed & si. Quarta ibi, Et ideo.

CASVS. Domine, iam vidi de impedimentis nuptiarum interuenientibus in linea recta: an eadem sit obseruatio in lineæ transuersali? Respondet Iustinianus quod sic. Nam certe inter eas personas, quæ ex transuerso gradu cognationis iunguntur, est quædam obseruatio: licet non tanta, quanta est in linea directa. Nam certe inter fratrem & sororem, nuptiæ omnino prohibitæ sunt: & hoc siue habuerint eundem patrem tantum & matrem diuersam: siue eandem matrem tantum, & patrem diuersum. Et non solummodo inter fratrem & sororem naturales nuptiæ prohibitæ sunt, sed & inter adoptiuos. Nam si aliqua mulier, cœperit tibi esse soror per adoptionem: quandiu durat adoptio, inter te & ipsam nuptiæ consistere non possunt, si tamen per emancipationem postea dissoluta adoptio fuerit, iam cessat tibi soror esse: vnde eam in vxorem ducere poteris: cum nec naturali, nec ciuili iure tibi coniuncta sit. Et non solùmodo, si ipsa fuerit emancipata, eam ducere poteris, sed etiam si tu à patre emancipatus fueris nihil interest &c.

per adoptionem filia, vel neptis eſſe cœperit, non poteris vxorem ducere, quamuis eam emancipaueris.

¶*Inter fratrem & ſororem ex vtroque, vel altero parẽte progenitos, coniugiũ conſiſtere nequit: quod ius ad adoptiuos fratres (quandiu adoptionis vinculũ permanet) etiam trahitur: eo verò ſoluto, nil obſtat nuptiis cõtrahendis.*

¶Inter eas quoque perſonas, quæ ex tranſuerſo gradu cognationis iunguntur, eſt quædã ſimilis obſeruatio: ſed non tanta [a]. Sanè enim inter fratrem ſororémque nuptiæ prohibitæ ſunt: ſiue ab eodem patre eadémque matre nati fuerint, ſiue ex altero eorum. Sed ſi qua per adoptionem ſoror tibi eſſe cœperit. quandiu [b] quidem conſtat adoptio, ſanè inter te & eam nuptiæ conſiſtere non poſſunt. Cùm verò per emancipationem adoptio ſit diſſoluta [c]: poteris eam vxorem ducere. Sed & ſi tu emãcipatus fueris: nihil eſt impedimento nuptijs. Et ideo conſtat, ſi quis generum [d] adoptare velit: debere eum [e] antea [f] filiã [g] ſuam emancipare, & ſi quis velit nurum [h] adoptare: debere eum antea filium ſuum emancipare.

¶*Filiam, vel neptem fratris, vel ſororis ſuæ, non poteſt quis ducere in vxorem. Aret.*

ipſam nuptijs contrahendis obſtabit. Vnde ſi quis generum ſuum velit adoptare: primo debet filiam ſuam emancipare: & ſimiliter ſi quis voluerit nurum ſuam, id eſt, vxorem filij ſui in filiam adoptare, primo debet filium ſuũ eiuſdem mulieris maritũ emancipare. Nam ſi eſſet in poteſtate eiuſdem: nuptiæ non poſſent inter eos conſiſtere. Et non ſolum prohibitæ ſunt nuptiæ inter prædictas perſonas, ſed etiam non licet alicui fratris ſui vel ſororis ſuę filiam ducere, nec etiam neptẽ: licet ipſa in quarto gradu ſit. Cuius enim filiam ducere vxorem quis nõ poteſt: nec eius neptẽ ducere poterit. Sed licet filiã ſororis naturalis in vxorem ducere nõ poteris: ſecus tamen eſt in filia ſororis adoptiuæ. Nam filiam ſororis illius mulieris, quã pater tuus in filiã adoptauit, ducere nõ phiberis vxorẽ: quia neque iure naturali, neq; iure ciuili filia ſororis adoptiuæ tibi cõiũcta eſt. Sed etiã filiam vel neptem ſororis naturalis vxorẽ ducere non poteris. Liberi quoq; duorũ fratrum, vel ſororum, vel liberi fratris ex vna parte, & ſororis ex alia, nuptias inter ſe contrahere poſſunt. Item amitã tuam vxorem ducere non poteris: nec etiam materteram: quia parentum loco habentur. Et eadem ratione magnam amitã & magnam materteram vxorẽ ducere prohiberis. hoc dicit vſque ad §. affinitatis quoque. Frã. de Aret.

a ¶*Sed non tanta.* ſcilicet vſque ad gradum ſeptimum, ſecundum canones: vt xxxv. q. iij. c. progeniem. & c. de conſanguinitate. & cap. in copulatione. & ca. nulli. Sed ſecundum leges vſque ad quartum: vt j. eod. §. fratris. Idem hodie iure canonico: vt extra de conſanguinita. & affinita. non debet & capitu. vlti. Sed tamẽ aliter accipitur gradus ſecundum canones, quã ſecundum nos: vt dices. j. de gra. cog.

b ¶*Quandiu.* ſic. ff. de verb. oblig. l. ſi ſtipulatus fuero. in fine. alias ſi ſtipuler. §. j. ſic ff. de libe. & poſthu. l. ſi quis poſthumos. in fine.

c ¶*Diſſoluta.* quia ipſa eſt emãcipata: vt differat à ſequenti caſu.

d ¶*Generum.* i. maritum filiæ.

e ¶*Eum.* ſcilicet patrem.

f ¶*Antea.* id eſt, primo.

g ¶*Filiam.* hoc ideo: quia emãcipatiõe facta deſinit eſſe agnata patri: ergo per patrem nõ poteſt fieri agnata tali filio adoptiuo: vt ff. de adopt. l. qui in adoptione. hodie vero non deſinit: vt j. de leg. agn. ſuc. §. fi. & ita hoc conſilium hodie non valet.

ADDITIO. *Sed hæc gloſ. communiter reprehenditur: quia & ſi non quo ad facultatem ſuccedendi, deſinit tamen quo ad familiæ nomen. & ad contra. §. ſed hodie. j. titu. j. reſpon. ſecundum Chriſtophorum, quod quamuis in poteſtatem non tranſeat, iura tamen adoptionis conſequitur: vt C. de iure vsc. l. fi. & l. adoptiuum. Vel ſecundum Iaſonem tranſit: ſed habetur pro non tranſeunte: vt d. l. fi. Iaſon.*

h ¶*Nurum.* id eſt, vxorem filij: vt probatur. j. eo. affinitatis.

Fratris.

¶ *Fratris*. Diuiditur in tres partes. Primò ponit dictum. Secundò illud extēdit. Tertiò rationem reddit. Secūda ibi, Sed nec. Tertia ibi, Cuius enim.

¶ Fratris verò, vel ſororis filiam, vxorem ducere non licet. Sed nec neptē fratris, vel ſororis quis ducere poteſt: quãuis quarto gradu ſint. Cuius[a] enim filiam vxorem ducere non licet, neque eius neptem permittitur.

¶ *Filiam ſororis adoptiuæ poteſt quis ducere in vxorē. Aret.*

¶ Eius[b] verò mulieris, quam pater tuus adoptauit, filiam non videris impediri vxorem ducere: quia neq; naturali, neque ciuili iure[c] tibi coniungitur.

¶ *Filii duorum fratrum, vel ſororū poſſunt ſimul contrahere matrimoniū inter ſe. Angel.*

¶ Duorum[d] autem fratrum, vel ſororum liberi, vel fratris & ſororis coniungi poſſunt.

¶ *Nepos cum amita etiam adoptiua, vel matertera matrimonium non contrahit, nec etiā cum magna amita & magna matertera. Aretinus.*

¶ Item amitã[e], licet adoptiuã[f], ducere vxorem non licet. item nec materteram[g]: quia pa

a ¶ *Cuius* ſed opponitur, filiam aui vel auiæ, hoc poſſum ducere: tamen neptē poſſū, quæ eſt mihi conſobrina: vt j. eo. titu. §. duorum? Reſp. hanc regu. ſtricte intelligi in eo caſu, ſi quo loquitur, & in omni ſimili. ſ. quando ego & ille cuius filiã ducere nō poſſum, ſimus in gradu primo ad ſtipitem, & in poteſtate eiuſdem: & ſic cuius, ſcilicet fratris vel ſororis meæ filiã, &c. & hoc in naturalib⁹, ſecus in adoptiuis vt infra §. proxi.

A D D. *Intelligo iſtud verum, quando per adoptionem non contrahitur cognatio: vt ibi, ſecundū Ang. & Iaſ. alias ſecus.*

b ¶ *Eius*. Sic cōſtrue non videris impediri ducere vxorem filiam eius mulieris, quam pater, &c.

c ¶ *Ciuili iure*. de naturali conſtat: De ciuili ſic probo, illa filia ſororis adoptiuæ non eſt in poteſtate matris: vt j. de hæred. qua. & di. §. qua de cauſa. ergo non tranſit in poteſtatem illius, qui adoptat matrē, licet mater tranſeat: quia illi trāſeunt cum aliis, qui ſunt in poteſtate: vt j. titu. j. §. illud. & ff. de adoptio. l. ſi pater. ac ipſa mater adoptata eſt mihi coniuncta per agnationem per patrem, in cuius poteſtate eſt ff. de adopt. l. qui in adoptionem. Accurſius.

¶ *Duorum*. Diuiditur in tres partes. Primò ponit de duobus conſobrinis. Secundò de amita. Tertiò de matertera. Secunda ibi, Item amitam. Tertia ibi, Item nec materteram.

d ¶ *Duorum*. hoc ſecūdum leges: vt hic, & C. eod. l. celebrandi. ſecus iure cano. Vel dic hoc. §. loqui de adoptiuis. ſecus in naturalibus.

A D D. *Coniungi poſſunt*. Theophilus, Con iungi non poſſunt. quod tamen interpres temere ſuſtulit. Primum enim Caius in Inſtit. lib. 1. tit. 4. Fratres, inquit, amitinos vel conſobrinos in matrimonio iungi nulla ratione permittitur. deinde in. l. 3. De inceſt. nupt. lib. Cod. Theod. 3. Poſt hac qui conſobrinæ ſuæ ſeſe nuptiis funeſtarit, neq; vxorem neque filios habere credatur. Item Harmenopul⁹ lib. 6. tit. 4. Similiter, inquit, filiam amitæ vel materteræ, auūculi vel patrui, hoc eſt cō ſobrinam meam prohibeor vxorem ducere: ſed neq; filius meus eorum neptē, qui ſobrini inter ſe appellãtur. & lib. 6. tit. 4. Qui matrimoniū coeunt cō ſobrini, præter id quod ſit inter eos facienda ſeparatio, etiam verberibus afficiuntor. Quæ cum ita ſint, dicendum videtur quod l. celebrandis, C. de nupt. aut mendoſe ſcripta eſt, aut abrogata. cū præſertim Inſtitutiones factæ ſint poſt Codicem: vt patet in proœ. §. cúmq; hoc. Variam autem fuiſſe huius rei prohibitionē oſtendit Vlp. in titulis, titu. 5. Inter cognatos, inquit, ex trāſuerſo gradu, olim quidem vſque ad quartum gradum matrimonia contrahi nō poterant: nunc autem etiam ex tertio gradu licet vxorem ducere.

e ¶ *Amitam*. quæ eſt ſoror patris.

f ¶ *Adoptiuam*. ab auo paterno.

g ¶ *Materteram*. Nota caute, quia nō repetit adoptiuam materteram, &c. quia matertera vel auunculus non fit adoptione. vt hic, & j. eo. §. eius. & ff. eo. l. ſi qua § fin. ſed contra videtur ff. de ritu nupt. l. per adoptionem. §. pe. Reſpon. illud intelligitur quando adopto in nepotē, quaſi ex filia natum. vel in pronepotem quaſi ex nepote natum ex filia: quod poſſum, ſicut ſi nullum haberem filium: vt j. tit. j. §. licet. tunc enim ſoror & frater eius loco cuius filij facta eſt adoptio, eſt mater-

rentum loco habentur. Quaratione, verum eſt, magnam quoque amitam, & materteram magnam[a] prohiberi vxorem ducere.

¶ *Affinitatis veneratione, eam quæ olim mihi priuigna, nurus, ſocrus, vel nouerca extitit, vxorem ducere non licet: multóque minus licebit, ſi adhuc mihi ſit priuigna, nurus, &c.*

tera & auunculus: alij mihi filij ſunt. vt patet: & hic non imitatur naturam: quia aliter nepos ex filia naturali & legitima non eſt in poteſtate: hic autem cum ſuis concordantiis ſit, loquitur, quãdo aliquam adopto in filiã: hæc quidẽ non erit matertera filiis natit ex alia mea filia naturali & legitima. Sed q̃ eſt ratio diuerſitatis? Reſpõ. quia altero caſu, ſcilicet quãdo adopto in nepotem ex filio: eſt commodum materteræ & auunculo: quia maiores quidem parentet imperant minorib[us]: quod ſecus eſt in aduerſo caſu. ex hac dependet alia, vt naturales & legitimi ſint adoptiuo ſubiecti, & eſt ridiculum. e contrario caſu eſſet æquum.

ADD. *Hanc rationem reprobant Chriſtoph. & Iaſo. dictum, quia inter collaterales non eſt huiuſmodi reuerentia: vt not. in §. inter eas ſ. eo. tum, quia idem videretur dicendum in patruo & amita, Item quia eſſet contra ver. eius vero ſ. eo. Et aßignant aliam rationem: quia in dicto §. ſi adoptatus agnaſcitur exiſtenti in agnatione adoptantis puta filia: hic autem non exiſtentibus, puta filiis filia, quod fieri non poteſt: vt ff. de adoptio. l. qui adoptionem.*

a ¶ *Materteram magnam.* magna matertera ſoror auię maternæ eſt: amita magna ſuror aui paterni eſt: vt j. de grad. co. §. iii. Sed quid de fratre aui materni. Reſpon. eſt patruus magnus: vt C. de ſuc. edic. l. j. licet Pla. contra: vt ibi notat. Sed cũ ſint in quarto gradu, quare prohibentur: vt ſ. eo. §. fratris? Reſpon. quia hæ perſonæ ſunt de ſuperioribus tranſuerſalib[us] quæ habentur loco parentum: vt in hoc §. & quia ipſa eſt in primo gradu ſtipitiss vt not. ſ. eod. §. ſed nec nepię. Et ſic notãte, quod ordo tranſuerſalium ſubdiuiditur in tres partes, ſupra, infra, & ex latere: vt j. de grad. §. iij. iiij. v. & vj. & maior eſt abſtinentia verſus ſuperioret: vt hic, & inferiores: vt ſ. eo. §. fratris. quam tranſuerſales. vt ſ. eo. §. duorum.

¶ *Affinitatis.* Diuiditur in ſeptem partes. Nam primo ponit quandam prohibitionem in genere. Secũdo illam prohibitionem exẽplificat in nuru & priuigna. Tertio rationẽ ꝓhibitionis factæ de nuru & priuigna aſſignat. Quarto dictã ꝓhibitionẽ de nuru factã modificat. Quinto rationẽ dictæ modificatiõis aſſignat. Sexto modificat prohibitionẽ circa priuignam. Septimo rationem dictæ modificationis aſſignat. Secunda pars incipit ibi, Vt ecce. Tertia ibi, Quia vterque. Quarta ibi, Quod ita, ſcilicet. Quĩta ibi, Quia eadẽ. Sexta ibi, Item ſi. Septima ibi, Quia duas.

CASVS. Domine, iam vidi de impedimentis nupt. interuenientibus ratione cognationis, tam ex linea directa, quam ex tranſuerſali. Nũquid adhuc plura ſunt impedimenta nu. Reſpon. Imperat. quòd ſic. Nam non ſolũ ratione cognationis: ſed etiam ratione affinitatis impediuntur nupt. Ratione enim affinitatis à quarundam mulierum nuptiis abſtinendum eſt. Nam priuignam vel nurum tuã vxorẽ ducere ꝓhiberis: quia vtraq; illarũ tibi loco filiæ eſt: licet hæc ſpecialis prohibitio locum habet, ſi fuit nurus tua, & nũc nõ eſt: vel ſi fuit priuigna tua, & nũc nõ eſt. Nã ſi eſt adhuc nurus tua, id eſt, ſi adhuc cõſtat matrimonium inter ipſam, & filiũ tuũ adhuc viuentẽ: naturali, generali, & cõmuni rõne tibi nubere non poterit: quia viuẽte filio tuo marito ei[us] nec tibi, nec cuiuis alij nubere poterit. Eadem enim mulier duobus viris ſimul nubere non poteſt. & idem iuris eſt in priuigna tua. Nam priuigna tua, ſi adhuc eſt priuigna tua, id eſt, ſi mater eius adhuc tibi nupta eſt, ſpecialis prohibitio nuptiarum inter te & ipſam contrahendarum locum non habet: quia durante matrimonio inter te & matrem eius generali & communi ratione non poteris cum ipſa contrahere: quia eodem tempore duas habere vxores non poteris. Et non ſolum inter has perſonat prohibentur nuptiæ ratione affinitatis, ſed etiam inter plures alias. Socrum enim tuam, id eſt, matrem vxoris tuæ, vel nouercam tuam, id eſt, vxorem patris tui vxorem ducere prohiberis: quia vtraque iſtarum loco matris tibi eſt. & hæc ſimiliter prohibitio ſpecialis, ſicut in caſu ſuperiori, tunc demũ locum habet, cum ſolutum fuit matrimonium, quod in cauſa affinitatis. Nam ſi adhuc eſt tua nouerca, id eſt, ſi adhuc patri tuo nupta eſt, generali ratione nuptiæ inter te, & ipſam prohibentur: quia viuente patre tuo marito eiuſdem, nec tibi, nec cuiuis alij nubere poteſt: quia eadem mulier duobus ſimul & eodem tempore nupta eſſe non poteſt. & idem iuris eſt in ſocru tua. Nam ſi adhuc eſt ſocrus, id eſt, ſi adhuc filia eius tibi nupta eſt: generali ratione cum ipſa contrahere prohiberis: quia ſimul duas vxoret habere non

¶Affinitatis quoque veneratione à quarundam[a] nuptiis abſtinere neceſſe eſt. Vt ecce priuignam[b], aut nurum vxorem ducere non licet: quia vtræque filiæ loco ſunt[c].

¶Quod ita ſcilicet accipi debet[d], ſi fuit nurus aut priuigna tua. Nã ſi adhuc nurus tua eſt[e]: id eſt, ſi adhuc nupta eſt[f] filio tuo: alia ratione[g] vxorem eam ducere non poteris: quia eadem duobus nupta eſſe non poteſt. Item ſi adhuc priuigna tua eſt: id eſt, ſi mater eius tibi nupta eſt: ideo eam vxorem ducere nõ poteris: quia duas vxores eodem tempore habere non licet[h].

¶ *Cum ſocru vel nouerca præſenti vel præterita matrimonium contrahi non poteſt. Aretinus.*

¶Socrum[i] quoque & nouercam prohibitum[k] eſt vxorem ducere: quia matris loco ſunt. Quod & ipſum diſſoluta demũ affinitate[l] procedit. Alioqui ſi

re non poteris. Sed ponamus quod Petrus filiam ex vxore legitima habuit ſimiliter & Berta ex marito iam mortuo habuit filiam. ponamus quòd Petrus mortua vxore contrahit matrimonium cum Berta, certe durante matrimonio inter Petrum & Bertã, filius Petri, quem habuit ex alia vxore cum filia Bertæ, quam ſuſcepit ex alio marito licite poterit matrimonium contrahere. & licet filij ex matrimonio inter Bertam & Petrum contracto nati, coram fratres ſint communes, ipſi tamen nec naturali nec ciuili iure coniunguntur. Sed ponamus quid ſi diuortium ſit celebratũ inter Petrum & vxorem ſuam: & Berta poſt diuortium contrahat cum ſecundo marito, & ex eo ſuſcipiat filiam modo quæritur, vtrum Petrus quondam maritus Bertæ, poſſit contrahere cum filia Bertæ ex ſecundo matrimonio nata? Et videbatur quòd ſic. nam iſta filia Bertæ nõ eſt priuigna Petri quondam mariti Bertæ: quia priuigna proprie dicitur filia vxoris tuæ, quam habuit ante, quam tibi nuberet: ſed iſta filia nata fuit ex ſecundo matrimonio poſt diuortium inter Bertam & Petrum celebratũ: ergo non eſt propria priuigna Petri. Iulianus tamen in hoc caſu dicit ab huiuſmodi mulieris nuptiis ratione honeſtatis eſſe abſtinendum. & hoc probat per duo argumenta à ſimili. Sponſa enim filij non eſt nurus patris, & tamen à nuptiis huiuſmodi mulieris abſtinendũ eſt: quia neq; pater cũ ſpõſa filij, nec fili⁹ cũ ſponſa patris cõtrahere poterũt. A ſimili cõcludit: licet enim huiuſmodi filia non ſit priuigna Petri quondã mariti eiuſdẽ Bertæ: tamẽ inter ipſam & Petrũ matrimoniũ conſiſtere nõ poteſt. hoc dicit vſque ad §. illud ecertam. Franciſcus.

¶*Affinitatis*. Eſt autem affinitas regularitas perſonarum ex nuptiis coniunctarum, omni carens parentela, ſcilicet vt ff. de gradi. affini. l. non facile. §. affines. & §. ſciẽdũ eſt. ideo dicitur ex nuptiis: quia ſine nuptiis contrahi non poteſt, ſed ſecundum canones etiam ſine nuptiis. Sed cum vxor videatur affinis viro: quare permittitur matrimonio viri? Reſp. non eſt affinis, ſed cauſa affinitatis. ſicut vnitas non eſt numerus, ſed principiũ numeri. Accur.

ADDI. *Dic quid. Affinitas eſt neceſſitudo per matrimoniũ contracta, quæ ex eo nomen innenit, quod alter ad alterius fines acceſſit l. non facile. ff de grad.*

a ¶*Quarundã.* ſ. mulierum.

b ¶*Priuignã.* Hęc noĩa exponuntur ſtatim proxi. in verſi. quod ita, &c.

c ¶*Loco ſunt*.. facit ad hoc ff. ſolu. matri. l. quia. & l. rei iudicatæ. § fin.

d ¶ *Accipi debet*. ſcilicet hæc ꝓhibitio.

e ¶*Nurus tua eſt*. quæ contineantur appellatione iſtarum, dic vt ff. de rit. nup. l. adoptiuus. §. nunc videamus.

f ¶*Nupta eſt*. arg. ſumitur hic. & ca. ꝓxi. §. quod ſi qs habet gñale auxiliũ, nõ debet petere ſpeciale: vt ff. de mi. l. in cauſæ. j. rñ. & de ver. ob. l. doli & ff. de ed. l. q̃dã ſunt.

g ¶*Alia ratione*. non ſolum ſupradicta.

h ¶*Nõ licet*. imo efficitur infamis: vt C. ad leg. Iul. de adult. l. eum qui.

¶*Socrũ*. Diuidit in quat. partes: q̃a primo ponit vnũ dictũ ꝓhibitiuũ, cũ rõne. Secũdo illud modificat. Tertio modificatũ declarat circa nouercã. cũ rõne. Quarto declarat circa ſocrũ, cũ rõne. Sec̃da ibi, Q̃d & ipſũ. Tertia ibi, alioqn. Quarta ibi. Itẽ ſi.

i ¶*Socrũ*. q̃ ſint hæ pſonæ, dic vt ff. e ti. de rit. nup. l. adoptiuus. §. nũc videamus.

k ¶*Prohibitum*. iure affi. & ad hoc refertur illud. Quod & ipſum. &c.

l ¶*Affinitate*. Hæc litera ſibi cõtraria vide

tur. nam ſi diſſoluta eſt affinitas, non ergo debent nuptiæ ratione affinitatis impediri. Sed dic diſſoluta, &c. id eſt, diſſoluto matrimonio, ꝓpter quod cõtingit affinitas: ſed ipſa affinitas non eſt diſſoluta. aliis cognatis vxoris. Vnde reprobatur quorundã opinio, qui dixerunt, quod nullus de arbore ducit alium. Nam in ea continentur cognati viri & vxoris: & tamen iunguntur, vt hic dicitur. Nec inter ſe ante matrimoniũ inter duos cognatos viri & vxoris contractũ ſuccedunt: vt C. commu. de ſucceſ. l. amitę. nec poſtea, niſi ſicut facit vir vxori deficiente omni parentela, & excluſo fiſco: vt C. vnde vir & vxor. l. j. & in authent. ibi aſſignata.

adhuc nouerca[a] eſt: id eſt, ſi adhuc patri tuo nupta eſt: communi iure impeditur tibi nubere: quia eadem duobus nupta eſſe non poteſt. Item ſi adhuc ſocrus eſt: id eſt, ſi adhuc filia eius tibi nupta eſt: ideo impediuntur tibi nuptiæ: quia duas vxores habere nõ potes[b].

¶ *Filius ex vxore præmortua contrahere poteſt matrimonium cum filia vxoris ex marito præmortuo.*

¶ Mariti[c] tamen filius ex alia vxore, & vxoris filia ex alio marito, vel contrà[d], matrimoniũ rectè contrahunt: licet habeant[e] fratrẽ ſororẽue[f] ex matrimonio poſtea[g] contracto natos.

¶ *Etiam ob publicã honeſtatem, à quibuſdam nuptiis abſtinetur: quãuis nullum cognationis vel affinitatis obſtaculum adſit.*

¶ Si vxor tua poſt diuortium ex alio filiam procreauerit: hæc nõ eſt quidem priuigna[h] tua: ſed Iulianus ab huiuſmodi nuptiis abſtineri debere ait. Nam conſtat, nec ſponſam filij, nurum eſſe[i]: nec patris ſponſam nouercam eſſe: rectius[k] tamen & iure facturos[l] eos, qui ab huiuſmodi nuptiis abſtinuerint:

¶ *Inter ſeruos etiam manumiſſos cognatio impedit matrimonium contrahendum.*

A D D. *Concordat cum hac glo. c. fraternitatis. §. porro. & ibi glo. xxxv. quæſt. x. quo ad matrimonium: ſecus quo ad alia: vt iii. quæſt. vii. §. affinitatis. Angelus.*

a ¶ *Nouerca* ſic dicta, quaſi noceus atrius, vel quia nouit ... arcem, ... ſine fructu. & facit ff. de inoff. teſt. l. iij. in fine. & l. iiij.

A D D I. *Imo quaſi noua domus princeps à patre ſuperinducta, quaſi νέαρχος ad accerſendam familiã.*

b ¶ *Non potes.* alias non poſſis, ſcilicet eodem tempore ſubaudi: vt ĩ. proxi. §.

c ¶ *Mariti.* licet inter ſe frater & ſoror ꝓhibeantur. vt ĩ. eo. §. inter eas tamen, &c.

d ¶ *Vel cõtra.* id eſt econtrario.

e ¶ *Habeãt.* illi minores.

f ¶ *Ex matrimonio.* maiorum.

g ¶ *Poſtea.* ſ. poſt natiuitatem iſtorum & ſic aduerbium, poſtea, determinat dictionem contracto. Vel dic quod determinat verbum, habeant & dic contracto, ſcilicet prius. Nã qui ex eo matrimonio, ſcilicet maiorum, naſcũtur, fratres ſunt ex parte matris illi qui natus eſt, vel nata prius ex fœmina. Idẽ dicas econtra, quod erit frater vel ſoror ex parte patris illi qui fuerat ex illo patre natus: & tamen iſti nullo iure ſibi adinuicem iunguntur. viro enim cognati vxoris iunguntur, & nõ aliis cognatis viri. Item econtra: quia cognati viri vxori iunguntur, non autem

h ¶ *Priuigna.* quia illa eſt priuigna mea, quæ ex mea vxore eſt nata ante, quam eſſet vxor, & fœminæ ille eſt priuignus, qui ex marito natus fuit ante, quam ſuus eſſet maritus: vt ĩ. eo §. affinitatis. & §. ſocrũ. Sed hæc poſtea fuit nata. Tamẽ dicit Iulianus abſtinẽdũ ratione honeſtatis, vt ſubiicit, & ff. de ritu nupt. l. ſi qua. §. ſi vxor. & l. ſemper. & ad hoc inducit duo argumenta. Nam. &c.

i ¶ *Nurum eſſe.* Licet ſit ſponſa, tamen nõ eſt nurus ante, quàm eius fiat vxor. & econtra, licet ſit ſponſa patris: quia tamẽ non eſt vxor patris adhuc, ideo non eſt filij nouerca: vt hic, & ff. de ritu nupt. l. ſi qua. §. j. & tamen licet nulla ſit affinitas, eſt abſtinendum: vt ſubiicit, Rectius. &c.

k ¶ *Rectius.* A ſimili cõcludit in caſu propoſito primo in hoc §.

l ¶ *Facturos.* ſcilicet ſcimus, vel conſtat

¶ *Illud certum eſt.* C A S V S. Domine, vidi de impedimentis nuptiarum interuenientibus, tam ratione cognationis, q̃ etiam ratione affinitatis: nunquid adhuc ſunt plura impedimenta nuptiarum? Reſpondet

ſpondet. Inſtitianus quod ſic. Non ſolum enim impediuntur nuptiæ ratione cognationis inter liberas perſonas, ſed etiam inter ſeruos. Nam ſeruiles cognationes præſtant impedimentum nuptiis: veluti ſi pater & filia manumiſſi fuerint, & frater & ſoror. Nam inter iſtas perſonas obſtante cognationis impedimento, licet ad libertatem peruenerint, nuptiæ cō ſiſtere nō poſſunt. Sunt & aliæ perſonæ multæ, quæ propter diuerſas cauſas inter ſe matrimonium contrahere prohibentur quas quidem perſonas in latioribus libris Digeſtorum ſeu Pandectarū enumerari permiſimus. hoc dicit vſque ad §. ſi aduerſus. Franciſcus.

Matrimonium [illegible] *modis impeditur.*

¶ Illud certū eſt, ſeruiles [a] quoque cognationes [b] impedimento nuptiis eſſe, ſi fortè pater & filia, aut frater & ſoror manumiſſi fuerint [c].

¶ *Ponit generaliter quaſdam eſſe perſonas, inter quas non poteſt conſtitui matrimoniū. Angelus.*

¶ Sunt & aliæ perſonæ, quæ propter diuerſas rationes nuptias contrahere prohibentur: quas in libris Digeſtorum ſeu Pandectarum ex veteri iure collectarū enumerari [d] permiſimus.

¶ *Vbi nuptiæ contra legum interdicta celebratæ fuerunt, ibi neque nuptiarum, neque viri, neque vxoris, neque dotis vllum ius erit vel appellatio: ad hæc contrahentes, pœnas hic traditas, aliáſque plures incurrunt.*

¶ Si aduerſus ea

a ¶ *Seruiles.* id eſt, dum durant ſerui.

b ¶ *Cognationes.* id eſt, conſanguinitates, quæ ſunt inter ſeruos, & impediunt nuptias inter eos. Item affinitates: vt hic, & ff. de ritu nupt. l. adoptiuus. §. ſeruiles. Sed quomodo hoc, cū nulla cognatio ſit inter eos: vt j. de capi. dimi. §. quod autem? Sed illud in iure ſuccedendi & in tutela vel hæreditate dicitur: hoc autem in iure ſanguinis, quod nullo iure ciuili tolli poteſt: vt hic, & ff. de reg. iur. l. iura ſanguinis, & per conſequens etiam in prohibitione matrimonij. Sed nonne & alia ratione inter eos matrimonium impeditur: quia ſunt ſerui: vt ſ. eo. §. j. reſpon. & C. de inceſt. nupt. l. cum ancillis? Reſpon. Durante ſeruitute hæc ſunt duo impedimenta: & eis manumiſſis durat hoc vnū, vt ſequitur.

c ¶ *Manumiſſi fuerint.* vel ambo: & tunc tantum eſt impedimentum ſanguinis, vel vnus tantum: & tunc duo ſunt quæ impediunt vt modo diximus.

d ¶ *Enumerari.* poſſunt autem enumerari quatuordecim modi, cum his quos in hoc titu. habemus. Primus eſt ratione ſeruitutis: vt ſ. eo. j. reſpon. & C. de inceſt. nu. l. cum ancillis. Secundus eſt ratione ætatis, vt mares minores quatuordecim an fœminæ minores duodecim: vt ſ. eod. ij. reſpon. Tertius eſt ratione ſanguinis, quod in tria diuiditur, aſcendentes, deſcendentes, & collaterales: vt ſ. eo. §. ergo & §. inter eas. & §. fratris. & §. eius. & §. duorum. Quartus ratione adoptionis: vt ſ. eod. §. ergo. & §. inter eas. in fine. v. vtriuſque. Quintus ratione affinitatis præſentis præteritæ & futuræ: vt ſ. eod. §. affinitatis. & §. ſocrum. & §. ſi v. vnr. Sextus ratione matrimonij. Nam ſi habet vna, non debet habere alteram eodē tempore, alias eſt infamis: vt ſ. eod. § ſocrū. in fi. & § affinitatis in fi. C. ad leg. Iul. de adult. l. eū. Septimus per ſenatuſcōſultū, quod vetat fieri matrimoniū inter tutorem & curatorem, & filios eorum ad quondā pupillam, & adultam ſuam vel patris: vt C. de interdict. matri. inter tut. l. j. Octauus per legem Papiam & Iuliā, ſcilicet inter ſenatores & eorum liberos & libertas, vel alias vilis conditionis fœminas: vt ff. de ritu nupt. l. Papia. & C. de nupt. l. ſi libertam. quod capitulum hodie correctum eſt: vt in authent. vt liber. decr. §. ſi quis autem. coll. vj. Nonus eſt, vt inter præſidem, & ſibi ſubiectam ratione iuriſdictionis: vt C. de nupt. l. & ſi contra. & C. ſi quacunque præd. pot. l. j. Decimus eſt per conſtitutionem principis: vt cum ea quam quis de ſacro fonte leuauit: vt C. de nupt. l. ſi quis alumnam. in fi. Idem ſeruatur de ipſa commatre: licet noſtro iure cautum non reperiatur. Vndecimus eſt ratione honeſtatis: vt ſ eo §. ſi vxor. & ff. eodem l. ſi qua. Eſt & duodecimus ratione ordinis annexi: vt cum clericis in ſacris ordinibus conſtitutis: vt in authen. quomo. opor. epiſco. §. neque autem. col. j. & in authent. de ſanctiſſ. epiſc. §. ſi quis. collat. ix. Eſt & tertiuſdecimus: vt in monialibus, & conuerſis monachis: licet nō ſint in ſacris ordinibus cōſtituti. vt in authent. de monachis. § antepe. collat. j. & in authen. de nupt. §. diſtrahuntur. verſic. per occaſionem. col. iiij. Et decimuſquartus in muliere rapta, quæ proprio nubit raptori. quod prohibetur: vt in authent. de rapt. mul. quæ ra. nubunt. §. j. coll. ix.

quæ diximus[a], aliqui coierint: nec Vir, nec Vxor, nec nuptiæ, nec matrimonium, nec dos intelligitur. Itaque[b] hi, qui ex eo coitu naſcuntur, in poteſtate patris non ſunt: ſed tales ſunt (quã tum ad patriam poteſtatem[c] pertinet) quales ſunt hi, quos mater vulgò[d] concepit. Nã nec hi[e] patrem habere intelliguntur: quum & his pater incertus ſit[f]. vnde ſolẽt Spurij appellari ~~[illegible] vel quasi ſine patre filij~~. Sequitur[h] ergo, vt diſſoluto tali coitu, nec dotis, nec donationis exactioni[i] locus ſit. Qui autem prohibitas[k] nuptias contrahunt, & alias pœnas[l] patiuntur: quæ ſacris conſtitutionibus continentur.

A D D. *Iſti autem modi poſſunt comprehendi his ver. Aetas, conditio, numerus, monacha, tus & ordo. Optio, nobilitas, ſanguis, tutela, poteſtas: honi ſacer, affinitas, captiue repugnat honeſtas. Iſta quæ faciunt connubia legibus, hæc ſunt:*

Angelus.

¶ *Si aduerſus.* Iſte §. cum §. ſe. diuiditur in ſex partes. Primo ponit dictum ſuũ an. nuntians. Secundo infert. Tertio rationẽ aſſignat. Quarto infert aliud eſſe dictũ quo ad nomen. Quinto infert aliud eſſe dictum quo ad exactionem dotis, & donationis propter nuptias. Sexto addit alias pœnas. Secunda pars ibi, Itaq. Tertia ibi, Nã nec. Quarta ibi, Vnde ſolent. Quinta ibi, Sequitur ergo. Sexta ibi. § ſequen. ſcilicet ibi.

¶ *Qui autem.* *C A S V S.* Domine, iam vidi ſatis de impedimentis nuptia. dicatis mihi. qualiter puniuntur illi, qui contra præcepta legum iniuſtas nuptias contrahunt? Ad hoc reſpondet Iuſtinian. dicens: quod ſi aliquid aduerſus præcepta legum tradita ſuperius egerint: nec erit ibi vir, neque vxor, neque matrimoniũ, neque dos ibi intelligetur: nec filij ex illo coitu illicito poteſtati patris ſubijcientur. Sed quantum ad poteſtatem patris pertinet, tales erunt quales ſunt hi, quos mater vulgò concepit. Nam nec hi vulgò concepti patrem habere intelliguntur: quoniam pater eorum incertus eſt: vnde ſolent filij ſpurij appellari à Græca voce ſic dicti: vel quaſi vulgò concepti. vel quaſi ſine patre filij. vnde diſſoluto tali illicito coitu, dos per actionem ex ſtipulatione repeti nõ poterit. Quum enim ibi nullum intelligatur matrimonium, neque dos ibi eſſe poterit: & ſi dos ibi non ſit, ſequitur quòd repetitioni dotis locus eſſe non poterit. Et non ſolum iſtas pœnas patiuntur illi, qui prohibitas nuptias contrahunt, ſed innumeræ aliæ pœnæ, quæ in ſacris conſtitutionibus continentur, eis infliguntur. & hoc dicit vſque ad §. aliquando. Franc.

a ¶ *Diximus*, vt ſ. eod. per totum, & etiam adiecimus in proxi §.

b ¶ *Itaque.* bene infertur: vt ſ. titu. j. in princip.

c ¶ *Ad patriam poteſtatem.* propter hunc caſum poſuit de nuptiis poſt titulum de patria poteſtate.

d ¶ *Vulgo.* ſcilicet qui patrem demonſtrare non poſſunt, vel illicitiò: vt ff. de ſta. ho. l. vulgo.

e ¶ *Nec hi.* ſ. vulgo cõcepti: vel dic, hi de quibus loquimur. ſ. illicite concepti.

f ¶ *Incertus ſit.* Cui pater eſt populus, pater eſt ſibi nullus & omnis: Cui pater eſt populus, non habet ille patrem. & ſecundum hoc dicitur. i. vulgo conceptus. Vel dic his. i. inceſtuoſis: & tunc dic ioris fictione eſt inceſtus.

A D D. *Plutarchus in Problem. Quum veteres, inquit, prænomina notis ſcriberẽt, vt Sex. pro Sextus, Ser. pro Seruius, Sp. pro Spurius: eos autem qui vulgo concepti erant ita notarent S. P. id eſt, ſine patre, errore factum eſt, vt qui ſine patre dici deberẽt, Spurii appellati ſint.*

g ¶ *Sine patre.* iure ciuili inſpecto.

h ¶ *Sequitur.* bene infert, cum enim ſine matrimonio eſſe non poteſt. ſ. dos: & vbi non eſt dos, actio dotis non eſt: vt C. de do. ante nupt. l. fi. ibi, Sicut enim, &c.

i ¶ *Exactioni.* ſcilicet per actionem ex ſtipulatu, quæ datur pro dote: vt j. de actionib. §. fuerat. Sed nunquid per conditionem ſine cauſa vel ob cauſam quaſi ob cauſam datum fuerit, nec cauſa fuit ſecuta? Reſpondet Placenti. quod ſic, ſiue ignorans, ſiue ſciens dederit: vt ff. de condiction. ſine cauſa. l. fina. ſed Ioan. dat talem condictionem, ignoranter non ſcienter danti: vt C. de condict. ob cau. da. l. j. & ff. de cond. cau. da. l. j. §. fin. & l. ij. nec immerito: cum turpiter danti nulla ſit repetitio: vt ff. de condict. ob turp. cauſam. l. ſi ob turpem. & hæc omnia locũ habẽt, quando nõ fuit ſecutum matrimonium.

k ¶ *Prohibitas.* per aliquẽ de quatuordecim modis. licet Ir. has pœnas impoſuit tantum eis, qui inceſtas nuptias faciunt, vel nefarias: non qui alias inutiles: vt in authen. de inceſt. nupt. §. j. collat. ij.

l ¶ *Alias pœnas.* vt eſt amiſſio bonorũ & incurſus

& incurſus infamiæ: vt C. de inceſt. nupt. l. qui cõtra. & l. ſi quis inceſt. hodie vero & coofiſcatio bonorũ, & exilium, & ſinguli ſiue dignitatis depoſitio, & verberatio ſimul eis imponitur: vt in authent. de inceſt. nupt. §. ſancim᷒. col. ij

¶ *Naturales liberi, curiæ oblati legitimi fiunt: & patris poteſtatem ſubintrant. Item ex ea nati, cum qua iuſtas contrahere nuptias licebat cõnubio ſubſecuto, dotalibuſque inſtrumẽtis cõfectis, æquè legitimi cẽſentur, atq; qui ex matrimonio nati ſunt.*

¶ Aliquando autem euenit, vt liberi, qui ſtatim vt nati ſunt, in poteſtate parentum non ſunt[a], poſtea redigantur in poteſtatem patris: qualis eſt is, qui dum naturalis[b] fuerat, poſtea curiæ[c] datus, poteſtati patris ſubiicitur. Necnon is[d], qui à muliere libera procreatus, cuius matrimonium minimè legibus interdictum[e] fuerat, ſed ad quã pater conſuetudinẽ habuerat: poſtea ex noſtra conſtitutione[f] dotalibus inſtrumentis[g] compoſitis in poteſtate patris efficitur. Quòd & alijs liberis, qui ex eodem matrimonio poſtea fuerint procreati, ſimiliter noſtra conſtitutio[h] præbuit.

¶ *Poteſtas patria etiam adoptione conſtituitur, cuius duæ ſũt ſpecies: altera arrogatio dicitur, alte-*

¶ *Aliquando.* CASVS. Domine, vos dixiſtis mihi §. ti. proxi. præcedẽti, q illi ſunt in poteſtate parentum qui ex iuſtis nuptiis procreantur: nunquid ſunt aliqui, qui ſtatim vt nati ſũt in poteſtate parentum non fiant? Et dicit Imperator, q ſic. Cõtingit enim quod liceat aliqui in poteſtate patris beneficio natiuitatis ab initio non fuerunt, poſtea tamen legis authoritate poteſtati patris ſubiiciãtur: vt in tali caſu pone quod aliqs habeat tantum filium naturalem, ſi pater iſte filium naturalem ſeruitio priocipis vel præſidis prouinciæ det, vel curiæ alicuius ciuitatis offerat, per iſtam oblationem filius patris poteſtati ſubiicitur, & ius legitimi filij in bonis patris cum cæteris legitimis in omnibus conſequitur. Item pone, quod aliquis habeat licitam concubinam, ad quam coofuetudinem habeat, cuius matrimonio legibus noo ſit ioterdictũ, & ex ipſa coocubinatu prolem procreauerit: ſi poſtea maritali affectione ductus vir contrahat matrimonium, & dotalia cõficiat inſtrumenta, ſecundum ooſtræ conſtitutionis teoorem, noo ſolum filij poſt dotalia inſtrumenta procreati, ſed etiam ante matrimooium celebratum nati, tanquã legitimi patris poteſtati ſubiiciuntur, & iura legitimorũ in bonis patris beneficio ooſtræ conſtitutionis obtinebunt. h. d. vſq; ad fi. Franc.

a ¶ *Parentum non ſunt.* hoc mirabile per duo probat exempla.

b ¶ *Naturalis.* ſcilicet tantum.

c ¶ *Curia.* cum enim vult aliquis naturalem filium tantum, qui in poteſtate patris non eſt (vt hic, & s. tit. j. in princip.) facere in poteſtate: detur in ſeruitium Imperatoris vel Præſidis prouinciæ. Nã in poteſtate efficitur loco meriti patris, & efficitur legitimus loco meriti filij: vt in authent. quib. mod. na. effici. ſui. §. ſi quis igitur. col. vj. [a] *aliàs quã & ſolam.*

ADDI. *Curia non ſignificat ſeruitium Imp. ſed Senatum alicuius ciuitatis, quæ ordinem habet Decurionum, tanquam Senatum municipalẽs, quã obrem dati Curiæ ſunt, qui in ordinẽ allecti decurionum in patris tranſeunt poteſtatem, & integra aſſequuntur legitimorum. l. ſi quis. C. de natur. lib. Aemilius Ferretus.*

d ¶ *Necnon is.* nunc ponitur aliud exemplũ.

e ¶ *Interdictũ.* nam aliam vxorem non habuit tempore cõcubinatus, alias contrai vt C. de con. l. j.

ADD. *Et tũc quid ſi cũ ea per diſpenſationẽ matrimoniũ cõtraxerit? vide Chriſtop. Iaſ. hic.*

f ¶ *Conſtitutione.* vt C. de nat. lib. l. cũ qs.

g ¶ *Inſtrumẽtis.* ſed nũqd ſine inſtrumẽtis eſt mrĩmoniũ tale? Dicũt qdã q non: vt Pla. & Azo. qñ decorati maximis dignitatib᷒ faciũt mrĩmoniũ: vt in aut. vt li. ma. & aui. §. qa vero. legẽ dudũ. col. viij. meli᷒ aũt ff. qui. mo. na. effi. legi. §. illud quoq;. ver. hæc ergo caſta. col. vj. Sed dic q matrimoniũ nudo cõſenſu pficitur ſine ſcriptura: vt i auth. de nu. §. nupt. collat. iiij. & ff. de re. iur. l. nuptias. Sed filij primogeniti nõ ſunt legitimi, ſi dotalia inſtrumẽta nõ ſunt facta: vt hic, & facit ad hoc C. de na. lib. l. cũ quis. & l. nuper. & l. fi. & in auth. de hær. q ab inteſt. def. §. j. co. j. ix. & in auth. de fi. ante do. inſtr. na. circa med. coll. iij. & in authen. de inceſt. nupt. §. fin. col. ij. & de trien. & ſemiſ. §. fin.

h ¶ *Conſtitutio.* vt C. de na. li. nuper. ſed ſi

non fecerit eam ſibi vxorē: adhuc tamen huiuſmodi naturales ſunt alendi à patre. Item ſuccedunt ex teſtamento in totū, ſi pater vult legitimis non exiſtentibus, vel parentibus iam defunctis: alias liberi in vnam vnciā tantū permittunt naturales ſuccedere. ſuperiores quando ipſi tantum ſuperſunt non impediūt eos, niſi in ſua legitima, quæ ſuperioribus debetur. ab inte. vero duas habent vncias paternę ſubſtātię cū matre eorū viriliter diuidendas. quādo non ſunt aſcendentes nec deſcendentes. Alunt & ipſi patrem & hoc in licite natis: ſed non, ſi illicite nati ſunt: imo ab omni beneficio ſunt excluſi: vt in authent qui.mo.na.effi.ſui.§.diſcretis.vſque in fi.conſtit.coll.vj.

libertorum locum extranei ſumuntur, aut per Pratorem fit, aut per populum. quod per Pratorem fit, Adoptatio dicitur: quod per populum, Arrogatio: adoptātur autem quum a parente, cui in poteſtate ſunt, tertia mācipatione in iure ceduntur: atque ab eo qui adoptat, apud eū apud quem legis actio eſt, vindicantur. arrogantur ij, qui quum ſui iuris ſint, in alienam ſeſe poteſtatem tradūt, eiuſque rei ipſi auctores fiunt. vide praterea Vlpianum in tit.8.

ra adoptio: illa principis authoritate eos, qui ſunt ſui iuris arrogamus: hac vero in alterius poteſtate exiſtentes imperio magiſtratus adoptamus.

TITVLVS XI.

DE ADOPTIONIBUS.

Non ſolùm autem naturales[a] liberi, ſecundum ea, quæ diximus, in poteſtate noſtra ſunt, verumetiam ij, quos adoptamus[b].

¶Authoritate principis arrogantur qui ſui iuris ſunt, ſed magiſtratus imperio, qui ſunt ſub poteſtate alterius. Aretinus.

a ¶Naturales. ſub. & legitimi: quare diſtingue, quia filiorū alij ſunt naturales & legitimi, vt ex legitimo matrimonio nati: vt hic, & ſ.de pa.po.in prin. Alij naturales tantum, vt nati ex cōcubina, vt ſ.tit.j.§.finali. Alij legitimi tantum: vt adoptiui, de quibus hic tit. loquitur. Alij nec naturales nec legitimi iuris præſumptione: vt inceſtuoſi vel alias illicite nati: vt in autheot. quibus modis nat.effi.ſui.§.fina. col.vj. Alij ſunt, qui prius non fuerunt legitimi, ſed nunc ſunt. i. efficiūtur duobus modis: vt in authen. quibus modis natur. effi.ſui.§.j.& ſ.tit.j.in fine.

b ¶Adoptamus. ſ.in poteſtate noſtra ſūt: & hoc iure veteri: vt hic. & ff.eo.l.j. ſed hodie diſtinguitur: vt j.eodē.§.ſed hodie.

¶Adoptio. Diuiditur iſte.§. in tres partes. Primò ponit in genere dictū bimembre. Secundò exemplificat, & ponit exemplum primi membri. Tertio exemplum ſecundi membri. Secunda ibi, Imperatoris. Tertia ibi, Imperio.

CASVS. Domine, iam video quæ ratio mouet vos ad tractādum de adoptio. dicatis ergo mihi, ſi placet. Quot modis fiat adoptio? Reſpon. Iuſti. quòd adoptio fit duobus modis, ſcilicet reſcripto principis, aut imperio alicuius magiſtratus. Sed dñe, ponatis mihi exemplū quādo fit adoptio reſcripto pricipis, & in quo caſu fit imperio magiſtrat' alicu'. Ad hoc reſpon. Iuſt. quòd quando aliquis adoptat eū qui ſui iuris eſt, tunc neceſſe eſt fieri adoptionem authoritate ſiue reſcripto principis. & hæc ſpecies adoptionis, quando ſcilicet ille qui ſui iuris eſt, alieni poteſtati ſubiicitur: eſt primo & ſpeciali nomine arrogatio. Imperio autem magiſtratus ado-

DE ADOPTIONIBVS.

¶Quia ſupra dixit de nuptiis, ex quibus acquiruntur filii legitimi & naturales: ideo nunc de adoptionibus ex quibus acquiruntur filii legitimi tantum. Vel ſic, Supra qualiter filii noſtri ſunt in noſtra poteſtate, dixit: nunc autem qualiter alieni efficiuntur poteſtatis noſtra, Angelus Aretinus.

Non ſolùm. Iſte tit. diuiditur in nouem partes principaliter. Primò ponit quòd adoptiui ſunt in poteſtate adoptātis. Secundò qualiter fiat adoptio & arrogatio. Tertiò primum dictum limitat & declarat. Quartò de impubere, qui ſe arrogandum dedit. Quintò quòd adoptans debet ſaltem adoptatum præcedere xviij.an. Sextò quando aliquis vt nepos vel pronepos adoptatur. Septimò, in quibus adoptatus æquiparatur naturali. Octauò, in quibus conueniunt, & in quibus non adoptio & arrogatio. Nonò, quòd ſerui adoptati à dominis ſunt liberi. Secūda ibi, Adoptio. Tertia ibi, Sed hodie. Quarta ibi, Quum autem. Quinta ibi, Minorem. Sexta ibi, Licet autem. Septima ibi, In plurimis. Octaua ibi, Illud. Nona ibi, Apud Catonem.

ADD. *Reiectis nugis Aretii exhibemus tibi, lector, Gellii verba huc valde pertinentia, ex lib.5.c.19. Quum in alienā familiā, inque*

tus adoptantur illi qui ſuoi in poteſtate parentum, ſiue obtineant primum gradũ liberorũ, qualis eſt filius & filia, ſiue inferiorem gradum obtineant: vt nepos neptis, & deinceps pronepos & proneptis. Et hoc vſque ad §. ſed hodie.

¶ Adoptio[a] autem duobus modis fit: aut principali reſcripto[b], aut imperio magiſtratus[c]. Imperatoris authoritate adoptare quis poteſt eos, eaſve, qui, quæve ſui iuris ſunt: quæ ſpecies adoptionis dicitur Adrogatio[d]. Imperio magiſtratus adoptamus eos, eaſve, qui, quæve in poteſtate parentum ſunt: ſiue primum gradum liberorum obtinẽt, qualis eſt filius, filia: ſiue inferiorem[e], qualis eſt nepos, neptis, pronepos, proneptis.

¶ *Filiusfamilias extraneo in adoptionem datus, extranei poteſtatem minime ſubintrat, quamuis illi inteſtato ſuccedat. Datus verò cuiuis aſcendentium, eius poteſtati ſubiicitur.*

¶ *Annotato, Duo vincula vno fortiora eſſe.*

¶ Sed hodie ex noſtra conſtitutione[f], quum filiusfamilias à patre naturali[g] extraneæ perſonæ in adoptionem datur, iura patris naturalis minimè diſſoluũtur, nec quicquam ad patrẽ adoptiuũ trãſit, nec in poteſtate ei' eſt: licet ab inteſtato iura ſucceſſionis ei à nobis, tributa[h]

a ¶ *Adoptio.* Eſt autem adoptio ſecundum Pla. & Io. legalis actio ad ſolatium eorũ, qui liberos nõ habent: pene. i. fere naturam imitãs. Sed certe & ab iis, qui liberos habẽt, fit adoptio: vt ff. eod. l. nec ei. §. præterea. & j. eod. §. licet. quare ſic poteſt ſimpliciter definiri. Adoptio eſt legitimus actus per quem fit quis filius qui non eſt penę naturam imitãs. & hæc eſt veritas vt ff. eo. l. j. & j. eo. § minorẽ.

b ¶ *Reſcripto.* hoc eſt vel ante ipſum principem, vel ante alium magiſtratum delegatione facta per reſcriptum à principe: vt C. eo. l. ij. in fin. & l. arrogatione. Sed quid ſi Imperator non eſt? Reſp. non poteſt fieri, licet imperium ſemper ſit: vt in authent. quomo. opor. epiſco. §. fina. colla. j.

c ¶ *Magiſtratus.* ſcilicet cuiuſcunque ordinarij, etiam defenſoris ciuitatis: qui minimus eſt: vt in authent. de defen. ciuit. §. nulli. collat. iij. Nec mirum, cum ſit de voluntaria iuriſdictione: vt ff. de offic. procon. & leg. l. ſecunda.

d ¶ *Arrogatio.* quia adoptator interrogatur, an velit eum quem adoptat ſibi iuſtum filium eſſe, & adoptatus an id fieri patiatur: vt ff. eo. l. ij. Vnde verſus.

Arrogo qui ſuus eſt, ſed habet meus eſſe neceſſe.
Patris adopto ſuum, ſed patris permanet idem. Accurſius.

e ¶ *Inferiorem.* id eſt ſequentem.

¶ *Sed hodie.* Diuiditur in duas partes. Primo ponit quando pater dat filium in adoptionem extraneo. Secundo quando dat auo materno vel paterno. Secunda ibi, Si vero pater.

CASVS. Domine, vos dixiſtis mihi, ſupra quod illi qui adoptantur, ſunt in poteſtate patris adoptiui. nunquid hoc indiſtincte eſt verum? Ad hoc reſpondet Imperator dicẽs: Amice, certe ſecundum iura antiqua omnes adoptiui indiſtincte trãſibant in poteſtatem patris adoptantis: hodie autem ſecundum iura noua ſecus. Nã hodie ſtatutũ eſt in noſtra conſtitutione, cum filius naturalis à patre ſuo naturali alicui extraneæ perſonæ in adoptionem datur, ſi pater naturalis filium ſuum naturalem dederit in adoptionẽ auo ſui filij materno, vel etiam proauo materno: vel ſi ipſe pater naturalis à patre ſuo emancipatus fuerit, & filiũ auo vel proauo paterno in adoptionem dederit: in hoc caſu, quando iſte filius datur in adoptionem alicui de aſcendentibus in linea directa, quia in vnam perſonam concurrunt naturalia & adoptiones iura, manet ſtabile ius patris adoptiui: vtpote naturalis cognationis vinculo copulatum, & legitimo adoptionis modo annexum: & ideo in filiam & poteſtatẽ huiuſmodi matris adoptiui à modo efficietur. & hæc vſque ad illum §. Cũ autem impubes. Franciſcus.

f ¶ *Conſtitutione.* vt C. de adopt. cum in adoptiuis.

g ¶ *Naturali.* & legitimo.

h ¶ *Tributa.* i. in prædicta conſtitutione. & facit ad hunc §. j. de hæred. quæ ab inteſt. defe. §. ſed ea omnia. vel. inuenimus. & j. de [illegible]. lib. §. circa adoptiuos. & j. de

ſint. Si verò pater naturalis[a] non extraneo, ſed auo filij ſui materno[b], vel ſi ipſe pater naturalis fuerit emancipatus[c], etiã auo vel proauo ſimilimodo[d] paterno vel materno, filium ſuum dederit in adoptionem: in hoc caſu, quia concurrunt[e] in vnam perſonam, & naturalia, & adoptionis iura[f]: manet ſtabile ius patris adoptiui, & naturali vinculo copulatum, & legitimo adoptionis modo conſtitutum: vt & in familia, & in poteſtate huiuſmodi patris adoptiui ſit.

¶ *Impuberis arrogatio, cauſa cognita celebratur: caueatque arrrogator ſe bona arrogati (ſi intra pubertatem obierit) illis reſtituturum, ad quos peruentura erant adoptione non facta.*

¶ Quum autem[g] impubes per principale reſcriptum[h] arrogatur cauſa cognita[i]

CASVS. Domine, vos dixiſtis mihi, quod illi qui ſui iuris ſunt, authoritate principis arrogantur. Pone igitur quod ſit aliquis impubes ſui iuris, qui habet opulentam hæreditaté: nũquid poterit quilibet indiſtincte authoritate principis ipſum arrogare, & in poteſtatem ſuam redigere? Ad hoc reſpõ. Imperator, quod non. Quum enim aliquis impubes arrogatur, in hoc caſu arrogatio nõ indiſtincte, id eſt, non inconſulte permitti tur, ſed quæritur cauſa arrogationis, an ſit honeſta, & an ipſi impuberi expediat. Item arrogatio fit cum quibuſdã conditionib*, videlicet vt pater arrogator cautioné cum fideiuſſionibus prumittat: vt ſi ipſe pupillus arrogatus ante pubertatem deceſſerit: reſtituat omnia bona ſua integre illis, qui ſi adoptio non eſſet facta, ad eius ſucceſſionem fuiſſent venturi. Item non alias poterit iſte pater arrogator iſtum impuberem authoritate principis arrogatum emancipare, niſi prius cauſa cognita dignus inuentus fuerit emancipatione: & tũc neceſſe habet eidem omnia bona ſua reſtituere. Itẽ ſi iſte pater arrogator iſtũ filium impuberem in teſtamento ſuo exhæredauerit, vel inter ipſos viuos ipſum ſine cauſa emancipauerit, iubetur quartam partẽ patrimonij ſui eidem arrogato relinquere, præter bona quæ ad patrẽ arrogatorem tranſtulit: & præterea bona quorum vſumfructum poſt arrogationem patri arrogatori acquiſiuit. h.d. vſque ad §. minorem natu. Franciſcus.

*aliàs contractum.

inoffic. teſta. § ij.

a ¶ *Pater naturalis.* & legitimus.

b ¶ *Materno.* in cuius poteſtate prius nõ erat: ſed modo efficitur, vt ſubiicitur: vt j. de pa. pot. in fin. Accurſius.

c ¶ *Emancipatus.* alias cum eſſet in poteſtate aui. quomodo adoptaret eum quem habet? Certe non poteſt plus eſſe quam filius vel nepos: vt hic, & ff. eod. l. ſi pater. §. ſi duos. & intellige emancipationis tempore filium non eſſe conceptũ, qui nunc datur in adoptionem, alias in poteſtate aui remãſiſſet: vt j. titu. j. §. fina.

d ¶ *Simili modo.* i. ſimilẽ facias diſtinctionem. nam materno proauo indiſtincte: paterno vero ſecundũ quomodo diſtinxit in auo, datur in adoptionem.

e ¶ *Concurrunt.* Sed ſi ego adoptem filiũ fratris mei: nunquid poteſtati meæ ſubiicitur? Reſpond. ſecundum Ioan. quod non: & quod hic dicitur naturalia exponit, id eſt, naturalia: quia ab eo auo cõtrahit naturalem & originem: quod non eſt in filio fratris mei.

f ¶ *Iura.* vnde præferendus eſt ei in quẽ vnum ius tantum concurrit. & ſic duæ rationes vel plures præualent vni: vt in authen. de conſang. & vter. fra. §. quia igitur. verſicu. vult autem. in gloſ. meliores. colla. vj. & C. de edi. diui. Adria. tol. l. fin. niſi vna ſit melior duabus: vt colligitur. ff. de inoff. teſt. l. nam & ſi. & ff. vnde lib. l. ſcripto.

g ¶ *Quum autẽ.* Diuiditur in quinque partes. Primo quod arrogatio fiat cauſa cognita. Secundo quod ſit iuſta cauſa. Tertio ponit caſũ ſub quo fiat. Quarto quod non poteſt arrogator ipſum emancipare ſine cauſa. Quinto quod quartam partẽ bonorum ſuorum eidem ſiue in vltima voluntate, ſiue inter viuos relinquat. Secunda ibi, Et exquiritur. Tertia ibi, Et cum. Quarta ibi, Item non aliter. Quinta ibi, Sed & ſi. Aretinus.

h ¶ *Reſcriptum.* vt quia ſui iuris eſt: vt ſ. eo. in principio.

i ¶ *Cognita.* quæ autem in cauſæ cognitione vertũtur, per ordinem ſcripta ſunt: ff. eo. l. ſi pater. §. in arrogationibus. & l. ſeq. vſque ad §. ſi. Et quædam etiam hic dicuntur in perſonam impuberis, quæ & ibi dicuntur.

A D D. *De quibus vide Angel. hic. qui dicit quòd*

Nec ... non ... eſſe ... Satiſdatio arrogatoria quibus prodeſt.

eis quòd ſi fuerint quæſita vel per delegatum à principe: vt l. 2. C. eo vel etiam per ordinariũ ipſius impuberis: quamuis non bene pronunciauerint, vltius tamen tenebitur: vt no. gloſ. in l. cum hi. §. ſi prætor. ff. de tran. Angel. Aret. eltiſi erat. vnde non fuit conſiderandũ: vt ff. qui & a qui. l. Iulianus. potuiſſe ſi enim poſt pubertatem teſtamentũ feciſſe: vt s. quib. ex cau. §. cum ergo.

arrogatio [a] fieri permittitur: & exquiritur cauſa arrogationis, an honeſta [b] ſit expediátque pupillo. Et cũ quibuſdam conditionib' arrogatio fit. i. vt caueat [c] arrogator perſonæ publicæ, [d] ſi intra pubertatẽ pupill' deceſſerit, reſtiturũ ſe bona illis, qui ſi adoptio facta nõ eſſet, ad ſucceſſionẽ eius venturi [e] eſſent.

¶ *Arrogatus nõ niſi cauſa cognita emancipatur: cui propria bona reſtitui debent, iubeturq́; arrogator quartam bonorũ ſuorum illi relinquere.*

¶ Itẽ non aliter emancipare eũ poteſt arrogator, niſi cauſa [f] cognita dignus emancipatione fuerit: & tũc ſua bona ei reddat. Sed & ſi decedens pater eũ exhæredauerit [g], vel viuus ſine iuſta cauſa emãcipauerit iubetur [h] quartã [i] partẽ bonorũ ſuorũ ei relinquere: videlicet præter bona, quæ ad patrẽ adoptiuũ trãſtulit, & quorũ commodũ [k] ei poſt-

a ¶ *Arrogatio.* vt qa ſui iuris eſt: vt s. cod. in princip.

b ¶ *An honeſta.* i. nõ eo propoſito: vt eius res deſtoret: vt ff. eo. l. nec ei. §. eorum.

c ¶ *Vt caueat.* i. vt cautionẽ promittat, ſine fideiuſſore tamẽ C. de ver. ſign. l. ſancimus.

d ¶ *Perſona publica.* hoc eſt, tabellioni qui ſeruus publicus dicitur: vt C. e. l. ij. alias enĩ ſeruus pur' tabellio eſſe nõ poteſt: vt C. de ta. l. generali. lib. x. Sed certe ideo ſic dicitur, quia publice ſeruit.

ADD. *Dic q olim ciuitates ſolebant tabulas ſeruis cõmittere quod abrogatũ eſt per l. generali. C. de tabu. vnde olim ſerui publici dicebantur l. vet ei. ff. quod cuiuſ. vniu. & ſerui vniuſtatis l. ſi. eod. Hic Imp. vocat perſonam. Vlpianus in titulo, tit. 20. Seruus publicus,* [illegible] *pro parte dimidia teſtamẽti faciendi ius habet.*

e ¶ *Venturi.* vel iure ſucceſſionis ex teſtamẽto vel ab inteſtato. vel dic tit. vniuerſali, vel ſingulari, vt legatarius. oĩbus enim cõſulitur hac ratione pupillo decedẽte in pupillari ætate: alias ſi poſtea pupillaris ſubſtitutio euaneſcit vt hic, & ff. eo. tit. nõ aliter. & l. his verbis. & s. de pu. ſubſt. §. j. Sed nũne ſine hac cautione facta admittũtur ſupradictæ perſonæ ex teſtamẽto? Reſp. nõ. cũ teſtamentũ ſit ruptum minima capi. di. ſ. arrogatiõe. s. quib. mo. teſt. infir. §. nõ tñ. Itẽ nũquid legitimi ſine hac cautione admitterentur? Reſp. nõ: qa põt arrogator oĩa iure peculij occupare: vt ff. de caſt. pec. l. ij. Hæc tñ cautio omiſſa, pro facta habetur. vt ff. e. l. his verbis. in fi. vt alias. C. de rei vx. ac. l. vnica. § j. Sed quare legitimi nõ ſtipulãtur. etiam vltra pupillarẽ ætatẽ: cũ & poſtea erãt admittendi ad ſucceſſionẽ, ſi adoptio facta non eſſet? Reſp. illud eſt de fortuna, & aduen-

f ¶ *Niſi cauſa.* veluti ſi ita hæres inſtituitur iſte adoptatus, ſi emancipatus fuerit: & tunc quartam perdit, quã tũc deberet habere de bonis arrogãtis: vt s. pro xi. reſpõ. & ff. ſi quid in fraud. pat. l. ſi. ſecundũ quoſdã. Vel dic q tunc non perdit quartã: vt s. pro xi. rñ. probatur: q cũ iſto cõtinuatur: & quod in dicta l. cõtinetur, intelligitur quando erat iuſta cauſa cõtra filiũ: vt quia prouocabat patrẽ ad irã: & in tm, vt etiã exhæredari potuerit: & beneficiũ collatũ vel conferendũ reuocari: vt C. de reuo. do. l. ſi. & in auth vt li. de cætero. §. illud. ver. qui etiam. colla. vj. & ſecundum hoc intellige pro reſpon. quod ſequitur.

g ¶ *Exhæredauerit.* vel prætererit: vt ff. eod. l. ſi arrogator.

h ¶ *Iubetur.* nota, nõ cauet ſic ſe relicturũ. tũc enim nõ valeret: vt C. de inut. ſti. l. ex eo. & C. de ſoſ. re. l. ſi qñ. §. cui iubetur.

i ¶ *Quartã partem.* Quid ergo ſi alios filios ſex vel plures habeat: nunquid hic plus, quã alij habet? Reſp. ſic. ſecundum Bul. quaſi debeat imputari ei quare arrogauerit. Vel dic (vt puto) quartã ſuæ partis per conditionẽ ex l. diui Pij: vt hic, & ff. eo. l. ſi arrogator. ff. de inoff. teſt. l. Papinianus. §. ſi quis impubes. & hoc ad inſtar naturalium & legitimorum: vt ff. de inoffic. teſta. l. Papinia. §. quoniam. & C. de inoffic. teſta. l. cum quæritur. & l. parentibus. Abſurdum eſt enim hunc legitimum plus iuris habere quàm naturalem & legitimum: vt s. eo. §. ſed hodie in fin.

ADD. *Et hanc approbant communiter doctor. & an ſit hodie aucta hæc quarta per authent. nouiſſima. C. de inoffic. teſta. vide gloſ. in §. hoc obſeruandum. in authent. de trien. & ſemiſſ.*

k ¶ *Cõmodum.* Repete, & præter ea bona

ſcilicet aduentitia. quorum cōmodum filius arrogatus poſt arrogationē acquiſiuit patri. l. vſumfructum. nam & hæc acquiſita reſtituit: non dico vſumfructum ipſum quē debet lucrari pater: vt C. de bo. quæ lib. l. cū oportet. §. ſi quis itaque. ad inſtar mariti in rebus dotalib. vt ff. fami. erc. l. ſi filia. § j. & ſic hoc verbum præter. nō excludit: vt hic, & ff. de pig. act. l. j. in fi. & ff. de precu. l. ſed & hæ. §. pen. & facit ff. de vulg. ſub. l. ſed ſi plures. §. in arrogato.

tre factæ cōſent: at: tunc mortuo auo iſte nepos adoptatus in poteſtate patris, ſuus hæres efficietur. ſed licet in hoc caſu cōſenſus filij requiratur, ſecus tamen eſt in caſu econuerſo. Nā ſi auus nepotem ex filio natum alij in adoptionem dederit, non eſt neceſſe conſenſum filij interuenire. h. d. vſque ad §. in plurimis. Franciſcus.

ea adquiſiuit.

¶ *Quod natura fieri no poteſt, nec arte poterit: ars enim natura eſt imitatrix.*

¶ Minorem natu [a] maiorem non poſſe adoptare placet. Adoptio enim naturā imitatur [b]: & pro mōſtro eſt [c], vt maior [d] ſit filius, quàm pater. Debet itaque is, qui ſibi filium per adoptionem vel adrogationē facit, plena pubertate, id eſt, octodecim annis [e] præcedere.

¶ *Carens filio poteſt alium adoptare in locum nepotis, vel pronepotis. h. d. Aret.*

¶ Licet autem & in locum nepotis vel neptis, pronepotis vel proneptis, vel deinceps adoptare, quanuis filium quis nō habeat [f].

¶ *Poteſt quis filium alienum in nepotem ſuum, & nepotem alienum in filium ſuum adoptare.*

¶ Et tam filium alienum quis in locum nepotis adoptare poteſt, quàm nepotem in locum filij [g].

¶ *Quando quis adoptat aliquem, vt ne-*

¶ *Minorem natu.* CASVS. Domine, ego ſum quidā iuuenis, & habeo amplum & magnum patrimonium meum: & habeo quendā vicinum valde diſcretum & prouidum virum iam bene ſexagenarium: cuius conſiliū in multis extitit mihi fructuoſum, poſſum ne ipſum arrogare vel adoptare in filium? nunquid licet mihi hoc facere? Reſpon. ſimpliciter non: quia certe minor natu maiorem adoptare vel arrogare non poterit & hoc tali ratione: quia adoptio imitatur naturam: ſed contra naturam, & pro monſtro eſſet, quod filius maior eſſet tempore patre. vnde dico tibi, quòd ille qui per arrogationem ſibi filium facere vult: debet plena pubertate, id eſt, xviij. an. filium arrogatum vel adoptatum excedere. Item non ſolum poteſt quis adoptare vel arrogare aliquem in filium. ſed etiam in locum nepotis vel neptis, pronepotis vel proneptis poteſt quis adoptare: quamuis etiam filium non habeat. & iam filium alienum poteſt quis adoptare in locum nepotis, quam etiam alienū nepotem in locum filij, ſed ſi aliquis in locum nepotis aliquem adoptet quaſi ex filio adoptiuo, aut ex filio naturali, quē habet in poteſtate tunc eo caſu filius patri adoptanti debet conſentire, ne ipſe nepos ipſo inuito adoptatus, ſuus hæres agnoſcatur. ſi enim filius adoptioni à pa-

a ¶ *Natu.* id eſt, natiuitate. ſic ff. de mino. l. j.

b ¶ *Imitatur.* plerunq;. quandoque tamen non: vt j. eo. §. ſed & illud. & §. in plurimis. ADD. *Quocirca Cicero in Orat. pro domo ſua: Dico, inquit, apud Pontifices, nego iſtam adoptionem pontificio iure eſſe factam: primū quòd hæ veſtræ ſint ætates, vt is qui te adoptauit, vel filij tibi loco per ætatem eſſe potuerit.*

c ¶ *Pro monſtro eſt.* id eſt, non ſecundum naturam, ſed contra naturam: vt & alias. ff. de ſtatu homi. l. non ſunt liberi.

d ¶ *Maior.* ſcilicet tempore, non perſona.

e ¶ *Octodecim annis.* id eſt, tot annos debet habere plus adoptans, quā adoptatus, qui faciunt vnā plenam pubertatē tanti tēporis. Sed nunquid qui plures adoptat, debet pluribus vicibus præcedere in tāto tempore? Reſp. nō, vt puto: cum ſecundū naturā etiam in vno anno ex diuerſis fœminis, vel etiā vna poſſit hr̄e filios plures, & in hoc adoptio imitatur naturā, vt hic. Et no. pluribus modis dici plenā pubertatem. nam interdum xiiij. ann. vt ī. quib. mo. tut. fini. §. j. & ī. tit. j. j. reſpon. alias xv. an. vt in auth. de temp. nō ſo. pec. ſup dote. §. generaliter. col. vij. alias xvij. an. vt ī qui manu. nō poſ. §. fi. & ff. de poſtu. l. j. §. pueritia. interdum xviij. ann. vt ff. de ali. & cib. leg. l. Mela.

f ¶ *Non habeat.* vel licet vxorē non habeat: quo caſu tamē eſt contra naturā: vt ff. eod l. & qui vxores, Accurſius.

g ¶ *In locum filii.* Item nepotem ex vno quaſi

quaſi ex altero natum: vt ff.eo.l.ſi pater.§.qui duos. non autem loco fratris: vt C. de hæred.inſtit. l.nec apud.

potem ex filio ſuo legitimo & naturali, vel legitimo tātum, debet interuenire conſenſus filii: ſed non ècontra, quando auus dat in adoptionē nepotem ſuum ex filio. Aretinus.

¶ Sed ſi quis nepotis loco adoptet, vel quaſi ex eo filio, quē habet iam adoptatum, vel quaſi ex illo, quem naturalem in ſua poteſtate habet, eo caſu & filius cōſentire debet[a]: ne ei inuito ſuus hæres adnaſcatur. Sed ex contrario, ſi auus ex filio nepotem det in adoptionem: non eſt neceſſe filium conſentire[b].

¶ Adoptiuus pater adoptiuum filium in poteſtate ſua conſtitutum, vel arrogatum, alteri in adoptionem dare poteſt, haud ſecus quàm naturalis pater poßit.

¶ In plurimis[c] autem cauſis aſſimilatur is, qui ado-

a ¶ *Conſentire debet.* quod non eſt in aliis cognatis, qui poſſent ſperare ſucceſſionē: vt ff.eo.l. cum adoptio. Et ſi quidem filius conſentiat, bene eſt: & recidet nepos adoptiuus in poteſtatem ſuam.ſ. filij, mortuo patre vt ff.eod.l. ſi quis nepotē. Si antè non cōſentiat filius, eūc agnaſcitur, id eſt, appropinquatur, ſeu agnatus ſit ei, id eſt, quo hic nepos. & ſuus efficitur hæres, etiam filio inuito: nec recidit in poteſtatem eius: ſiue dicat eū ſuccedere vt filiū, licet non ſit filius, ſiue vt nepotem, quaſi ex altero filio præmortuo natum: quo caſu æqualiter cum patruo admittatur: vt j.de hære. quæ ab inteſta.§.eum autem. Alij dicunt hoc totum, ei inuito, id eſt, filio inuito: & agnaſcatur.i. iuxta eum quaſi naſcatur quo ad ſucceſſionem, quod ſatis in idem redit. Alij hoc totū, ei inuito, id eſt, auo inuito: qui voluntate filij propoſuerat adoptare: nunc autem contra propoſitum ſuum facit. & hic dicitur inuitus ratione propoſiti primi. Et ſecundum iſtos, hic nepos inuito auo & filio adoptatus non ſuccedit vna cum filio: ſed demū eo mortuo. prima verior eſt. Sed quare hic filius impediret matrimonium ſui filij, etiam auo volente, & non impedit hunc ciuilē actum: vt ff.de rit.nupt.l.oratione.§.j. Reſpon. quia matrimonium eſt vinculū magis indiuiduum: vt j.de pat.po.j.reſpon.

ADD. *Et ſic iſta gloſſ. intelligit hunc text. tripliciter ibi, ei inuito. Primò diuiſim, vt exponatur ei: ſcilicet auo, inuito, ſcilicet filio. Secundo & tertio coniunctim, vt illa verba in totum referantur, vel ad filium, vel ad auum: contra quæ facit d.l.ſi quis nepotem. Iaſon.*

b ¶ *Conſentire.* ſed videtur quòd ſic. nam læditur filius in duobus, & in hæreditate ſiue in bonis, quæ ad filium ſuum proponebat ex voto tranſmittere: vt ff.vnde libe.l.ſcripto hærede. quod non facit: vt j. de hæred. quæ ab inteſt. defer.§. at hi. & quia in poteſtatem illius tranſit, quare in patris ſui naturalis poteſtatem non recidit iure iſto veteri: vt j.eod j. reſpon. Ad primum reſpondeo: quia alio modo poteſt euitare, inſtituendo eum. Ad ſecundū dico, quod non poteſt æſtimari patria poteſtas: vt ff. de legat.j l. filiusfamilias.§. ſecundum vulgarem. Sed hodie vterque timor ceſſat. nā & ſuccedet, & in ſuam poteſtatem recidet: vt C.de adoption.l.cum in adoptiuis.§. ſcimus. & j.e.§ ſed hodie.

¶ *In plurimis.* CASVS. Dicit Iuſtinian. quod in plurimis ille qui adoptatus vel arrogatus eſt, aſſimilatur ei, qui eſt legitimo matrimonio procreatus eſt: vnde ſi quis eum qui ſui iuris eſt authoritate principis arrogauerit: vel eum qui in parentis poteſtate eſt, non extra eum apud Prætorem vel Præſidem adoptauerit: poterit eundem, ac ſi eſſet filius ſuus naturalis & legitimus, alij in adoptionem dare. Et non ſolum prædicta in vtraque ſpecie adoptionis communia ſunt, ſed etiam illud vtriuſque ſpeciei adoptionis commune eſt, quod illi qui generare non poſſunt, nihilominus adoptare poſſunt: quales ſunt ſpadones. Ab hoc tamen generaliter excipiuntur caſtrati, quibus natura beneficium generandi denegauit. Caſtrati enim adoptare non poſſunt. Et idem eſt in fœminis. Fœminæ enim neque adoptare, neque arrogare poſſunt: & hoc ea ratione: quia nec naturales liberos habent in poteſtate: veruntamen ex indulgentia principis ad ſolatium liberorum pro republica amiſſorum eis adoptare permittitur. ſ. d. vſque ad §. illud proprium. Franciſcus.

c ¶ *In plurimis.* quandoque enim eſt contra: vt infra de hæredi. quæ ab inteſta. §. minus. ſecundum Azon. Item in eo quod adoptiuus pater non tenetur eum inſtituere: vt infra de hæred. quæ ab inteſta.§.ſed ea omnia. ver. cum nec neceſſitas,

ptatus vel arrogatus eſt, ei qui ex legitimo matrimonio natus eſt. & ideo ſi quis per Imperatorem, vel apud Prętorem, vel Præſidem prouinciæ non extraneũ [a] adoptauerit, poteſt eundem in adoptioné alij dare.

¶ *Qui ſecundum naturam liberos generare nequeunt, nec ſecundum artem ſibi parare queunt.*

¶ Sed & illud vtriuſque[b] adoptionis cõmune eſt: quòd & hi, qui generare non poſſunt[c]: quales ſunt ſpadones[d] adoptare poſſunt: caſtrati autem nõ poſſunt.

¶ *Fœmina non poteſt adoptare, niſi eidem propter amiſſos liberos ex principis indulgentia concedatur.*

¶ *Annota. Fœminas filios in poteſtate nõ habere: quò fit, vt viribꝰ poteſtatis patriæ minimè fruantur.*

¶ Fœminæ quoque adoptare non poſſunt[e]: quia nec naturales liberos in ſua poteſtate habent[f]: ſed ex indulgentia[g] principis ad ſolatium liberorum amiſſorũ[h] adoptare poſſunt.

¶ *Arrogatus nõ ſolũ in arrogãtis cõuolat poteſtatẽ: ſed etiam liberi, quos in poteſtate habet.*

¶ Illud proprium eſt adoptionis illius, quæ per ſacrũ oraculum[i] fit, ꝙ

a ¶ *Extraneum*. vt ſic tranſeat in ſuã poteſtatem: vt ꝟ. eo. §. ſed hodie.

b ¶ *Vtriuſque*. quarum vna hodie vocatur arrogatio, alia adoptio: vt ꝟ. eo. §. Imperatoris.

c ¶ *Non poſſunt*. qui omnes eunuchi vocantur: ſed ab hoc genere detrahit caſtratos. qui generare non poſſunt, id eſt, caſte ſic natos, vt nunquam potuerint generare.

d ¶ *Spadones*. quibus teſtes vel genitalia abſciſſa ſũt cultello vel ſpatha, & eſt ratio: quia fortiꝰ eſt impedimẽtum naturæ, quam accidentis: vt hic, & ff. de lib. & poſthu. l. ſed eſt quæſitum. §. j. & ij. Ex nota, quòd vulgariter promiſcue appellantur.

ADD. *Spadonum tres ſunt ſpecies. Primi ſunt, eunuchi, quibus aut virile membrum totum, aut ſoli teſtes adempti ſunt. Secũdi, qui Thlibiæ Thlaſiæque dicuntur, qui attritos fractóſve teſtes habent. Tertii, qui quãuis generare nõ poſſint, nõ eſt tamen illis ſpes adempta ſublato vitio. Primi & ſecundi Caſtratorum nomine hoc §. intelliguntur. reliqui generis nomine, Spadones. vide l. ſi ſeruũ. ff. de ini. dot. l. adigere. §. quamuis. de iur. pat. & Am. Auguſt. lib. 2. c. 5.*

e ¶ *Non poſſunt*. ſed ipſæ arrogari poſſunt: vt ff. eo. l. nam fœminæ.

f ¶ *Habent*. Nota fœminas non habere filios in poteſtate, & facit ad hoc ff. de ſuis & legi. l. nulla. & ꝟ. de hære. qual. & diffe. §. cæteri. & ff. de contra tab. l. illud. §. ad teſtamenta.

g ¶ *Sed ex indulgentia*. de nouo iure concedenda: vt C. eo. l. mulierem.

h ¶ *Amiſſorum*. in acie principis: vt hic innuit. & ꝟ. de exe. tut. §. ſed & ſi in bello. ff. de inoff. teſt. l. ſi. ſuſpecta. §. ſi. Sed nunquid & tunc habebit in poteſtate? Videtur quod ſic, cum beneficia principũ ſint extendenda: vt in auth. conſt. quæ dig. §. penul. coll. vj. & ff. de cõſt prin. l. ſi. Sed tamen contra dico ad inſtar, ſcilicet naturalium. nã naturam imitatur adoptio: vt ꝟ. eodem. in §. minorem. & facit ad hoc C. eo. l. mulierem.

¶ *Illud propriũ*. CASVS. Domine, iam vidi in quibus ſpeciesadoptionis & arrogationis conueniunt, & in quibus differunt. Nunquid eſt adhuc alia differentia inter eas? Reſpõdet Imperator, quod ſic. Nam illud eſt proprium & ſpeciale adoptionis illius quæ per ſacrum oraculũ, id eſt, per principem & reſcriptum principis fit: vt ſi ille, qui ſe in arrogationem dederit, liberos in poteſtate ſua habuerit: non ſolum ipſe in poteſtatem patris arrogatoris trãſeat, ſed etiam oẽs liberi eius, quos in poteſtate habet poteſtati arrogatoris tanquam nepotes vna cum eo ſubiiciantur: & hoc factum fuit in perſona diui Auguſti. quendam Germanicum in filium arrogare volentis: & iſte Germanicus nolebat conſentire: vnde non potuit procedere arrogatio ſua, ſed diuus Auguſtus cuidam nomine Tyberio iniunxit, vt ille Germanicum arrogaret: quo facto princeps arrogauit Tyberium, & ille habuit Tyberium in filium, & per conſequens Germanicum filium adoptiuum Tyberij habuit in nepotem. Et hæc dicuntur vſque ad §. apud Ca. Franc.

i ¶ *Oraculum*. id eſt, per principem, vt de eo, qui ſui iuris eſt: & ideo tranſit etiam hodie in poteſtatem arrogatoris: vt ſupra eodem in princip. ideo ſic dictum: quia oramus.

Hodie et castrati et feminae simpliciter adoptare possunt ex constitutione Leonis 26 et 27.

is, qui liberos in poteſtate habet, ſi ſe arrogandum dederit, non ſolùm ipſe poteſtati arrogatoris ſubiicitur: ſed etiam liberi[a] eius in eiuſdem fiunt poteſtate tanquam nepotes. Sic etenim diuus Auguſtus[b] non antea Tyberium adoptauit, quàm is[c] Germanicum adoptaſſet: vt protinus[d] adoptione facta[e] inciperet Germanicus Auguſti nepos eſſe.

¶ Seruus à domino adoptatus, vel apud acta filius nominatus, libertatem nanciſcuntur.

¶ Apud Catonem bene ſcriptum refert antiquitas, ſeruos ſi à domino adoptati[f] ſint, [redacted] hoc ipſo poſſe liberari. Vnde & nos eruditi, in noſtra conſtitutione[g] etiam eum ſeruum, quem dominus actis interuenientibus filium ſuum nominauerat, liberum eſſe conſtituimus: licet hoc ad ius filij accipiendum non ſufficiat.

TITV. XII.

QVIBVS MOdis ius [redacted] poteſtatis ſoluitur.

¶ Mortuo patre, mox ſui iuris filius efficitur: mortuo verò auo, ita demum nepos ſui iuris euadit, ſi non ſuperſit ei pater, in cuius recidat poteſtatem.

VIdeamus nũc quibusmodis hi, qui alieno iuri

oramus, ſiue deprecamur eum, vt in talibus præter hoſtibus authoritaté. Accur.

a ¶ *Liberi.* omnes nati & naſcituri, & etiam reuerſuri ab hoſtibus: vt ff. eodem l. ſi paterfamilias. in princip. fallit hoc ff. de oper. liber. l. operæ.

b ¶ *Diuus Auguſtus.* Hic Imperator volebat adoptare quendam nomine, Germanicum, & hic Germanicus noluit conſentire: vnde non poterat procedere adoptio: vt infra. titu. j. §. ſi pater. & ff. eod. l. ij. in princip. vnde Auguſtus callide ſuaſit cuidam nomine Tyberio, vt illum Germanicum adoptaret, quod fecit: & hunc Tyberium poſtea arrogauit princeps: quare & per conſequens habuit Germanum loco nepotis.

ADD. *Verba Suetonii in Tyberio hac ſunt. Adoptatur ab Auguſto eadem ipſe prius Germanicum fratris ſui filium adoptare: nec quicquam poſtea pro patreſam. egit, aut ius quod adoptatione amiſerat, ex vlla parte retinuit. nam neque donauit, neque manumiſit: ne hæreditatem quidem aut legata percepit vlla aliter, quàm vt peculio referret accepta.*

c ¶ *Is.* Tyberius.

d ¶ *Protinus.* id eſt, ſtatim.

e ¶ *Adoptione facta.* à principe.

f ¶ *Adoptati.* ſcilicet à domino ab extraneo autem non poteſt etiam liberi vt ff. eo. l. ſi pater. in fin.

g ¶ *Conſtitutione.* vt C. de lat. lib. tol. l. vnica. §. ſimili quoque modo.

h ¶ *Actis.* id eſt, coram iudice: dicendo hæc verba, veni huc fili, ſecundum Azo. vel vt puto, coram iudice agebatur vt filius fieret adoptiuus, & inde facta fuit ſcriptura, non tamen res puenit ad perfectioné: vt differat à proximo caſu ſuperiori. Aliud ſi extra iudicium talia fierent, vel agerentur: vt C. de liber. cauſ. l. penulti. & ſic collige ex hoc & ſuperiori reſpon. quod ſi id quod ago, non valet vt ago: valet tamen, vt valere poteſt: ſic C. de latin. liberi. tol. l. vnica. §. ſimili quoque modo. Arg. contra. ff. de iur. codic. l. j. & ff. de pact. l. ſi vnus. §. ſi acceptilatio.

ADDIT. *Reſpondent doctores, quod ibi conſtabat teſtatorem nolle codicillari.*

QVIBVS modis ius patriæ poteſtatis ſoluitur.

¶ Supra viſum eſt quomodo dominica poteſtas conſtituatur, & conſtituta tollatur, ſubſequenter viſum eſt qualiter patria poteſtas tranſfertur. Sequitur de iure videre, quibus modis diſſoluatur, ſecundum Petrum.

V*Ideamus.* Totus iſte titulus diuiditur in ſex partes. Primo, qualiter diſſoluatur patria poteſtas morte naturali. Secundo qualiter morte ciuili ex

li ex delicto proueniente. Tertiò qualiter propter dignitatem à filio acquiſitã. Quartò qualiter propter captiuitatem patris vel filij. Quintò qualiter emancipatione. Sextò qualiter per dationem in adoptionem auo paterno, vel materno. Secunda ibi, Quum autem. Tertia ibi. Filius. Quarta ibi. Si ab hoſtibus. Quinta ibi, Præterea. Sexta ibi, Sed & ſi pater. Itẽ hoc principiũ ſubdiuiditur in quatuor: quia primò ponit de quo eſt tractaturus. Secundo qualiter: alias §. dixit de ſeruis. Tertiò qualiter filij liberentur à patria poteſtate, generaliter reſpond. Quartò dictam reſponſionẽ diuidit. Secũda ibi. Et quidẽ. Tertia ibi, Hi verò. Quarta ibi, Sed hoc.

CASVS. In prin. iſtius tit. dicit Iuſtinia. cõtinuando proceſſum ſuum. Videamus nũc de illis, qui alie.iu.ſubſint. qualiter à nexibus illius iuris liberentur. Sed tamen de liberatione ſeruorũ qualiter à do. po. lib. nihil in hoc tit. dicetur. Qualiter enim ſerui de poteſtate dominorum eximantur: per ea quæ in tit. de liberti.& de manumiſ. ſer. diximus exponitur. Sed quid dñe Imp. vobiſco quod vultis tractare in ti. iſto qualiter liberantur liberi à poteſtate paren. Dicatis ergo mihi ſi placet aliquem modum tollendi pat. pot. Ad hoc reſpon. Imp. dicens, Amice, liberi in pot. pat. exiſtentes per mortẽ naturalem parentis, ſui iuris fiunt. hoc tamen non eſt ſine diſtinctionis remedio accipiendũ. Nã mortuo patrefa. liberi in primo gradu exiſtentes, vtpote filius vel filia generaliter ſui iuris efficiuntur, ſed per mortem aui nepotes, qui in eius poteſtate fuerunt, non omnino ſui iuris fiunt, ſed ſi moriente auo pater nepotũ, aut mortuus fuerit, aut per emancipationẽ de patris ſui poteſtate liberatus: tunc nepotes ex eo, qui in poteſtatẽ patris iam mortui vel emancipati recidere non poſſunt, per mortẽ aui ſui iuris fiũt. h. d. vſq; ad §. eũ autẽ Franc.

ſunt ſubiecti, eo iure liberentur. Et quidem[a] quemadmodum liberentur ſerui à poteſtate[b] [redacted] ex his intelligere poſſumus, quæ de ſeruis manumittendis ſuperius expoſuimus. Hi verò qui in poteſtate parentis[c] ſunt: mortuo eo[d], ſui iuris fiunt. Sed hoc[e] diſtinctionem recipit. Nam mortuo patre[f], ſanè omnimodo filij filiæve ſui iuris efficiuntur. Mortuo verò auo, non omnimodo[g] nepotes, neptéſque ſui iuris fiunt: ſed ita[h] ſi poſt mortem aui in poteſtatem patris ſui recaſuri non ſunt. Itaque ſi moriente auo pater eorum[i] viuit, & in poteſtate patris ſui eſt: tunc poſt obitum aui in poteſtate[k] patris ſui fiunt. Si verò is[l], quo tempore auus moritur, aut iam mortuus eſt[m], aut per emancipationem exiit de poteſtate patris, tunc ij, qui in poteſtatem eius cadere non poſſunt, ſui iuris[n] fiunt.

¶ *Deportatio patris aut filii, patriæ poteſtatis vinculum ſoluit, reſtitutio verò principis, id in priſtinum ſtatum reponit.*

¶ Quum autem is, qui ob aliquod maleficium in inſulã

a ¶ *Et quidem.* q.d. quid ſit circa ſeruos de abſolutione poteſtatis eorũ, diximus §. de lib. §. j. & §. multis.

b ¶ *A poteſtate.* ſubaudi dominica.

c ¶ *Parentis.* ſtrictè accipe pro his tantũ, qui ſunt ſuperiores ex linea maſculina. Nã fœminæ non habent in poteſtate filios: vt §. tit. j. §. fœminæ. generalius accipitur § tit. ij. §. j.

d ¶ *Eo.* ſcilicet parente.

e ¶ *Hoc.* ſcilicet quod dixi morte ſuperioris inferiores effici ſui iuris.

f ¶ *Patre.* ſ. familias. ſubaudi ſupra quẽ nullus eſt ratione poteſtatis.

g ¶ *Non omnimodo.* id eſt, generaliter.

h ¶ *Sed ita.* ſ. fiunt ſui iuris.

i ¶ *Eorum.* ſcilicet nepotum.

k ¶ *In poteſtate.* & non exiuit. nam ſi exiuit, & poſtea rediit, quia eſt arrogatus, non recideret filius in poteſtatem eius: vt ff. de adopt. l. ſi pater filium. & eſt ratio, vt ibi not.

A D D. *Scilicet, quod ius ſemel quæſitum, nepoti non debet tolli per arrogationem: per regulam iuris, l. id quod noſtrum. Alia enim ratio ibi poſita reprobatur. quod facit vt poſt impetrationem vacatura habens non obſtruat: etiam ſi vxor moriatur. Angelus.*

l ¶ *Is.* ſcilicet filius prædictus.

m ¶ *Mortuus eſt.* ſ. filius prædictus.

n ¶ *Sui iuris.* niſi in caſu: vt quãdo per dignitatẽ filius ſui iuris factus fuiſſet: vt in auth. cõſtit. quæ de digni. §. illud. coll. vj.

¶ *Quum autem.* Diuiditur in quinque partes. Primò

De deportatis et relegatis vide quæ ſcripſi ad finem libri.

deportatur[a], ciuitatem amittit: ſequitur, vt qui eo modo[b] ex numero ciuium Romanorum tollitur, perinde quaſi eo mortuo[c], deſinant liberi in poteſtate eius eſſe. Pari[d] ratione & ſi is, qui in poteſtate parentis ſit, in inſulam deportatus fuerit, deſinit eſſe in poteſtate parentis. Sed ſi ex indulgentia principis[e] reſtituti fuerint: per omnia priſtinũ ſtatum[f] recipiũt. Relegati autem patres in inſulam, in poteſtate liberos

tes. Primò de deportatione patris. Secundò de deportatione filij. Tertiò de indulgentia principis. Quartò de relegatis. Quintò de ſeruis pœnæ. Secunda ibi, Pari ratione. Tertia ibi, Sed ſi ex indulgentia. Quarta ibi, Relegati. Quinta ibi, Pœnæ. Aretinus.

CASVS. Domine, laudabiliter video qualiter morte naturali tollitur patria poteſtas: nunquid pluribus modis tolli poterit? Reſpondet Imperator quod ſic. Nam nõ ſolum morte naturali, ſed etiã ciuili tollitur patria poteſtas. Si quis enim ob aliquod maleficium perpetratũ per ſententiam deportationis ciuitatem amiſerit: ſequitur vt liberi eius, qui tali modo tollitur de numero ciuium Romanorum: perinde deſinant in ſua poteſtate eſſe, ac ſi morte naturali in poteſtate eius eſſe deſinerent. Eadem ratione & ſi liberi in poteſtate exiſtẽtes deportati fuerint: per deportationem deſinunt in poteſtate parentum eſſe. Et hæc ſunt vera durãte deportatione. Nam ſi ex indulgentia principis reſtituti fuerint per omnia priſtinum ſtatum recipiunt. Et hæc omnia vera ſunt in deportatis: ſecus tamen eſt in relegatis. Nam parentes relegati nihilominus retinent in poteſtate liberos ſuos: & ſimiliter in caſu conuerſo, liberi relegati in parentum poteſtate nihilominus remanent. Et non ſolummodo prædictis caſibus morte ciuili tollitur patria poteſtas, ſed etiam in hoc caſu. Nam ſi aliquis pœnæ ſeruus effectus fuerit: deſinit habere liberos in poteſtate. Sed domine, dicitis mihi, quis intelligitur fieri ſeruus pœnæ? Ad hoc reſpon. quod illi ſerui pœnæ efficiuntur, qui in metallum damnantur & qui beſtiis ſubiiciũtur. Et hæc vſque ad illum § filiusfam. Franciſcus.

¶ Cum autem. Dictum eſt §. qualiter ſoluitur patria poteſtas morte naturali: nũc ponit, quando morte ciuili. Accurſius.

Deportare poſſunt quatuor iudices.

a ¶ Deportatur. hic no. quod hæc ſententia deportationis vt valeat. i. vt ſtatum & ciuitatem perdat non poteſt dari, niſi à quatuor iudicibus. ſ. ab Imperatore, vel ab eo, qui eius vice iudicat: & à præfect. præto. & à præfect. vrb. ff. de pœ. l. ij. §. j. & de le. iij. in l. j. §. à præfecto. & ff. de inter. & releg. l. inter pœnas. §. j. Item etiam in ſenatoribus, qui parem ſententiam. i. parem habet effectum principi, vel maiorem quam prædicti: vt ff. a qui. appel. non licet. l. j. §. j. Si autẽ alius iudex talem ſententiam det: non valet nec mandatur executioni, niſi princeps approbet eam, vel inſulam, in qua locum aſſignet: vt ff. de leg. iij. l. j. §. ij. & §. deportatos. & ff. de iniuſt. rup. & irri. teſta. l. ſi quis. §. eius. in glo. j. Quæ autem ſint delicta pro quibus in inſulam debent deportari, videtur ſ. de public. iudic. per totum titulum. ſed relegare poteſt quilibet, qui habet merum imperium: vt ff. de inter & releg l relegatorum. j. reſpon. Et nota quòd primo de media, ſecũdo de relegatione, tertio de maxima dicit. Prima & vltima tollunt patriam poteſtatẽ: ſed relegatio non ſic, cum ſtatus non ſit mutatio, nec capi. diminutio.

b ¶ Eo modo. id eſt, per iſtam deportationem in inſulam.

c ¶ Mortuo. not. deportatum mortuum, ſcilicet ciuiliter. ſic ff. de contra tab. l. j. §. quidam filiom. & ff. pro ſoc. l. verum §. ſocietas. ver. intereunt,

d ¶ Pari. hic not. vbi eſt eadem vel ſimilis ratio, idem ius conſtituatur. ſic ff. de verbor. obligatio. l. à Titio. circa fin. & j. quod cum eo, qui in alie. po. §. ſi igitur in fin. & ff. de edil. l. quidam. §. nũmularios. in glo. quia. & ff. ad leg. Aqui. l. illud. Arg. contra ff. de colla. bon. l ſi quis. in fi. j. reſpon. ibi, hoc in patre.

ADD. Solue ſecundum Io. Fab. & Angel. hic, quod ibi non erat eadem ratio per omnia.

e ¶ Principis. alias principali. Sed nunquid per aliũ poterit reſtitui? Reſpõ. non niſi forte per ſenatorem, qui poteſt reſtituere ad ſtatum: vt ff. de poſtul. l. j. §. eum qui. ver. de qua. & § an autem.

alias principali.

senatu

f ¶ Statum. ſcilicet quantum ad honores vel ordines & ſimilia: vt C. de ſen paſ. l. j. ergo & patriam poteſtatem: & hoc vult dicere. Sed contradicitur C. de ſent. paſ. l. in inſulam. & l. ſi pater. Sol. hic ſpecialiter ad omnia fuit reſtitutus, ſecundũ M. & ſic facias punctum ibi, per omnia. hanc reprobo: quia ſemper intelligitur ad omnia reſtitui, niſi contradixerit expreſſim: nam verbum, ſcilicet reſtituo, generale eſt: vt ff de vſur. l videamus. ij. §. in Fauiana. Alij hoc intelligunt ad patrem reuertentem tantum referendum, cui de-

Carent iure togæ a quibus aqua et igni interdictum

bet reſtitui filius in poteſtatem: ſed filio reſtituto non ſic: quia ſic noceret ei reſtitutio. ar. C. de legi. & con. l. quod fauore. Sed hanc opinionem reprobo. nam libertus deportatus & reſtitutus in libertinitatem recidit: vt ff. de iu. patrona. l. ſiue libertus. Dic ergo intereſſe vtrū princeps dicat hæc verba, reſtituo te: & tūc ad omnia reſtitutus videtur, vt hic. an hæc. indulgeo tibi. quo caſu de pœna tantū remittenda cogitaſſe videtur: vt in cōtrariis ar. C. de ſen. paſ. l. generalis & l. tuenr. & l. cum indulgentia. & C. de gene. abo. l. ſi. Accur.

retinēt[a]. Et ex cōtrario, liberi relegati in poteſtate parentum remanent.

¶*Seruitus pœnæ patriam poteſtatem tollit. Angelus.*

¶Pœnæ[b] ſeruus effectus, filios in poteſtate habere deſinit. Serui autem pœnæ efficiuntur, qui in metallum[c] damnātur[*]: & qui beſtiis[d] ſubiiciuntur.

¶*Sola patriciatus dignitas filiū à patria poteſtate eximit.*

¶Filius familias ſi militauerit[e], vel ſi ſenator, vel Conſul factus fuerit: remanet in poteſtate patris. Militia enim, vel conſularis dignitas de patris poteſtate fi-

[*]Aliàs dantur.

Deportatus & relegatus differunt.

a ¶*Retinent.* nota differētiam inter deportatum & relegatum quo ad familiam: vt hic, & ī. proxi. §. Item hic bona retinet, ille non: vt. ff. de interd. & relega. l. j. Item hic ciuitatem retinet, ille non: vt. ff. de interdi. & releg. l. relegati. & l. relegatorum. §. ſiue ad tempus. & §. ad tempus. Item quod hic ad tempus vel in perpetuum: ille autem tantum in perpetuū deportatur: vt. ff. de interdi. & releg. l. relegati. & l. relegatorū. §. hæc eſt differentia. ſed in libertate nō eſt differētia. nā vterq; liber remanet: vt. ff. de bonis damn. l. ſed & ſi alia. §. j. Sed bānitos noſtri temporis quibus comparabimus? Reſpon. ſi tantum eſt maleficium, vt etiam cum ciuitate bona ſua publicentur vel de iure, vel de conſuetudine ciuitatum: tunc deportato comparabo, alias relegato: vt argu. ff. de bonis damn. l. j. non autem dico, quod poſſit deportari à præſide de iure: vt ī. §. proxi. diximus, nec relegari aliquis poteſt à defenſore ciuitatis, cum ſit de imperio mero relegātio: vt in authen. de defen. ciui. §. nulla in fine. §. collat. iij.

A D D. *Vnde verſus, Qui deportantur, ſemper pœna cruciantur. Pœna relegatis eſt temporis, eſtque perennis.*

b ¶*Pœna* i. ſupplicij. ſupplicium enim ſuus dominus eſt, non fiſcus: vnde ei nihil quærit: vt. ff. de iis, quæ pro nō ſcrip. ha. l. iij. Sed nouo iure nemo ingenuus fit ſeru[*] ex ſupplicio: vt in authēti. de nupt. §. quia autem. & §. ſi vero. columna quarta.

Ingenuus ex ſupplicio non fit ſeruus.

c ¶*In metallum.* id eſt, in opus metalli, ad fodiendum metallū vel etiā deportandum, & hi ne fugerent, ligabātur, & pondere quodā opprimebantur, vt ferro vel alio modo. Alij vero erāt, qui dicebātur damnati in opus metalli: & hi non tāto pondere opprimebantur. & q hinc fugiebāt, in metallū ponebantur. Alij vero erāt, qui in miniſteriū vel in ſeruitiū metallicorum tantū ponebantur. ex hoc ſi perpetuo fieret, erant ſerui, alias cōtra: vt. ff. de pœn. l. aut damnū. §. inter eos. & §. quiſquis. & §. in miniſteriū. Sed quid ſi prouincia nō habeat metalla aliqua vel ferri. vel alicuius ſimilis cōditionis? Reſpon. in vicinā prouinciā mittebantur: vt. ff. de pœ. l. aut damnū. §. eſt pœna. Alij ſunt in opus publicū perpetuo dati vel ad tēpus, qui ſunt ſimiles relegatis: vt. ff. de pœn. l. quidam. ſed huiuſmodi pœnæ nō ſunt in vſu hodie. Accur.

d ¶*Beſtiis.* deducendis forte. vel etiam vt comederet cum eis, vel alia beſtialia faceret. de hac pœna dic vt not. ff. de pœ. l. qui vltimo.

A D D. *Qui in cibū dantur beſtiis, ſubiecti beſtiis dicuntur: qui verò ad pugnam beſtiarum introducuntur, obiici beſtiis magis dicuntur: cuius rei exemplum vide apud Gellium lib. 5. c. 14. E. B.*

C A S V S. Domine, pono quòd aliquis filius familias factus fuerit miles & ſenator vel conſul: nūquid liberatur à patria poteſtate? Reſpon. Imperator quod nō. Nā militia vel cōſularis dignitas filiū à patria poteſtate non liberat, ſed ex conſtitutione noſtra ſumma dignitas patriciatus filium à vinculis patriæ poteſtatis liberat. Quis enim patiatur patrē quē libet poſſe filiū ſuū à nexibus ſuæ poteſtatis per emācipationem relaxare, & imperatoriā celſitudinem non valere eum, quem ſibi elegit patrem, ab aliena eximere poteſtate? Franciſcus.

e ¶*Militauerit.* id eſt, miles factus fuerit: ad quod multa ſunt neceſſaria: vt in authen. de mand. princip. §. fin. verſi. ſi quidē in gloſ. j. col. iij. diximus etiā in. l. penultima. ff. ex quibus cauſis maio. vbi ſex requiruntur ad hoc, q quis ſit miles. Vel dic militauerit, i. exercitio militiæ fuerit.

...lium non liberat[a]. Sed ex cõſtitutione[b] noſtra ſumma patriciatus[c] dignitas illico[d] Imperialib[9] codicillis pręſtitis, filium à patria poteſtate liberat[e]. Quis enim [f]patiatur, patrem quidem poſſe per emãcipationis modum poteſtatis ſuæ nexibus filium liberare: imperatoriam autem celſitudinem non valere eum, quem ſibi patrem[”] elegit[g] ab aliena eximere poteſtate?

¶ *Captiuitate patris aut filii pendet magis, quàm intereat ius patriæ poteſtatis propter poſtliminij ius. Retrò enim fingitur in ciuitate fuiſſe, qui ab hoſtibus regreſſus eſt.*

a ¶ *Non liberat.* hoc eſt iure iſto. nã nulla dignitas præter patriciatũ releuat filium à poteſtate patris, vt ſubiicit: ſed hodie xij. ſunt dignitates, quæ liberãt aliquem hominem curialem à curiali conditione: vt. C. de decur. l. fi. lib. x. & illæ eædem liberant à patria poteſtate. vt in authẽ. conſti. quæ de dig. §. j. & §. generaliter. collatio vj. vnde cum ſit ibi cõſul, corrigitur quod de eo dicitur.

b ¶ *Cõſtitutione.* vt. C. de cõſulibus. lege finali libro duodecimo.

c ¶ *Patriciatus.* erat enim patricius, quaſi principis pater. vnde Salluſtius, O patres conſcripti. nam ſcripta erant eorum nomina in aliquo loco, vel in corona capitis eorum, vel aliàs.

A D D. *Miſerum ſeculum Accurtii. Patritii primi dicti ſunt, qui ex centum patribus à Romulo lectis deſcenderũt. auctor Liuius li. 1. Sed Conſtatino magno, & deinceps nomen eſſe cœpit ſupremi conſilii, dictiq; ſunt patritii, quaſi patres communis Reip. auctore Suida.*

d ¶ *Illico.* Hoc eſt ſpeciale in patricio & conſule, hodie etiam vt ſola collatione, id eſt datione codicillorum, id eſt, dignitatis ſcriptæ, vel per aliquod priuilegiũ fiãt ſui iuris etiam ſine adminiſtratiõne: in aliis decem, tunc demum cum cœperint adminiſtrare: vt in authen. conſti. quæ de digni. §. j. in gloſ. codicillos. colla. vj. quæ eſt. C. de epiſc. & cleri. auth. ſed dignitas. & C. de decur. l. fina. lib. x. Item in tertio caſu cum ordinatur epiſcopus: qui eſt etiam vltra ſupradictos caſus: vt in authen. conſti. quæ de digni. §. palam. colla. vj.

A D D. *Et nota, quod vbi electio eſt neceſſaria ex parte vtriuſque vt quia eligentes coguntur eligere: & electus conſentire: quæritur ius ex ſola electione etiam abſenti & ignoranti. l. illud. ff. de tut. & cura. dat. ab his. Sed ſi non ſit neceſſaria ex parte electi, vt in epiſcopo: quæritur ius ante acceptationem. c. ſi tibi abſenti. de preben. lib. 6. Item vbi fit electio per viam facultatis, vt à populo vel domino. Sed eſt ſpeciale in patricio & conſule, vt hic. Angelus.*

e ¶ *Liberat.* ſcilicet dignitas.

f ¶ *Quis enim.* quaſi dicat, ſi quilibet pater etiam viliſſimus filium ſuum emancipat quando vult: vt. infra eod. §. admonendi & §. Preterea. quare hoc Imperator non poterit facere? Vel dic in caſu electi patricij, quaſi dicat: cum ipſe pater patricij poſſit emancipare, & ad hoc compellatur cum alapis & verberibus: vt in auth. conſti. quæ de digni. j. reſpon. colla. vj. quare & ipſe Imperator &c.

g ¶ *Elegit.* quod raro fit: vt. C. de conſulibus. l. fi. lib. xij.

“ *Patrem i. ſenatorē, inquit Nobriſſ. in lexico ... in ſer. pa...*

ſecundum M.

¶ *Si ab hoſtibus.* Diuiditur in tres partes principales. Primo loquitur, quando pater fuit captus. Secundo quando filius. Tertio declarat quid ſit poſtliminium. Secunda ibi, Ipſa quoque. Tertia ibi, Dictum eſt. Arc.

C A S V S. Domine, vos dixiſtis mihi, quod per mortem ciuilem tollitur pat. pot. nunquid generaliter eſt verum? Reſpon. Imperator quod non. Nam ſi aliquis paterfa. ab hoſtibus captus fuerit: quamuis ſeruus hoſtium efficiatur: tamen pat. pote. omnino non extinguitur: ſed propter ius poſtliminij in tempus futurum ſuſpenditur. Illi enim qui ab hoſtibus capiuntur, ſi in ciuitatem reuertantur, omnia priſtina iura iure poſtliminij recipiunt. vnde & iſte pater ab hoſtibus captus, ſi reuerſus fuerit, liberos in poteſtate habebit: quia ius poſtliminij eum qui ab hoſtibus captus eſt, ſi poſtea reuerſus eſt, fingit in ciuitate ſemper fuiſſe. Si vero apud hoſtes deceſſerit: filij ſui iuris effecti ſunt. Si ipſe quoque filius aut nepos ab hoſtibus captus fuerit: ius pat. pot. in ſuſpenſo erit iure poſtliminij.

A D D I T I O. *De poſtliminii vocabulo Cicero ita diſputat in Topicis. In eo, inquit, Seruius noſter nihil putat eſſe notandum, niſi poſt: & liminium illud productionem eſſe verbi vult, vt in finitimo, legiti-*

mo, aditimo, non plus ineſſe Timum quàm in Meditullio Tullium. Scæuola autem P.F. ſunctum putat eſſe verbum, vt ſit in eo & Poſt & Limen: vt quæ à nobis alienata ſunt, cum ad hoſtem peruenerint, & ex ſuo tanquam limine exierint, dein cũ redierint, poſt ad idem limen, poſt liminio videantur rediiſſe.

¶Si ab hoſtibus[a] captus fuerit parens, quanuis ſeruus hoſtium fiat, tamen pendet[b] ius liberorũ propter ius poſtliminij[c], Quia ij, qui ab hoſtibus capti ſunt, ſi reuerſi fuerint: omnia priſtina iura recipiunt. idcirco[d] reuerſus etiam liberos habebit in poteſtate: quia poſtliminium fingit eum, qui captus[e] eſt, in ciuitate ſemper fuiſſe. Si verò ibi deceſſerit: exinde, ex quo captus[f] eſt pater, filius ſui iuris fuiſſe videtur. Ipſe quoq; filius nepòſve, ſi ab hoſtibus captus fuerit, ſimiliter dicimus propter ius poſtliminij, ius quoque poteſtatis parentis in ſuſpenſo eſſe. Dictum eſt autem poſtliminium, à limine, & pòſt. Vnde eum, qui ab hoſtib⁹ captus eſt, & in fines noſtros poſtea peruenit, poſtliminio reuerſum rectè dicimus. Nam limina ſicut in domo finem quendam faciunt; ſic & imperii finem eſſe limen, veteres voluerunt. Hinc & limen dictum eſt, quaſi finis quidam & terminus. Ab eo poſtliminium dictum eſt: quia ad idem limen reuertebatur, quod amiſerat. Sed & qui captus, victis hoſtibus recuperatur: poſtliminio rediiſſe exiſtimatur.

¶*Emancipatio apud quẽuis magiſtratum*

Hoſtes qui dicantur.

a ¶*Ab hoſtibus.* Hoſtes ſũt quibus populus Romanus bellum indixit: vel ipſi populo Romano: vt ff. de cap. & poſtli. re. l. hoſtes.

Filius captus ab hoſtibus in pendenti eſt ſui iuris.

b ¶*Pendet.* hic colligitur quoddam hominum genus eſſe in pendenti: vt diximus ſupra. de iis q ſunt ſui vel alie. iuris. §. j. Sed certe quod hic dicit, pendet, verum eſt propter iuris fictionem, nam quo ad veritatem ſui iuris eſt filius: vt ff. de teſta. l. lege Cornelia. in fine, & ff. de libe ris & poſthu. l. penultima. & C. de ſent. paſ. l. fina. ibi. quod maxime, &c. & ff. ad Mace. l. j. §. j. nam pater ſeruus eſt hoſtium: vt ſupra, de iure perſona. §. ſerui. ergo alium in poteſtate habere non poteſt: vt ff. ad legem Iuliam, de adulte. l ſic eueniet. Dic ergo, quòd nulla præterita vel præſentia pendent inſpecto ſtatu præſenti, ſed futuro: vt infra de verborum obligation. §. conditiones.

A D D. *Etiam quo ad teſtamentum vel contractus filii ſuper aduentitiis acquiſitis ante captiuitatem, nec in alium tranſlatis quouis titulo præter, quam hæreditario, alias ſecus ſecundum Angelum. Areti. ſed ſecundum Iaſonem non pendet contractus filii, niſi patris præiudicium concernat.*

c ¶*Poſtliminii.* Eſt autem poſtliminium ius amiſſæ rei recuperandæ ab extraneo, moribus & legibus conſtitutum: vt colligitur ff. de cap & poſtli. reuer. l. poſtliminium j. reſpon. Accur.

d ¶*Idcirco.* quia reuerſi omnia iura recuperant.

Excepta poſſeßione rerum ſuarum. l. denique. & l. nec vtilem ff. ex quib. cauſ. ma. la.

e ¶*Captus.* & reuerſus: vt ff. de cap. retro.

f ¶*Captus.* intra fines noſtros, nec vltra deductus. ita improprie reuerſus dicitur poſtliminio. Vel dic captus fuerat vltra fines: & tunc dicitur etiam rediiſſe ante, quam ad limina redeat: quia ſic recuperat ſtatum, dicet impropriè & facit ad hunc §. ff de cap. l. in bello. §. j. item ad idem. ff. de vi & vi arma. l. qui poſſeſſionem.

Quæ fuit recuperata antequam excederet fines. Ang. Per.

¶*Præterea.* Diuiditur in ſex partes. Primò qualiter per emancipationẽ liberatur filius à patria poteſtate. Secundò qualiter fiebat emãcipatio de iure antiquo. Tertiò qualiter fiat hodie. Quartò quod pater habet legitimam in bonis emancipati, ſicut patronus in bonis liberti. Quintò quod pater legitimus eſt tutor filij impuberis emancipati. Sextò quod nepotem poteſt emãcipare retẽto filio ĩ poteſtate, & ecõtra. Sc̃da ibi, Sed emãcipatio. Tertia ibi, Nr̃a. Quarta ibi, Et tũc. Quĩta ibi, Et p̃terea. Sexta ibi, Admonẽdi. Aret.

CASVS. Dñe, iam vidi plures modos, quibus tollitur patria poteſtas: nunquid adhuc tolli poterit plurib⁹ modis? reſpõ. quod ſic. Nã certe poſt ſupradictos modos tollitur emãcipatiõe patria poteſtas.

A D D. *Quomodo autem fiebat emancipatio, docet Vlpianus in titulis, tit. 10. Liberi, ait, parentum poteſtate liberantur emancipatione, id eſt, ſi poſteaquam mancipati fuerint, manumiſſi ſint.*

(etiam citra antiquam ſolennitatem) facta, patriæ poteſtatis vincula ſoluit: verùm pater ex emancipati bonis ſibi iure debitam portionem conſequitur: illiuſque (ſi impubes ſit) legitimam tutelam.

¶Præterea[a] emancipatione quoque deſinunt liberi[b] in poteſtate parentũ eſſe: ſed emancipatio antea quidẽ, vel per antiquam legis obſeruationem procedebat[c], quæ per imaginarias[d] vẽditiones, & intercedẽtes manumiſſiones celebrabatur, vel ex imperiali reſcripto[e]. Noſtra autem prouidentia, etiam hoc in melius per conſtitutionem[f] reformauit: vt fictione[g] priſtina exploſa[h], recta via[i] ad competentes iudices, vel magiſtratus[k] parentes intrent[l]: & filios ſuos, vel filias, vel nepotes, vel neptes, ac deinceps à ſua manu[m] dimittant. Et tunc[n] ex edicto[o] Prætoris in bonis[p] huiuſmodi filij vel filiæ, nepotis, vel neptis, qui quæve à parente manumiſſus[q] vel manumiſſa fuerit: eadem iura præſtantur parenti, quæ tribuuntur patrono[r] in bonis liberti. Et præterea ſi impubes ſit filius vel cæteri, ipſe parens

numiſſi ſint. Sed filius quidem ter mancipatus, ter manumiſſus ſui iuris fit. id enim lex 12. tabu. iubet his verbis, Si pater filium ter venundauit filius à patre liber eſto. Cæteri autem liberi præter filium tam maſculi, quàm fœminæ, vna mancipatione manumiſſioneque ſui iuris fiunt. Vide etiã ſi lubet Caium lib. inſt. 1. & in hũc. §. Petri Nannii miſcellan. lib. 10.

a ¶*Præterea* non ſolum ſupradictis modis, ſed præterea &c.

b ¶*Liberi*. Generale nomen eſt ad omnes inferiores: vt j. ti. ij. §. fi.

c ¶*Procedebat*. id eſt, ea demũ ad effectũ perducebatur. Accur.

d ¶*Per imaginarias*. i. fictitias. ſic & ff. de regu. iur. l. imaginaria. nã pater vẽdebat filium pro vno nummo forte: & emptor eũ manumittebat vt hic. & ff. de cap. minu. l. liberos. §. j. & C. eo. l. ij. j reſpõ. & facit ad hoc j de teſta. §. j. & propter hoc dicebatur filius capite minui. Sed cum hodie talia nõ fiant, vt ſequitur: nunquid dicitur capite minui? Reſpõ. ſic: quia ſtatum ſuum mutat ad minus: vt j. de cap. di. j. reſpon. & §. minima.

e ¶*Ex imperiali reſcripto*. & hoc modo etiam ſine venditione fiebat vt puto.

ADD. *Et erat ratio, ſecundum Angel. hic, quia fruſtra pre ?? imploratur, quod datur à iure. l. 1. in glo. fi. ff. ad municip.*

f ¶*Per conſtitutionem*. vt C. de emancip. lib. in fine.

g ¶*Fictione*. alias functione, id eſt, vſu. alias factione.

ADD. *Quæ fictio non debet deduci in genere: puta quod contractus ſit ſimulatus, ſed in ſpecie. & qualiter præſumatur, vel probetur per teſtes. vide per Angel. hic.*

h ¶*Exploſa*. id eſt, expulſa. ſic j. de fideicom. hæred. §. ſed quia ſtipulationes.

i ¶*Recta via*. vel indirecta: non euro. vel dic, id eſt, recto iure.

k ¶*Vel magiſtratus*. quoſlibet etiam ſi non habẽt merum imperiũ vel mixtum: vt in authen. de defen. ci. §. iuſiurandum. verſic. & quicquid aliud. & ibi gl. coll. iij. & etiã extraordinarios: vt duo Bononien. coram iudice Mutin. vt ff. de manu. vind. l. etiam. §. fi. & C. de iu. l. vlti. alias pe.

l ¶*Intrent*. ſi iudex eſt in domo, idem vbicunque ſit, dũmodo non ſit in loco turpi: vt ff. de iuſtit. & iu. l. pen. ff. de arbit. l. ſi cũ dies. §. pen.

m ¶*Sua manu*. id eſt, debet eam pere eum per manum, & relaxare eum per verba ad hoc idonea. Vel dic manu, id eſt, poteſtate. nam quandoque & non capta manu emancipantur: vt C. de emancip. lib. l. penult. Accurſius.

n ¶*Et tunc*. id eſt, ex tũc. nam prius occupabat pater omnia iure peculij: vt j. qui. non eſt permiſ. face. teſta. §. j. & eſt ſimile tunc. ff. de condi. & demon. l. iiij. in fi. & ſi cer. peta. l. lecta. circa prin. ibi tũc eo amplius, & in glo. tunc. & ff. de vul. ſubſt. l. in pupillari. §. j.

o ¶*Ex edicto*. ſcilicet poſito. ff. ſi à parẽ quis ſue ma. l. j. in fi. j. reſpon.

p ¶*In bonis*. acquirendis vel acquiſitis vel à patre ſibi nunc collatis.

q ¶*Manumiſſus*. id eſt, emancipatus improprie enim ponitur: vt ff. quando act. de pecu. eſt anna. l. j. § alienario.

r ¶*Patrono*. patronus autem ſuccedit liberto in totum ab inteſtato, filiis non extantibus: ex teſtamento, in tertia parte. *Patronus qualiter ſuccedit liberto.*

ex manumiſsione[a] tutelam eius nanciſcitur[b].

¶*Habens filium, & ex eo nepotem in poteſtate, poteſt vnum ex eis, vel ambos emancipare. Are.*

¶Admonendi autem ſumus, liberum arbitrium eſſe[c] ei, qui filium & ex eo nepotem, vel neptem in poteſtate habebit[d]: filium quidem de poteſtate dimittere: nepotem verò vel neptem retinere. & econuerſo, filium quidem in poteſtate retinere: nepotem verò, vel neptem manumittere[e], vel omnes[f] ſui iuris efficere. Eadem & de pronepote, & peonepte dicta eſſe intelligantur.

¶*Adoptatus ab aſcendente (ſi præſes adoptioni non contradicat) à patris naturalis ſoluitur poteſtate, & in adoptantis poteſtatem tranſit.*

¶Sed & ſi pater filium, quem in poteſtate habet, auo, vel proauo naturali ſecundum noſtras con-

Patronus qualiter ſuccedit liberto.

bonorum liberti: libetis exiſtentibus, in nihilum: licet olim eſſet aliter: vt. ℐ. de ſucceſſ. libe. §. j. & ij. &. §. ſed noſtra. Sic erit hic in patre. Sed hæc ſimilitudo interdum fallit: nã interdum habet totũ pater, vt ſi filius turpem perſonam inſtituit hæredem: vt. ff. ſi à patr. quis fuer. manumiſſ. l. Pantonius. in principio. Interdũ nihil ex ſucceſsione vel alio modo: vt in ſex caſibus, ſcilicet, quando pretium emancipationis accepit pater à filio. Item quando filius eſt miles, & habet caſtrenſia: vt. ff. ſi à pat. quis fuer. manu. l. j. §. ſi parens. &. §. eſt & alius. &. ff. de milit. teſta. l. ſi à milite. §. fin. l. ſequen. Item filiis aliis patris licet hæredibus, nõ datur. vt. ff. ſi à pa. quis fue. manu. l. j. §. fi. ſecus eſt in filiis patroni. Item quando emancipauit coactus, vt. ff. ſi à pa. quis fue. manu. l. j. §. fi. Item Caluiſiana non ita patri vt patrono datur: vt. ff. ſi à pa. quis fue. ma. l. j §. ſi parens. &. l. non vſq;. Item nec operas à filio vt à liberto patronus habet, vel poteſt habere: vt. ff. ſi à pa. quis fuer. ma. l. pen. licet hæc prædicta ſpecialia in patrono vera non ſint. vt colligitur ex generali capite illius tituli, ſi à pa. quis fue. ma. l. j. j. ſi. & ij. & in ſpecialibus caſibus, qui in illo titulo ponuntur, vt dictum eſt. Sed ſecundum hoc ſemper videtur pater amittere: cum ſemper præmium emancipationis habeat hodie: vt. ℐ. per quas perſo. nob. acquir. §. hoc quoq;. & C. de bo. quæ lib. l. cum oportet. §. pen. Sed dic iſtud legale, nõ conuentionale præmium eſſe: & ideo licitum. nec puniendum: vt. C. de admi. tut. l. ſancimus. creationem ibi. non enim debet. &. C. ad. l. Iul. de adult. l. Gracchus. verſ. quòd legitime.

Pater quibus caſib⁹ ſuccedit filio. & quibus non.

Actio Caluiſiana.

A D D. *Dic, quod de conſuetudine aliter obſeruatur: quia pater in emancipatione donat aliquid filio, ſecundum Angel. & Ia. hic.*

a ¶*Ex manumiſsione*, id eſt, emancipatione.

b ¶*Nanciſcitur.* cõcordat huic verbo. ℐ. de legi. pat. tut. & ℐ. de fid. tu. in princ.

¶*Admonendi.* C A S V S. Dicit Iuſti. in hoc. §. quod ſi parens filium, & ex eo nepotem, vel neptem in poteſtate retinuerit, vel econuerſo, liberum erit arbitrium ei, à nexibus ſuæ poteſtatis nepotem vel neptem dimittere, & filium in ſua poteſtate retinere: vel in ſuo arbitrio erit omnes ſimul ſui iuris efficere.

c ¶*Liberum arbitrium eſſe.* niſi in caſibus: vt. ℐ. co. ſn ſi. dicemus. & facit ad hũc. §. ff. de adop. l. liberum.

d ¶*Habet.* vt ſ. de pa. po. §. qui igitur.

e ¶*Manumittere.* i. emancipare.

A D D. *Manumittere hic dixit generali verbo vtens non proprio, quod eſt emancipare. E.B.*

f ¶*Vel omnes.* repete, liberum eſſe.

¶*Sed & ſi pater.* C A S V S. Domine, iam vidi plures modos, quibus tollitur pat. po. nunquid adhuc pluribus modis tolli poterit? Rñ. quod ſic. nam per tranſlationem poteſtatis tollitur patria poteſtas quantum ad ipſum, quem poſt in poteſtate habuit pater. Si enim pater, filium ſuum, quem in poteſtate habet auo filij ſui, vel proauo paterno, vel materno, ſecundum tenorem noſtrarum conſtitutionum in adoptionem dederit, & hoc ipſum coram iudice competẽte actis interuenientibus manifeſtauerit, præſente filio, qui in adoptionem datur. & non contradicente huiuſmodi adoptioni, & etiam eo præſente, cui in adoptionẽ datur: in hoc caſu quia in vnã perſonã concurrunt & naturalia, & adoptionis iura: ius poteſtatis naturalis patris omnino diſſoluitur, & in huiuſmodi patrem adoptiuũ transfertur: in cuius perſona cõſtituimus adoptionem pleniſsimam eſſe, quãdo ea quæ diximus, cõcurrunt. Et hæc vſq; ad illum. §. illud autem. Fran.

ſtitutiones[a] ſuper his habitas, in adoptionem dederit: id eſt, ſi hoc ipſum actis interuenientibus apud competentem iudicem manifeſtauerit, præſente eo[b], qui adoptatur, & non contradicente[c]: necnon eo præſente, qui adoptat: ſoluitur quidem ius poteſtatis patris naturalis: tranſit[d] autem in huiuſmodi parentem adoptiuum, in cuius perſona, & adoptionẽ eſſe pleniſsimam antea diximus[e].

¶ *Conceptus prius, quàm pater emanciparetur, aut cuipiam aſcendentium in adoptionem daretur, in auita remanet poteſtate: non ita ſi poſtea cõceptus ſit.*

¶ Illud autẽ ſcire oportet: quòd ſi nurus tua ex filio[f] tuo conceperit, & filiũ poſtea ẽmãcipaueris, vel in adoptionem dederis prægnãte nuru tua: nihilominus, quod ex ea naſcitur[g], in poteſtate tua naſcitur. Quòd ſi poſt emancipationem, vel adoptionẽ conceptus fuerit: patris ſui emancipati, vel aui adoptiui poteſtati ſubiicitur.

¶ *Pater non cogitur inuitus emancipare filium, niſi ex cauſa.*

¶ Et quidem[h] neq; naturales[i] liberi, neque adoptiui vllo penè[k] modo poſſunt cogere parentes de poteſtate ſua eos dimittere.

a ¶ *Conſtitutiones.* vt.C.de adop.l.cum in adoptiuis.&.ſ.de adop.§.ſed hodie. &.§.ſi vero.

b ¶ *Præſente eo.* niſi ſit infans: vt.C.de eman.lib.l.pe.

c ¶ *Non contradicente.* Not.patientiam conſenſui comparari.ſic qui tacet. affirmat. ſic ff.de pigno. l. fideiuſſor.ij. §.pater.in fi.& ff. ſol. ma.l.ij. §.fi. Argu.contra. ff. de ado. l. ij. §. j. & de procur.l.filius famil.§.j.

Tacens affirmat.

ADD. *Sed ibi erubeſcentia tacuit. quo caſu nõ videtur conſenti re, ſecũdum Iaſ. per tex.in.l.pen. ff. de furt. vel pro ſolutione diſtingue vt per Ange. Are. hic.*

d ¶ *Tranſit.* ergo nõ tollitur patria poteſtas, ſed transfertur. Adquid ergo hic caſus in hoc titulo ponitur? Rñd. quia & ſi non tollitur in cõmutabiliter, tollitur tamẽ quo ad primũ. Idem dico in eo, qui iudicatur in poteſtate mea nõ eſſe. nam non efficitur ſui iuris: cũ ſententia nõ faciat ius, Imo remanet in poteſtate: licet quo ad me pro emancipato habeatur: vt.ff. de condi. inde. l. Iulianus in prin.&.l.vlt.

e ¶ *Diximus*: vt.§.ti.j.§.ſi vero.

¶ *Illud autem.* Diuiditur in tres partes. Primo dicit de filiis ante emancipationem patris conceptis. Secundo de conceptis poſtea. Tertio quod filius non poteſt cogere patrem ad emancipandum eum. Secunda ibi, Quod ſi poſt. Tertia ibi, Et quidem. Aretinus.

CASVS. Ponamus, quod aliquis habeat filium in poteſtate. & vxor iſtius filij ex eo conceperit & poſtea eundem filium emancipauerit, vel in adoptionẽ dederit. modo quæritur, vtrum partus ante emancipationem conceptus, & poſtea æditus, naſcatur in poteſtate aui nihilominus? Reſpon. Iuſtinia. quod ſic. ſed ſi poſt emãcipationẽ conceptus fuerit, ſecus erit: quia tũc partus ex ea æditus, in poteſtate parentis emancipati, vel aui adoptiui erit. Et ſciendum, quod in parentum poteſtate exiſtentes nullo modo poſſunt compellere patres eos de ſua poteſtate dimittere. Et hæc vſq; in fi.tit. Franc.de Aret.

¶ *Illud.* Hic. §. tradit duo præcepta: vt.ſ. de adopt.§.ſed hodie.

f ¶ *Ex filio.* ſcilicet, naturali & legitimo. ſecus in legitimo tantum, vt in adoptiuo. nam tunc filio emãcipato, etiam nepos ex eo emancipatus videtur, ſecundum quoſdam: vt.ff. de capit. diminutio.l.liberos. §.emancipato. &.ff.de adoption.l.ſed etiam nepos. Vel melius dic in eo idem, quod in naturali, vt in fine hui' tituli.&.ff. de adoptionib. l.liberum.&.ff.de capt.& poſtli. reuer.l. ſi me tibi. Accurſius.

g ¶ *Ex ea naſcitur.* ſecus in ancilla prægnante manumiſſa vel alienata: vt.ſ. de inge.§.ſufficit.ff.de acqui. rerum domi.l. fina.&.C.de proba.l.matrem.

h ¶ *Et quidem.* hoc eſt ſecundũ præceptũ & repete, ſcire oportet, quod neque &c.

i ¶ *Naturales.* ſubaudi, & legitimi. nam naturales tantum non ſunt in poteſtate: de.ſ.De nupt.§.finali.

k ¶ *Pene.* hic not. talem regulam, quod nullus filius poteſt compellere patrem

vt emácipet eum: quod fallit in quatuor caſibus: & ideo dicit pene, vt ſi pater agnouerit legatum ſibi relictum hac contemplatione, vt liberos emáciparet. nam tunc compellitur extra ordinem emancipare: vt ff de condi. & demõſtra. l. ſi cui legatum. Item ſi Titius adoptauit [illegible] ſuum, compellitur emancipare eum eo pubere facto, ſi probauerit ſibi non expedire eſſe in poteſtate: vt ff. de adop. l. nonnunquam. & l. ſequen. Item in quolibet adoptiuo: vt ff. de minori. l. iij. §. ſi quis minor. Item ſi filiæ peccandi neceſſitatem imponat: vt C. de epiſco. aud. l. ſi lenones. Item ſi filium male & contra pietatem affecerit: vt ff. ſi à pa. quis ſuc. ma. l. fina. Item econtra filius non poteſt compelli: vt emancipetur: vt in authen. quibus modis nat. effic. ſui. §. generaliter. col. vij.

TITVL. XIII.

DE TVTELIS.

¶ Ponit triplicem ſpeciem perſonarum. Et cognito vno de contrariis, cognoſcitur & reliquum. hoc dicit Aretinus.

TRanſeamus nunc ad aliam[a] diuiſionem perſonarum. Nam ex his[b] perſonis, quæ in poteſtate non ſunt[c], quædam vel in tutela ſunt, vel in curatione: quædam neutro[d] iure tenentur. Videamus ergo de his, quę in tutela, vel in curatione ſunt. ita enim[e] intelligemus cæteras perſonas, quæ neutro iure tenentur. Ac prius diſpiciamus de his, quæ in tutela ſunt[f].

¶ Illud ex tutelæ finitione nota, tutorem primariè perſonæ tuẽdæ cauſa datum, ſecundariò bonorum.

¶ Eſt autem tutela

DE TVTELIS.

¶ Imperator intermiſſum diuiſionis membrum reſumit, & diſpertitum perſequitur ad finem huius libri.

T*Ranſeamus nunc.* Iſte titulus diuiditur in quatuor partes. Primò ſubdiuidit primum membrum perſonarum poſitum. ſ. titu. de his qui ſunt ſui vel alieni iur. Secundò definit, quid ſit tutela. Tertiò qui ſunt tutores, & vnde dicantur. Quartò qui ſunt illi qui poſſunt tutores ex teſtamento dare. Secunda ibi, Eſt autem. Tertia ibi. Tutores. Quarta ibi Permiſſum. Aretinus.

CASVS. Iuſtinianus dicit hic continuando proceſſum ſuum. Nunc tranſeamus ad aliam diuiſionem perſonarũ. Ex his perſonis, quæ in poteſtate non ſunt quædam ſunt in tutela, vel in cura: quædam neutro iure tenentur. vnde videamus de illis perſonis, quæ ſunt in tutela vel cura, Nam cognitis illis perſonis, quę ſunt in tutela vel cura: cæteras quoque perſonas, illas videlicet quæ neutro iure tenentur, ſimul intelligemus. Prius enim inſpiciamus de illis perſonis quę ſunt in tutela. & hæc dicuntur vſque ad illum §. eſt autem tutela. Franciſcus.

a ¶ *Ad aliam.* nam diximus duas: vt ſ. de iur. perſon. in prin. & ſ. de his qui ſui vel alieni iuris ſũt. in princ.

b ¶ *Ex his.* Nota ergo, quod hic ſubdiuidit illud membrũ: quædam ſui iuris ſunt: quod eſt oppoſitum illi, quædam alieno iuri ſubiectæ ſunt: vt ſupra, de his qui ſui vel alieni iuris ſunt.

c ¶ *Non ſunt.* qui ergo in tutela vel cura ſunt, ſui iuris ſunt. Filiusfamilias ergo nõ poteſt habere tutorem vel curatorem: vt hic, & C. de cura. furio. l. fi. in princi. Sed contra. C. de ſenten. paſ. l. fi. §. j. quia filius eius, qui eſt apud hoſtes, eſt in tutela: & tamen non eſt ſui iuris: vt ſupra titu. j. §. ſi ab hoſtibus ſed ibi vere non erat in poteſtate, cũ pater deportatus eſſet, vt diximus ſ. tit. j. §. cum autem.

d ¶ *Neutro.* nec tutela nec cura.

e ¶ *Ita enim.* quia contrariorum eadem eſt diſciplina, vt hic, & ſ. de his qui ſui vel alieni iuris ſunt. in princip.

f ¶ *In tutela ſunt.* de aliis dicetur. j de cura.

¶ *Eſt autem.* *CASVS.* Domine, iam video quod vultis de illis tractare, qui ſunt in tutela. Dicatis ergo ſi placet, quid eſt tutela? Reſpon. Iuſtinianus definiendo tutelam. Tutela (prout Seruius iuriſconſultus definit) eſt vis ac poteſtas, &c. Et definitionis partes in caſu mutari non poſſunt. & hoc vſque ad illum §. tutores autẽ ſunt, &c. Sed domine, iam video quid eſt tutela: dicatis ergo qui ſunt tutores? Ad hoc reſpond. Iuſtinian. quod tutores ſunt, qui eam vim & poteſtatem acceperunt ex qua vi & poteſtate nomen ſuum acceperunt, Nam dicuntur tutores à tuendo, quaſi tuitores, id eſt, defenſores: ſicut ædi-

ſicut æditui dic[ntur], qui ædes tuentur. Et hæc vſque a[d] ilium §.permiſſum.

a ¶ *Seruius.* nomen eſt iuriſconſulti. & facit ad hunc §.ff.eodem l.j

b ¶ *Vis ac poteſtas.* id eſt, violenta poteſtas nam datur tutor inuitus: cum enim ſit munus publicum: vt infra, de excu. tuto. & cura. in principio. ibi: exemplo exterorū munerum, ergo inuitus datur: vt C. de decur. l. nullus. libro x. Item inuito datur: vt ff. de tut & curat. da. ab his. l. necnon. & ff. de tute. l ij. Vnde patet. quod hic eſt alia poteſtas, quam patris in filium, & domini in ſeruū: cum illa ad commodum ſit: vt infra, per quas perſo. not. acquir. §. j. & ſ. de his qui ſui vel alieni iuris ſunt §. ij. hæc vero ad onus. tenetur enim de dolo & lata culpa: vt C. arbi. tut. l ij. Item per hoc quod datur inuito. differt à curatore, qui volenti datur: vt ī. de cura §. item inuiti. & ff. eo. l. iij. §. ſi pupillus. Vel dic, vis ad cogendum, poteſtas ad imperandum.

A D D. *Dic quod Vis poſitum eſt. pro Ius: vt Theoph. oſtendit, qui vertit* τὸ δίκαιον.

c ¶ *Libero.* nam niſi ſit liber pupillus, nō poteſt habere tutorem, cum ſi ſeruus ſit, non ſit ſui iuris· quod eſt neceſſe: vt ſ. eo. in prin. Item & ſi dubius eſt, poteſt habere tutorē: vt ff. de tut. & cur. da. ab his l. ei qui. Eſt tamē caſus vbi ſeruo datur tutor: vt ff. de tut. & cu. da. ab his. l. ſi impuberi. j. reſp. cui tamē legi ſignatur contra ff. ad Treb. l. ſi res aliena. §. [.] ferunt. & l. cogi §. fina. & his duabus eſt alia contra ff. eo. tit. l. mulier. §. non eſt. Quæ legum contrarietas ita ſoluitur, cum libertas fideicommiſſaria & hæreditas relinquitur ab eodem præſtanda: poterit ſeruus cogere, vt inſtitutus hæreditatem adeat, & tunc datur etiam ſeruo tutor. vbi vero ab vno hæreditas, & ab alio libertas relicta eſt: non poteſt niſi prius præſtita ei libertate. tunc enim coget alium hæredem hereditatem adire, & ſibi reſtituere, ſecundum Ioan.

Tutor quãdoq; ſeruo datur.

d ¶ *Ad tuendum.* per hoc etiam remouet patriam poteſtatem, quæ non eſt ad tuendum, ſed ad gubernandū prout vult. & ſibi acquirendum

e ¶ *Per ætatem.* ad differentiam curatorum, qui dantur furioſis, & mente captis, qui propter morbum ſe defendere nō poſſunt: vt ī. de cur. §. furioſi.

(vt Seruius[a] definiuit) vis ac poteſtas[b] in capite libero[c], ad tuendū[d] eum, qui propter ætatem[e] ſe ipſe defendere nequit, iure ciuili[f] data[g] ac permiſſa.

¶ *Ille eſt tutor, in quem cadit definitio tutelæ. Aretinus.*

¶ Tutores autem ſunt, qui eam vim[h] ac poteſtatem habent: exq; re ipſa[i] nomen acceperūt. Itaque appellantur Tutores, quaſi tuitores atque defenſores[k]: ſicut AEditui dicuntur, qui ædes[l] tuentur.

¶ *Conceſſum eſt patri, impuberibus filiis, quos in poteſtate habet, teſtamento tutorem dare. Itē nepotibus, modo eo mortuo non ſint in eorum patris recaſuri poteſtatem.*

f ¶ *Iure ciuili.* Nota tutelam eſſe de iure ciuili, licet omnes fere cōtractus ſint de iure gentium: vt ſ. de iure nat. §. ius autem.

g ¶ *Data.* ſcilicet à lege vel iudice: permiſſa vero à teſtatore dicitur: vt ī. eod. §. permiſſit. Vel dic, data perſonæ principaliter permiſſa, ſecūdario rebus: vt ī. tit. j. §. certe. & ī. de excu. tuto. §. datus.

h ¶ *Eam vim.* quæ eſt dicta ſ. proxi. §.

i ¶ *Exque re ipſa.* i. vi & poteſtate.

k ¶ *Defenſores.* & ſecundum hoc etiam curatores ſunt tutores: ſecundum Ioan. & plerunque ſic appellantur: vt ff. de leg. iij. l. cum filio. §. j. & ff. de mino. l. j. §. ij.

A D D. *Hanc gloſ. probat Iaſ. quia licet allu ſio vocabuli cōueniat, non tamen procedit: quia repugnat diffinitio: vt not. Bart. in. l. t. de teſt.*

l ¶ *Qui ædes.* vt eſt præfectus vigilum, & qui cum eo de nocte vadunt: vt ff. de offic. præf. vigil. l. iij. § ſciendum.

A D. *Imò dic quòd iis demādata erat cura adi[tu]ū ſacrarū, quas tuebātur. l. 3. ff. de tab. ex h[...].*

¶ *Permiſſum eſt.* Diuiditur in tres partes. Primo ponit dictum in genere. Secundo illud modificat. Tertio modificationem exemplificat. Secunda ibi, Nepotibus. Tertia ibi, Itaque. Aretinus.

CASVS. Domine, ex quo vultis tractare de tutelis, & teſtamentaria tutela, quæ dignior eſt: dicatis ergo in primis, qui poſſunt dare tutores in teſtamento, & quibus? Ad hoc reſpondeo. Amice, permiſſum eſt parentibus, qui liberos tempore mortis in poteſtate habent, liberis ſuis impuberibus in teſtamento ſuo dare tutores. & hoc in filiis, & filiabus generaliter locum obtinet: ſed ſecus eſt in nepotibus, & neptibus, & exteris liberis in remotiori gradu conſtitutis. Nepotibus enim & neptibus ita demum poſſunt parentes in teſtamento ſuo tutores dare, ſi poſt obitum eorum huiuſmodi nepotes

¶ Permiſſum eſt itaque[a] parentibus, liberis impuberibus[b], quos in poteſtate[c] habent, teſtamento[d] tutores[e] dare: & hoc in filios, filiáſque procedit omnimodo. Nepotibus verò, neptibúſque ita demum parentes poſſunt teſtamento tutores dare, ſi poſt mortem eorum, in poteſtatem patris ſui non ſunt recaſuri. Itaque ſi filius tuus mortis tuæ tempore in poteſtate tua ſit[f]: nepotes ex eo non poterunt[g] ex teſtamento tuo tutores[h] habere, quanuis in poteſtate tua fuerint: ſcilicet quia mortuo te, in patris ſui poteſtatem recaſuri ſunt.

¶ *Poſthumo quoque (qui ſi viuo patre natus eſſet, in eius poteſtate futurus fuiſſet) teſtamento tutor dari poteſt.*

¶ Cùm autem in compluribus[i] aliis cauſis poſthumi pro iam natis habeantur: & in hac cauſa placuit, non minus poſthumis, quàm iam natis teſtamento tutores dari poſſe: ſi modo in ea cauſa ſint: vt ſi viuis parentibus naſcerentur, ſui hæredes, & in poteſtate eorum fierent[k].

¶ *Emancipato tutor inutiliter teſtamento datur: datus tamen etiam ſine inquiſitione à iudice confirmandus eſt.*

¶ Sed & ſi emancipato filio tutor à patre datus fuerit teſtamẽto: cõfirmãdus[l] eſt ex ſentẽtia præſidis omnimodo.

in patris ſui poteſtatẽ recaſuri non ſunt. vnde ſi in tempore mortis me filium tuum, & ex me nepotes & neptes in poteſtate tua habeas, nepotes & neptes in teſtamento tuo tutores accipere non poterũt: licet in poteſtate fuerint: quia ſtatim poſt mortem tuam in poteſtatem patris ſui ſunt recaſuri.

a ¶ *Permiſſum eſt itaque.* quia quædam generaliter vidim⁹ de tutelis: & omnis tutela eſt vel teſtamentaria, vel legitima, vel datiua: itaq; prius de teſtamentaria, vtpote de digniore videamus in hoc titulo, & ſequenti. De legitima autem dicetur ĩ. de leg. agna. tu. vſq; ad tit. de Atti. tu. de datiua dicetur ĩ de Atti. tu. per totum.

b ¶ *Impuberibus.* etiam inuitis: vt ff. de tu. l. muto. hoc etiam prætori & præſidi licet: vt ff. de tu. & curat. dat ab his. l. necnõ. & l. nec mandante. §. fin.

c ¶ *In poteſtate.* naturalibus etiam dare poſſunt in iis, quę ſibi relinquuntur: vt C. de cõfir. tu. l. fina.

d ¶ *Teſtamento.* vel codicilis teſtamento confirmatis: vt ff. de teſta. tute. l. iij.

e ¶ *Tutores.* ſed non curatores: vt ĩ. de cura. in princ.

f ¶ *Tua ſit.* & nunquam exiuit, alioquin non recidit: vt ff. de adopt. l. ſi pater filiũ. & de hoc dixi. ſ. tit. j. §.

g ¶ *Non poterunt.* licet miles ſit teſtator: vt ff. de teſta. tut. l. ij.

h ¶ *Tutores.* ſi autem filius vel emancipatus eſt vel mortuus: tunc nepotes ex eo ſunt ſui iuris mortuo auo: vt ſupra titu. j. §. j. in fi. vnde ex teſtamento aui poſſunt habere tutorem, vt hic innuitur.

i ¶ *In compluribus.* vt quoties de commodo eorũ quæritur: vt ff. de ſta. ho. l. qui in vtero. non ſi de commodo aliorum: vt ff. de verb. ſignific. l. quod dicimus. vel ſi de incõmodo matris: vt ff. de ſta. ho. l. Imperator. ij. quo caſu nõ habetur pro iam nato:

k ¶ *Fierent.* vt quia ex vxore naſciturus erat vel nuru: aliud ſi ex concubina, niſi in his quæ ſibi dimitteret: vt C. de confir. tu. l. fina. tales enim tunc nõ naſcerentur in poteſtate. ſupra de nupt. §. fin.

¶ *Sed & ſi emancipato.* CASVS. Domine iam video, quod permiſſum eſt parentib⁹ liberis ſuis impuberib⁹ in ſua poteſtate exiſtentibus in teſtamẽto ſuo dare tutores. ſed pone, quod pater in teſtamento filio emancipato dederit tutorem: nunquid valet in caſu iſto tutoris datio? Reſpon. quod nõ: ſed tamen licet in caſu iſto de iure non teneat tutoris datio: ſi tamen de facto pater in teſtamento ſuo filio emancipato tutorem dederit: iſte tutor à patre de facto datus, ex præſidis ſententia cõfirmandus eſt omnimodo, id eſt, ſine inquiſitione. Et hæc dicuntur vſque in fi. tit. Franciſcus.

l ¶ *Confirmandus.* non ergo valebat datio per ſe: cum non eſſet in poteſtate: vt ſupra eod. §. permiſſum. Sed nunquid hic tutor confirmatus dicitur teſtamentarius? quod

Tutor con-

rius? quod ſi eſſet, præferretur legitimo: vt j.tit.ij. in princ.an datiuus? quod poteſt admitti, & facit pro hoc.ff. de verb. ſignific.l.lege.& in authen. de defen.ci.§. ſi de cætero.colla.iij.ita legitimus tutor huic præfertur: vt j.de Atti.tu.in prin.& ideo gloſſauit, id eſt, ſine inquiſitione: nō quod vellet eū confirmari, ſi alius eſſet legitimus: ſed quia non quæritur an ſit locuples, vel nō. Sed ar.contra. ff. de cur. fu.l. ſi furioſo puberi.

do, id eſt, ſine inquiſitione [a].

TITV. XIIII.

QVI TESTAMENTO tutores dari poſſunt.

¶*Filiusfamilias etiam tutor teſtamento rectè datur. Item proprius ſeruus cum libertate expreſſim adſcripta, aut tacitè, pupillorū fauore.*

DAri autem tutor poteſt teſtamento, nō ſolum paterfamilias[b], ſed etiam filiusfamilias[c]. Sed

a ¶*Sine inquiſitione.* i.quia nō ſatiſdat.ſ.rem pupilli ſaluam fore. Item locuples ſit, vel non. hoc enim non quæritur: vt ff.de confir. tut.l.j.Sed aliud in matre dāte tutorem filio. ibi enim & ſi non ſatiſdetur, tamen cum inquiſitione datur: vt d.l.dicitur.& C.de confir.tut.l.j.Sed quare diuerſum in matre dante tutorem? Reſpon.in memoriam præcedentis poteſtatis: vt ff. de quæſt.l. vnius §. ſeruus primo. & ff. qui pe.tuto.l.fi.facit ad hoc j.de ſatiſd.tuto. & curat.in princ. & ff.de libe.agno.l.j.§. Iulianus.& C.de epiſco.audien.l.de creationibus. Sed argumentum contra.ff. de in lit.iuran.l.videamus.

QVI TESTAMENTO tutores dari poſſunt.

¶*Dictum eſt ſuprà in §. permiſſum.tit.1.quibus dantur tutores. Reſtat videre qui poſſunt dari tutores.ideo ad hoc videndum ponitur hic titulus. Aretinus.*

D*Ari autem.* Totus iſte titulus diuiditur in quinque partes. Primò qui poſſunt tutores dari. Secundò quomodo ſeruus alienus poteſt in teſtamento tutor dari. Tertiò quando furioſus vel minor tutor datur. Quartò quando ad certum tempus, vel ſub conditione, vel certæ rei datur. Quintò quando filiis vel filiabus datur: quibus eius videatur. Secunda ibi, Seruus autem. Tertia ibi, Furioſus. Quarta ibi, Ad certum tempus. Quinta ibi, Si quis filiabus. Et hoc principium ſubdiuiditur in quatuor partes, Primò quod paterfamilias & filiusfamilias poteſt tutor dari. Secundò quando ſeruus proprius datur cum libertate. Tertiò quod ſi ſine libertate, tunc tacite videtur ſibi data libertas. Quartò quando credebatur liber. partes de ſe patent.

CASVS. Domine, iam volumus tractare qui poſſunt tut.da.in teſtamento. Ad hoc reſpondet Imperator: Amice, tutor in teſtamento dari poteſt non ſolum paterfamilias, ſed etiam filiusfamilias, & non ſolum liberi homines in teſtamento tutores dari poſſūt, ſed etiam ſerui. Nam quis ſeruum proprium in teſtamento ſuo cū libertate tutorem dare poteſt, & non ſolum ſi libertatem expreſſerit, tenebit tutoris datio: ſed etiam ſi proprium ſeruum ſine libertate in teſtamento tutorem dederit. Ex ipſa enim datione tutelæ ipſe ſeruus videtur directam libertatem accepiſſe: & per hoc adminiſtrationem conſequitur. & hoc verum eſt, quando teſtator qui dedit eum in tutorem, ſerui conditionem non ignorauit. Nam ſi per errorem quaſi liberum eum dedit, aliud erit dicendum: quia in eo caſu nec liber, nec tutor erit. Et hæc vera ſunt in proprio ſeruo. Sed ſi ſeruus alienus pure in teſtamento datus tutor fuerit, cum liber erit: puta teſtator ita dixit, Stichum ſeruum Petri cum liber erit, tutorem do: vtiliter datus videtur. & hoc eſt verum in ſeruo alieno. Sed ſi proprium ſeruum eo modo dederit tutorem, videlicet cum adiectione, cum liber erit, inutiliter dediſſe intelligitur. Franciſcus.

ADDITIO. *Vlpianus in titu.titulo vndecimo. Teſtamento, inquit, nominatim tutores dati, confirmantur lege duodec. tabul. his verbis, Vti legaßit ſuper pecunia, tutelâve ſua rei, ita ius eſto.*

b ¶*Paterfamilias.* niſi ſit mutus vel ſurdus: quia tutor & loqui & audire debet: vt ff.de tut.l.j.§.penul.& §.fin.

ADD. *Et ideo taciturnitas ſeu patientia tutoris non haberetur pro authoritate: vt not.glo. in l. 3. ff. de authorit. tutor. poſſet tamen eſſe procurator ad negotia, ſed non curator: vt per Angel.& alios hic.*

c ¶*Filiusfamilias.* cum enim tutela ſit ius publicum: vt j. de excu.tut.in princ. non curatur ius pat.po.vt ff.ad Treb.l.nā q j.reſp.ff.de his qui ſui vel alie.iu.ſunt. l.filiusfamilias.quo caſu pater de peculio tenetur, niſi agnoſcat tunc enim, ſcilicet

quando agnouit, inſolidum: vt ff. de tu.l. ſi filius. & ff. de admi.tu.l. Lucius Titius.

& ſeruus proprius teſtamento[a] cum libertate rectè tutor dari poteſt. Sed ſciendum eſt, cum & ſine libertate[b] tutorem datum, tacitè libertatem directam[c] accepiſſe videri, & per hoc rectè tutorem eſſe. Planè ſi per errorē quaſi liber tutor datus ſit[d]: aliud dicendum eſt[e].

¶ *Alien⁹ ſeruus ſub conditione libertatis futuræ tutor in teſtamento creari poteſt: proprius autem ſub cōditione prædicta tutor inutiliter datur.*

¶ Seruus autem alienus purè inutiliter[f] teſtamento datur[g] tutor: ſed ita, cùm liber erit, vtiliter datur. Proprius autem ſeruus inutiliter eo modo[h] tutor datur.

¶ *Tutor inhabilis ceſſāte impedimēto, tutor efficaciter erit.*

¶ Furioſus, vel minor vigintiquinque annis tutor teſtamento datus, tutor tunc erit, cùm compos[i] mentis, aut maior vigintiquinque annis fuerit factus.

¶ *Ad certum tempus, ex certo tempore, vel ſub conditione, & ante hæredis inſtitutionem tutor dari poteſt. ſecus autem ad rem certam, vel cauſam. Aret.*

¶ Ad certum tempus[k], vel ex certo[l] tempore, vel ſub conditione, vel ante hæredis[m] inſtitutionem poſſe dari[n] tutorem non

a ¶ *Teſtamento.* ſed à præſide tutor dari non poteſt ſeruus: vt C. qui dari tut. poſ. l. in ſeruili.

b ¶ *Et ſine libertate.* Non expreſſo hoc, quòd ſine libertate det, ſed omiſit libertatis dationē: vt ſ. qui ma. nō poſ. §. licet in fin. & C. de neceſſ. ſer. l. quidam. §. illo. Accurſius.

c ¶ *Directam.* imo videt quod fideicommiſſariam: vt C. de fideicom. li. l. & ſi non adſcripta contra. Sed certe hic teſtamento: vt hoc ſit ibi alia voluntate putà codicillis vel per epiſtolam. Vel dic. quod ibi alienū credebat hic ſuum ſciebat. Itē alia ratione nō videtur valere datio: quia ille ſolus datur tutor qui teſtamenti habet factionē: vt ff. de teſt. tu. l. teſtamēto tutores. reſpō. illud intellige in paſſiua ſignificatione: in qua etiam ſeruus dicitur habere teſtamenti factionē: vt ſ de hæredum qual. & diſ. §. teſtamenti.

d ¶ *Datus ſit.* ſcilicet proprius ſeruus, licet hoc non ſit veriſimile: vt C. de reſcind. vend. l. quiſquis. ſed forte ex cauſa hæreditaria nouiter habebat: vt ff. de reg. iu. l. qui ī alieni⁹. & ſ. de vſuc. § quod aūt.

e ¶ *Dicendum eſt.* ſ. vt neque liber, neq; tutor ſit. idem multo magis in alieno: vt ff. de fideicom lib. l. generaliter. §. ſi quis tutorem & ff. de teſta. tu. l. ſi quis tutorē.

f ¶ *Inutiliter.* ſcilicet vt ſtatim ſit: ſed cum liber erit.

g ¶ *Datur.* quia directo non erit liber, ſed per fideicommiſſum: vt ff. de teſt. tute. l. ſi hæreditas. §. ſi. & C. de fideicō. lib. l. & ſi non adſcripta.

h ¶ *Eo modo.* ſcilicet cum liber erit. nam non erit tutor. inutilis enim dicitur etiā ſtipulatio propter inutilem adiectionem: vt ff. de ſtip. ſer. l. ſed ſi ſibi, vel aliter inutiliter: quia pro non adiecta habetur: & erit tutor, ac ſi non eſſet adiecta: vt & alias ſ. de hæred. inſti. §. impoſſibilis. vel dic tertio ſecundum P. non erit tutor nunc, ſed conditione extante. hæc non placet: quia ſic non eſſet differentia inter ſuum & alienū, ſed prima verior eſt: vt ff. de reg. iur. l. actus.

ADDI. *Quæ lex procedit etiā in teſtamentaria tutela, quādo ſcilicet conditio eſt prohibita: vt hic. alias ſecus: vt infra prox. §. ſecundum Io. Fa. & alios hic.*

i ¶ *Compos.* ſiue hoc dictum fuerit à teſtatore, ſiue non: vt ff. e. l. ſi hæreditas. §. ſi furioſus. & facit ad hoc. ff. de iudi. l. cum furioſus. j. reſpon.

¶ *Ad certum.* CASVS. Domine, quidam ſub conditione dedit tutorem, nunquid tenet datio in iſto caſu? Reſpon. Impera. quod ſic. Nam ad certum tempus, & ex certo tempore, & ſub conditione, & ante hæredis inſtitutionem tutorem dari poſſe nō dubitatur. Certæ autem rei, vel cauſæ tutor dari nōn poteſt: quia tutor principaliter perſonæ, & non cauſæ vel rei datur. & hoc in ſecunda parte vſque ad illum §. ſi quis filiis. Franciſcus.

k ¶ *Ad certum tempus.* vſq; ad paſcha.

l ¶ *Ex certo.* i. à paſchate in antea: vt ff. de actioni. & obliga. l. obligationum §. j.

m ¶ *Vel ante hæredis.* contra videbatur. ſ. de leg § ante hæredis. Accurſius.

n ¶ *Poſſe dari.* à teſtatore, non à iudice: vt ff. de regu. iur. l. actus. Accurſius.

dubitatur. Certæ autem rei[a] vel cauſæ[b] tutor dari non poteſt: quia perſonæ[c], non cauſæ, vel rei tutor datur.

¶*Filiorum appellatione, poſthumi quoque primi gradus cõtinentur, non etiam vlterioris: liberorum autem appellatio, etiam nepotes cæteróſque deſcendentes includit: poſthumi vero nomen, quoſcunque liberorum gradus complectitur.*

¶Si quis filiabus ſuis vel filiis tutores dederit: etiam poſthumæ vel poſthumo[d] dediſſe videtur: quia filij[e] vel filiæ appellatione, & poſthumus & poſthuma cõtinentur. Quòd ſi nepotes ſint: an appellatione filiorum[*] & ipſis tutores dati ſint? Dicendum eſt, vt & ipſis quoque dati videantur, ſi modò liberos dixerit. Cæterùm ſi filios[f]: non continebuntur[g]. Aliter enim filij, aliter nepotes appellantur[h]. Planè, ſi poſthumis dederit: tam filij poſthumi, q̃ cæteri[i] liberi continebuntur.

a ¶*Certæ autem rei.* ſcilicet Aphricanæ, vel Syriacæ vtiliter datur: vt ff. de teſtamen. tut. l. ſi tamen tutor.
b ¶*Cauſa.* ſcilicet certæ: vt ad rei vendi. ſed videtur contra C. de in lit. dan. tu. l. ad litem. ſed ibi tutor pro curatore ponitur. Item videtur contra ff. de teſtament. tute. l. ſi tamen tutor. ſed ibi vniuerſitati rerum datur, non rei certæ.
c ¶*Perſonæ.* ſ. pupilli principaliter: vt eum inſtruat bonis moribus, & etiá ſalaria præſtet magiſtris eius: vt ff. de adminiſtra. tu. l. cum plures. §. cum tutor. & C. de ali. p̃ſtan. l. fi. ad hoc enim principaliter datur: ſecundario autẽ rebus datur: vt j. de excuſatio. tutorum. §. datus. ſed in curatore econtra, nam principaliter rebus, ſecũdario perſonæ datur: vt C. de nupr. l. in copulandis.
¶*Si quis, &c.* CASVS. Ponamus Titius in teſtamento dedit tutorem liberis ſuis in hunc modũ: Filiis & filiabus meis Mænium tutorem do. & poſtea deceſſit vxore prægnante relicta: deinum procedente tempore peperit poſthumum & poſthumã: numquid in caſu iſto iſtis poſthumis tutor datus videtur? Ad hoc reſp. Imperat. quod ſic. Nam ex quo filiis & filiabus tutorẽ dedit: & poſthumo & poſthumæ intelligitur dediſſe. Filij enim vel filiæ appellatione poſthumus & poſthuma continentur. Sed pone, quod nepotes poſthumi nati ſunt ex vxore filij, quã pater tempore mortis habuit in poteſtate: nunquid huiuſmodi poſthumis nepotibus tutores dari intelliguntur? Reſpõ. Imperat. quod refert, quibus verbis vſus eſt teſtator dando tutorem. Nam ſi teſtator dixit ſic, liberis meis tutorẽ do: tunc non ſolum filiis, ſed etiá nepotibus poſthumis dediſſe intelligitur. Cæterũ ſi pater dando tutorem ita dixit: filiis meis tutorem do, in hoc caſu filiorum appellatione nepotes non cõtinebuntur. Aliter enim nepotes, & aliter filij appellantur. Sed ſi pater ita dixit, poſthumis meis tutorem do. poſthumorum appellatione non ſolum filij poſthumi, ſed etiam cæteri liberi in remotiori gradu naſcituri continebuntur. h. d. vſque ad finẽ. Franciſcus.
d ¶*Poſthumo.* ſcilicet filio.
e ¶*Quia filii.* hæc dictio filij, comprehendit poſthumũ & poſthumam: cum maſculinum poſſit cõcipere fœmininum. ſed hæc dictio filiæ, nõ comprehendit vtrunque: & ſic nec poſthumum, cum fœmininum non concipiat maſculinum: vt ff. de leg. ij. l. ſi ita ſcriptum. in princip. & ff. de leg. iij. qui duos. & l. ſeruis legatis. Item no. quod appellatione natorum, etiam non nati continentur, cum de eorum commodo tractatur: vt ff. de ſta. ho. l. qui in vtero & ſupra titu. j. §. cum autem. & facit ff. de teſt. l. ſi quis ita. §. primo & l. ſi quis filiabus. & l. quod ſi.
f ¶*Si filios.* ſcilicet dixerit.
g ¶*Non continebuntur.* ſcilicet nepotes.
h ¶*Appellantur.* ab omnibus in vſu vel conſuetudine: ſed ſecundum veram ſignificationem verbi (quia filius dicitur à φίλος quod eſt amor) etiam nepos dicitur filius, & etiam quilibet, quem aliquis diligit paterna dilectione: vt ff. de verb. ſignifie. l. liberorum. §. ſed & Papyrius. quæ videtur contra.
i ¶*Cæteri.* etiam nati, ſecundum quoſdam, quòd falſum eſt: vt ff. de verb. ſignific. l. nomen. Dic ergo cæteri, ſcilicet ex filiis naſcituri, qui ſui poſthumi ſunt per leg. Velle. vt ff. de iniuſt. rup. teſt. l. poſthumorum. & infra de exhæred. li. § poſthumi. & ff. de libe. & poſthum. l. Gallus. j. reſpon.

[*] vide in hanc rem. Alcia. li. 3. par. c. 14

Natorum appellatione continẽtur nondũ nati.

Filius vnde dicitur.

DE LEGITIMA AGNAtorum tutela.

¶ Supra duobus titulis præcedentibus dictum eſt de tutela teſtamentaria, hic autem ponitur de tutela legitima, quæ ſequitur teſtamentariam. Angel.

TITVL. XV.

DE LEGItima agnatorum tutela.

¶ Ceſſante teſtamentaria tutela, locus eſt legitimæ: quæ quidem ad proximos defertur agnatos, non etiam ad cognatos. Agnati autem ſunt per virilis ſexus cognationem coniuncti: cognati verò per fœminei ſexus perſonas.

QVibus[a] autem teſtamẽto tutor datus non eſt, his ex lege duodecim tabularum[b] agnati ſunt[c] tutores, qui vocantur legitimi.

¶ Sunt autem agnati cognati per virilis ſexus cognationem coniuncti, quaſi à patre cognati[d]: veluti frater ex eodem patre natus, fratris filius nepóſve ex eo[e]: item patruus[f], & patrui filius, nepóſve ex eo. At qui per fœminini ſexus perſonas cognatione iunguntur, agnati[g] non ſunt: ſed alias naturali iure cognati. Ita-

gnatus e[illegible] fratris filius, & etiam nepos ex eo. Franciſc[illegible] Aret.

A D D. *Vlpianus in Titulis, tit. xi. Tutores, inquit, legitimi ſunt, aut ſenatuſconſultis conſtituti, aut moribus introducti. Legitimi tutores ſunt, qui ex lege aliqua deſcendunt. Per eminentiam autem legitimi tutores dicuntur, qui ex lege duodecim tab. introducũtur, ſeu propalam, quales ſunt Agnati, ſeu per conſequentiã, quales ſunt patroni.*

QVibus autem. Totus iſte tit. diuiditur in quatuor partes. Primò ponit qualiter lex xij. tab. dat agnatos in tutores pupillis, deficientibus tutoribus teſtamentariis. Secũdò qui ſunt agnati, & qui non ſunt. Tertiò, qualiter intelligenda ſunt illa verba poſita hic in principio: videlicet, quibus autem in teſtamento tutor datus non ſit. Quartò qualiter ius agnationis perimitur. Secunda ibi, Sunt autem. Tertia ibi, Quod autem. Quarta ibi, Sed agnationis. Et ſubdiuiditur hoc principium in tres partes: quia primò dicit qualiter deficiente tutela teſtamentaria, vocantur legitimi. Secundò qui ſint agnati. Tertiò qui cognati. Secunda ibi, Sunt autem. Tertia ibi, At qui.

CASVS. Domine, iam video quod vultis tractare de legitim. agnator. dicatis ergo mihi, quando locum habet huiuſmodi tutela? Reſpondit Imperator, quod deficiente teſtamẽtaria tutela, locum habet legitim. agnato. tut. Nam quibus impuberibus liberis tutor in teſtamento à patente datus non fuerit: his ex lege xij. tabul. agnati ſiot tutores: & iſti agnati ex lege xij. tabolar. ad tutelam vocati legitimi tutores appellantur. Sed pone: domine, iam video quando legitima agnat. tute. habet locom, & vnde deſcendit: dicatis modo mihi, qui dicuntur agnati? Reſpondet Imperator, quod agnati ſunt cognati per virilis ſexus cognationẽ eoo iuncti. & dicũtur agnati quaſi à patre cognati: quia ab eodem patre natus, tibi a-

a ¶ *Quibus.* ſ. pupillis.

b ¶ *Duodecim tabularũ.* quos ipſa lex vocat verbis & ſententia: & niſi gerant, eorum periculo agitur: vt ff. eod. l. legitimos. aliàs autem quandoqoe ex ſentẽtia legis dantur: noo ex verbis: vt j. tit. ij. & iij.

A D D. *Qui facto inuentario & præſtito iuramento de vtilibus faciendis, & prætermittendis inutilibus: promittendo etiam expreſſe ipſum pupillum defendere & ſatiſdare rem pupilli ſaluam fore: non ante adminiſtrabunt, quam ſibi per iudicem adminiſtratio decernatur. leg. 3. §. fina. ff. de adminiſtrat. tuto. Angel.*

c ¶ *Agnati ſunt.* ſi ſint maiores xxv. an. vt j. de fidu. tut. in fin. & [illegible] lxx. ann. alias excuſantur: vt infra de excu. tut. §. item maior.

d ¶ *Cognati.* oomen ergo cognationis generale eſt: agnationis nomen ſpeciale. nam omnis agnatus eſt cognatus: ſed ooo conuertitur: vt hic, & infra, de legi. agnat. ſucceſſio. j. reſpon. & ff. eo. l. ſunt aotem.

Cognatio & agnatio ſe habent ſicut genus & ſpecies.

e ¶ *Ex eo.* filio fratris.

f ¶ *Patruus.* repete ſi fuerit natus eodem patre cum patre tuo: alioqoin eſt cognatus: vt C. de leg. hære. l. fi. §. ſed nec. & §. cum autem.

g ¶ *Agnati.* etiam ſi maſculus interueniat: vtputa ſi ſint duo fratres vterini: filius vnius fratris filij fratris ſui patris nõ erit agnatus, ſed cognatus, inſpecto fœminino ſexu propter quem adinuicem ſunt cognati

cognati, ſecundum Ioan.

a ¶ *Amita.* ſed ipſa amita eſt tibi agnata: quia per patrẽ tuum tibi cõiungitur.

b ¶ *Iure.* ſcilicet cognationis.

c ¶ *Familiam.* id eſt, agnationẽ: licet & alias multas habeat ſignificationes hæc dictio, familia: vt ff. de verb. ſignifi. l. l. pronuntiatio. §. familiæ. & facit. C. de verb. ſig. l. fina. & §. de pat. pot. §. fin.

telæ non poterunt prędicta ratione excuſari. Et hæc vſque ad illum §. ſed agnationis. Franciſcus de Aret.

d ¶ *Significationem.* ſcilicet tantum.

e ¶ *Si omnino.* vel aliud contingat, quod tantũdem valeat: vt diximus, infra de hær. quæ ab inteſta. primo reſpon. & facit. ff. quod cuiuſcunque vni. no. l. j. §. & quidem.

que amitæ[a] tuæ filius, non eſt tibi agnatus, ſed cognatus: & inuicem tu illi eodem iure[b] [redacted]: quia qui [redacted] naſcuntur patris, nõ matris familiam[c] ſequuntur.

¶ *Quantum ad tutelam pertinet, is inteſtatus deceßiſſe videtur, qui cùm teſtatus ſit, tutorem teſtamento non dedit, aut datio effectum ſortita non fuit.*

¶ Quod autem lex duodecim tabularum ab inteſtato vocat ad tutelam agnatos: non hanc habet ſignificationem[d], ſi omnino[e] non fecerit teſtamentum is, qui poterat tutores dare: ſed ſi (quantum ad tutelam pertinet) inteſtatus deceſſerit: quod tunc quoque accidere intelligitur: cùm is, qui datus eſt tutor, viuo teſtatore deceſſerit.

¶ *Agnationis ius (quum ciuile ſit vinculum) capitis diminutione tollitur: cognationis verò non ita.*

¶ *Annotato, Nil tã naturale eſſe, quàm eo genere quodque diſſolui, quo ligatum eſt.*

¶ Sed agnationis quidem ius[f] omnibus modis capitis

¶ *Quod autem.* CASUS. Domine, Titius laborans liberis ſuis impuberibus, quos in poteſtate habuit tempore mortis, Mæuium tutorem dedit, ſed viuente adhuc Titio teſtatore deceſſit Mæuius: iſti impuberes adhuc tutore carent. Agnati autem proximi ab onere adminiſtrationis ſe nituntur excuſare tali ratione. Dicũt enim quod legitima agnatorũ tutela ex l. xij. tab. locum habet, cum tutor in teſtamento datus nnn eſt. Cum autem in teſtamento patris ſui iſtis impuberibus tutor datus fuerit: dicunt ſe ab onere excuſari. Domine, pro Deo dicatis mihi, quid iuris eſt in hoc caſu? Ad hoc reſpon. Imperator, dicens: Amice, iſti agnati fruſtra nituntur ſe excuſare ĩ hoc caſu ab onere tutelæ, male enim intelligunt. §. l. xij. tabu. qui ab inteſtato proximos agnatos ad tutelam vocat. Nõ enim hanc ſignificationem habet tantũ, vt ſi ille, qui tutorem in teſtamento dare poterat, omnino teſtamentum non fecerit, tunc demum vocentur agnati: ſed etiam ſi quantum ad tutelam pertinet, inteſtatus deceſſerit, quod tantum valere poterit, ſi is, qui in teſtamento datus fuerat, viuente teſtatore deceſſerit. Cum igitur in hoc caſu propoſito id contigerit, manifeſtum eſt, quod agnati ab onere tu-

¶ *Sed agnationum.* CASUS. Domine [illegible] video, [illegible]do h[illegible] eum le[illegible]to. iur. ſunt agn[illegible] etiam quomodo intelligantur verba le. duodecim tabularum, quibus agnati vocantur ad tutelam. Nunquid eſt aliqua differentia inter ius agnationis, & ius cognationis? Reſpond. quod ſic: quia ius agnationis omnibus modis capitis diminutione plerunque perimitur. Nam nomen agnationis à iure ciuili deriuatum eſt: ſed ius cognationis, quod ab origine nomen ſumpſit, & à iure naturali deſcendit, non omni capitis diminutione mutatur. Ciuilis enim ratio ciuilia iura corrumpere poteſt: naturalia autem nequaquam. hoc dicit vſque ad finem. Franciſcus de Aret.

f ¶ *Sed agnationis quidem ius.* Nota diligenter hunc §. Eſt autem ius agnationis & ius cognationis, ſiue cognatorum. Agnati enim habent ius prærogatiuum ad cognatos, ſcilicet vt præferantur in hæreditatibus agnatorum mortuorum: vt §. duobus. de legitima agnat. ſucceſſ. primo reſponſo. Item præferuntur in tutelis agnatorum paruulorum: vt §. eo. lem tit. primo reſponſ. his autem deficientibus, in hæreditatibus & tutelis cognati ſuo iure admittuntur: inter quos etiam agnati vo- *Agnat præferũtur cognatis in*

cantur, qui deſierunt eſſe in iure agnatorum, vel deſierunt habere iura agnatorum. vt per cap.di. vt ſ.de hæred quæ ab inteſt.§.admonēdl. Illud autem ius prærogatiuum, quod habent agnati: quia vltra iura communia habent per l.xij.tabu. facile perdūt: vt omnib⁹ modis capitis diminut. id eſt, per omnem capit.di. vel per maximā, vel per mediā: de quibus duobus nō eſt dubiū: cum & iura cognationis perdantur: vt ſ.tit.j.§ quod autem. Item per minimā tollitur ius agnationis, vt hic dicitur & ff.de cap. dim.l. tutelas. niſi in duobus caſibus tantum, vt inter fratres, licet alter emācipetur: vt C.de legi. tut.l. iiij. Itē inter patrem & filiū: vt ſ. de leg.ag.ſuc.§. fi.& propter hos duos caſus, qui de minima cap.di. excipiuntur, dicit hic plerunque: at iura cognationis non commutantur omnibus modis: quia non tolluntur minima cap.dimi. & eſt ratio, vt ſubiicit.

pitis deminutione plerunque permutatur. Nam[a] adgnatio, iuris ciuilis nomen eſt[b]. Cognationis verò ius, non omnibus modis commutatur: quia ciuilis ratio ciuilia quidem iura corrumpere poteſt: naturalia[c] verò non vtique[d].

a ¶*Nam*. pro quia.

b ¶*Agnatis iuris ciuilis nomen eſt*. i. à l. xij.tab. eſt inducta hæc prioritas agnatorum: ſed ius cognationis eſt naturale nomen: nam ratione ſanguinis hoc nomen impoſitum eſt: vnde & vnum ius ciuile poteſt per aliud facile tolli: vt hic, & ff. de reg.iur l.nihil eſt.

c ¶*Naturalia*. i. iura cognationis ſic dicta: quia ea quis conſequitur per natiuitatem: vt ſ de adopt.§.ſed hodie.in fin.§. non ſic de facili tolluntur.

d ¶*Vtique*. i. certe nō tolluntur capitis diminutione: quum ſint immutabilia hęc iura: vt ſ.de iur.nat.§.ſed naturalia. Item nec ea, quæ naturalem æquitatē habent: vt ff.de cap.di.l.eos.& l.legatū. Item no. quia quædā cognatio eſt ciuilis tantū, vt per adoptionem: vt ff.de adop.l.qui in adoptionem. Item naturalis tantū. vt ad filios naturales tantū. Item naturalis & ciuilis: vt ad eos, qui legitimi ſūt. & de hac intelligitur hic: vt ff.de grad.aff.l.non facile.§.j. Item no. quia ciuili iure hæc.ſ. tutela, & hæreditas tribus modis defe|runtur: vt ex verbis & ſentētia legis xij. tab. vt in agnatis. Item ex ſententia tantum: vt ſ.de leg.pat.tut. & ſ.de fiduc.tut. Itē ex aliis legibus veteribus vel nouis:

vt C. de cap.di.l. tutelas. quam quidam mediā vocant. Nunquid ergo hæc omnia facile perduntur per omnē cap.di. Reſp. ſic in duobus primis tantū: non in tertio: vt hic, & in d.l.tutelas. Item quæro, an futuras tutelas acquirendas, & hæreditatem tantū tollat: an etiā præteritas adimat? Reſpond futuras tantum: vt ff. vnde lib.l.fi. Quid enim potuit diuinare lex deferēs hæreditatem vel tutelam de futura cap.di. vt C.de teſta.l.iubemus. in fin. Certe nullo modo: vt ff. mand.l. fideiuſſor.j. reſpon. Hodie verò iſtam differentiam agnationis quærere non oportet: cum agnati ante cognatos nihil habeant: vt in authē. de hære. ab inteſt. venien.§ ex iis.col.ix. Item no. quod licet prædicta iura cognationis tollantur maxima & media capitis diminutione: ipſa tamen conſanguinitas non tollitur: vt ff.de reg.iur.l iura ſanguinis. *Conſanguinitas nunquam tollitur.*

TITVLVS XVI.

DE CAPITIS DIMINUTIONE.

¶*Explicat definitionem cap.diminutionis, poſteaeā diuidit.*

Est autem capitis diminutio, prioris

DE CAPITIS DIMINUTIONE.

¶*Continuatur ſic, quia ſupra viſum eſt de legitima agnatorum tutela: & quia ius agnationis capitis diminutione corrumpitur.§.ſi ſupra tit.1. meritò ſequitur videre de capitis diminutione. Per.*

Est autem. Totus hic titulus diuiditur in quinque partes. Primò ponitur quid ſit capitis diminutio, & quotuplex ſit. Secundò de maxima capitis diminutione. Tertiò de media. Quartò minima. Quintò remouet certa dubia. Secūda ibi, Maxima. Tertia ibi, Minor. Quarta ibi, Minima. Quinta ibi, Quibus autem. Et hæc diuiſio ſufficit: licet alij aliter diuidant.

CASVS. Domine iam video, quod vultis tractare de cap.di. Dicatis igitur mihi quid eſt cap.diminutio? Reſpon.Imp. quod capitis diminutio eſt prioris ſtatus commutatio. Sed pone: Domine, video quid eſt cap.dim ſed ſi placet dicatis mihi quot modis ſit capitis diminutio. Et reſpon. Imp. quod cap.dim. ſit tribus modis. Aut enim eſt maxima capitis diminutio, aut minor quam quidam mediam vocant: aut minima, Sed pone, Domine iam video,

ſtatus ª mutatio ᵇ: eaq; tribus modis accidit. Nam aut maxima eſt capitis diminutio, aut minor (quam quidam mediam ᶜ vocant) aut minima.

¶ *Qui perdit ciuitatem, & libertatem: patitur maximam capitis diminucionem.*

¶ Maxima capitis diminutio eſt, cũ aliquis ſimul & ciuitatem, & libertatẽ amittit: quod accidit iis, qui ſerui pœnę efficiuntur atrocitate ᵈ ſententiæ: vel libertis ᵉ vt ingratis erga patronos condemnatis: vel iis, qui ſe ad pretium participandũ venundari paſ-

ª *Explicat definitionẽ Cap. diminutionis. poſtea eam diuidit.*

videamus quot modis fit capi.dimi. Dicatis ergo, mihi, quando locum habet capi.dimin. maxima: quando minor, & quando minima? Ad hoc reſpon. Impe. dicens, quod maxima capi.dimi.eſt, quando aliquis ob aliquod enorme delictum ciuitatẽ ſimul & libertatem amittit, quod contingit in iis, qui atrocitate ſententiæ ſerui pœnæ efficiuntur: vel etiam in libertis, qui propter ingratitudinẽ contra patronos commiſſam, in ſeruitutẽ redigũtur: vel etiam in iis, qui in maiores xxv. annis. ad participandum pretium ſiue venditionis ſe venundari paſſi ſunt. Minor autem, ſiue media cap. diminu.eſt, cum aliquis ob delictum ſuum ciuitatem amittit: ſed tamen retinet libertatem: quod in eo accidit, cui ignis & aqua interdicitur, & qui in inſulã deportatur. Minima capi.di.eſt, cum quis ciuitatem ſimul & libertatem retinet, quĩ ſtatum ſuum tantum commutat: quod accidit in iis, qui ſui iuris fuerunt, & ſe in arrogationem poſtea dederunt: & ita alieno iuri per ſpeciem arrogationis ſubiecti eſſe cœperũt. Et ſimiliter in caſu conuerſo. ſ. cum ij, qui alieno iuri ſubiecti ſunt, per emancipationem ſui iuris efficiuntur: veluti ſi filius ſ.emancipatus à patre fuerit. Nã in hoc caſu minimam ca.di. pati intelligitur. Et hæc dicuntur vſq; ad illum.§. ſeruus autem. Fran.de are.

a ¶ *Status.* hic ſtatus conſiſtit in tribus: in libertate, ciuitate, & familia.i.iure agnationis. Cum enim primum.i. libertatem quis perdit, per conſequens & duo vltima perdit: & tunc maximam cap. di. patitur. Cum vero ſecundum perdit: per conſequens perdit & vltimum, ſed non primum: & tunc dicitur media cap di. Cum vero vltimum perditur, nõ perduntur duo prima: & tunc minimam cap. di. patitur: vt.ĩ §.j.ij.& iij.& ff.e.l. Sed P. dicit ſtatum hominis. i. conditionem, in qua quis plurimum poteſt.

A D D. *Caput pers…, perſona ſtatus eſt, vel perſona ipſa libertatem, ciuitatem, & familiã retinens. E.B.*

b ¶ *Mutatio.* non ergo accipitur hic ad literam, vt dicatur capitis dimi. qñ caput abſciditur: ſed qñ ſtatus mutatur, vt caput ſtatus dicatur: vt.ff.ad Tertyl. l.j.§. capitis. Sed videtur hæc definitio non conuerti cum ſuo definito. nam morte patris filius mutat ſtatum: quia fit ſui iuris: vt.§.qui.mo.ius pat.po.ſol.§.j. non tñ dicitur capite minui. vt.ff. ad mace.l. … § fi. Sed dic ſubaudiri hic, facto hominis interuenientei vt emancipatione, vt deportatione patris, vel ſimili modo, vel etiam quaſi facto quod dico propter filios arrogati: quia vna cum patre mutant ſtatũ: vt.ff.e.l.liberos.§.de adop.§.pen. Arg.cõtra in authen.conſti.quæ … dig.§.palam. colla.vj. vbi non ab homine, ſed à lege quis efficitur ſui iuris. At moriente patre non interuenit factum hominis: imo magis Dei. Quid ſi interficiatur pater? Reſpon.idem: quia mors ſemper Dei diſpoſitione aduenit.

c ¶ *Mediam ſi.* ff.de au.& ar.l.qui lancẽ. & i.de libertinis.§.libertinorum.

d ¶ *Atrocitate.* eſt autem atrox & dura hæc ſententia: licet iuſte ferantur: vt.§. qu.mo. ius &c.§. pœnæ ſeruus. ſed hodie propter huiuſmodi pœnas nemo ingenuꝰ fit ſeruus. vt in auth.de nup.col.iiij. §.quod autem prius.& §.ſeq. Accur.

e ¶ *Libertis.* ſ. condemnatis vt ſubiicit, & qđ dicit ingratis, alias eſt, ingrati.i.ingratitudinis, quæ reuocatio fit per actionẽ ingrati: vt dicunt quidam: vt C.de lib.& eo.lib.l.fi.& pe. vel per vtilem rei ven. ſecundum alios ad inſtar donationis cauſa mortis, quæ reuocatur: vt ff.de do.cau. mor.l. ſi mortis cauſa res. vel (qđ eſt verius) accuſatione vel actione extraordinaria, per quã officium iudicis imploratur: vt C.de lib.& eorũ lib.l.non eſt & fit hæc reuocatio propter omnẽ offenſam, & etiam leuem: vt C. de lib & eo. lib.l. ij. non autem fit propter omiſſionem obſequij: vt C.de li. cau.l.ſolo. niſi in caſu, vt cum deneget alimẽta. vt.ff de lib agn. l.alimenta.§ imperatoris. Nam tũc etiã occidere velle videtur eum: vt. ff. de li. agn.l.necare & hoc niſi remiſerit ius patronatus: tunc enim ex his cauſis ſolum reuocatur, ex quibus & donatum. vt in auth.vt lib. … §.illud.col.vj. quæ cau

ſæ ſunt numeratæ C.de reuo.dona. l. vl. & hæc vera ſunt, cum quis ex voluntate propria manumittit: vt C. de lib. & eo. lib.l.j.& ij.ſed ſi non ex voluntate, non reuocaret: vt C.de li.&eo.li.l.j.Sed quid ſi manus in patronum inicit? Rñ. Damnatur in metallum: ſi vero conuicia dixerit, mittitur in exilium: vt. ff. de iur.pa.l.j.

a ¶*Paßi ſunt.* hic multa ſunt neceſſaria: vt. ꝟ.de iure perſo.§.penul.

b ¶*Interdictũ.* hãc pœnam in vſu non habemus, ſed eius loco ſucceſſit deportatio: vt. ff.ad.l.Iul. pecu.l.iij.ſed inſtar excommunicatorum habebantur, quibus talia denegabantur. Sed videtur hanc etiam fieri ſeruum, licet hic denegetur, ff. de var. cog. l. cognitionũ in ꝟ. contra. ſed perditur libertas: vt ibi dicitur, vt nõ poſſit facere teſtamentum, cui ſic eſt interdictum: vt. ff. de iniu.rup.teſta: l. ſi quis filio. §. eius non quod fiat ſeruus vere.

ſi ſunt[a].

¶*Per deportationẽ, vel aquæ & ignis interdictionem, contingit media capitis diminutio. Aret.*

¶Minor ſiue media capitis diminutio eſt, cùm ciuitas quidem amittitur: libertas verò retinetur: quod accidit ei, cui aqua & igni interdictum[b] fuerit: vel ei, qui in inſulam[c] deportatus eſt.

¶*Per emancipationem vel arrogationem contingit minima capitis diminutio. Are.*

¶Minima capitis diminutio eſt, cũ ciuitas retinetur & libertas: ſed ſtatus hominis commutatur. quod accidit iis, qui cum ſui iuris fuerint: cœperunt alieno iuri ſubiecti eſſe[d]: vel contrà[e]: veluti ſi filius familias à patre emancipatus fuerit, eſt capite diminutus.

¶*Priuatio præſupponit habitũ. Are.*

¶Seruus autẽ manumiſſus capite nõ minuitur[f]: quia nullum caput habuit.

¶*Remotus à dignitate non perdit ſtatum. Are.*

¶Quibus autem[g] dignitas magis, quàm ſtatus permutatur, capite non minuũtur, & ideo à ſenatu motos, capite non mi-

ADD. *Quia aqua & ignis humanam vitam continere ſunt credita: & nuptiis, vt ait Feſt⁹, aqua & ignis accipiebatur, & exulibus atrociſſime damnatis aqua & igni interdicebatur. A.F.*

c ¶*In inſulam.* ſecus ſi in metallũ, vt. ꝟ. qbus mo.ius pa.po.ſol.§.pœnæ. i caſu tamẽ etiã libertatẽ perdit damnatus in inſulam: vt C. vt nemo pri.l.ij.§. cũ autẽ.

d ¶*Subiecti eſſe.* vt in arrogatis.

e ¶*Vel contra.* aliter eſt in litera: ſi filius à patre emãcipatus fuerit, eſt capite minutus. & ſecundum hoc, eſt expoſitio huius verbi, vel contra. alias verbum totum deeſt: & tunc idem ſubintelligo. Alij dicunt, quãdo ſui iuris non eſt, trãſfertur in poteſtatẽ alterius, puta animatenus, vel etiã paterni: vt. ꝟ. de adop.§.ſed

hodie. qui caſus eſt contrarius illi, quando qui ſui iuris eſt, in arrogationem datur. Sed quare filius fa. cum emãcipatur, capite minui dicitur? Reſpon. propter imaginariam vẽditionem, quæ fiebat: vt. ꝟ. qui. mo.ius pat. po. ſol. §. præterea in prin. Sed cum hodie non fiat hæc venditio: vt in eo.§. continetur, videtur quod hodie nõ minuatur capite. Sed certe illa ſola nõ erat ratio: imo & alia, quia mutat familiam: vt. ff. e.l. liberos. in prin.

¶*Seruus autem.* C A S V S. Quidã manumiſit, ſeruum ſuum, nunquid in caſu iſto ſeruus manumiſſus capite diminutus cenſetur? Reſpond. Impe. q non. Seruus enim manumiſſ⁹ capitis diminutionem nõ patitur: quia ante manumiſſionem nullũ caput habuit. Sed pone, q aliquis ſit ab ordine ſenatorum remot⁹ s nunquid in caſu iſto capite minuitur? Reſpon. Imper. quod non. Nam dignitas eius qui ab ordine ſenatorum remouetur, magis quam ſtatus commutatur. Cũ igitur capitis diminutio ſit prioris ſtatus cõmutatio: manifeſtum eſt ab ordine ſenatorum remoto nullam pati capitis diminutionem. Et hæc dicũtur vſq; ad illum.§.quod autem. Fran.de Are.

f ¶*Non minuitur.* l. eius ſtatus non mutatur: cum primo nullum habuerit ſtatum: vt hic, & ff.e.l.liberos. in fi.&. l. ſeq. ſed contra eſt. C.de bon.proſcrip.l.j. Sed dic quod ibi crimine capitali ſeruus accuſatur. i. tali q eſſet alias in libero capitale. Itẽ quid ſi quãdoque habuit caput: quia fuit liber, & nũc ſerũ⁹ eſt, & manumittatur? Reſ. idẽ: quia præſens tẽpus cõſidero.

g ¶*Quibus autem* dixi aliquem aliquo de tribus modis capite minui, vt. ꝟ. e. in prin. aũt.

nui conſtat[a]. ¶*Cognationis ciuiles effectus, non mini*[illegible] *maxima capitis diminutione tollūtur.* ¶Quòd autem dictum eſt[b], manere cognationis ius etiam poſt capitis diminutionē: hoc ita eſt, ſi minima capitis diminutio interueniat: manet enim cognatio[c]. Nam ſi maxima capitis diminutio interueniat, ius quoque cognationis[d] perit, vt puta ſeruitute alicuius cognati: & ne quidem ſi manumiſſus[e] fuerit, recipit cognationē. Sed & ſi in inſulam[f] quis deportatus ſit: cognatio[g] ſoluitur. ¶*Tutela defertur proximiori in gradu: & ſi plures ſunt de eodem gradu, defertur ad oēs. Aret.* ¶Cùm autem ad adgnatos tutela pertineat[h]: non ſimul ad omnes pertinet: ſed ad eos tantùm, qui proximiores gradu[i] ſunt: Vel ſi plures eiuſdē gradus ſunt, ad omnes

prin.aũt.pro ſed:ſed quibus dignitas &c.
a ¶*Conſtat.* vt.ff.de ſena.l.iij.& hic ſi fuerit remotus ꝓpter turpitudinē: nō poteſt iudicare: vel teſtimoniū dicere: vt. ff. ad leg.iul.re.l.eadē.§.j.& ff.de ſena.l.ij.

¶*Quod autem.* CASUS. Dñe vos dixiſtis mihi.§.ti.proxi.§.fi.ꝑ ius cognationis durat etiam poſt capitis diminutionem: nunquid generaliter hoc eſt verum ī qualiter cap. dimi. Ad hoc reſpon. Impe. quod non. Nā qđ dictū eſt manere ius cognationis poſt capi.dimi. hoc intelligendū eſt de minima capi. dim. interueniēte: quia per illā ius cognationis non perimitur, ſed ſi maxima cap. dimi. interueniat: vt puta ſi aliquis de cognatis in ſeruitutē redactus fuerit: tūc in caſu iſto ius cognationis amittit: & licet poſtea bñficio manumiſſionis ad libertatē peruenerit, nō tamē ius cognationis recuperabit. Et nō ſolū maxima, ſed etiā media capi. diminu. ius cognationis perimitur, veluti ſi quis in inſulā deportatus fuerit. Nā etiā in iſto caſu ius cognationis amittit. Et hæc vſque ad illum.§.cum autē. Franciſcus de Aretio.

b ¶*Quod autem dictum eſt.* ſupra titulo proximo.§.finali.

c ¶*Cognatio.* i. ius cognationis à prætore inductū, ex quo ad bo.poſ. vocātur ꝑuſ cogna.j.de hæ.quę ab inteſt.§ admonēdi.

d ¶*Cognationis.* i. ius ſuccedēdi, & ad tutelā vocādi perit: ſed ipſa cōſanguinitas nō perit: vt ff.de reg.iur.l.iura ſanguinis. cū ſit de iure naturali: vt.ſ.de iure natu. §.penul.contra.& ī.de nupt. illud cōtra. Sed qualiter cognatis defertur, imo agnatis: vt.ſ.titu.j.in prin. Reſpon.poſt agnatos: vt.j.de hæte.quæ ab inteſt. §. admonendi.

e ¶*Si manumiſſus.* aliud ſi reſtituturus, ſecundū Ioan. vt.ff.ad Tertyl.l.j.§.filio q mortis. cōtra.&.C.de ſen.paſ.l.fi.contra. &.ff.de contra tabu.l.j.§.fi.&.l.ij.contra.

Itē cōtra eſt in eo qđ hic dicit tolli ius cognationis per maximā & mediā capitis diminuti. ff de rebus dubiis.l.ſi cognatis. Sed aliud in legato, in quo vertitur ius naturale: vt.ff eodem.l.legatum. Vel ibi loquitur de cognatione iuris ciuilis, quæ per adoptionem cōſtituitur: vt infra de leg.agna.§.per adoptio. & ff. de adoptioni. l.qui in adop. hic vero de naturali cognatione: vt. ff. de gradib' affini. l.nō facile.§.j. & ſic ibi de minima capi. dimi. loquitur. Itē cōtra.j. de ſerui. cogn. in fine. j. reſpon. Solu. hic loquitur in his qui primò fuerunt liberi, & poſtea ſerui: quod eorū delicto cōtingit: vnde nō debent habere cōmodū: vt. ff. ſol.ma.l. ſi ab hoſtibus,§.j.& ff.de minori.l.Papinian'. ibi, indignū &c. licet ibidē illa ratio corrigatur. ibi vero ſemp fuerūt ſerui. Vel illa noua corrigit iſtam. nā ex Græca conſtitutione illa eſt extracta, vt ibi dicitur.

f ¶*Sed & ſi in inſulam.* hic ponit exemplum de media: ſed.ſ. modo poſuit exemplum de maxima.

g ¶*Cognatio.* i. ius cognationis: vt.ſ.proxi.§.diximus.

¶*Cum autem.* CASUS. Vos dixiſtis mihi.ſ.in tit.præced.in princ. quod tutela impuberum agnatorum ad agnatos ex lege xij. tabu.pertinet. Pono ergo, quod plures ſint agnati ex diuerſis gradibus conſtituti: nunquid ſcilicet ad omnes pertinebit? Rñd. quod non. Nam quod dictum eſt tutelam ad agnatos pertinere, non intelligendum eſt, quod ad omnes pertineat: ſed ad eos tantum, qui ſunt in proximiori gradu conſtituti. vnde ſi plures ſunt qui eundem gradum cognationis obtineant: veluti plures fratres: omnes ex le. xij. tab. ad tutelam vocantur. Et hæc dicuntur vſque ad fin. huius ti. Fran de Are.

h ¶*Pertineat.* vt.ſ.ti.j.in reſpon.

i ¶*Gradu.* facit ad hūc.§.ff.de leg.iij.l. ſi

plures&.J.de legi.ag.ſuc.§.ſi plures.&.ff. de ſepul.vin.l.iij.§.ſi ad plures.Hodie vero hic.§.corrigitur: quia æqualiter iam ad agnatos,quam cognatos deſ.rtur tutela,ſicut hæreditas: vt in authen.de hæred. ab inte.t. §. ex his. col. ix.

ADD. *Et ſic lex noua corrigens vnū ex ſpecificatis à lege veteri, cenſetur etiam corrigere aliud: vt hic,& l.ſi quis ſerno C. de fur. & per Angelum in.§. j. I. de iure naturali.*

a ¶*Si plures.* alias iſti duo verſiculi deſunt. Si plures fratres ſunt. q vnum gradum obtinent, pariter ad tutelam vocantur. ſed ego habeo. Ac cur.

pertinet: Veluti ſi plures[a] fratres ſint, qui vnum gradum obtinent, pariter ad tutelam vocantur.

TITVLVS XVII.

DE LEGITIma Patronorum tutela.

¶*Patroni ad libertorum tutelam ex ſententia legis 12. tabu. vocantur: cùm ipſi inteſtatis libertis ſuccedant. Vnde par eſt, vt is onus tutelæ ſubeat, ad quem hæreditatis emolumentum pertinet.*

Ex eadem[b] lege duodecim tabularū, libertorum[c], & libertarum tutela ad patronos[d], liberóſq; eorum pertinet. Quæ & ipſa[e] Legitima[f] tutela vocatur: nō quia nominatim in ea lege de hac tutela caueatur: ſed quia perinde accepta eſt per interpre-

DE LEGITIMA PATROnorum tutela.

¶Quia ſuprà viſum eſt de legitima agnatorū tutela: & quia eſt & alia, quæ appellatur legitima, ſcilicet tutela patronorum, ideo de ea tractaturus ſubdit de legitima patronorum tutela. Accur.

Ex eadem. Diuiditur in ſex partes. Primo qualiter tutela libertorum patronis deferatur. Secūdo quomodo vocatur: & eſt legitima à lege xij.tab. proueniens. Tertio illud per rationem probat: Quarto confirmat per exemplū. Quinto exemplum probat per rationē. Sexto rationem declarat. Secunda ibi, Quæ & ipſa. Tertia ibi, Eo enī. Quarta ibi, Cum & agnatos. Quinta ibi, Quia pleruoq;. Sexta ibi, Ideo autem. Acc.

CASVS. Domine, quare incēditis hic tractare de leg.pa.tut? Ad hoc reſpon. Impe. Amice, tractauimus de leg. ag. tu. quæ ex verbis & ſententia legis xij. tab. deſcendit: ſed quia leg.pa.tu.ex mente eiuſdem legis ad patronos & libertos eorum pertinet, idcirco de ea hic tractare intendimus. Et hæc eadem tutela legitima ſicuti ſuperior appellatur. Non tamē ideo legitima dicitur, quod aliquid de ea nominatim in verbis legis xij. tabul. expreſſe fuiſſet introductum. Sed domine, pro Deo, quæ ratio mouit iuriſconſultos ad talem interpretationem faciendam? Ad hoc reſpon. Imp. Amice, hæc fuit ratio, quæ mouit iuriſconſultos. Lex enim xij. tab. iuſſit hæreditates libertorum & libertarum ad patronos & liberos eorum pertinere, ſi inteſtati deceſſiſſent: vnde in ipſo crediderunt iuriſconſulti veteres, q lex xij. tab. vellet, q etiam eorum tutela ad patronos & liberos ſimiliter deberet pertinere, & ad iſtā tacitam voluntatem præſumendam tali ratione mouebantur: quia lex xij. tabul. proximos agnatos ad hæreditates agnatorum ab inteſtato mortuorū vocat & eoſdem agnatos ad impuberum agnatorum tutelam vocat. conſimiliter ergo in caſu propoſito mouebantur, quod ſicut patroni & liberi eorum ad ſucceſſiones libertorū ab inteſtato ex lege xij. tab. vocantur: ita debere eos ex mente eiuſdem legis ad onus adminiſtrationis tutelæ vocari: quia plerunq; vbi eſt ſucceſſionis emolumentum, ibi & onus tutelæ eſſe debet. Sed domine pro Deo, quare dixiſti, plerunq;? Ad hoc reſpon. Impe. Ideo autem plerunque diximus: quia ſi aliqua fœmina filium ſuum impuberem manumiſerit, ipſa quidē ad ſucceſſionem eius ab inteſtato vocatur: alius tamē quam ipſa eiuſdem tutor erit. hoc dicit vſque ad fin. Franciſcus.

b ¶*Ex eadem.* ſcilicet.per interpretationem,non ex verbis eius: vt ſubitem.&.ff. de legit.tut.l tutela.j.reſponſ.

c ¶*Libertorum.* ſ.impuberum.

d ¶*Ad patronos.* quocunque modo manumittentes: niſi libertas detur à lege: vt ff.de leg.tut.l.tutela.vſq, ad.§.fi.

e ¶*Quæ & ipſa* quaſi dicat, non ſolum aliæ quædam legitimæ ſunt, ſed & iſta.

f ¶*Legitima.* ſcilicet ex mente legis, non ex verbis. non tamen ſatiſdant, niſi eorum perſonæ ſint vulgares, & minus honeſtæ, vt aut modus tutelæ: quia magnū patrimo-

patrimonium vel magna tutela nimis, aut perſona: quia ſuſpecta, vel non diligens pupillum. vel non honeſta: aut cauſa admittat. i. recipiat ſatiſdationem vt. ff. ... o. l. ſe minor. §. j. & ij. licet alij legitimi indiſtincte ſatiſdent vt. j. de ſatiſda. tu. §. j.

tationem[a]; ac ſi verbis legis introducta eſſet. Eo enim ipſo, quòd hæreditates libertorum libertarúmque, ſi inteſtati deceſſiſſent, iuſſerat lex[b] ad patronos liberóſue eorũ pertinere: crediderũt veteres[c], voluiſſe legem[d], etiam tutelas ad eos pertinere: Quum & agnatos, quos ad hæreditatem lex vocat[e], eoſdem & tutores eſſe iuſſerit[f]. Quia plerunque vbi ſucceſsionis eſt emolumentum, ibi & tutelæ onus eſſe debet. Ideo autẽ diximus Plerunque[g], quia ſi à fœmina impubes manumittatur: ipſa ad hæreditatem vocatur, cùm alius ſit tutor[h].

a ¶*Per interpretationem.* ſ. iuriſconſultorum.

ADD. *Hoc eſt notabile exemplum interpretationis legũ, quæ ex ſententia, non ex ſcripto ducitur. l. ſi quis id, ff. de iuriſd. l. nõ poſſunt, ff. de ll. quam Doctores vocant extenſiuam.*

b ¶*Lex.* ſ. xlj. tab vt. j. de ſuc. lib. j. r ſpon.

c ¶*Veteres.* ſ. ſapientes.

d ¶*Legem.* ſ. eandem xij. tabu.

e ¶*Vocat.* ſ. lex xij. tab. vt. j. de leg. agna. ſuc. §. j.

f ¶*Iuſſerit.* vt j. de legi. agn. tu. j. rñ. & ſic notabis hic quod vbi eſt eadem æquitas, idem ius debet ſtatui. ſic. ff. ad legem Aquil. l. illud. & ff. de fur. l. j. §. j.

g ¶*Plerunque.* quare hoc dicit, ſtatim ſubiicit. & facit ad hoc hanc regulam ff. de reg. iur l. ſecundum naturam & j. de contrahen. emp. §. cum autẽ. & C. de furt. l. fi. §. ſed cum in ſecunda. & C. de cadu. toll l. j. §. pro ſecundo & ff. de pericu. & commo. rei ven. l. id quod.

h ¶*Tutor.* & ita apud alium eſt hæreditas, & apud alium tutela, ſcilicet agnatum vel cognatum: vt hic, &. ff. de legi. tu. l. j. §. j. Item minor viginti quinque annis manumittens ſuccedet in hæreditate, vt patronus, non tamen erit tutor: vt. j. de ſidu tu. in fin. & C. de legit. tute. l. vlti. §. finali.

DE LEGITIMA PArentum tutela.

¶*Quia ſuprà viſum eſt de legitima patronorum tutela: & quia eſt & alia quæ legitima appellatur, vt parentum: ideo de ea ſubdit. Porc.*

TITVL. XVIII.

DE LEGItima Parentum tutela.

¶*Ex extenſione iuriſconſultorum pater emancipatus eſt legitimus tutor, filio emancipato. Aretinus.*

EXemplo patronorum recepta[i] eſt & alia tutela, quæ & ipſa Legitima vocatur. Nam ſi quis filium vel filiam, nepotem, aut neptem ex filio, & deinceps impuberes emancipauerit: legitimus eorum tutor erit[k].

EXẽplo Diuiditur in tres partes. Primo, quod tutela quæ defertur emancipatori, eſt ſimilis illi, quæ defertur patrono. Secundo. quod etiam eſt legitima. Tertio exemplificat. Secunda ibi. Quæ & ipſa. Tertia ibi, Nã ſi quis.

CASVS. Dicit hic Iuſtinia. quod exẽplo patronorũ eſt alia tutela parentum per interpretationem iuriſconſultorum ex mẽte legis xij. tabu. recepta. & ſicut ſuperior legitima appellatur, ita & iſta. Nam ſi parens filium vel filiam, vel nepotem vel neptem ex filio, vel deinceps impuberes emancipauerit ipſe legitimus tutor eorum erit. Et hæc dicuntur per totum titulum. Franc. de Are.

i ¶*Recepta.* ſ. per interpretationem iuriſconſultorum: vt ſuperior cum definebat eſſe agnatus: niſi contracta fiducia emanciparet, quod hodie ſemper præſumitur: vt ... de legit. agna. ſucceſſ. §. finali. vnde hodie eſt ſemper legitimus.

k ¶*Tutor erit.* ſcilicet qui emancipauit, ſi ipſe eſt maior xxv. ann. vt infra titu. j. io fin. & facit ad hoc. I. quibus modis ius patr. poteſt. po. ſol. §. & præterea ſi impubes & j. tit. j. j. reſpon.

DE FIDVCIARIA TVtela.

¶ Continuatione ad præcedentes hoc ordine. Suprà viſum eſt de legitima parentum tutela. Verùm quia alia eſt, quæ Fiduciaria appellatur, ideo de ea tractaturus intitulauit de Fiduciaria tutela.

TITVLVS XIX.

DE FIDVciaria tutela.

Est & alia tutela[a], quæ Fiduciaria appellatur[b]. Nã ſi pater filiũ vel filiã, nepotem vel nepté, vel deinceps impuberes[c] manumiſerit[d]: legitimã nanciſcitur eorum tutelã. Quo[e] defuncto, ſi liberi[f] eius virilis ſexus exiſtant: fiduciarij tutores filiorum ſuorum[g]: vel fratris, vel ſororis[h], & cætero-

Est & alia. Diuiditur in quinque partes. Primo ponit dictum. Secũdo illud exemplificat. Tertio ponit diuerſum in filio patroni. Quarto diuerſitatis rationem aſsignat. Quinto ponit aliud dictum. Secunda ibi. Nam ſi. Tertia ibi, At qui, Quarta ibi, Quoniam. Quinta ibi. Ita tamen.

¶ Pater vigeſimum quintum ſuperãs annum, filii ſui ab alio emancipati, poſt eius mortem fiduciarius eſt tutor, item frater, emancipati fratris: filius verò mortui patroni, legitimus tutor erit.

ADDITIO. *Relictis Accurſii ſomniis exhibemus tibi, Lector, huius tractatus dilucidam explicationem, quam ex commentariis Franciſci Hotomani in Orat. Cic. pro Cæcina ſumpſimus. Vlpianus (inquit) in Titulis eius rei nobis coniicienda facultatem dedit. Ait enim eum tutorem dici propriè Fiduciarium, qui quum pater eſſet Fiduciarius, filium ſibi mancipatum manumiſit, nec remancipauit. Ponamus ergo contractam eſſe fiduciam, id eſt, vltro citróque factam emancipationem (hæc enim etiam locutio vulgò perobſcura, ac perignota eſt) patrémque fiduciarium vero patri filium remãcipaſſe. Pater verus, quoniam alter fidem ſimiliter eius ſecutus eſt, Fiduciarius eodem modo dici deberet. at quoniam verus eſt pater, ſuam retinet meliorem appellationem. Præterea tutor etiam Fiduciarius, item vt alter dici deberet. ſed quoniam qui Legitimi ſunt hæredes, ii tutores ſunt Legitimi, pater quem lex ad manumiſſi filii hæreditatem vocat, ſuum hoc à lege nomen retinebit, dicetúrque legitimus. At quoniam emancipati frater hæres legitimus non eſt, quemadmodum docet Caius in inſtit. & Vlpianus in l. 1. D. Si a par. quis emanc. Tutor Legitimus, vt patroni filius, appellari non poteſt. Patroni enim filius, vt hæres eſt legitimus, ſic tutor legitimus appellatur. Quod igitur agnatus ille proximus filii manumiſſi frater quum ad tutelam vocabitur, nomen habebit? Pater ſuum nomen Fiduciarii tutoris, quo vſus non eſt, in illum transferet, dicetúrque Tutor fiduciarius. Emancipati autem plerunque Manumiſſi dicuntur, quod emptores eorum & pater ſcilicet Fiduciarius, & pater verus eos ſibi venditos, quaſi ſeruos, de ſua mittebant manu, qua de cauſa & ipſi patroni, & eorum filii patronorum filiis hac in re comparantur: excepto tamen Fiduciarii nomine, cuius rei cauſam Iuſtinianus exponit. Reliqua dicemus in. §. vlt. I. de ſucc. agnat.*

a ¶ Eſt & alia tutela. i. alio nomine vocata.

b ¶ *Fiduciaria* appellatur. de qua dicitur. I. §. quo defũcto.

c ¶ *Impuberes.* nam ſi puberes, nõ erit eorum curator legitimus. vt. ff. de excu. tu. l. amiciſsimos. §. Lucius. Argu. contra authen. vt. ij. qui ob. ſe hab. per. §. j. collatio. vj. Ioan.

d ¶ *Manumiſerit.* i. emãcipauerit: vt. ff. quando act. de pecul. eſt an. l. j. §. j. & facit. I. ti. j. & ff. de leg. tot. l. tutela. §. fi. & l. ſeq.

e ¶ *Quo.* ſ. patre ſa. qui erat tutor filiorũ & nepotum. Accur.

f ¶ *Si liberi.* qui remanſerunt in poteſtate patris. Idem puto & ſi filii fuerunt emancipati. Si autem tam impuberes, quam puberes remanſerunt in poteſtate, ipſo iure recidunt in poteſtatem ſui patris illi, qui filij ſunt: ſed fratres recidunt in tutelam fiduciariam ſemper: vt. I. quib. mo. ius pat. pote. ſol. § j. & I. de tut. §. permiſſum.

ADDITIO. *Iſtam gl. reprehendit Iac. quia tunc erit legitime ex mente & verbis. l. 12. tabul. per text. in terminis in. l. tut. in princip. ff. ad Velleia.*

g ¶ *Filiorum ſuorum.* ſcilicet nepotum defuncti.

h ¶ *Sororis.* ſed certe frater videtur eſſe legitimus: vt. C. de [illegible]. l. aduerſus. quæ eſt contra. Sed certe qui fiduciarius eſt, legitimus eſt per interpretationem, licet aliud nomen habeat. ſ. fiduciarius: & illum reſpectum habuit ibi. vt legitimũ fiduciarium appellaret.

ADDITIO. *Iſtam gl. reprehendunt cõmuniter omnes doct. hic per hunc tex. in verſ.*

aigni

atqui. & ad contrarium reſpondent, quod loquitur in fratre non emancipato: quem inter agnatos vocat. l. 12. tabu. ſecus in emancipatos, vt hic.

xus perfectæ ætatis ſint tutores fiduciarii fratrum ſuorum, qui ſunt filii patris defuncti, vt notum eſt. & hoc euidenter apparet per rationem quam ſubiungit tex. vbi ſola de fratribus mentio fit. Iaſ.

rum efficiuntur. Atqui [a] patrono legitimo tutore mortuo, liberi quoque eius legitimi ſunt tutores. Quoniam filius quidem defuncti, ſi non eſſet à viuo patre emancipatus, poſt obitum eius ſui iuris efficeretur, nec in fratrum poteſtatem recideret[b]: ideóq; nec in tutelam[c]. Libertus autem ſi ſeruus manſiſſet, vtique eodem iure [d] apud liberos domini poſt mortem eius futurus eſſet. Ita tamen hi ad tutelam vocantur: ſi perfectæ [e] ſint ætatis, quod noſtra conſtitutio [f] in omnibus tutelis & curationibus obſeruari generaliter præcepit[g].

a ¶*Atqui.* pro certe. alias atquin: & tunc dic, at pro ſed: & quum pro certe. & eſt oppoſitio, quare filij patronorum ſunt legitimi: vt ſupra de le. pa. tu. j. reſponſo. & iſti filij non ſic ad quod reſpondet: quoniam fili⁹ &c. Sed hæc ratio non tenet, niſi inter fratres, qui non dicuntur recidere in poteſtatẽ fratrum ſuorum, ſed filij. i. nepotes erãt recaſuri in poteſtatem ergo in tutelam legitimam. Sed reſpondeo, non recidunt filij iure hæreditario in poteſtatem: ſed iure paternitatis & filiationis. At ſeruus ſi non eſſet manumiſſus: iure hæreditario erat futurus ſeruus apud filios domini: & niſi eſſent hæredes, non eſſent domini: ſed filius etſi non ſit hæres patris: tamen filium ſuum in poteſtate habet: vt ſupra quib. mo. ius pa. po. ſol. §. j. Erat & alia ratio iure veteri: quia emancipatione tollebatur ius agnationis minima ca. di. etiam inter patrem & filium, niſi eſſet emancipatus contracta fiducia, nedum inter fratres. vt. C. de legi. tut. l. iiij. & ſupra de leg. ag. tu. §. fin. ſed hodie corrigitur: vt. d. l. iiij. C. & J. de leg. agn. ſuc. §. finalis. Vnde dicunt quidam, vt Azo, hodie fiduciariam eſſe legitimam ex verbis & ſententia. l. xij. tab. ex quo hæc ſecunda ratio ceſſat. ſed poteſt dici contrarium: quia remanet prima.

ADDITIO. *Forſitan facilius & melius habebitur intellectus textus ti. ſi dixerimus ſolos fratres tutores fiduciarios filiorum fratrum. & nunquam filiorum ſuorum, & exponamus tex. in principio filiorum ſuorum. ſcilicet defuncti, vel fratris: & exponetur vel, pro id eſt, vt ſit ſenſus, quod liberi virilis ſe-*

b ¶*Recideret.* dicunt quidã, quod ſi non eſſet emancipatus. non erat futurus in poteſtate fratris, ſicut erat patris: & ideo emãcipatus nõ ita erit apud fratrem. ſicut erat apud patrem id eſt in ſimili tutela.

c ¶*Nec in tutelam.* ſcilicet legitimam, ſed fiduciariam.

d ¶*Eodem iure.* ſeruus enim ſi non manumittatur, erit in poteſtate filij patroni iure hæreditario: ſed filius in poteſtate patris iure patriæ poteſtatis.

¶*Ita tamen.* CASVS. Domine vos dixiſtis mihi, quod mortuo patre legitimo tutore impuberum liberorum emancipatorum cæteri liberi. eorundem fiduciarij tutores erunt. Eſt ne hoc generaliter verum ſine diſtinctione ætatis? Reſpon. quod non. Nam impuberum emancipatorum liberi virilis ſexus nanciſcuntur tutelam, ſi legitimam ætatem. i. xxv. an. compleuerint, quod noſtra conſtitutio non ſolum in fiduciariis tutelis, ſed generaliter in omnibus tutelis & curationibus obſeruari præcepit. Et hæc vſq; ad finem. Franc. de Aret.

e ¶*Perfectæ* id eſt xxv. an. nam quoties fit mentio de ætate perfecta, vel de maiore annis, de xxv. annis intelligitur: vt. C. de iis, qui ven. æta. impe. l. fi. & ff. de leg. iij. l. cum filio. §. fina.

f ¶*Conſtitutio.* vt. C. de leg. tu. l. fi.

g ¶*Præcepit.* ſcilicet vt ſit perfectæ ætatis, & eſt ratio: vt. J. de excu. tu §. minores xxv. an. Accur.

DE ATTILIANO TVtore &c.

¶ Suprà viſum eſt de teſtamentaria tutela: & ſubſequenter de legitima. Verùm quia ceſſante teſtamentaria & legitima, opus eſt prouidere de datiua, ideo ſubdit de Attiliano tutore. Viuian.

TITVLVS XX.

DE ATTILIAno tutore[a], & eo qui ex lege Iulia & Titia dabatur.

¶ Ceſſante teſtamentaria & legitima tutela, locus eſt datiuæ, id eſt, à iudice dandæ.

SI cui nullus omnino tutor[b] fuerat: ei dabatur in vrbe quidem à Prætore vrbano, & maiore[c] parte Tribunorũ plebis tutor ex lege Attilia: in prouinciis verò à Præſidibus prouinciarum, ex lege Iulia & Titia.

¶ Quoties ſpes eſt teſtamentarii tutoris, & pẽdet, datiuus habet locum, qui tutor eſt quouſque teſtamẽtarii impedimentum ceſſat. Aret.

¶ Sed & ſi in teſtamento tutor ſub conditione, aut ex die certo[d] datus fuerat: quandiu conditio aut dies pendebat, ex eiſdem legibus tutor "alius interim dari poterat[e].

" *Quidam vtiscunt hac, alius interim.*

a ¶ *De Attiliano tutore.* id eſt, de eo tutore, qui dabatur per legem factam ab Attilio: vt in textu exponitur. A D D. *Vlpianus in Titu. 11. Lex Attilia iubet mulieribus pupilliſue nõ habẽtibus tutores, dari a Pratore, & maiore parte Tribunorum plebis, quos tutores Attilianos appellamus. Sed quia lex Attilia Romæ tantum locum habet, lege Iulia & Titia proſpectum eſt, vt in prouincia quoq; ſimiliter à Præſidibus earum dentur tutores.*

SI cui. Totus iſte tit. diuiditur in quatuor partes. Primo ponit ius antiquũ circa dationem tutoris. Secundo ponit ius nouum. Tertio ponit ius nouiſsimũ. Quarto ponit nouum caſum, videlicet, quod naturali æquitati conuenit impuberes eſſe ſub tutoribus: & quod finita tutela tenentur ad rationem reddẽdam. Secunda ibi, Sed hoc iure. Tertia ibi, Nos aũt. Quarta ibi, Impuberes. Item prima ſubdiuiditur in alias quatuor partes. Primo ex quibus legibus ipſe tutor dabatur deficiẽte omni tutore teſtamentario & legitimo, & à quibus dabatur. Secundo, qñ teſtamentario dato ſub conditione, vel in diem pure tutor datur. Tertio, quid ſi teſtamentarius tutor ſit captus ab hoſtibus. Quarto, quomodo iſtæ leges ab vſu receſſerũt: & cauſam propter quam. Secunda ibi, Sed & ſi. Tertia ibi, ab hoſtibus. Quarta ibi, Sed ex his.

CASVS. Domine, iam video q vultis tractare de datiua tutela: dicatis igitur mihi, quando locum habet datiua tutela, & à quibus dantur tutores datiui? Ad hoc reſpon. Imp. Amice: Si cui nullus omnino tutor neq, teſtamentarius neq; legitimus ſit: tunc demum habet locum datiua tutela: & illis, qui neque teſtamentarium, neq; datiuum habent tutorẽ, olim quidem ſecũdum iura antiquiſſima dabatur tutor authoritate leg. Attil. in vrbe Ro. à prætore vrbis, & à maiore parte tribunorum plebis: ſed in prouinciis dabatur tutor eiuſdem à præſidibus prouinciarum authoritate leg. Iul. & Titiæ: Quãdoq; etiam ſi pure datus fuerat tutor teſtamento: tamen nihilominus datiuus tutor locum habuit, quandiu hæres ex teſtamẽto non adiit. tãdiu enim ex eiſdem legibus tutor dabatur, & in omnibus his caſibus tutor ille datiuus in defectum teſtamentarij datus deſinebat tutor eſſe conditione vel die adueniente. vel hærede ex teſtamento hæreditatem adeunte. Item in alio caſu prædictus tutor dari ſolebat. Nam ſi teſtamentarius tutor, vel etiã legitimus ab hoſtibus captus fuerat: in defectũ tutoris capti, alius tutor ex eiſdẽ legibus dabatur: & iſte loco capti ſubrogatus deſinebat eſſe tutor captiuo in ciuitatẽ reuerſo. Nam reuerſus in ciuitatem adminiſtrationem tutelæ iure poſtliminij recipiebat. & hæc dicuntur vſq; ad illũ §. Sed ex his legibus. Franc.

b ¶ *Tutor fuerat.* ſ. ex teſtamento. nam quandiu teſtamentaria tutela ſupereſt, non eſt locus alij: Item nec legitima. nã nec datiua tunc locum habet: vt C. qui dare tu. poſſ. l. ſi ſororis.

c ¶ *Et maiore.* i. duob'. Fratẽm tres, vt ar. C. de of. p. l. ij. & ff. de ori iu. l. ij. §. iisdẽ. A D D. *Gloſa fallitur. nam poſtea creati ſunt Decem, qui erãt tempore legis Attiliæ. vide d. l. 2. ver. Ergo ex his.*

d ¶ *Ex die certo.* vt à paſchate in antea ſis tutor.

e ¶ *Dari poterat.* & hodie dat: vt ff. de teſt.

Item ſi purè datus fuerat: quandiu ex teſtamento nemo[a] hæres exiſtebat[b], tandiu ex eiſdem legibus tutor petendus erat: qui deſinebat[c] eſſe tutor, ſi conditio[d] extiterat, aut dies venerat, aut hæres extiterat.

¶ *Impedimento ſuperueniēte tutori teſtamentario, quod tamen ſperatur tolli de iure communi, datur interim tutor à iudice, qui deſinit eſſe tutor, impedimento teſtamentarij ceſſante. Aretinus.*

¶ Ab hoſtib⁹ quoque tutore capto, ex his legibus tutor petebatur[e], qui deſinebat[f] eſſe tutor, ſi is, qui captus erat, in ciuitatem reuerſus fuerat: nam reuerſus recipiebat tutelam iure poſtliminij[g].

¶ *Item lege Attilia, & lege Titia, non cauebatur de ſatiſdatione tutoris: ideo ex his deſierunt tutores dari. Aretinus.*

¶ Sed ex his[h] legibus[i] tutores pupillis deſierunt dari poſteà, quam primò[k] Conſules pupillis vtriuſque ſexus tutores ex inquiſitione[l] dare cœperunt: deinde Prætores ex conſtitutionibus. Nā ſupradictis[m] legibus, neque de cautione à tutoribus exigenda, rem ſaluam pupillis fore[n], neque de compellendis[o] tutoribus ad tutelæ adminiſtrationē, quicquam cauebatur.

¶ *De iure nouo, Ro-*

sut.l.ſi quis ſub conditione.

a ¶ *Nemo.* Nam ſi vnus de pluribus hæredibus adierit, valet tutela: vt ff.de teſt. tu.l.ſi nemo. Itē in libertate in teſtamento relicta: vt ff.de teſt.ma.l.teſtamento. §.teſtamento.

b ¶ *Exiſtebat.* Sed quid ſi nullus fuit inſtitutus cum pupillo: ſed tantum pupillus eſt hæres? Poteſt dici, quod authoritate iudicis adeat: vt C. de iu.deli.l.ſi infanti. & tunc valebit tutela, & incipit tutor adminiſtrare.

ADDI. *Vide plenius hāc quaſtionem per gloſ. in l.ſi nemo.i.ff. de teſta.tute.*

c ¶ *Deſinebat.* id eſt, ille, qui ſic erat datus in ſubſidiū, deſinebat cū teſtamētarius venit, vt ſubiicit.

d ¶ *Conditio.* Hic tutor tacite vſq; ad diē vel conditione exiſtēte datur, expreſſe nō poteſt: vt ff.de re. iur.l.actus.

ADDI. *Quod procedit in conditione intrinſeca proueniente ex natura rei: ſecundum Chriſtophor. vt hic, & l.mutu §.ſub cōditione.ff.de tut.*

e ¶ *Petebatur.* Nec erat locus legitimæ: vt ff.de leg.tuto.l.j §.ſi apud.

f ¶ *Qui deſinebat.* id eſt, iſte talis, qui erat datus in ſubſidium.

g ¶ *Iure poſtliminij.* quo iure etiam omnia alia recuperat vt ſ.quib.mod.ius pa. po.ſol.§.ſi ab hoſtibus. nec de adminiſtratis interim tenetur hic reuerſus: vt arg. ff.ſi quis cau.l.iij.§.illud ſciendum.

¶ *Sed ex his.* CASVS. Domine, iam vidi à quibus ſecundum iura antiqua dabātur tutores. dicatis mihi ſi placet, qualiter illa iura antiqua correctionē receperunt. Et certe dicit ipſe, frater, poſtquam conſules ceperunt dare per inquiſitionem tutores pupillis vtriuſque ſexus & Prætores per conſtitutiones noſtras: tunc ex ſupradictis legibus deſierūt tutores dari. Nam in illis legibus, neque de cautione à tutoribus danda rem pup. ſal. for. nec de cōpellendis tutoribus ad adminiſtrationē tutelæ quicquam cauebatur. Et hæc dicuntur vſq; ad illū §. ſed hoc iure vtimur. Franciſcus.

h ¶ *Sed ex his.* nūc recitat ſecundū ius: nam quatuor ſunt iura, quæ in hoc tit. notari poſſunt.

i ¶ *Legibus.* ſ. Attilia, & Iulia: & Titia: vt ſ. eodem titu. in princip.

k ¶ *Poſtea quā primò,* alias quā primum.

l ¶ *Ex inquiſitione.* ſ. inquirēdo facultates eorum, an ſint pares oneri iniuncto: vt j.de excu.tut.§.ſed & propter. Itē bona conuerſatio requiritur, vt & alias in parte arrogatore: vt ff.de adopt.l.nec ei. §.eorum. & ſ. de adop.§.cum autem.

m ¶ *Nam ſupradictis.* Bene dico, q deſierūt per has leges tutores dari, poſtea quā Conſules dederunt ex inquiſitione: & bonum fuit: propter duas rationes quas ponit. Nam pro quia, &c.

o ¶ *Fore.* hanc cautionem præſtant tutores & cura. vt ff.rem pupil.ſal.fo.l.non quaſi.§.j.& l.& ſi ad ſpecies.

o ¶ *De compellendis.* ſcilicet captis pignoribus: vt j.de ſatiſda.tu.§.penul.

¶ *Sed hoc iure.* CASVS. Domine, iam vidi qualiter iura antiqua correcta fuerunt, & qualiter ſecundum mediam iuriſprudentiam tutores dabantur. Ideo dicatis mihi ſi placet: à quibus dantur hodie tutores ſecundum iura moderna? Ad hoc

reſpon.Impe.Amice,hoc iure hodie vtimur vt præfectus vrbis vel prætor ſecundum ſuam iuriſdictionem, & in prouinciis præſides tutores pupillis poſſint dare. Nos tamen poſtea in conſtitutione noſtra ſtatuimus vt ſi facultas pupilli vſque ad quingẽtos ſolidos valeat: defenſores ciuitatis, vna cum eiuſdem ciuitatis religioſiſſimo epiſcopo, vel aliæ publicæ perſonæ.i.magiſtratus vel iudices Alexandriæ non expectata iuſſione præſidum, tutores vel curatores dare poſſint, legitima cautione rem pupilli ſaluam fore, ſecũdum eiuſdem cõſtitutionis normam à tutoribus interponẽda, eorum videlicet periculo, qui huiuſmodi ſatiſdationẽ accipiunt. Et hæc vſque ad illum §.impuberes autem. Franciſcus.

mæ præfectus & Prætor, in prouinciis Præſides, vel magiſtratus eorum iuſſu, ſi facultates pupilli non ſunt magnæ, dant tutores. Aretinus.

¶Sed hoc iure vtimur[a], vt Romæ quidẽ Præfectus[b] vrbi, vel Prætor ſecundum ſuam iuriſdictionem[c]: in prouinciis autem Præſides ex inquiſitione tutores crearent[d]: vel magiſtratus iuſſu[e] Præſidum, ſi non ſint magnæ pupilli facultates.

¶*Iure nouo, ſi pupilli facultates aureis quingentis non fuerint ampliores, à quocunque iudice vnà cum ciuitatis epiſcopo tutor datur cautione ab eodẽ præſtita, rem pupilli ſaluam fore: cuius cautionis periculum ad recipientem ſpectat.*

¶Nos autem per conſtitutionem[f] noſtram huiuſmodi difficultates ho- minum reſecantes, nec expectata iuſſione[g] Præſidum, diſpoſuimus, ſi facultates pupilli vel adulti vſque ad quingentos ſolidos[h] valeant: defenſores ciuitatũ:

a ¶*Sed hoc iure vtimur.* Hoc eſt tertium ius, quod erat tempore Iuſtiniani: & hodie eſt quartum additum, quod eſt ĩ.proxim.§.

b ¶*Præfectus.* ad præfectum cognitiones criminales, ad prætorem ciuilia negotia veniebant: vt patet ff.de of.præ.vr. per totum ti.& ff de off.præ. per totũ ti. Sed tutelam dabat vterque, vt hic.

c ¶*Iuriſdictionem.* præfecti vrbis eſt iuriſdictio vſque ad c. miliaria: ſed prætoris Romæ tantum: vt ff.de off. præf.vr.l.j.§. cum vrbem. & in ſum. Azo.de off. præt. Dabunt ergo eum & ei, qui eſt de ſua iuriſdictione. vt ſtatim in præſide notabis.

d ¶*Crearent.* ſcilicet eum qui eſt de ſua iuriſdictione, dabit: vt ff.de tuto.& cura. da.ab his.l.ius dandi. Si vero ibi non inueniantur idonei: etiã in alio loco quæret, & præſidi nunciabit: vt ff.eo.de tu.& cur. da.ab his.l. diuus. Item ei, qui ſit de ſua iuriſdictione, vel ratione originis, vel ratione poſſeſſionis, vel ratione domicilij: vt ff.eo.de tu.& cu l.j.§.vlt.& l.diuus. Si autem in altero horũ trium locorum nõ ĩuenitur, ſed ĩ quarto loco, reducẽdus eſt ad alterum locum de his tribus: & ibi tutelã accipiet: vt C.qui pe.tu.vel cu.l.j.

e ¶*Iuſſu Præſidum.* ergo delegatur. Sed cõtra.ff. de tu.& cu. da.l.nec mandante. Sed ibi mandatum eſt, qđ non importat neceſſitatem, hic iuſſus qui importat: vt ff.ꝙ iuſ. l.j.§.j.& ff.mã. l.j. Vel ibi erãt magnæ facultates pupilli: hic paruæ. Sed certe & ſi ſint paruæ adhuc videtur idem, nam datio tutelæ eſt miſti imperij: vt ff.de tu. l.muto.§. tutoris datio. vbi dicitur, quod tutoris datio illi ſoli competit, cui nominatim hoc dedit, vel lex, vel ſenatuſconſultum, vel princeps, ergo nõ poteſt delegari: vt ff. de off. eius cui manda.eſt iur.l.j.j.reſp. Sed dic, ꝙ non poteſt delegari nõ habenti iuriſdictionem, ſed habenti ſic: vt ff.eo.de tu.& cur.da.ab his.l.ius dãdi.& hic dicitur. Sed quę ſunt magnæ facultates? Reſpon. quinquaginta aurei: vt C.de defenſ.ciui.l.j. Vel decem libræ auri: vt in authent. de app.§.ij.collat.iiij. vel ccc.aurei: vt in aut.de defenſ. ciuit.§.& iudicare.col.iij. Vel verius vſque ad quingentos ſolidos ſunt paruæ: ſi vltra, ſunt magnæ: vt ĩ.proxi.

Facultates quæ dicantur magnæ.

f ¶*Per conſtitutionem.* quam non habemus.

g ¶*Iuſſione.* i.delegatione, ſiue præcepto. Nam in hoc differt à mandato: quia mandatum ex voluntate eſt, ſed iuſſus neceſſitatis: vt ff.ꝙ iuſ.l.j.§.ij.& ff.man.l.j.

h ¶*Solidos.* id eſt aureos: vt ĩ.de pœ.te. litig.§. fina. quorum ſeptuaginta duo faciunt libram auri: vt C.de ſuſ.& ar.l.quoties.lib.x.

A D D. *Solidus propriè idem quod libra, quaſi as vocatur. Voluſ.Met.appellatus ideò, quod Solida perfecta dicuntur. cum autem diminutis ſimul cum imperio fortunis principum, ad aureos omnis pecuniæ ratio reuocari cœperit: non ſine ratione,*

ſue ratione, tanquã qui fungantur munere & vſu actu, quantu ad hoc: in ſupputandis ac numerandis pecuniis aureum ſolidum appellauere. Æmylius Ferretus.

i ¶*Poſt pubertatem.* ſed & ante, ſi finita tutela fuerit prius: vt ff. de tut. & ra. diſt. l. niſi finita. alias (id eſt, niſi eſſet finita tutela) nõ naſcitur actio tutelæ: ſed aliæ actiones natæ ſunt: ſed nõ exereẽtur: vt ff. de tu. & ra. diſt. l. ſi tutor. §. fina. & l. ſed non dantur.

vnà[a] cum eiuſdem ciuitatis religioſiſſimo Antiſtite, vel alias[b] publicas perſonas, id eſt, magiſtratus, vel iuridicum Alexandrinæ[c] ciuitatis, tutores vel curatores creare, legitima cautela ſecundũ eiuſdem conſtitutionis normam præſtanda: videlicet eorum[d] periculo, qui eam[e] accipiũt.

¶*Æquum eſt, vt regatur impubes, qui neſcit ſe regere.*

¶Impuberes[f] autem in tutela eſſe, naturali iuri[g] conueniens eſt: vt is, qui perfectæ ætatis non ſit, alterius tutela regatur.

¶*Tutela finita, adminiſtrationis ratio redditur, & hoc non tantum ad hunc tit. ſed ad oẽs ſuperiores de tutelis pertinet.*

¶Cùm ergo pupillorũ, pupillarúmque tutores negotia gerant[h]: poſt pubertatem[i] Tutelæ iudicio[k] rationem reddunt.

TITVLVS XXI.

DE AVTHORITATE TVTORVM.

¶*Pupillus etiam ſine tutoris authoritate conditionem ſuam meliorẽ facere poteſt, deteriorẽ non poteſt: quo fit, vt in contractibus vltrò citróq; obligatoriis cõtrahentẽ ſibi obliget, ipſe autem illi nõ obligetur.*

AVthoritas autem tutoris in quibuſdam cauſis neceſ-

a ¶*Vna.* id eſt, ſimul.

b ¶*Vel alias.* hoc quãdo extra ciuitatẽ, vt in municipio. nam magiſtratus municipalis dabit.

c ¶*Alexandrina.* hoc quãdo tutor datur in ciuitate Alexandrina.

d ¶*Eorum.* ſcilicet tabellionum & aliorũ: non vero ipſorum maiorum iudicũ: qui habent poteſtatẽ dandi tantum: vt j. de ſatiſ. tuto. & cur. §. pe. & §. fi. qui ſunt contra.

e ¶*Eam.* ſ. ſatiſdationem.

¶*Impuberes autem.* C. Æ. S. Domine, iá video à quib9 dabãtur tutores olim iure antiquo: & etiã quibus dantur hodie ſecundum cõſtitutionem veſtrã, pro deo dicatis mihi, ſi placet qualiter huiuſmodi impuberes ſũt in tutela. Ad hoc reſp. Impe. Amice, certe naturali rationi cõuenit: & etiã iuri cõſentaneũ eſt: vt impuberes in tutela ſint: vt videlicet illi qui perfectæ ætatis nõ ſunt, aliorũ tutela regãtur. Sed domine Imp. dicatis mihi ſi placet, quo iure cogũtur tutores finita tutela reddere rationẽ ſuæ adminiſtrationis? Ad hoc reſp. Imp. Amice, cũ tutores pupillorum pupillarũmq; negotia adminiſtrent: finita adminiſtratione actores tutelæ rationẽ adminiſtrationis ſuæ reddere cõpellũtur. Et hæc vſq; ĩ fi. Frã.

f ¶*Impuberes.* hic §. eſt generalis ad omnes præcedentes ti. de tutelis.

g ¶*Iuri.* id eſt, æquitati.

h ¶*Gerant.* alias geſſerũt. i. geſſerunt, alias gerunt.

ADD. *Ratio diuerſitatis eſt quia actio tutela eſt generalis: & ſufficit eam ſemel naſci, & nõ ſæpius per ſingulas cauſas ſecundum. Ia. Ange. tamen tenet contra iſtam glo. & de caſibus in quibus poſſit exerceri etiam durante tutela, ſe remittit ad nota. in l. 2. C. de adminiſt. tut.*

k ¶*Tutela iudicio.* i. actione tutelæ, quæ datur in ſimplũ: & propter dolũ, & culpam latã & leuẽ. Eſt & alia actio, qua tutor tenetur. ſ. de rationib9 diſtrahẽdis: ſic enĩ nominatur: vt ff. de cõtra. act. tu. l. ij. & datur in duplũ, & propter dolum tantũ: vt in duplo cõtinetur rei perſecutio. Prior datur cõtra tutorẽ, & cõtra hęredes: poſterior cõtra tutorẽ tantum: vt ff. de tu. & ra. diſt. l. j §. pe. & l. ij. Item vna intentata, altera denegatur, licet plus ſit in ea: & econtra: ſecus in actione tutelæ & furti: quæ ſecũ competit: vt ff. de tut. & ra. diſt. l. j. §. in tutela.

DE AVTHORITATE tutorum.

¶*Dictum eſt ſuprà qualiter tutores creantur: hic quando creati ſunt, qualiter ſe regere debeant, & authoritatem præſtare. Aret.*

A*Vthoritas autem.* Totus iſte titulus diuiditur in tres partes principa-

Si quis a pupillo sine tutoris authoritate emerit, ex vna parte constat contractus.

leo. Primò ponit in quibus caſibus neceſſaria ſit authoritas tutoris, & in quibus non. Secundò quando iſta authoritas debeat impertiri. Tertiò remouet quoddam dubium. Secunda ibi, Tutor autem. Tertia ibi, Si inter tutorem. Itē prima pars vſque ad §.neque tamē.ſubdiuiditur in q̄tuor. Primò ponit dictum bimembre. Secūdo exemplificat quolibet ex dictis membris. Tertiò rationem annectit. Quartò īfert, & illationem clarificat per exēpla. Secūda ibi: vt ecce. Tertia ibi, Nāq;. Quarta ibi, Vnde ī his.

A D. *De vocabulo Auctoritas Fr. Hotomanus in orat. Cicer. pro Cæcina, ſic diſputat. Auctor is propriè dicitur, à quo quis rem aliquam iuſto titulo accepit, quem Galli vocāt Guarent. vnde Auctoritas propriè dicitur, ius quod in rem aliquam habemus, vt patet ex l.vlt. De vi & alijs ſimilib. & ex l.12.tab. Vſus fundi biēnij, eſto auctoritas. id eſt, iuſtus titulus, ſiue idonea cauſa, quamobrem poſſideatur. Dictus eſt autem ſine dubio Auctor ex eo, quod in auctione pretium maximè omnium auxit, & rem plurimi licitatus, eam abſtulit, ſiq; hac de cauſa auctoritatem in eam rem quæſiuit. Tranſlata autem poſtea ſignificatio eſt ad eos omnes, qui ſuam auctoritatem quam in rem aliquam quacunque ex cauſa haberent, in alios transferrent. nam & donator, auctor eſt donatario: & hæres, legatario. Ex quo etiã ſenſim longius tranſlatio ducta eſt, vt is à quo cõſilium accepimus, auctor noſter tranſlatè dicatur. quod etiam Galliſcè vrbani homines vulgò vſurpant. Eum enim Guarendiũ illum appellant, cuius conſilium ſequuntur quaſi qui euentum conſilij præſtare debeat. Qua de cauſa lex illa Romæ lata eſt, vt legum quæ comitijs centuriatis ferrentur, ante initum ſuffragium patres auctores fierent. vnde patrum auctoritatem ſequi populus dicebatur μεταφορικῶς. & nõ aliena figura, quaſi patres euentum eius conſilij præſtare deberent, vt venditor euictionem. Vnde & tutor propriè auctor pupilli dicitur, cui conſilium impartit: quaſi cuius euentum præſtaturus ſit: & eius Conſilium, auctoritas. Eſt enim a re ius venditæ ad facta traducta ſignificatio. Qui vero ab αὐθέντης, aut αὐτὸς deductum nomen putarunt, ii Dionis verbis refelluntur, qua in ſupradictis Hotomani commentariis legas licebit.*

ſaria pupillis eſt: in quibuſdam non eſt neceſſaria. vt ecce, ſi quid dari ſibi ſtipulentur, nõ eſt neceſſaria[a] tutoris authoritas. quòd ſi aliis promittant[b] pupilli: neceſſaria eſt[c] tutoris authoritas. Nanq; placuit meliorem quidē conditionem licere eis facere, etiam ſine tutoris authoritate: deteriorem verò non aliter, quàm cum tutoris authoritate. Vnde in iis cauſis, ex quibus obligationes mutuæ naſcuntur: vt in emptionibus, venditionibus[d], locationibus, conductionibus, mandatis, depoſitis[e], ſi tutoris authoritas non interueniat: ipſi quidem, qui cũ his cõtrahunt, obligantur: at inuicē pupilli nõ obligantur[f].

¶*Hæreditatem adire, bonorum poſſeſſionem petere, aut fideicõmiſſariã hæreditatē ſuſcipere, nõ, niſi cũ tutoris authoritate, pupill⁹ poteſt.*

A D. *Auctoritatem accõmodare, & auctor fieri is dicitur, qui probat quod ab alio fit. i. etiã. ff eod.*

a ¶*Non eſt neceſſaria.* vt C. de cōtrahē. & com. ſtipula.l. neque. & l.j. C. de authoritate præſtan.

b ¶*Promittãt,* quia tunc eſt veriſimile, q male agant. & facit ad hoc §. quibus alie.lic. vel non §. nūc admonendi. & §. at ex cõtrario. & §. de inutili.ſtip.§. pupillus. & ff. de acqui.rer. domi. l. pupillus. & ff. de pact.l.cõtra iurio. Idem de muliere ſuper dote paciſcēte: vt ff de pac.do.l. ſi e dic. Idē in alimentario tranſigente: vt ff de tranſac.l.cum hi §.ſi quid ergo. Itē facit.C.de cõtr.& cõ.ſtip.l.neque.

c ¶*Neceſſaria eſt.* in duobus tamē caſib⁹ obligatur pupillus ſine tut. autho. ff. de ac.& ob.l.furioſ⁹.vbi.ſ.ex re actio venit.

d ¶*Venditionibus.* ſi autē pupillus petat rem ex vēditione repellitur exceptione doli mali: niſi pretium dare velit: vt ff.de reſcin.vend.l.ſi id quod.§.vlti.in fine.

e ¶*Depoſitis.* Pupillus tamen doli capax tenetur depoſiti, ſi quid doli commiſit, vel locupletior factus ſit: vt ff. depo.l.j. §.an in pupillum.

f ¶*Non obligantur.* & ſic not. quod cõtractus claudicat quandoque, vt hic: & ff.de actione empti.l. Iulianus.§. ſi quis à pupillo argumen. contra. ff de arb.l litigatores.§.penul.& fi. in auth. de non eligen. ſecundo nuben.§.proſpeximus.coll j. Itē hoc eſt verum niſi locupletior ſit pupillus, alias excipitur ſi agat & contra poterit agi: vt ff.de adminiſtratione tutorũ.l. ſi minoris.& C. pro emptore l.fi.& e.l.v. § j.& de reſcind. vend.l.ſi id quod.§.fina.

¶*Neque tamen.* CASVS. Domine vos dixiſtis mihi ſupra q licet pupillus meliorem facere conditionem ſuam ſine tut. aut. Pone

Quid si pupillus cum pupillo contrahat? nihil agitur. l. 3. D. quod fal. tut. aut. fact. esse.

¶ Neq; tamen hæreditatem[a] adire, neque bonorum poſſeſſionẽ[b] petere, neque hæreditatem ex fideicommiſſo[c] ſuſcipere aliter poſſunt, niſi tutoris[d] authoritate (quamuis illis lucroſa ſit[e]) nec vllum[f] damnum habeant[g].

¶ *Tutor præſens debet authoritatem interponere, alias non valet.*

¶ Tutor autem ſtatim in ipſo negotio præſens, debet author fieri[h], ſi hoc pupillo prodeſſe exiſtimauerit[i]: poſt tempus[k]

aut. Ponc ig tur, quod aliqua lucroſa hæreditas delata ſit alicui pupillo: nunquid poterit illam hæreditatem ſine tut o. aut. adire? Reſpon. Imper. quod non. Licet enim dictum fuerit generaliter ſupra quod licet ei facere conditionẽ ſuam meliorem ſine tut. auth. hoc tamen fallit in caſibus ſpecialib⁹. Neque enim hæreditatem adire, neque bonorum poſſeſſionem petere, neque hæreditatem ex fideicõ. ſuſcipere poterit: niſi tut. author. interueniat: quãuis lucroſa ſit. & hoc ideo ſtatutũ eſt, ne ille damnum inde habeat. & hoc vſque ad §. tutor autẽ. Franciſcus de Aret.

a ¶ *Hæreditatem.* quæ ex teſtamento vel ab inteſtato defertur. ſ. iure ciuili: vt ff. de pe. hær. l. j. ij. & iij. Et hæreditas eſt ſucceſſio in vniuerſum ius, quod habuit defunctus tempore mortis ſuæ, deducto ære alieno vt ff. de verb. ſign. l. nihil.

b ¶ *Bonorũ poſſeſſionem.* ex teſtamento: vt ſecundum tabulas, vel ab inteſtato, vt vnde liberi. & ſimiles, quę ſunt omnes de iure prætorio: vt ĩ. de bo. poſſ. §. quos autẽ. Et eſt bonorum poſſeſſio ius perſequendi retinendique patrimonij, quod cuiuſque fuerit, cum is moritur: vt ff. de bon. poſſ. l. iij. §. bonorum. Hoc tamen in bon. poſſ. fallit in caſu, cum pupillus non habet tutorem. tunc enim prætor authoritatem tutoris poteſt ſupplere: vt C. qui admit. ad bo. poſſ. l. bonorum. Idem in hæreditate: vt C. de iur. deli. l. ſi infanti. in fi.

c ¶ *Ex fideicommiſſo.* vt per ſenatuſconſultum Trebellianum: vt ĩ. de fideicom. hære. §. ſed quia. Idem dico & ſi bona velit recipere cauſa ſeruandarum libertatum: cum & ibi poſſit timere damnum: quia eſt ſucceſſio in vniuerſum ius: vt ĩ. per quas perſo. no. acqui. §. fin.

d ¶ *Tutoris.* id eſt, adminiſtratoris, cui adminiſtratio ſit conceſſa in teſtamento: alioquin non valet: nam & ſi ab eo, qui tutelam nõ gerit, ſciens alium gerere emã: dominus non efficiatur: vt ff. eo. l. iiij. Item nunquid curatoris pupilli ſufficit authoritas ad adeundam hæreditatem, vel bo. poſſ. delatam pupillo? Reſpon. nõ: vt ff. de appel. l. cũ tnvna. §. tutor. vſq; ad fi. legis.

e ¶ *Lucroſa ſit.* id eſt appareat lucroſa: ne occaſione lucroſæ adeat damnoſam: quia adeundo oneratur legatis, & fideicommiſſis. & alijs oneribus & ita obligatur: ſed non poteſt obligari ſine tutoris authoritate. vt ſ. eo. in prin. Sed ſi obijciatur: ceſſante cauſa, &c. hoc raro accidit, quod hæreditas non ſit oneroſa: ſed frequenter cõtrarium. & ad ea quæ frequẽtius accidunt, iura adaptantur: vt ff. de le. & ſenatuſcon. l. nam ad ea.

f ¶ *Nec vllum.* Eſt & alia ratio, etiam ſi ſit lucroſa. quia litibus & ſumptibus vexaretur: vt ff. de mino. l. minorib⁹ xxv. an. Et his eiſdem etiam rationibus non in iudicijs ciuilibus vel criminalibus, poteſt eſſe ſine tutoris authoritate: vt ff. ſi aduer. rem iud. l. cum & minoris. & C. de aut. præſt. l. clarum. Niſi in quatuor caſibus: vt in poſſeſſione momentanea. vt C. ſi per vim vel alio mo. l. j. & C. qui leg. perſo. l. momentaneæ. in glo. iij. Item in violato thoro minor ſine curatore accuſat: vt ff. de adult. l. ſi maritus. ij. § lex. ſed hoc in adulto. Item ſi veniam ætatis impetret: vt C. de his, qui ve. ætat. impe. l. j. & ij. Item in interdicto de libero homine exhibendo: vt ff. de libe. ho. exhib. l. quod & lex. §. ſed & ſi mulier.

g ¶ *Damnum habeant.* quia forte ſubeſt æs alienum latens.

¶ *Tutor autem.* C A S V S. Domine, iam video in quibus caſibus tut. author. debet interuenire. dicatis mihi, ſi et cor. i eſt, qualiter debeat interponi ſua autho. Ad hoc reſpon. Imper. Amice, tutor in ipſo negotio à pupillo ſuo contrahendo debet perſonaliter intereſſe. & quod actum eſt à pupillo laudare, ſi hoc pupillo ſuo prodeſſe exiſtimauerit. Nã tutoris authoritas poſt tempus: vel per epiſtolam interpoſita nihil agit. Et hæc vſque ad illum §. ſi inter tutorem. Franciſcus de Aret.

Bonorum poſſeſſio.

h ¶ *Author fieri.* i. probare & laudare, quod fit per pupillum: vt ff. eo. l. [illegible]

i ¶ *Exiſtimauerit.* nõ enim compellitur. Primò, quia eſt iniquum. Secundò, quia tenetur pupillo damnũ reſarcire tutor: vt ff. eo. l. ſi tutor.

A D D. *Sic etiam filius non poteſt adire hæreditatem ſine voluntate patris: vt C. de bo. quæ lib. l. fin. § pen. in ſi.*

k ¶ *Poſt tempus.* ſcilicet non modicum: alias valet authoritas: vt ff. de acqui. hæ.

l. ſi quis mihi.§.iuſſum. quæ ſit contra.& eſt ratio:quia videntur ineſſe. quæ incontinenti fiunt: vt ff.ſi cer.pe.l.lecta.§.diccbam.& ibi glo. auth diximus.Item & circa reales actiones hunc §. hodie facimus loqui: cum in eis non ſit obligatio, vnde authen.ceſſat: vt j.de act.§.j. Accurſius.

a ¶*Per epiſtolam.* Not.caute,& redde ſingula ſingulis. nā dixerat duo ſ. ſtatim ad qđ refertur, poſt tēpus, &c. Itē in ipſo negotio præſens ad qđ refertur hoc per epiſtolam.quę inter abſentes mittitur: vt j. de obli.ex conſenſu.§.ideo. i fi. Idem & ſi alio modo inutiliter authorizetur: vt ff e. l j.§.fi.& l.ſeq.

c ¶*In rem ſuam.* & pupilli, quæ ſua dicitur, cum bene adminiſtrat: vt ff. de furt.l.interdū.ij.§. qui tutelam.

d ¶ *Author eſſe non poteſt.* facit ad hoc ff. de verb.ſignific.l. quod dicimus. & C.ne quis in ſua cauſa.l. vnica.& C.de teſti.l. omnibus. & ff.eo.l.v.j.reſpon. argu.contra, C.de fideicom.l. fin. ibi, cū ipſe ſibi iudex & teſtis, &c. Ratio autē textus pſens eſt: quia ſequeretur, vt i eodē negotio eſſet quis actor & reus. quod eſt incōueniens.

verò, vel epiſtolam[a]: aut per nuntiū impoſita authoritas, nihil agit.

¶*Tutor ſibi authorari non poteſt: nemo enim in rem ſuam author fieri poteſt.*

¶Si inter tutorem pupillúmque iudicio[b] agendum ſit: quia ipſe tutor in rem ſuam[c] author eſſe non poteſt[d]: non prætorius tutor (vt olim[e]) conſtituitur: ſed curator[f] in locum eius datur[g]: quo interueniente, iudicium peragitur: & eo[h] peracto, curator eſſe deſinit.

TITVL. XXII.

QVIBVS MODIS tutela finiatur.

¶*Exploſo impudico antiquorum iudicio, tutela maſculi anno decimoquarto expleto finitur, fæmi-*

¶Si inter tuto-rē. CASVS. Domine, ſi vidi qualiter debeat interponi tut.auth.dicatis mihi modo, ſi aliquod iudicium agendum ſit inter tutorem & pupillum: quid iuris eſt in caſu iſto? Ad hoc Imp.dicit: Amice, ſi iudiciū inter tutorem & pupillum agendū ſit: in caſu iſto nō prætorius tutor (vt olim cōſueuit fieri) cōſtituetur: ſed loco eius curator dabitur & interueniente ipſo curatore iudicium peragetur:& finito iudicio deſinet eſſe curator. Et hæc dicuntur vſque in fi ti. Franciſcus de Aret.

Iudiciū verum inter tutorem & pupillū poſſit eſſe. b ¶*Iudicio.* ſcilicet rei vēdicationis, vel alterius pſonalis, vel realis actionis: præter actionem tutelæ: quæ cōtra tutorem erit danda: quæ durante officio nō datur: vt ff.de tut.& ratio.diſtra.l.niſi finita.§. fin.& l.cum adhuc.& idem in vtili generali negot.geſto. quæ datur contra curatorem adulti: vt ff. de adminiſtrat.tuto. l.cum curatore. & C.de adminiſt.tuto.l. ij.& l.rationes. Sed certe nec aliæ videntur interim poſſe intendi: vt ff.de tuto.& ratio.diſtra.l.ſed non dantur. Sed illud intelligo, vt ipſemet exerceat, non dantur: ſed per procuratorem ſic: vt hic dicitur. Itē nunquid hæc correcta ſunt hodie per auth.vt ij qui ob.ſe perhi.ha. res mi.§.j. collat vj.cum nullus creditor, vel debitor poſſit eſſe tutor vel curator? Reſpon. q ſic: niſi in tutore teſtamentario, in quo poterit adhuc hodie hic.§. loqui, cum fides talis tutoris ab ipſo teſtatore ſit cōprobata: vt j.de ſatiſda. tut vel cur.§ j.& C.de epiſc.aud.l.de creationibus.in prin. Vel idem in eo quod in aliis, vt in præd.

e ¶*Vt olim.* Nā olim in tali caſu dabatur tutor prætorius, q hodie nō eſt: vt hic dr. ADD. *Vlpianus in tit.11. Quis prætorius ſit tutor, docet his verbis. Moribus tutor datur mulieri, pupillóve, qui cum tutore ſuo lege aut legitimo iudicio agere vult, vt auctore eo agat. (ipſe enim tutor in rem ſuam auctor fieri non poteſt) qui Prætorius tutor dicitur, quia à Prætore vrbis dari conſueuit.*

f ¶*Sed curator.* C.de in lic.dan.tut.l.j.

g ¶*Datur.* etiam inuito: vt ff.de tu.l.iij. §.idem Caſſius.

h ¶*Et eo.* ſcilicet iudicio.

QVIBVS MODIS TVtela finiatur.

¶*Dictum eſt de ingreſſu tutelarum & ſupra tutu.s.de progreſſu. reſtat de fine: ſicut eſt in operibus natura ingreſſus proceſſus & finis. Aretinus.*

¶Notandum eſt, quod modi qui tutelam finiri faciunt, ſunt octo & ad iſtos omnes alij modi poſſunt reduci. Et ſunt hi, Suſpicio, quādo tutor remouetur tanquam ſuſpectus. Crimen, quādo propter crimē deportatur. vel in ſeruitutem redigitur. Mors naturalis pupilli vel tutoris. conditio adimpleta. Status, id eſt, capitis diminutio, vbi ſtatus mutatur: vt quando capitur ab hoſtib', vel arrogatur. Ætas, ſcilicet pubertas. Tempus adueniens, ſcilicet ſi ad certum tempus datus ſit tutor. & ſic

& ſit finitum tempus. Cauſa: quando propter aliquã cauſam tutor excuſatur. Vnde verſus: Suſpicio, crimẽ, mors cõditio, ſtatus, ætas, Tempus, cauſa ſoleot tutelæ ponere metas.

cũdus modus finiẽdæ tutelæ eſt, ſi pupillus dederit ſe arrogandũ alicui. Qualiter aũt det ſe arrogãdũ: vide ſ. de ado. Tertius eſt, ſi pupillus deportetur. Quartus modus eſt, ſi pupillus efficiatur ſeruus: vt qa cũ ſit liber alicui, reuocatur ĩ ſeruitutẽ ꝓpter ĩgratitudinem. Quintus modus eſt, ſi ab hoſtibus pupillus capiatur. Sextus modus eſt, ſi alicui pupillo datus ſit tutor in teſtamẽto hac forma vt ſit tutor vſq; ad certã conditionẽ: puta vſq; dum nauis veniret ex Aſia. Nã cõditiõe exiſtẽte deſinit eſſe tutor. Septimus eſt, ſi moriatur pupillus vel tutor. Octauus eſt, ſi tutor patiatur maximã vel mediã capi. dimi. qa cu iuſcunq; gñis tutor ſit, deſinit eſſe tutor. Nonus modus finiẽdæ tutelæ eſt, ſi pupillus patiatur quãcũq; cap. di. ꝗois de mioima habuim᷒. ſ. ĩ ſcdo modo. Decimus, ſi alicui pupillo datus ſit tu. in teſt. hac forma, vt eſſet tutor vſq; ad certũ tẽpus: puta vſq; ad Paſcha. Nã adueniẽte paſchate, deſinit eſſe tutor. Vndecim᷒ eſt, ſi à tutela remouetur tãꝗ ſuſpectus: vt ſ. de ſuſp. tu. & cu. per totũ. Duodecim᷒. ſi iuſta ex cauſa ſe excuſauerit à tutela, quã iã incœperat adminiſtrare: vt j. de exc. tu. p to. h. d. vſq; ad fi. ti. Fr.

ne verò duodecimo.

PVpilli[a] pupillæq; cùm puberes eſſe cœperint, à tutela liberantur. Pubertatẽ autẽ veteres quidẽ nõ ſolùm ex annis, ſed etiã ex habitu[b] corporis in maſculis æſtimari volebant. Noſtra autẽ maieſtas indignũ eſſe caſtitate noſtrorũ tẽporũ exiſtimans, bene putauit, ꝙ in fœminis etiã antiquis impudicũ eſſe viſum eſt, id eſt, inſpectionẽ habitudinis corporis, hoc etiã[c] in maſculos extẽdere. Et ideo noſtra ſancta cõſtitutione[d] promulgata, pubertatẽ in maſculis poſt decimũquartũ annum completũ illico initiũ accipere diſpoſuimus: antiquitatis normam in fœminis bene poſitã in ſuo ordine relinquẽtes, vt poſt duodecim annos cõpletos viri potentes eſſe credantur[e].

¶*Varios tutelæ finiẽ*

PVpilli. Totus iſte tit. diuiditur ĩ vij. partes. Nã primo ponitur qualiter pubertate tutela finitur: & quæ ſit pubertas. Secũdò qualiter arrogatione, vel deportatiooe, vel ſeruitute pupilli vel tẽporis finitione. Tertiò q̃liter morte pupilli, vel tutoris. Quartò capitis diminu. tutoris. Quinto etiam minima diminutione pupilli. Sextò ꝓpter aduentũ temporis vel cooditiooi. Septimò propter remotionẽ factã de tutore. Secunda ibi, Itẽ finitur. Tertia ibi, Simili modo. Quarta ibi, Sed & capitis. Quiota ibi, Sed pupilli. Sexta ibi, Præterea. Septima ibi, Deſinũt. Itẽ prima ſub diuiditur in tres. Nã primo ponit qualiter tutela finiatur pubertate. Secũdò qoaliter pubertas accipiatur de iure antiquo Tertiò qualiter de iure nouo. Secunda ibi, Pubertatem. Tertia ibi, Noſtra autẽ.

CASVS. Domine, vos vultis tractare, quib. mo. tut. fi. Dicatis ergo mihi aliquẽ modũ, quo tutela finiatur. Ad hæc reſpõ. Imper. Amice dico tibi generaliter quod pubertate pupilli vel pupillæ tutela finitur. Cũ eoim pupilli pupillæve puberes eſſe cœperint, à tutela liberantur. Sed domine, dicatis mihi quãdo cẽſentur pupilli ad pubertatẽ peruenire? Ad hoc reſpõ. Imp. Amice, Veteres nõ ſolũ ex numero annorũ, ſed etiã ex inſiuuatione habitudinis corporis pubertatẽ in maſculis æſtimari volebant: quã io fœminis ex aſpectu corporis æſtimari, impudicũ eſſe exiſtimabãt. Noſtra autẽ maieſtas cõſtituit pubertatẽ io maſculis poſt xiiij. annum completum initiũ accipere, ſed oormam antiquitatis ĩ fœmineis pſonis ſatis bene poſitã, in ſuo ſtatu iotegrã & illibatã reliquim᷒: vt videlicet ipſæ fœminæ poſt xij. an. cõpletos, viripotẽtes eſſe credãtur. Se

a ¶*Pupilli.* oo. ꝙ pupilli ſũt, q de ptãte patris ĩpuberis exierõt, vel morte, vel emãcipatiooe: vt ff. de verb. ſig. l. pupillus. j. reſp. licet improprie dicatur aliquando pupillus, qui eſt in poteſtate: vt ff. de verb. obliga. l. fin. §. ſi pupillus. Accurſius.

b ¶*Ex habitu.* i. aſpectione, vtrũ haberet barbã vnã vel alterã: vt j. inouit: & facit. ff. de mino. l. mioor xxv. an. adito p̃ fide ex aſpectu, &c. Et nota ꝓ opinioo. Mar. q ſecundũ conſcientiã dicebat iudicẽ debere iudicare: & facit ff. de fer. l. ij. in fi. & ff. fi. regundo. l. ſi irruptione. §. fi. in glo. penul.

c ¶*Hoc etiam.* ſcilicet quod ſit iudicãdu per aſpectum impudicum.

d ¶*Conſtitutione.* vt C. quando tu. vel cura. eſſe deſinit. l. fio.

e ¶*Credãtur.* facit ad hoc ſ. de ou. j. reſp.

dæ modos vſque ad tituli calcem videre potes.

¶ Item finitur tutela, ſi arrogati ſint adhuc impuberes[a], vel deportati: item ſi in ſeruitutem pupillus redigatur[b], vel ſi ab hoſtibus captus fuerit.

¶ *Tutela conditionalis finitur euẽtu conditionis. Aretinus.*

¶ Sed & ſi vſque ad certam[c] conditionem datus ſit tutor teſtamento[d]: æquè euenit, vt deſinat eſſe tutor exiſtente cõditione.

¶ *Morte naturali pupilli vel tutoris tutela finitur.*

¶ Simili modo finitur tutela morte[e] vel pupillorum vel tutorum.

¶ *Capitis diminutione tutoris maxima, vel media, vel etiam minima pupilli omnis tutela finitur: minima autem tutoris, ſolùm legitima finitur.*

¶ Sed & capitis diminutione tutoris, per quã libertas[f] vel ciuitas[g] amittitur, omnis tutela[h] perit.

¶ *Huius dicti ea eſt ratio: nam capitis minima diminutione tollitur agnatio.*

¶ Minima autem capitis diminutione tutoris, veluti ſi ſe in adoptionem[i] dederit, legitima tantum[k] tutela perit: cæteræ[l] non pereunt. Sed pupilli & pupillæ capitis diminutio, licet minima ſit[m], omnes tutelas tollit.

¶ *Temporalis tutela tempore adueniente finitur.*

¶ Præterea, qui ad certum[n] tempus teſtamento dantur tutores, finito eo, deponũt tutelam.

¶ *Qui remouentur à tutela propter ſuſpicionem, vel qui in perpetuum excuſantur: tutores eſſe deſinunt. Aretinus.*

¶ Deſinunt etiam tutores eſſe, qui vel remouentur à tutela ob id, quòd ſuſpecti viſi ſunt: vel qui ex iuſta cauſa ſe excuſant[o], & onus adminiſtrandæ tutelæ deponunt …

a ¶ *Adhuc impuberes.* id eſt, in pupillari ætate adhuc exiſtentes: vt hic, & ff. de adopt. l. nec ei. §. eorum. & hoc cum conſenſu omnium tutorum: vt C. de author. præſtan. l. fin.

b ¶ *Redigatur.* ex ingratitudine, ſi ſit doli capax, nõ autem ex venditione: quia non niſi ſit maior. xx. ann. poteſt per venditionem fieri ſeruus: vt ſ. de iur. perſo. § pe. contra eſt. C. de inoffi. teſta. l. ſi quis. §. fin. Sed ibi de eo dicit, qui doli capax non eſt.

c ¶ *Certam.* id eſt, ſpecificatam: vt quando Titius erit conſul.

d ¶ *Teſtamento.* No. quod dicit teſtamẽto: nam à lege vel iudice non ſic: vt ff. de re. iur. l. actus.

e ¶ *Morte.* naturali: nam de ciuili iã dixit. ſ. pxi. ſcilicet vbi dixit de deportato & ſeruo facto per ingratitudinem: quia mors omnia ſoluit nedum tutelam: vt in auth. de nupt. §. deinceps. in princ. col. iiij.

Mors omnia ſoluit.

f ¶ *Libertas.* Et tunc maxima: vt ſ. de capi. dimi. § maxima.

g ¶ *Ciuitas.* & tunc media: vt ſ. de cap. dimi. §. minor.

h ¶ *Omnis tutela* etiam teſtamẽtaria vel datiua: cum ea quæ ſunt iuris naturalis, tollantur: vt ſ. de capi. dimi. §. quod autem.

i ¶ *Si ſe in adoptionem.* ſed emãcipatione filij legitima tutela nõ finitur: quia filiusfamilias legitimus tutor eſſe non poteſt. cũ ſ. pater eũ præcedat: vt ſ. de capi. di. §. fi. niſi in caſu: vt cũ manumittit ſeruũ maternũ delatũ ſibi: vt ſ. de legi. pat. tut. §. j. Et nunc defertur cũ ſui iuris extit: vt ff. fami. erciſ. l. ſi maritus.

k ¶ *Legitima tantum.* ſed quare hæc legitima tantũ perit? Reſpõ. quia agnatio perit minima capi. di. vt ſ. de legi. agn. tu. §. fi. & legitima inter agnatos tantũ cõſiſtit: vt ſ. de legi. agna. in f. reſp. ADDI. *Dic quòd hodie hoc nõ procedit: quia ita cognatis ſicut agnatis deferiur tutela: vt no. gl. ſ. de leg. agn. tu. §. fi. ſed cũ iſte licet capite minutus remaneat cognatus, vt ibi habetur. ergo tutela poteſt deferri. fa. ci. l. i. cũ gloſ. in verſ. prouulẽtia. & quod ibi not. Barto. ff. de legi. tut.*

l ¶ *Cæteræ.* ſ. teſtamentaria & datiua. ſecũdũ M & Azo.

m ¶ *Licet minima ſit.* vt quã datur ĩ arrogationẽ: vt ſ. eo. §. j.

n ¶ *Ad certum.* idem ſi ad incertũ temp⁹. ſ. ad conditionẽ: vt ſ. eo §. ſed & ſi quæ cõditio ad eſſe, & non ad eſſe ſe habere poteſt: vt ff. de verb. obl. §. conditiones.

o ¶ *Excuſant.* ſ. in perpetuum: vt quia mutus.

mutus, qđ dic: vt ff. de mino. l. verum. §. ex facto. Nam ſi ad tempus non deſiount eſſe tutores: vt. ĵ. de excuſa. tut. & cur. §. item qui. Reipublicæ.

a ¶ *Inferius*. vt. ŝ. de ſuſpe. tu. per totum. & ĵ. de excu. tu. & cur. per totum. Et no. q eiſdem modis finitur cura ſi quos, habeant pupilli curatores, & eodem tempore: vt. C. quando tu. vel cur. eſſe deſi. l. j. Adultorũ vero curatores tunc finiũtur, cum virilẽ vigorem cõpleuerit minor. ſ. xxv. anu. vt. ff. de mi. l. j. in fi. & ĵ. ti. j. reſpõ. niſi ad certam cauſã vel ſpeciẽ fuerint dati. Nam & tũc finito negotio, finitur officiũ: vt. ŝ. iit j. §. fi. Itẽ curatores aliorũ, quã minorum: vt. ĵ. ti. j. §. furioſi. & §. ſed & mente captis. tũc deſinunt, quando ſanã mentẽ prædictæ perſonæ recipiunt: vt. ff. de cur. fur. l. j. §. fin.

ADD. *Nota quod eiſdem modis quibus finitur tutela; finitur etiam authoritas officii adiuncti tutori, quod eſt in multis caſibus: vt. ĵ. ti. j. §. interdum. in verbo, idoneus. & in l. poruit. & in l. propter. C. in qui. cau. tut. vel cur. ha. tu. Nam finito officio principalis, etiam finitur illud coadiutoris adiuncti. l. j. C. quando tut. vel cur. eſſe deſi. & ideo coadiutor datus debili vel ſuſpecto epiſcopo. de quo in ca. venerabili. extra de off. deleg. deſinet morte prælati eſſe, per dictam legem primam, Iaſ.*

dæ tutelæ deponunt, ſecũdum ea, que inferius[a] proponemus.

TITVL. XXIII.

DE CVRATORIBVS.

¶ *Adultis vſque ad annum viceſimum quintum curatores dantur, ab eiſdem magiſtratibus, à quibus & tutores: teſtamento autem non rectè datur curator: datus tamen, à iudice confirmandus eſt. itẽ volenti, non etiã inuito (niſi in litẽ) curator dari poteſt.*

MAſculi quidem puberes, & fœminæ viri potentes vſque ad viceſimũ quintum annum[b] completum curatores accipiunt: quia licet puberes ſint, adhuc tamen eius ætatis ſunt, vt ſua negotia tueri non poſsint. Dantur autem curatores ab iiſdem magiſtratibus[c], à quibus & tutores. Sed curator teſtamento non datur, datus[d] tamen confirmatur decreto Prætoris[e], vel præ

DE CVRATORIBVS.

¶ *Finita tutela, pupilli indigent curatoribus: ideo de ipſis ſubdit.*

MAſculi. Totus iſte tit. diuiditur in tres partes principales. Primo ponit de curatoribus datis puberibus. Secundo de datis illis, qui laborant aliquo morbo vel vitio. Tertio de curatoribus datis pupillis. Secunda ibi. Furioſi. Tertia ibi. Interdum. Item prima pars diuiditur in tres partes. Primo qualiter puberibus dantur curatores. Secundo à quibus datur. Tertio, an inuitꝰ quis cogatur curatorẽ accipere. Secunda ibi, Dantur. Tertia ibi. Item inuiti. Aret.

CASVS. Domine, vos vultis tractare de cur. dicatis ergo mihi, quibus dantur curatores. & vſq; ad quantum tempus? Ad hoc reſpõ. Impera. Amice, maſculis puberibus. & fœminis viri potentibus à tempore pubertatis quo à tutela liberantur, dantur cura. vſq; ad xxv. ann. completum. Licet enim huiuſmodi perſonæ puberes ſint, adhuc nihilominus ætatis talis ſunt, vt ſua negotia recte adminiſtrare nõ poſſint. Sed pone, Domine iam video quibꝰ dantur cur. dicatis modo mibi à quibus dantur & reſp. Imp. quod curatores ab eiſdẽ magiſtratibus daotur, à quibus tutores. & in hoc cõueniunt tut. & curato. ſed certe in aliis differunt: quia licet tuto. teſtamento dantur: curator tamen teſtamento dari non poteſt. Et hæc dicuntur vſque ad illum. §. furioſi quoq;. Franc.

ADD. *Curatores olim ex lege Lætoria non dabantur, niſi aut diſſolutè viuentibus, aut dementibus: poſtea M. Antoninus philoſophus ſtatuit, vt omnes adulti curatores acciperent, non redditis cauſis. Hæc ex Capitolino.*

Marcus Antoninus philoſophus primus cõſtituit vt omnes adulti curatores perciperent redditis cauſis, cum antea nõ [illegible] ex lege Lætoria vel propter laſciuiam vel propter dementiam darentur. Add. pi[illegible]ie.

Tutores à quibus iudicibus dantur.

b ¶ *Viceſimum quintum annum.* niſi impetrent à principe veniam ætatis: maſculi in xx. ano. fœminæ. in xviij. vt. C. de his; qui ve. æta. impet. lege prima & ſecunda Accur.

c ¶ *Magiſtratibus.* id eſt, à prætore, præſide, procooſule, præfecto Aegypti: vt ff. de tut. & curato. da. ab his. l. j. Item à præfecto vrbis, & à defenſore ciuitatis, vel iuridico Alexandriæ: vt. ĩ. de Atti. tut. §. pennlt. & in authen. de defen. ciui. §. iuſiurandum. verſic. nulla. col. iij. & ff. de officio. præfec. vrb. lege prima. §. item ſolent.

d ¶ *Datus.* de facto.

e ¶ *Prætoris.* ſcilicet in vrbe.

a ¶*Præſidis*. in prouincia.
b ¶*Non accipiunt*. ſecus in tutore: vt ff. de tutu. & curat. da. l. necnon. & de tute. l. ij. vt diximus. ℥. de tute. §. eſt autem. in gloſ. ij. Item videtur cōtra. ff. de min. l. j. in fi. Sed & ibi dicit nō cōmittiti eis adultis res ſuas ante xxv. ann. verū eſt, vt ſint rata, quæ fiunt per eos. cōmittuntur tamen vt hic: ſed remittuntur: vt ibi, & ℥. de act. §. ſi quis agēr.
c ¶*In litem*. tunc em̄ cogitur, ſed pupillus ī litem nō cogitur: vt. ff. de tut. l. qui habet. §. ſi pupillus. quod expone vt ibi. Accurſius.
d ¶*Curator*. quaſi dicat, nō dubites de hoc licet aliud ſit in tutore: vt ſupra, qui dare tutores poſſunt. §. certe.
¶*Furioſi quoque*. CASVS. Domine, iam video quibus dātur curatores ratione minuris ætatis, & à quibus dantur. nunquid ſunt aliqui alij, quibus dātur curatores? Reſpōdeo ſic. Nā quidā ſunt, quibus dantur curatores ratione inutdiuati cōſilij, vel ratione morbi: licet ſint maiores vigintiquinque annis. Furioſi em̄ & pdigi, quāuis legitimæ ætatis ſint: tamen ſunt in curatione agnatorū ex lege duodecim tabularū. Deficientibus autē agnatis, ſolent præfecti vrbis, vel prætores in defectu agnatorū curatures dare: in puinciis vero præſides ex inquiſitiune. Et non ſolū iſtis perſonis curatores dātur, ſed etiā mēte captis, & ſurdis, & mutis, & illis, qui perpetuo morbu laburāt: qui ſuis rebus adminiſtraodis ſupereſſe non puſſunt, curatores dandi ſunt. Et hæc vſque ad illud, §. interdum. Franciſcus de Aret.
e ¶*Furioſi quoque & prodigi*. Not. hos duos accipere curatorē à lege: alij umnes ſunt datiui, vt caute hic colligitur. & infra proximo. §. & C. de epiſcupis audien. l. de creationibus. Accur.

ſidis[a]. Itē inuiti adoleſcētes curatores nō accipiunt[b] præter quā in litē[c]. Curator[d] enim & ad certam cauſam dari poteſt.

¶*Cura furioſi & prodigi cuiuſuis ætatis, lege duodecim tabularū agnatis defertur, quibus deficiētibus, à iudice datur curator: reliquis itē maioribus vigintiquinq; annis, qui in ea cauſa ſunt, vt rebus ſuis ſupeſſe non poßint, æquè à iudice decernitur.*

¶Furioſi quoq; & prodigi[e], licet maiores vigintiquinque annis ſint, tamē ī curatione ſūt agnatorum ex lege duodecim tabularū. Sed ſolent[f] Romæ Præfect' vrbi, vel Prætores, & in puinciis pſides ex inquiſitiōe eis curatores dare[g]. Sed & mēte captis & ſurdis, & mutis, & q pperuo morbo laborant (quia rebus ſuis ſupereſſe non poſſunt) curatores dandi ſunt[h].

¶*Si tutor pupilli, cuiuſcūque generis ſit, non eſt idoneus, vel ſi ad tempus excuſatur: datur pupillo etiam curator.*

¶Interdum autē & pupilli curatores accipiūt: vt pu-

ADD. *Contra hanc gloſſam tenent Bald. Ioā. de Pla. Pet. & Iaſ. hic vt oēs accipiant à lege curatorē, qui ex defectu mentis ipſum ſibi petere nequeunt: licet Angel. teneat cum gloſ.*
f ¶*Sed ſolent*. ſ. agnatis deficientibus, vt oou habilibus conſtitutis: vt C. de cu. fu. l. fin. §. ſin autem teſtamentum. Accurſius.
g ¶Curatores dare. & hoc ratinne furoris vel demeotiæ, niſi iſtæ perſunæ ſiot minores xxv. anis, & tuoe ratione ætatis tutores vel curatores recipiunt: vt. ff. de tute. l. qui habet. §. q autē. Itē niſi ſint in poteſtate: vt C. de cura. fur. l. fin. §. j.
h ¶*Dandi ſunt*. ſ. ab his, quus modo in ſuperiori §. diximus.
¶*Interdū*. CASVS. Dñe, iā video qualiter dātur curatores quibuſdam maiuribus xxv. ann. nunquid aliquibus aliis dantur curatores, puta ſi legitimus tutor idoneus nun ſit, in ſubſidium eius curator datur: quia alius tutor dari non poteſt? Habēti enim tutorem: alius tutor nun datur. Et non ſolum in ſubſidium legitimi tuturis datur curatur, ſed etiam quandoque in defectum teſtamētarii, vel dati ui datur curator. Si enim tutor teſtamentarius vel à prætute, vel à præſide datur, nō ſit idoneus ad adminiſtrationē, nec tamen frauduleoter negotia pupilli adminiſtrat: ſolet enim in ſubſidiū curator adiūgi. Item in locū tutoris qui nō in perpetuum, ſed ad tempus ab adminiſtratiune tutelæ aliqua ratiunabili cauſa excuſatur: ſolent curatures ſurrogari. Item ſi tutor aliqua aduerſa valetudine, vel alia neceſsitate fuerit impeditus, vt negotia pupil. ſui adminiſtrare nō puſsit, & ipſe pupillus vel abſit, vel infans ſit: poterit prætor in vrbe, vel præſes in prouincia, quem velit acturum periculo ipſius tutoris decretu ſuo pupillo conſtituere. Et h. d. vſq; in fi. ti. Fran.

ta, ſi legitimus tutor non ſit idoneus[a]: quoniam habenti tutorem tutor dari non poteſt[b].

¶Itē ſi teſtamēto[c] datus tutor vel à Prætore, aut Præſide idoneus[d] nō ſit ad adminiſtrationē, nec tamē fraudulenter negotia adminiſtret: ſolet ei curator adiūgi. Item loco tutorū, qui nō ī perpetuū, ſed ad tēpus[e], à tutela excuſantur, ſolent curatores[f], dari.

¶*Si pupillus ſit infans, vel abſens: & tutor infirmitate, vel alia neceßitate impediatur, poteſt actor pupillo cōſtitui. Arc.*

¶Quòd ſi tutor aduerſa valetudine[g], vel alia neceſsitate[h] impediatur, quo minus negotia pupilli adminiſtrare poſsit: & pupillus vel abſit[i], vel infans ſit: quem

a ¶*Non ſit idoneus.* vel ratione paupertatis, vel quia nō eſt induſtrioſus, vt decep. fidelis tamen eſt & diligens: alias repelleretur prorſus: vt. ī. de ſuſpe. tu. §. pe. & fi. & C. de ſuſpe. tu. l. pietatis. Et bene dico curatores & nō tutores: quī. &c. Ac.

b ¶*Dari non poteſt.* fallit hæc regula in caſibus ſex: vt ſi detur tutor loco tutoris, ſurdi vel muti vel furioſi: vt ff. de tu. l. pe. Itē & ſi habet tutorē ratione rerum vnius prouinciæ, poterit habere aliū ratione rerum, quas habet in alia prouincia: vt ff. de excuſa. tu. l. ꝑpter litē. alias l. licet. §. fi. & C. in qui. cau. tu. ha. tut. da. po. l. fi. Item & mater antequam nubat, tutrix exiſtens, aliū petit tutorē dari: vt in authen. de nupt. §. ſi vero etiā naturaliū tutelam. colū. iiij. Sed ratio eſt, quia abire nūc ſperatur: vt C. cōmunia de leg. l. fin. §. ij. Itē & qn̄ ad tēpus eſt relegatus, vel excuſatus, vel remotus: nam interim tutor datur: vt C. in qui. cau. tu. ha. l. pe. Item ſi quis tutor ſit apud hoſtes nō vt ſeruus, ſed vt legatus, vel trāſfuga, alius datur: vt ff. de tu. l. ſi quis tutor. Itē ſi Reipu. cauſa abſit, poteſt alius dari: vt ff. de tu. l. quæſitū & ff. de ſuſpe. tu. l. iij. §. ſi quis abſuturus. Sed ſecundū Placen. in his omnibus caſibus tutor pro curatore accipitur: & hæc regula fallit. Sed cū litera in omnibus ſupradictis legibus de tutore faciat mentionē, ab ea nō diſcedamus: vt ff. de leg. iij. l. non aliter & ff. de exerci. l. j. §. ſi ſ. ibi, in re igitur. Sed quæ eſt ratio, cū vbiq; dari poſsit curator habēti curatorē vel tutorē? Sed tutor non poteſt dari habenti tutorē? Reſ. ꝙ tutor qui prius dabatur, habebat plenā poteſtatem. ī. ti. ij. §. datus & ſ. de tut. §. j. ita ꝙ aliū ſecū in eadē plenitudine admittere non poteſt. ſed nō ſic in curatore, qui rebus datur: vt C. de nup. l. in cōputandiſ. Vnde tutor authorizatur hæredita. adeūdæ: qđ in curatore pupilli nō eſt: vt ff. de appel. l. cū in vna §. tutor. Sed nōne tota die inuenimus vnū pupillū plures habere tutores: vt C. de diui. tut. l. ij. Rn̄. illud eſt qnādo ſimul dātur. Nam quædā fiunt ſimul bene, quæ nō valent ſi fiunt ſeparatim, vt duorū reorum obligatio, vt. ī. de duo. reis ſtipu. §. j.

Tutor qua re dari nequit habēti tutorem.

A D D. *No. gl. magiſtram, quæ plene ponit caſus, in quibus pupillo habenti tutorem tutor datur. Sed contra ſi. huius gl. facit l. 2. C. de teſt. tu. vbi ſimul nō dantur, & tamē vterque adminiſtrat. Sed dic quod ibi ſimul dīcūtur dari habito reſpectu ad tēpus mortis, quo vterque tutor cōfirmatur. Sed de hac materia plenius videas hic per Ang.*

Tutores poterit plures pupillus habere.

c ¶*Item ſi teſtamento.* Poſuit exēplum de legitimo, nūc de datiuo & teſtamentatio minus idoneo.

d ¶*Idoneus.* i. ſufficiens.

e ¶*Ad tempus.* excuſatur enim aliquis, quādoq; in perpetuū, qnādoque ad tempus: vt patet per multa exēpla. ī. de excu. tu. & cur. §. j. & quaſi per totum tit.

f ¶*Curatores.* vel etiā tutor. vt ſ. ꝓxi. §. dixi. ſ. prout iudici videbitur: vt C. in qb. cau. tut. ha. l. j. & ij. Sed quid ſi pupillo tutor nō ſit, an dari poſsit curator? Rn̄. ſic: & argumentum à contrario ſenſu ſumitur. ff. de tuto. & curatori. da. ab his. l. curator. quod eſt validū. ff. de offi. eius, cui mand. eſt iur. l. j. §. huius rei. Accur.

A D D. *Niſi ſit contrarium legi. l. nemo C. de iuriſ. om. iud. vel rationi naturali: vt C. de epiſ. & cle. l. conuenticula.*

g ¶*Aduerſa valetudine.* i. infirmitate: quæ valetudini & ſanitati contraria eſt.

h ¶*Neceßitate.* vt quia longo tēpore abfuturus eſt, vel ſua maiora negotia habet ꝑtractare, vel alias ſimiles neceſsitates: vt ff. de ꝓcu. l. filius familias. §. fin. & l. ſequen. poſt litē & l. ſeq. vſq; ad. l. quæ omnia. Et niſi huiuſmodi neceſsitas ſit, non poteſt ſecūdum quoſdā: vt C. qui da. tu. vel cu. poſ. l. curatorē & l. curator. imo certe & ſi quæcūq; alia ſit iuſta quoquomodo: vt ff. de admi. tu. l. decreto. Et hæc eadē ſunt ī curatore: vt C. de app. l. ſi actor.

i ¶*Abſit.* Si enī præſens ſit, & habet in-

diximus.§.de tutc.§.fi.l.cum fideiuſſoce: vt.ff.rem pup.ſal.fo.l.non quaſi. in pcin. &.ff.de præ.ſtip.l. prætoriæ,iij. & ff. qui ſatiſ.cog.l.j.Accuc.

Curatores furioſi etiam cum inquiſitione, datis ſatiſdare debent.

a ¶*Perpetuum*.i.generaliter verum,alias pecpetuũ.i.generale: vt. C. de eden.l.editaalias pro tẽ porc ponitur. ſ.quandiu vita durat: vt.j.de ver.obl.§.at ſi ita. & ff. pro ſoc.l.j. vbi de hoc.

b ¶*Approbata eſt*. idem in curatoribus in teſtamento datis(licet curatores non dantur in teſtamẽ to, regulariter tamen, ſi dati fuerint, cõfirmantur decreto prætoris vel præſidis.lic.§. ti.Proxi.§.ij.

non eſt perpetuũ[a], nam tutores teſtamento dati ſatiſdare non coguntur:quia fides eorum, & diligentia ab ipſo teſtatore approbata eſt [b]. Item ex inquiſitione [c] tutores vel curatores dati, ſatiſdatione non onerantur: quia idonei[d] electi ſunt. ¶*Si quis ex pluribus teſtamentariis, aut ex inquiſitione datis tutoribus ſatiſdationem offerat, is ſolus adminiſtrat, ni ſi alius etiam offerret, nullo autem ſatis offerente, is geret quem teſtator deſtinauit: quod ſi teſtamento ſcriptum non ſit, electo à maiori parte datur adminiſtratio: ipſos autem inter ſe in electione diſſidẽtes, iubet prætor concordes eſſe.*

¶*Sed ſi*. Diuidi tur in quatuor partes. Primo quod cõtutor tenetur cõtutori ſatiſdare vt in adminiſtratione præferatur. Secundo quod fiet,ſi nullus ex cõtutoribus vult ſatis offerre de indemnitate. Tertio quid agendum, cum cutores diſcordant in eligendo. Quarto ex tendit ad datiuos dictum in teſtamẽtariis. Secunda ibi. Quod ſi nemo. Tertia ibi, Sin autem. Quarta ibi, Idẽ & in plurib[9]. Are.

Tutorum genera quatuor di poſſunt.

& tunc liberentur à ſatiſdando, vt tutores (vt hic,& ff.de confic. tu.l.ſi filio. & l.in cõfirmando &.l.ſeq.&.l. vltimam. Secus in dato à matre: vt. ff. de confir. tu.l.j.ad finem.l.alias.C.eod.titu.l.j.Sed quare ſecus? Reſpond. quia firmum eſt conſilium patris, & non matris: vt ar.j. qui.ali.li.in ſi.j.reſpõ.&.j.de iniu.§.j. Et quod dicit in teſtamento,idem in tutoribus in codicillis datis dicam: vt. ff. de teſt.tu.l.iij.&facit ad hoc.C.de epiſ.aud. l.de creationibus.

c ¶*Item ex inquiſitione*.i.dati à iudice cũ inquiſitiõe:vt.j.de Atti.tu.§.ſed hoc iure

d ¶*Idonei*. ſcilicet præſumptione iuris: contra quã non admittitur probatio in contrarium.ſed ſi contra apparet, tenebitur ille qui dedit: vt.j.codem.§.ſciendum. Sed hoc fallit in curatore furioſi qui ſatiſdat,ſi non habeat idoneam ſubſtantiam: licet ſit cũ inquiſitione datus: vt C.de curato.furioſi.l.fina. §. & ſi quidem & § ſi vero nõ talis.Item debent iurare iſti omnes bene agere,id eſt,nõ prætermittere vtilia, & non facere inutilia: vt in authenti.vt hi qui ob.ſe per.ha tes mi.§.fina.colla.ſexta. Si ergo teſtamẽtarij,nec datiui ſatiſdant:qui crũt illi,qui ſatiſdant?Reſpond.legitimi, niſi in caſu, ſcilicet patronus liberto: vt.ff.de legiti mis tutori.l.legitimos. §. j. Item datiui, quando nõ fiunt cum inquiſitione:vt.C. de autboritate præſtanda.l.fina.& niſi ſatiſdent,non adminiſtrant:vt.C. de tut.&

Satiſdatio à quibus tutoribus danda eſt.

vt l. iij. ff. de conf. tut. vel cur.

cur.qui ſatiſda. non debent.l.j. & fin. Et ſecundum hoc ſunt quatuor genera tutorum.ſ.teſtamentarij,item legitimi,item datiui cum inquiſitione,item datiui ſine inquiſitione, vt dictum eſt.

CASVS. Dixiſtis mihi, quod tutores teſtamentarij & cum inquiſitione dati, non ſatiſdant: nunquid hoc eſt generaliter verum? Rñ.Imp.quod non. Nã ſi duo pluresve tutores in teſtamento dati fuerint, poterit vnus ex eis offerre ſatiſdationem de indemnitate pupilli contutori vel concuratori ſuo,& ſi ipſe admittit huiuſmodi ſatiſdationem ei in adminiſtratione præfertur, ſed tutor vel curator non poterit per ſe à contutore vel concuratore ſuo huiuſmodi ſatiſdationem exigere: ſed offerre eam debet: vt electionem det concuratori vel contutori ſuo ſatis accipere, & adminiſtrationẽ ei exponere. vt ipſe ſolus adminiſtrare poſsit. & ſi nullus eorum ſatiſdationem huiuſmodi offerat:tunc ſi teſtator in teſtamento expreſſerit, quis in adminiſtratione præferri debeat: ille ſolus adminiſtrabit.ſi vero à teſtatore de hoc nihil dictum fuerit:tunc quem maior pars eorũ idoneum elegerit ille ſolus adminiſtrabit.Sed ſi ita fuerit. quod in electione ipſi tutores,nec aliquatenus per ſe cõcordare potcrũt,Prætor partes ſuas interponet:& aliquẽ idoneũ adminiſtratorẽ eligere cõpellet. Idẽ iuris eſt in pluribus tutoribus vel curatoribus ex inquiſitione datis:vt videlicet maior pars poſsit eligere aliquem idoneum, qui ſolus negotia pupilli adminiſtret. Et hæc dicuntur vſque ad illum.§.ſciendũ eſt aũt.Franc.

a ¶*Sed ſi ex teſtamento*. Duo ponit & vnũ tantum nunc proſequitur. ſ. de teſtamentaria: ſed in fin. §. dicit de alio. Item hæc eadem in curatoribus pluribus locũ habent: vt ff. de admi. tuto. l. iij. §. quod in tutoribus. Itẽ quid in legitimis? Rñd. idẽ, cũ ſit eadẽ ratio: ne deteri' negotia ꝑ plures exerceantur: vt ff. de admi. tut. l. ſi plures. j. §. quãuis. ver. apparet ergo. Accur.

ADD. *Et hoc nomine Rex Nicocles apud Iſocratem, monarchiã præfert Democratiæ. Hi nãque, inquit, multa contemnunt, dum alius aliũ reſpicit. Reges verò nihil ſpernunt: ſcientes omnia per ipſos agi & cõfici oportere. Vnde verſus. Segnius expediunt commiſſa negotia plures.*

b ¶*An ſatiſdare*. ſic. j. de inutil. ſti. §. alteri. in fi. Accur.

c ¶*Adſcriptũ*. ſ. in teſtamẽto: vel aliter appareat eius voluntas euidenter: quia dixit in ſatiſdatione quis præferri debet: quod ſi nõ fuerit adſcriptum, quẽ maior pars elegerit, ille gerere debet. Ac.

d ¶*Maior pars*. dummodo omnes velint per vnũ adminiſtrari: alias enim nõ compellerentur: ſed omnes gerere poſſunt ſi velint: vt ff. de admi. tu. l. ſi plures. j. §. fi. & l. vel in partes. Et no. hic ar. ꝙ ſtatur maiori parti. ſic ff. de pact. l. iuriſgentium: §. vlti. & l. ſuum hæredem §. fi. & l. maiorẽ & l. ſeq. §. fi. & ff. de teſtib. l. iij. §. ij. ibi, alias numerus teſtiũ &c. arg. contra ff. de ſer. ruſtic. præd. l. per fundũ & ff. cõmu. prædi. l. fin.

¶Sed ſi ex teſtamento[a] vel inquiſitione duo plures vé dati fuerint: poteſt vnus offerre ſatiſdationẽ de indemnitate pupilli vel adoleſcentis: & contutori ſuo vel cõcuratori præferri, vt ſolus adminiſtret: vel vt contutor, aut concurator ſatis offerens præponatur ei, vt & ipſe ſolus adminiſtret. Itaq; per ſe non poteſt petere ſatiſdationem à contutore ſuo vel concuratore, ſed offerre debet, vt electionem det concuratori vel contutori ſuo, vtrum velit ſatis accipere, an ſatiſdare[b]. Quòd ſi nemo eorum ſatis offerat: ſi quidem adſcriptum[c] fuerit à teſtatore, quis gerat: ille gerere debet. Quòd ſi nõ fuerit adſcriptum: quem maior pars[d] elegerit, ipſe gerere debet: vt edicto Prætoris[e] cauetur. Sinautem ipſi tutores diſſenſerint circa eligendum eum, vel eos, qui gerere debent, Prætor partes ſuas[f] interponere debet. Idem & in pluribus[g] ex inquiſitione datis comprobandũ eſt: id eſt, vt maior pars eligere poſſit, per quem adminiſtratio fiat.

¶*Qui tenetur accipere ſatiſdationem à tutore: ſi non recipit, vel minus idoneam, tenetur ſubſidiaria actione, quæ etiam tranſit contra hæredes. poteſt autem tutor vel curator cogi ſatiſdare, etiam captis pignoribus.. Aret.*

¶Sciendum autem

e ¶*Edicto prætoris*. quod non habemus.

f ¶*Partes ſuas*. id eſt, ſe & officiales ſuos & milites iuſtitiæ. Sed cur non cõmittitur fortunæ: vt alias C. cõmu. de leg. l. fi. j. reſpon. & .j. de leg. §. optionis? Rñ. nõ ita alterius factũ. ſ. pupilli poſſunt fortunæ cõmittere, vt ſuum propriũ & concor. huic ff. de leg. j. l. huiuſmodi. §. fin. & ff. de vſufruct. l. ſi vſus fructus. j. §. ſed inter duos arg. contra in eod. tit. de vſufruct. l. quoties duobus. j. reſpon.

g ¶*Idem & in pluribus*. per omnia. vt. ſ. niſi quia hic à teſtatore non potuit ſcribi quis gereret: cum nihil dixerit de tutæla: nam non darentur ex inquiſitione, ſi eſſent teſtamẽtarij: vt ſ. de Atil. in. j. reſ.

¶*Sciendum*. Diuiditur in quatuor partes. Primo ꝙ officialis conuenitur ſubſidiaria actione. Secundo, quando & ĩ quibus caſibus teneatur. Tertio ad hæredes extendit. Quarto ponit nouũ caſum, videlicet, ꝙ tutor cogitur ſatiſdare. Secunda ibi, ſubſidiaria. Tertia ibi, Quæ quidem. Quarta ibi. Quibus conſtitutionibus. Aretinus.

CASVS. Domine, iam video in quibus caſibus tutores ſatiſdationẽ rem pupilli ſaluam fore, interponere debeant. Pone modo, quod nõ fuerit pupillis per tutores bene cautum, qualiter in defectis tutorum vel fideiuſſorum ab eiſdem receptorum ſubueniatur ipſis pupillis? Rñ.

Imper.

eſt non ſolùm tutores vel curatores pupillis, vel adultis, cæteriſq;[a] perſonis ex adminiſtratione rerū teneri: ſed etiam in eos, qui ſatiſdationem accipiunt[b], ſubſidiariam actionem eſſe, quæ vltimum eis[c] præſidium* poſsit afferre. Subſidiaria[d] autem actio in eos datur, qui aut omnino à tutoribus, vel curatoribus ſatiſdari non curauerunt: aut non idoneè[e] paſsi ſunt caueri. Quæ[f] quidem, tam ex prudentium reſponſis[g], quam ex conſtitutionibus[h] Imperialibus, etiam in hæredes eorum extenditur. Quibus conſtitutionibus[i], & il-

*aliàs auxilium.

Imper. Amice, in hoc caſu optimū remediū beneficio legis ipſis pupillis indulgetur. Scire enim debes: quod non ſolum tutores vel curatores ex adminiſtratione ſua pupillis, vel adultis, vel furioſis, vel cæteris qui in curatione ſūt, tenentur, ſed etiā magiſtratus, qui huiuſmodi ſatiſdationē à tutoribus vel curatoribus accipiunt. vtilis actio ſubſidiaria dabitur: quæ quidem actio ſubſidiaria vltimū huiuſmodi pupillis vel adultis poſsit præſtare ſubſidium. Et hæc actio ſubſidiaria nō ſolū aduerſus illos competit, qui non idoneā cautionē à tuto. vel cura. exponi paſsi ſunt: nec ſolum aduerſus magiſtratus datur: ſed etiam tam ex prudentū reſponſis, quā ex cōſtitutionibus principis in hæredes eorum extenditur. Scire tamen debes, quod neq; præfectus vrbis, neq; aliquis alius, qui ius dandi tutores habet, prædicta actione ſubſidiaria pupillis, vel adultis vel cæteris in curatione exiſtentibus tenebitur: ſed ſolum hi qui huiuſmodi ſatiſdationem accipere ſolent. Et hæc dicuntur vſque in fine tit. Franc.

a ¶*Cæteris.* vt furioſis & mente captis: & ſ. ti. j. §. furioſi. & §. ſed & mente captis.

b ¶*Accipiunt.* vt magiſtratus, quod dic vt dicemus. ī. eo. §. neque autem.

c ¶*Eis.* ſ. pupillis & ſimilibus.

d ¶*Subſidiaria.* ſ. tutelæ vtilis contra eū, qui malū dederit tutorē, vel vtilis negotiorū geſtorū, qñ malū curatorē: nam eadem vtilis in magiſtratū datur, quæ ī adminiſtratorem directa datur: & vſuræ veniunt vt in prima: vt ff. de magiſ. cō. l. fin. & C. eo. l. pe. Subſidiaria autem dicitur pœnalis aptitudine: vt legis Aquiliæ actio dicitur pœnalis aptitudine. vt. ī. ad le. Aquil. §. his autem. nam nec illa ſemper pœnalis eſt: nec hæc ſemper in ſubſidium datur. quia quandoq; agitur antequā conueniantur omnes tutores: vt colligitur ex his, quæ dicuntur in hac glo. circa fi. Quare ad horum euidentiam diſtingue: aut fuit vnus tutor vel curator, aut plures. Primo caſu cōuenitur prius tutor vel curator, & poſtea magiſtratus, vt hic. Si vero plures: & tunc aut omnes geſſerunt tutelam, aut curam, aut nullus, aut alter tantum. Primo caſu omnes conueniūtur ante magiſtratū. vt ff. de admini. tut. l. Lucius. ij. §. penul. & de magiſtra. con. l. duo. In ſecundo idem: vt ff. de admi. tut. l. ſi plures. ij. In tert. ſubdiſtingue, aut fuit diuiſa tutelæ adminiſtratio per iudicem vel teſtatorem, aut non: Primo caſu pro ſua geſtione quilibet tenetur, & non pro alterius: & poſtea magiſtratus in ſubſidium ff. de admi. tu. l. Lucius. ij. §. pe. & C. de diui. tu. l. ij. Sed tamen in quatuor caſibus vnus pro alterius parte tenetur, tamen poſt magiſtratū, ſcilicet, ſi tutorem, vt ſuſpectum remouendum non remouit, vel tarde remouit, vel remouendo iura pupilli prodidit, vel non exegit ſatiſdationē rem pupilli ſaluā fore: cum videret eum nō ſoluendo: vt C. de diui. tut. l. ij. & ff. de admin. tuto. l. Lucius. §. pe. Secūdo caſu cōuenitur primo gerens, ſecūdo magiſtratus, tertio nō gerens: niſi in dictis quatuor caſibus: vbi cōuenit etiā qui non geſsit, ante magiſtratū: vt C. de diui. tut. l. ij. & ff. de admini. tut. l. etiā & l. AEmilius. in fine. & l. tres tutores de hoc dixi in. l. j. ff. de tu. & rat. diſt. & in. l. j. C. de tranſact.

A D D. *Et no. quod in omnibus prædictis caſibus pupillus conueniens tutorem, præfertur cæteris creditoribus, l. dabimus ff. de priuileg. cre. ſecus ſi cōueniat iudicem. l. j. §. priuilegium ff. de mag. con.*

e ¶*Idonee.* aduerbium eſt: & facit ad hoc ff. de magiſt. con. l. j. §. ſciendum. & §. exigere.

f ¶*Quæ.* ſ. tutelæ actio ſubſidiaria, vel negotiorum geſtorum, vt diximus.

g ¶*Reſponſis.* vt ff. de mag. conue. l. j. §. ſciendum eſt. & l. quod ad hæredem.

h ¶*Ex conſtitutionibus.* vt C. de magiſtr. conue. l. ij. & in aliis Græcis conſtitutionibus: ſed aliter hæres tenetur, qui de dolo & lata culpa tantum: aliter defunctus, qui etiam de leui culpa tenetur. vt ff. de magiſtr. con. l. non ſimiliter.

Tutores plures & magiſtratus quo ordine conueniri poſſunt.

Nota Sinc, in illo titulo Co. de ... græcab.

i ¶*Quibus conſtitutionibus.* ſ. Græcis.

lud exprimitur: vt niſi caueant [a] tutores & curatores, pignoribus captis coerceantur[b].

¶ *Actione ſubſidiaria non tenẽtur, qui tantùm dant tutores: ſed qui ſatiſdationem exigunt.*

¶ Neque autem Præfectus vrbi [c], neque Prætor, neque præſes prouinciæ, neque quiſquam alius, cui tutores dandi [d] ius eſt, hac actione tenebitur: ſed hi tantummodo, qui ſatiſdationem exigere ſolent[e].

a ¶ *Caueant*. ſ. rem pupilli ſaluam fore.
b ¶ *Coerceantur*. facit ad hoc. ff. de admi. tu. l. j. j. rñ. & ff. de dam. infect. l. iiij §. iij. & ff. de lib. ag. l. ſi quis à liberis. §. ſi quis ex his. & C. de ſuſpect. tu. l. iij. & ff. de vẽto ſpi. l. j. §. qd ergo.
c ¶ *Vrbi*. ſcilicet Romaoæ, per excellentiam: vt. ℑ. de iur. nat. §. ſed quoties. Item facit ad hũc. §. ff. de magi. cõ. l. j. Sed contra eſt. ff. de admi. tut. l. AEmili[9] Sed diſtingue tria genera iudicum, quidã poſſunt dare tutorem, & nõ exigere ſatiſdationem: de quibus hic loquitur. Alij & dare & exigere. de quibus ibi dicit. Alij exigere. & non dare: vt tabelliones, & aliquis miles iuſtitiæ, cui ta lia cõmittuntur: & iſti tenentur in ſubſidiũ: vt. ſ. de Atti. tut. §. pe. & ff. de magi. con. l. ſi. Item æſtimatores patrimonij pupillorum, propter quorũ prauam æſtimationẽ viliores fideiuſſores excepti ſunt: vt ff. de ma. con. l. j. §. diuus. q erant dandi ꝑ rei qualitate: vt ff. de io ius vo. l. j & q ſatiſd. cog. l. ſi vero. § j.
d ¶ *Dandi*. ſcilicet, tantum.
e ¶ *Solent*. alias debent. ſed iſti nec debent, nec ſolent. vt diximus.

ADD. *Exigunt autem defenſores ciuitatũ, magiſtratus municipales, iuridicus Alexandria, & alij minores magiſtratus, qui à tutoribus ſatiſd. exigunt, ſiue eos ipſi dederint, ſiue præſides prouinciarum. l. 1. §. 1. ff. de mag. cõue.*

TITVLVS XXV.

DE EXCVSATIONIBVS TVTORVM VEL CVRATORVM.

¶ *Liberorum numerus hic ſcriptus à tutelæ munere vocationem præſtat: adoptiui verò liberi ita demum ad excuſationẽ proſunt, ſi à quopiã aſcendentium adoptati ſint: non etiam ſi ab extraneo. Item nepotes ex filio præmortuo proſunt.*

Excuſantur aũt tutores & curatores variis ex cauſis. Plerunq; tamen propter li-

DE EXCVSATIONIBVS tutorum vel curatorum.

¶ *De excuſationibus tutorũ vel curatorũ, nũc dicit: quod ſuprà quibus mo. tu. fin §. ſi. promiſit. Accur. Vel continua ſic ſecundum Porc. Quia ſuprà viſum eſt de tut. & cura. & quia variis ex cauſis excuſari ſolent: ideo meritò ſubdit de excuſatione tutorũ vel curatorũ. Por.*

Excuſantur. Tot[9] iſte titulus, diuiditur in ſexdecim partes. Prima ponit qualiter quis excuſetur à tutela propter numerũ liberorum. Secunda ibi, Item diuus. qualiter excuſetur qui impeditur negotiis fiſcalibus, & reipu. Tertia ibi, Et qui poteſtaté. qualiter quis excuſetur ꝑpter poteſtatem & iuriſdictionẽ. Quarta ibi, Item propter. qualiter excuſetur propter litem præcedentem cũ pupillo vel adulto. Quinta ibi, Itẽ tria. qualiter excuſetur propter numerum tutelarũ. Sexta ibi, Sed & ꝑpter. qualiter excuſetur propter paupertatem. Septima ibi, Item propter aduerſam. qualiter quis excuſetur ꝑpter infirmitatem. Octaua ibi, Similiter. qualiter quis excuſetur propter imperitiã literarũ. Nona ibi, Itẽ ſi propter inimicitias. qualiter quis excuſetur propter inimicitias. Decima ibi, Itẽ is qui. qualiter quis excuſetur ꝑpter cõtrouerſiã ſtat[9]. Vndeci. ibi. Itẽ maior. qualiter quis excuſetur ꝑpter ætatẽ. Duodeci. ibi. Idẽ & in milite. qualiter excuſetur ꝑpter militiã. Deci. ter. ibi, Itẽ Romæ. qualiter excuſetur ꝑpter exercitiũ liberaliũ artiũ. Decimaquarta ibi, Qui autem, in quantum tẽpus poteſt quis ſe excuſare. Decimaquinta ibi, Qui tutelã. qualiter quis excuſetur à cura pupilli ſui vel vxoris ſuæ. Deci. ſex. ibi, Si quis aũt. Declarat ꝙ falſa excuſatio nõ ꝓdeſt. Itẽ pri. pars diuiditur in quinq; ꝑtes. Pri. ponit, ꝙ plures & variæ cauſæ ſunt, quib[9] quis à tut. vel cura. excuſatur. Scđo ponit qualiter quis ꝑpter liberos excuſatur. Ter. quot liberi habẽt excuſare. ſeu ꝑpter quot liberos quis excuſetur à tutela vel cura. Quar. fortificat dictũ ſuũ per ſimilem rationẽ diuertẽdo: Quin. declarat, qui liberi ſint illi, qui præſtant excuſationẽ. Secũda ibi, Plerũque. Tertia ibi. Si enim tres. Quarta ibi, exẽplo. Quinta ibi, Sed adoptiui. CASVS. Acceſſi ad Iuſtinianũ, & ita coram eo ꝓpoſui: Dñe, vos vultis

tractate

tractare de exc. tut. vel cura. dicatis ergo mihi quibus mod. excu. tuto. vel curato. ab opere admiſtrationis? Ad hoc reſpon. Imp. Amice, tutores vel curatores variis modis à tutela vel cura poterunt excuſari. Quandoque enim ꝑ numerũ liberorũ ſuorum merentur excuſari: ſiue huiuſmodi liberi in poteſtate ſint, ſiue emancipati. Si enim tres liberos aliquis habuerit Romæ ſuperſtites, vel in Italia quatuor, vel in ꝓuincia quinq;, à tutela vel cura poterit excuſari. & hoc ad modũ aliorũ munerũ ciuiliũ. Nam & tutelã & curã placuit eſſe munus publicũ: vnde ſicut a cæteris muneribus publicis quis excuſari poterit, ita & ab iſtis. Sed quid domine Iuſtin. vos dixiſtis per liberos quem poſſe à tutela vel cura excuſari: dicatis mihi pro Deo, an illud locũ habeat indiſtincte in omnibus liberis? Reſpõ. Imp. quod tibi dixi generaliter aliquem per liberos poſſe excuſari: intelligere debes de naturalib⁹ & legitimis. Nã adoptiui liberi patri adoptiuo ad excuſationẽ non proficiunt, liberi enim naturales & legitimi extraneæ ꝑſonæ à patre naturali nihilominus ad excuſationẽ proſunt. & hoc vſq; ad verſi. item nepotes. in quo ſic pone caſum. Vidimus quod per liberos quis à tutela vel cura excuſatur: ſed quia appellatione liberorũ, veniunt nepotes: quæritur à domino Iuſtiniano, an illud ſe extendat ad nepotes? Reſpõn. Imp. quod nõ ſolum liberi in primo gradu exiſtẽtes proſunt, ſed etiã nepotes ex filio mortuo auo ſuo ad excuſationẽ proſunt, quia in locum ſui patris mortui ſuccedũt, ſed licet nepotes ex filio poſt mortẽ ipſius filij, hoc eſt, patris nepotũ, auo proſint: nepotes tamen ex filia ei prodeſſe nõ poterunt. Et hoc vſque ad verſi. filij autẽ. in quo ſic figuratur caſus. Vidimus ſuperius à principio titu. huc uſque, quod liberi & nepotes ex filio excuſant quẽ à tutela vel cura. Sed quæro domine Iuſtin. an hoc verũ ſit de filiis mortuis? Reſp. dominus Imper. quod dixi tibi filios prodeſſe: intelligere debes, quod filij ſuperſtites tantũ ad tut. vel cu. oneris excuſationem proſunt: mortui enim non proſunt. & hoc vſque ad verſiculum illum, Sed ſi in bello. in quo ſic ponitur caſus. Oſtenſum eſt ſupra quod liberi mortui non proſunt ad excuſationẽ tutelæ vel curæ. Nunc quæritur ab Imperatore, quid ſi in bello pro Republica occiſi fuerint: an patri ad excuſationẽ prodeſſe poſſint? Et reſpondet, Certe cõſtat eos ꝓdeſſe, qui in acie principis ceciderunt. Qui enim pro republica ceciderunt, in perpetuum per gloriam viuere intelliguntur. hoc dicit vſq; ad §. Itẽ diuus Marcus. Fran. de Aret.

beros[a], ſiue in poteſtate ſint, ſiue emancipati[b]. ¶Si enim tres liberos ſuperſtites Romæ[c] quis habeat, vel in Italia quatuor, vel in prouinciis[d] quinque: à tutela vel cura poteſt excuſari, exemplo cæterorum munerum[e]. nam & tutelam & curam placuit publicum munus[f] eſſe. Sed adoptiui liberi non proſunt[g]: in adoptionem autem dati, natura-

a ¶*Propter liberos.* ſuperſtites, & incolumes: vt ff. de vac. mu. l. ij.

b ¶*Emancipati.* niſi pater filio emãcipato curator petatur: tunc enim nõ excuſatur à cura emãcipati: vt ff. eo. l. amiciſſimi. §. ſi. Vel dic, quod licet faciat contra ſtimulos naturales: tamen bene poteſt, vt ibi innuitur.

c ¶*Romæ.* hoc eſt, in ciuitate Romana, & vſque ad centeſimum miliatium: vt ff. de off. præfe. vrb. l. j. §. cum vrbem.

A D D. *De iure* ~~*patrum*~~ *liberorũ* ~~*non*~~ *loquitur, de quo dicemus ſuo loco ad tit. de S. c. Tertyl. 1.*

d ¶*In prouinciis.* Sed nunquid illæ prouinciæ, quæ alias habẽt ius Italiæ, & hoc habebunt? Reſpõ. non: quia illud propter tributa cõceditur eis: vt ff. de cẽſi. l. j. & ſi.

e ¶*Munerum.* i. onerũ ciuilium, vt decurionatus. ſecus ſi patrimonij ſit onus: ff. de va. mu. l. ſextũdecimum. §. numerus. & §. patrimoniorũ. & l. his oneribus. j. reſp. & C. de his qui nu. lib. vel pau. exc. mer. l. j. lib. x. Itẽ ſecus in honoribus: vt ff. de va. mu. l. iiij. & l. in honoribus. Itẽ ſecus in oneribus quæ honori inhærent: vt de va. mu. l. ſextumdecimum. §. numerus.

f ¶*Publicum munus.* authoritate, nam datur inuitis: vt C. de decur. l. nullus. lib. x. & facit ff. de verb. ſig. l. pupillus. §. munus. & l. munus proprie. & ff. de mu. & ho. l. j. §. illud. Sed contra ff. eo. l. athletæ. §. tutela. Sed non eſt publicum munus: vt ibi dicitur, vtilitate licet authoritate ſic, vt hic dicitur: ſed vtilitate publicũ eſt ſecũdario: quia expedit Reipubl. &c. vt ſ. de his qui ſunt ſui vel alie. iur. §. ſi. Item cõtra ff. eod. l. ſpadonem. §. qui accipit. & l. non tantum. §. non omnia. Sed licet ibi generaliter remiſſionẽ publicorum munerũ habuit: tamen generali remiſſione nõ continetur tutela, vel cura, fauore pupillorũ & adultorum: ſicut & alias de generali dicto quædã excipiſtur: vt ff. de leg. iij. l. vxorẽ. §. feliciſſimo. & ff. de procura. l. Pomponius. j. reſp. ff. de lib. leg. l. Aurelio. §. Caius.

g ¶*Non proſunt.* & hoc dico ad excuſa-

tionem: vt hic, & ff. de vac. mu. l. ſextumdecimum. §. adoptiui. maxime hodie, cũ nihil ad patrem adoptiuum tranſeat: vt ſ. de adop. §. ſed hodie. Sed olim bene acquirebant ei, ſcilicet patri adoptiuo, AEgid. Per.

li patri[a] proſunt. Item nepotes ex filio proſunt, vt in locum patris[b] ſui ſuccedant: ex filia non proſunt[c].

¶ *Ita demum liberi à præfato munere immunitatem præbent, ſi ſuperſtites fuerint, mortui verò non: ni glorioſè pro Republi. in acie ceciderint.*

¶ Filij autem ſuperſtites[d] tantum ad tutelæ vel curæ muneris excuſationẽ proſunt: defuncti[e] autem nõ proſunt. Sed ſi in bello amiſſi ſũt, quæſitum eſt, an proſint. Et cõſtat eos ſolos prodeſſe, qui in acie[f] amittuntur. Hi enim qui pro Republica ceciderunt, in perpetuum per gloriam viuere[g] intelliguntur.

¶ *Procurator fiſci excuſatur à tutela vel cura. Aretinus.*

¶ Item diuus Marcus in ſemeſtribus[h] reſcripſit, eum, qui res fiſci adminiſtrat, à tutela vel cura, quan

a ¶ *Naturali patri.* licet adoptiuo non proſint: vt ſ. ꝓxi. reſpon. & ſecundum hoc puncta ibi, dati. Vel dic dati in adoptionẽ naturali patri, i. auo vel ꝑauo, proſunt. ſ. arrogãti: cum tranſeat in familiá eius: vt ſ. de adop. §. ſed hodie. in fi. §. & §. ſequen. & ſecundũ hoc fiet hic mentio illius noui iuris: & puncta bis ibi, naturali patri.

b ¶ *In locum patris.* Apparet quod eo mortuo tantum proſunt: eo autem viuo non proſunt: vt hic cum dicit, in locum patris, &c. & C. de his qui nu. lib. l. ij. & iij. lib. x. Sed nunquid omnes loco vnius computantur? Reſpond. quidam quod non. Sed contradicunt leges expreſſe: nam loco vnius numerantur quotcunque ſunt: vt in Græca. l. ff. eo. l. ij. §. quotcũque. nam etiá in ſucceſſione loco vnius computantur: vt j. de hære. quæ ab inteſta. §. cum filius arg. ff. de contratab. l. j. §. j.

c ¶ *Non proſunt.* quia non ſunt in poteſtate ſua: vt ſ. de pat. pote. § fin. hæc ratio non eſt bona: vt ſ. eo. in princ. dicit enim de emancipato. vnde dicas, non proſunt auo materno: quia alij proſunt: vt C. de teſta. milita. l. v. & fin.

d ¶ *Superſtites.* id eſt, viui.

e ¶ *Defuncti.* idẽ & in nõ natis, licet conceptis: quia quo ad hũc caſum nõ ſunt ꝓ iam natis: vt ff. eo. l. ij. §. qui aũt in vẽtre.

f ¶ *In acie.* ſcilicet principis: vt ſ. de adop. §. fœminæ.

g ¶ *Per gloriam viuere.* no. mortuum viuere per gloriam: vt ff. ad legem Aqui. l. qua actione. §. ſi quis in collatione. Et econtra quis fingitur mortuus, qui viuit per vituperium, vt deportati: vt ff. de contratab. l. j. §. j. & §. peool. ĩ fi. & ff. de do. inter vi. & vxo. l. cum hic. §. ſi donator. vbi ſeruus viuit, & tamen pro mortuo reputatur quo ad ius ciuile: vt ff. de reg. iur. l. quod attinet. & l. ſeruitutem.

A D D. *Similiter Cic. philip. 13. Illi igitur impii quos cecidiſtis, etiam ad inferos pœnas parricidii luent: vos vero qui extremum ſpiritum in victoria effudiſtis, piorum eſtis ſedem & locum conſecuti.*

¶ *Itẽ diuus Marcus.* C A S V S. Domine, iã vidi qualiter qs excuſatur ab onere tutelæ vel curat. nunquid pluribus modis poterit competere excuſatio? Reſp. ꝙ ſic. Diuus enim Marc⁹ reſcripſit in Semeſtribus ſui adminiſtraotẽ res fiſcales durante adminiſtratione poſſe ſe ab onere tutelæ vel curæ excuſare. hoc dicit vſq; ad §. item qui in quo ſic figura caſum. Titius cauſa Reipub. abſens datus eſt tutor vel curator, quæritur ab Imperatore, an poſſit ſe legitime excuſare? Reſp. Imp. ꝙ q abſentes cauſa Reip. dati ſunt tut. vel cur. ab onere adminiſtrationis tu. vel cu. excuſantur. hoc dicit vſque ad verſi. ſed & ſi. in quo ſic figuretur caſus. Vidimus qualiter abſens datus tut. vel cur. excuſatur. Sed quid ſi aliquis datus tutor vel curator Reip. cauſa abeſſe incipiat, an ſimiliter excuſetur? Reſpon. dominus Impe. ꝙ nõ ſolũ illi qui in abſentia dati erant, poſſunt excuſari: ſed etiá ſi primo fuerãt dati tut. vel cura. & poſtea cœperunt abeſſe cauſa Reip. à tute. vel cura excuſantur. hoc dicit vſque ad §. & q poteſtatẽ.

h ¶ *In ſemeſtribus.* i. in ſex mẽſibus, quibus dabant operam ſtudio: cum alternis ſex menſibus dabant operã. Imperatores bello, & ſtudio: vt ff. de origine iuris. l. ij. §. ex his. in prin. vltimæ chartæ. Vel dic, quod nomen erat libri in illis ſex menſibus compoſiti: quod in idem recidit.

A D D. *Tu dicito Semeſtriũ appellatione notari libros quibus vel geſta & adminiſtrata ſex mẽſibus explicabãtur: vti & Annales, qui res vnius anni geſtas continerent dicti ſunt.*

¶ *Admini-*

diu adminiſtrat [a], excuſari poſſe.

¶*Reipublicæ cauſa abſens, à tutela & cura recenter delata excuſatur: ſuſceptam autem quandiu abeſt, intermittit: regreſſus verò, intermiſſæ onus ſtatim reaſſumit.*

¶Item qui Reipublicæ cauſa abſunt [b] à tutela vel cura excuſantur [c]. Sed & ſi fuerint tutores vel curatores dati, deinde Reipublicæ cauſa abeſſe cœperint: à tutela vel cura excuſantur [d], quatenus Reipublicæ cauſa abſunt, & interea curator loco eorum datur, qui ſi reuerſi fuerint, recipiunt onus tutelæ. Nec anni habent vacationem: vt Papinian⁹ libro quinto Reſponſorũ ſcripſit. Nam hoc ſpatium habent ad nouas tutelas vocati.

¶*Publicam habens iuriſdictionem, à ſuſcipienda tutela excuſatur: ſuſceptam autem non deponit.*

¶Et qui poteſtatem [e] aliquam habent, ſe excuſare poſſunt: vt diuus Marcus reſcripſit: ſed ſuſceptam [f] tutelam deſerere nõ poſſunt.

¶*Propter litem quã quis habet cum pupillo, non excuſatur à tutela, niſi ſit omnium, vel maioris patris bonorum. Aretinus.*

¶Item propter litem, quam cum pupillo vel adulto tutor vel curator habet, excuſari non poteſt: niſi forte [g] de omnibus bonis, vel hæreditate [h] controuerſia ſit.

li à ſuſceptione tutelæ vel curæ durante officio ſuo ſe poſſunt excuſare: vt diuus Marcus reſcripſit: ſed tutelam ſuſceptam occaſione poteſtatis non poſſunt deſerere. Sed nunquid ſi aliquis datus tutor vel curator habeat litem cum pupillo vel cum adulto poterit occaſione litis ſe excuſare. Reſpond. quòd non, niſi de omnibus bonis ipſius pupilli. vel forte de hæreditate aliqua ipſi pupillo delata cõtrouerſia fuerit. In hoc enim caſu excuſatio habebit locum. Et hæc dicuntur vſque ad §. item tres. Aretinus.

a ¶*Adminiſtrat.* q dicitur ꝓcurator fiſci. & facit ad hũc. § ĩ. de cur. §. itẽ ſ loco.

b ¶*Abſunt.* vel abfuturi ſunt: vt ff. de ꝓcur. l. filiuſfamilias. §. fi. ADD. *Quia parati ſunt eſſe, vel de proximo ſperant. l. pe. ff. de milita. teſt. quod facit an licentia tue gaudeat beneficio doctorum, de quo dic, vt ibi per doctores.*

c ¶*Excuſantur.* hoc primũ reſ. loquitur, quãdo eo exiſtẽte ĩ abſentia Reip. cauſa dat⁹ fuit tutor vel curator: quo caſu ꝑpetuo excuſat, ſi ꝑ vigiuti an. militauerit: eõpleuerit militiæ ſpatium, & nõ ignominioſe miſſ⁹ eſt. Aliàs qui intra quinquẽnium miſſus eſt: puta quia infirmus nullam habet excuſationem: qui poſt quinque ann. habet annũ: qui poſt viij. ann. habet bienniũ: q poſt xij. habet trienium: qui poſt xvj. habet quadriennium: qui poſt xx. excuſationẽ perpetuã habet: vt dictũ eſt, & ff. e. l. ſed & milites. §. j. ij. iij. iiij. & v. & §. q̃nq; vſq; ad §. qui autẽ poſt. Accurſi⁹.

Milites bello miſſi quot annos excuſationis habent

d ¶*Excuſantur.* ſi hoc poſtulauerit pri⁹ & etiã aliũ actorẽ vel curatorẽ petierint, aliàs nõ: vt C. ſi tut. Reip. cauſa. l. j. & ff. de adminiſt. tu. l. tutores. §. qui ſe.

¶*Et qui poteſtatẽ.* CASVS. Viſum eſt ſuperius de pluribus ꝑſonis qualiter ſe poſſunt excuſare à tut. vel. cura. Nunc quæritur à domino Imperatore, an ſint aliæ perſonæ, quæ poſſint excuſari? Reſpond. Imperator, quod non ſolum prædicti à tutela vel cura excuſantur, ſed etiam qui aliquam poteſtatem habent: vt præfectus vigilium, vel annonæ: quia tunc il-

e ¶*Poteſtatem.* vt quia ſit præfect⁹ vigilum vel annonæ: vt ff. eodem. l. adminiſtrantes. & ſimiles, qui poteſtates vocantur: vt Cod. de mod. mul. le. eos, ſecus ſi ſit circa latus principis. cœptam enim non complebit: vt ff. eodem. l. iuriſperitos. in principio.

f ¶*Sed ſuſceptam.* vt ſupra proxi. §.

Dic poteſtatis nomine hic imperiũ de ſignali. l. imperiũ ff. de iuriſd.

g ¶*Niſi forte.* Imò & ſine forte, vel etiam ſi de maiori parte bonorum pupilli ſit controuerſia: vt ff. eodem. l. propter litem. primo reſpon. & facit C. eodem. l. ſi vt allegas. & ſupra de authoritate tutorum. §. finali. & Cod. qui date tutorem poſſunt. l. creditorem. ſed hodie non poteſt creditor vel debitor eſſe tutor: vt in authẽ. vt ij, qui oh. ſe hab. per. paragrapho primo. colla. ſexta.

h ¶*Hæreditate.* ſ. ipſi pupillo à patre delata, vel à quocunque non curo. propter

¶*Tria tutelæ nõ affectatæ onera ſeparatorum patrimoniorũ, quandiu adminiſtrantur, immunitatem tribuunt.*

¶Item tria onera[a] tutelæ non affectatæ, vel curæ præſtant vocationem, quandiu adminiſtrantur: vt tamen plurium pupillorum tutela, vel cura eorundem bonorum, veluti fratrum, pro vna computetur.

¶*Paupertas, vacationem à munere tutelæ tribuit.*

¶Sed & ꝓpter paupertatem excuſationem tribui, tam Diui fratres, q̃ per ſe diuus Marcus reſcripſit, ſi quis imparem[b] ſe oneri iniuncto poſſit docere[c].

¶*Infirmitas excuſationem præſtat à tutela vel cura. Are.*

¶Item propter aduerſam valetudinem[d], propter quã

magnitudinem eoim litis ponit de hæreditate.

¶*Item tria.* CASVS. Domine, oũquid ſunt adhuc plures modi, quibus tut. vel cur. ab onere adminiſtrationis poterunt exeuſari? reſp. quod lic. Nam tria onera tutelæ, vel curæ non affectatæ quandiu adminiſtrantur, tribuunt excuſationẽ: ita tamẽ in caſu iſto intelligendo, q sunt tria onera: vt tut. vel. cu. plurium pupillorũ eius dẽ hæreditatis: vtputa fratrũ vel nepotũ, pro vna tutela cõputeotur. Nã non numerus pupillorũ, ſed ſeparatio patrimonio rũ facit plures tutelas, & non ſolũ in prædictis modis locũ habet excuſatio. Et hoc vſq; ad §. ſed & propter. Franc. de Aret.

a ¶*Item tria onera.* Non dicit onera. quatoor enim poſſet habere tutelas, quæ ſibi excuſationẽ no darent. ſi ſint leues vel leuiſſimæ, vt hic. Itẽ not. quod dicit tria onera, tres enim poſſet habere. & tamen pro vna cõputaretus: puta fratrũ, vt ſequitur. Non enim numerus pupillorũ plures tutelas facit, ſed patrimoniorũ ſeparatio: vt ff. e. l. tria. & l. ſi is. Itẽ quod dicit nõ affectatæ, nota: nam ſi dediſſet operã, & ſic affectaſſet eas, habere nõ prodeſſent: quia nõ viderentur onerosæ: vt alias qui data opera Reipubl. cauſa abeſt: vt ff. ex qui. cau. ma. l. & qui data. & facit. ff. ſi qs cau. l. ij. §. ſi tameo. & ff. ad leg. Cor. de fal. l. vxori. §. ij. iuxta illud. Hoc portat leuiter, quod portat quiſq; libenter. Itẽ hæc tria onera in domo vna eſſe ſufficit: vt ſi pater vel filius gerat, omnes exeuſantur: ſed non cõputantur, niſi ob aliũ tutorem teneantur: vt ff. e. l. diximus. §. fi. & l. ſeq. & ff. de ritu nup. l. ſi quis tutor. Item Honorarius hoc nomine noo cõputatur: vt ff. eo. l. ſpadonem. §. ſi ciuitatis.

ADD. *Item dua excuſationes imperfecta diuerſi generis: puta dua tutela cum duobus filiis: non faciunt vnam plenam l. excuſantur. §. amplius. ff. eo. & an vnus teſtis cum fama probet in criminali. no. Vide Angel. hic.*

¶*Sed & propter.* CASVS. Titius volens facere teſtamentũ ſuum, Mæuium vi ciuum pauperem, & adeo in rebus tenuẽ, vt no habeat vnde viuat, niſi ex ſuis operis. in ſuo teſtamento filiis ſuis impuberibus tutorẽ, aut puberibus curat. inſtituit. Quærebatur a domino Impe. an iſte Mæuius ꝓpter ſuam paupertatẽ poſſit ſe excuſare ab adminiſtratione huiuſmodi tutelæ? Reſp. dominus Iuſti. quis excoſatur à tutela, vel cu. ꝓpter paupertatem, ſi ſit adeo pauper, vt non poſſit adminiſtrationi tutelæ vel curæ intendere: ſed habeat neceſſe operari, vt viuat. & hoc tam diui Fratres, q̃ diuus Marcus reſcripſerunt. Et hãc paupertatem debet ꝓbare is qui ad tutelam, vel curam vocatur. Franciſcur.

Tutor per quam paupertatem à tutela excuſatur. Paupertas non excuſat à tut.[r]

b ¶*Imparem.* i. ſi nõ habeat tantũ in bonis, quantũ pupillus cui datur tutor: vt hic ff. eo. l. paupertas. Alias autẽ dicitur pauper, qui non habet quinquaginta aureos in bonis vt ff. de accu. l. nõnulli. Vel dic verius eũ eſſe hic pauperẽ & imparẽ oneri, qui ſic laboribus eſt implicatus ꝓpter paupertatẽ, vt tutelæ ſupereſſe non poſſit: cũ forte in agro eum tota die eſſe oporteat. Nec enim placet prima expoſitio. eum hoc munus magis in obſequio perſonæ, quam in aliqua erogatione conſiſtat: vnde paupertas talis nõ nocet: dũmodo poſſit ſupereſſe tutelæ: vt ff. de mu. & ho. l. cura. §. inopes. & J. ti. j. §. fin.

c ¶*Docere.* id eſt, probare.

¶*Item propter.* CASVS. Titius in extremis vitæ cõſtitutus Mæuiũ in ſuo teſtamento tut. aut cu. ſuis filiis dedit: qui quidẽ Mæuius adeo infirmitate detinebatur, vt ſuis rebus ſeu propriis negotiis intereſſe nequiſſet. iſte Mæuius voluit ſe excuſare ab adminiſtratione huiuſmodi tute. vel cu. propter ſuã infirmitatẽ: qua tenebatur, quærebatur a domino Imper. an iſta excuſatio eũ reddat immunem ab onere tut. vel cur. Reſpon. dominus Imp. quod propter aduerſam valetudinẽ, per quam quis propriis rebus adminiſtrandis ſupereſſe non poſſit: excuſatio locum habebit. h. d. Franciſcus de Aret.

d ¶*Aduerſam valetudinem.* vt ſi eſt ſurdus, vel

dus, vel mutus, vel perpetua valetudine detentus: vt C. qui mor. ſe excu. l. j. qui morbus prout durauerit, excuſa. Sed tutor non excuſat, ſed interim curator datur, ſecundum Ioan. vt ff. eo. l. non ſolum. §. fin. & ſequen. duabus legibus legib. vſque ad §. ſunt & alij. Sed quidem ex ſupradictis etiam ſi velint, non admittuntur: vt ſurdus & mutus: vt ff. de tutel. l. j. §. penul. & §. fin. Quare dic, quod quantum ad eos improprie ponitur excuſatio: vt j. eod. l. minores.

¶ *Similiter.* CASVS. Vidimus ſuperius qualiter propter penuriam rerum temporalium & ſanitatis quis à tutela excuſatur: ſed quia eſt alia penuria, quæ dicitur ignorantia: ideo quærebatur à domino Impera. an imperitia literarum quem poſſit à tutela vel cura excuſare? Reſpon. dominus Imper. quod etiam ratione imperitiæ literarum poſſit quis à tut. vel cur. excuſari. h. d. Franciſcus.

ne ſuis quidem negotiis intereſſe poteſt, excuſatio locum habet.

¶ *Homo imperitus rerum, habet à tutela excuſationem.*

¶ Similiter eos, qui literas neſciunt[a], excuſandos eſſe, diuus Pius reſcripſit: quanuis & imperiti literarũ poſſint ad adminiſtrationem negotiorum ſufficere.

¶ *A capitali inimico tutor teſtamento datus, excuſatur: videtur enim datus vt debitis implicetur, & negotiis inuoluatur.*

¶ Item ſi propter inimicitias[b] aliquẽ teſtamento tutorem pater dederit: hoc ipſum præſtat ei excuſationem: ſicut per contrariũ nõ excuſantur, qui ſe tutelam adminiſtraturos patri pupillorum promiſerant[c].

¶ *Eò quòd quis non cognoſcit patrem pupilli, nõ excuſatur à tutela. Aretinus.*

¶ Non eſſe autem admittendam excuſationem eius, qui hoc ſolo vti-

a ¶ *Literas neſciunt.* & ſimplices ſunt vel rudes, aliud ſi ſunt ſagaces in negotiis: tunc enim non excuſantur, vt ſubiicit: quanuis, &c. vt ff. eo. l. athletæ. §. penult. & fin. & no. literatum ad aliqua admitti, ad quæ non recipitur illiteratus: vt C. de poſtu. l. ij. & in auth. de iud. §. j. in glo. qui ex ſe. col. vj. Et not. melioris conditionis eſſe ſapientem, quam ſtultum.

ADD. *Literas neſcire dicuntur, qui ſunt imperiti rerũ. alioqui excuſatis eius, qui ſe negat literas ſcire, accipi non debet: ſi modo expers nõ ſit negotiorum l. athleta. in fi. ff. de excuſat. tut. Hinc illud eſt Cæſaris dictatoris, Syllam neſciſſe literas: loco ſumpto ex ambiguo, quòd dictata dent magiſtri literarum, & dictatores Remp. adminiſtrent. Æmylius Ferret.*

¶ *Item ſi propter.* CASVS. Si pater in teſtamento aliquem tut. propter inimicitias dederit: puta ſic dicendo, Titium tutorem pupillis filiis meis do, vt debitis ſupponatur, & à pupillis vexetur: eo ipſo quod pater hoc expreſſit, iſte Titius tutor datus poterit ſe ab onere adminiſtrationis excuſare: ſicuti per contrarium non excuſantur illi, qui promiſerunt patri pupillorum ſe eorundem tutelam adminiſtrare. Sed pone quod datus fuit tutor quibuſdam pupillis: & ipſe hoc ſolum adducit in excuſationẽ, quod erat ignotus patri pupillorũ: nunquid ratione talis excuſationis ab onere adminiſtrationis liberatur? Reſpond. Imperat. quod non. Nam diui Fratres reſcripſerunt non eſſe admittendã excuſationem eius, qui habet ſolum pro ratione, quod patri pupillorũ ignotus fuerit. Item ſi aliquis exercuerit capitales inimicitias cum patre pupillorum, nec poſtea reconciliatio interuenit: poterit ſe ab onere tut. vel cura. excuſare. ratio iuris eſt. Et ſi aliquis ſtatus quæſtionem à patre pupillorum paſſus erit, vel ſi ille quæſtionem ſtatus moueat: in vtroque caſu locum habet excuſatio. Et h. d. vſque ad §. item maior lxx. Franciſcus de Aret.

b ¶ *Inimicitias.* vt quia ideo eum dedit tutorem, vt debitis ſupponatur, & à pupillo vexetur. Et no. quod tribus caſibus excuſat inimicitia: vt ſi expreſſerit, vt dictum eſt, vt hic. Item & quando interuenit poſt teſtamentum. Item & ſecundum quoſdam etiam quando ante teſtamentum: ſi tamen fuit capitale certamen. In quarto caſu non: vt ſi ante teſtamentum facta fuit, & non capitalis: quia videtur remiſiſſe, ex quo in teſtamento dedit tutorem: vt ff. eo. l. athletæ. §. dat remiſſionem, prout eſt ibi in litera prius: vt & j. eo. §. inimicitiæ. *Inimicitia tribus caſibus excuſat à tutela.*

c ¶ *Promiſerant.* licet alias habeant excuſationem: vt hic, & ff. de teſta. tut. ex ſententia in h. & hoc vbi promiſit, vel ſic ſe iactauit. Quid autem ſi in teſtamento ſe tutorem ſcripſit? Reſpon. non erit tutor, niſi vel euidenter idoneus appareat,

ſidis[a]. Itē inuiti adoleſcētes curatores nō accipiunt[b] præter quā in litē[c]. Curator[d] enim & ad certam cauſam dari poteſt.

¶*Cura furioſi & prodigi cuiuſuis ætatis, lege duodecim tabularū agnatis defertur, quibus deficiētibus, à iudice datur curator: reliquis itē maioribus vigintiquinq; annis, qui in ea cauſa ſunt, vt rebus ſuis ſupeſſe non poßint, æquè à iudice decernitur.*

¶Furioſi quoq; & prodigi[e], licet maiores vigintiquinque annis ſint, tamē ī curatione ſūt agnatorum ex lege duodecim tabularū. Sed ſolent[f] Romæ Præfect' vrbi, vel Prætores, & in ꝓuinciis ꝑſides ex inquiſitiōe eis curatores dare[g]. Sed & mēte captis & ſurdis, & mutis, & q ꝑpetuo morbo' laborant (quia rebus ſuis ſupereſſe non poſſunt) curatores dandi ſunt[h].

¶*Si tutor pupilli, cuiuſcūque generis ſit, non eſt idoneus, vel ſi ad tempus excuſatur: datur pupillo etiam curator.*

¶Interdum autē & pupilli curatores accipiūt: vt pu-

a ¶*Præſidis*. in prouincia.

b ¶*Non accipiunt*. ſecus in tutore: vt ff. de tuto. & curat. da. l. necnon. & de tute. l. ij. vt diximus. ſ. de tute. §. eſt autem. in gloſ. ij. Item videtur cōtra. ff. de min. l. j. in fi. Sed ꝙ ibi dicit nō committi eis adultis res ſuas, ante xxv. ann. verū eſt, vt ſint raſa, quæ fiunt per eos. cōmittuntur tamen vt hic: ſed remittuntur: vt ibi. & ⁊. de act. §. ſi quis agēs.

c ¶*In litem*. tunc em̄ cogitur, ſed pupillus ī litem nō cogitur: vt. ff. de tut. l. qui habet. §. ſi pupillus. quod expone vt ibi. Accurſius.

d ¶*Curator*. quaſi dicat, nō dubites de hoc licet aliud ſit in tutore: vt ſupra, qui dare tutores poſſunt. §. certe.

¶*Furioſi quoque*. CASVS. Domine, iam video quibus dātur curatores ratione minoris ætatis, & à quibus dantur. nunquid ſunt aliqui alij, quibus dātur curatores? Reſpōd. q ſic. Nā quidā ſunt, quibus dantur curatores ratione inordinati cōſilij, vel ratione morbi: licet ſint maiores vigintiquinque annis. Furioſi em̄ & ꝓdigi, quāuis legitimæ ætatis ſint: tamen ſunt in curatione agnatorū ex lege duodecim tabularū. Deficientibus autē agnatis, ſolent præfecti vrbis, vel prætores in defectu agnatorū curatores dare: in ꝓuinciis vero præſides ex inquiſitione. Et non ſolū iſtis perſonis curatores dātur, ſed etiā mēte captis, & ſurdis, & mutis, & illis, qui perpetuo morbo laborāt: qui ſuis rebus adminiſtrandis ſupereſſe non poſſunt, curatores dandi ſunt. Et hæc vſque ad illum §. interdum. Franciſcus de Aret.

e ¶*Furioſi quoque & prodigi*. Not. hos duos accipere curatorē à lege: alij omnes ſunt datiui, vt caute hic colligitur. & infra proximo. §. & C. de epiſcopis audien. l. de creationibus. Accur.

ADD. *Contra hanc gloſſam tenent Bald. Ioā. de Pla. Por. & Iaſ. hic vt oēs accipiant à lege curatorē, qui ex defectu mentis ipſum ſibi petere nequeunt: licet Angel. teneat cum gloſ.*

f ¶*Sed ſolent*. ſ. agnatis deficientibus, vt non habilibus conſtitutis: vt C. de cu. fu. l. fin. §. ſinautem teſtamentum. Accurſius.

g ¶*Curatores dare*. & hoc ratione furoris vel dementiæ, niſi iſtæ perſonæ ſint minores xxv. anis, & tunc ratione ætatis tutores vel curatores recipiunt: vt. ff. de tute. l. qui habet. §. q autē. Itē niſi ſint in poteſtate: vt C. de cura. fur. l. fin. §. j.

h ¶*Dandi ſunt*. ſ. ab his, quos modo in ſuperiori §. diximꝰ.

¶*Interdū*. CASVS. Dn̄e, iā video qualiter dātur curatores quibuſdam maioribus xxv. ann. nunquid aliquibus aliis dantur curatores, puta ſi legitimus tutor idoneus non ſit, in ſubſidium eius curator datur: quia alius tutor dari non poteſt? Habēti enim tutorem: alius tutor non datur. Et non ſolum in ſubſidium legitimi tutoris datur curator, ſed etiam quandoque in defectum teſtamētarii, vel datiui datur curator. Si enim tutor teſtamentarius vel à prætore, vel à præſide datus, nō ſit idoneus ad adminiſtrationē, nec tamen fraudulenter negotia pupilli adminiſtrat: ſolet enim in ſubſidiū curator adiūgi. Item in locū tutoris, qui nō in perpetuum, ſed ad tempus ab adminiſtratione tutelæ aliqua rationabili cauſa excuſatur: ſolent curatores ſubrogari. Item ſi tutor aliqua aduerſa valetudine, vel alia neceſsitate fuerit impeditus, vt negotia pupil. ſui adminiſtrare nō poſsit, & ipſe pupillus vel abſit, vel infans ſit: poterit prætor in vrbe, vel præſes in prouincia, quem velit actorem periculo ipſius tutoris decreto ſuo pupillo conſtituere. Et h. d, vſq; in fi. ti. Fran.

ta, ſi legitimus tutor non ſit idoneus [a]: quoniam habenti tutorem tutor dari non poteſt [b].

¶ Itē ſi teſtamēto [c] datus tutor vel à Prætore, aut Præſide idoneus [d] nō ſit ad adminiſtrationē, nec tamē fraudulenter negotia adminiſtret: ſolet ei curator adiūgi. Item loco tutorū, qui nō ī perpetuū, ſed ad tēpus [e], à tutela excuſantur, ſolent curatores [f], dari.

¶ *Si pupillus ſit infans, vel abſens: & tutor infirmitate, vel alia neceßitate impediatur, poteſt actor pupillo cōſtitui. Are.*

¶ Quòd ſi tutor aduerſa valetudine [g], vel alia neceſsitate [h] impediatur, quo minus negotia pupilli adminiſtrare poſsit: & pupillus vel abſit [i], vel infans ſit: quem

a ¶ *Non ſit idoneus.* vel ratione paupertatis, vel quia nō eſt induſtrioſus, vt decrepit, fidelis tamen eſt & diligens: alias repelletur prorſus: vt. j. de ſuſpr. tu. §. pe. & fi. & C. de ſuſpe. tu. l. pietatis. Et bene dico curatores & nō tutores: quia, &c. Ar.

b ¶ *Dari non poteſt.* fallit hæc regula in caſibus lex: vt ſi detur tutor loco tutoris, ſurdi vel muti vel furioſi: vt ff. de tu. l. pe. Itē & ſi habet tutorē ratione rerum vnius prouinciæ, poterit habere aliū ratione rerum, quas habet in alia prouincia: vt ff. de excuſa. tu. l. ꝓpter litē. alias l. licet. §. fi. & C. in qui. cau. tu. ha. tut. da. po. l. fi. Item & mater antequam nubat, tutrix exiſtens, aliū petit tutorē dari: vt in authen. de nupt. §. ſi vero etiā naturaliū tutelam. colū. iiij. Sed ratio eſt, quia abire nūc ſperatur: vt C. cōmunia de leg. l. fin. §. ij. Itē & qñ ad tēpus eſt relegatus, vel excuſatus, vel remotus: nam interim tutor datur: vt C. in qui. cau. tu. ha. l. pr. Item ſi quis tutor ſit apud hoſtes nō vt ſeruus, ſed vt legatus, vel trāsfuga, alius datur: vt ff. de tu. l. ſi quit tutor. Itē ſi Reipu. cauſa abſit. poteſt alius dari: vt ff. de tu. l. quæſitū & ff. de ſuſpe. tu. l. iij. §. ſi quis abſuturus. Sed ſecundū Placen. in his omnibus caſibus tutor pro curatore accipitur: & hæc regula fallit. Sed cū litera in omnibus ſupradictis legibus de tutore faciat mentionē, ab ea nō diſcedamus: vt ff. de leg. iij. l. non aliter & ff. de exerci. l. j. §. ſi is. ibi, in re igitur. Sed quæ eſt ratio, cū vbiq; dari poſsit curator habēti curatorē vel tutorē. Sed tutor non poteſt dari habenti tutorē? Reſ. q tutor qui prius dabatur, habebat plenā poteſtatem. j. ti. ij. §. datus & j. de tut. §. j. ita q aliū ſecū in eadē plenitudine admittere non poteſt. ſed nō ſic in curatore, qui rebus datur: vt C. de nup. l. in cōputandis. Vnde tutor authorizatur hæreditati adeūdæ: qđ in curatore pupilli nō eſt: vt ff. de appel. l. cū in vna §. tutor. Sed nōne tota die inuenimus vnū pupillū plures habere tutores: vt C. de diui. tut. l. ij. Rñ. illud eſt quādo ſimul dātur. Nam quædā fiunt ſimul bene, quæ nō valent ſi fiunt ſeparatim, vt duorū reorum obligatio, vt. j. de duo. reis ſtipu. §. j.

Tutor quare dari nequit habēti tutorem.

A D D. *No. gl. magiſtram, quæ plene ponit caſus, in quibus pupillo habenti tutorem tutor datur. Sed contra ſi. huius gl. facit l. 2. C. de teſt. tu. vbi ſimul nō dantur, & tamē vterque adminiſtrat. Sed dic quod ibi ſimul dicūtur dari habito reſpectu ad tēpus mortis, quo vterque tutor cōfirmatur. Sed de hac materia plenius videas hic per Ang.*

Tutores poterit plures pupillus habere.

c ¶ *Item ſi teſtamento.* Poſuit exēplum de legitimo, nūc de datiuo & teſtamentatio minus idoneo.

d ¶ *Idoneus.* i. ſufficiens.

e ¶ *In tempus.* excuſatur enim aliquis, quādoq; in perpetuū, quādoque ad tempus: vt patet per multa exēpla. j. de excu. tu. & cur. §. j. & quaſi per totum tit.

f ¶ *Curatores.* vel etiā tutor. vt j. pxi. §. dixi. ſ. prout iudici videbitur: vt C. in qb. cau. tut. ha. l. j. & ij. Sed quid ſi pupillo tutor nō ſit, an dari poſsit curator? Rñ. ſic: & argumentum à contrario ſenſu ſumitur. ff. de tuto. & curatori. da. ab his. l. curator. quod eſt validū. ff. de offi. eius, cui man. eſt iur. l. j. §. huius rei. Accur.

A D D. *Niſi ſit contrarium legi. l. nemo C. de iuriſ. om. iud. vel rationi naturali: vt C. de epiſ. & cle. l. conuenticula.*

g ¶ *Aduerſa valetudine.* i. infirmitate: quæ valetudini & ſanitati contraria eſt.

h ¶ *Neceßitate.* vt quia longo tēpore abfuturus eſt, vel ſua maiora negotia habet peractare, vel alias ſimiles neceſsitates: vt ff. de ꝓcu. l. filius familias. §. fin. & l. ſequen. poſt litē & l. ſeq. vſq; ad. l. quæ omnia. Et niſi huiuſmodi neceſsitas ſit, non poteſt ſcđm quoſdā: vt C. qui da. tu. vel cu. poſ. l. curatorē & l. curator. imo certe & ſi quæcūq; alia ſit iuſta quoquomodo: vt ff. de admi. tu. l. decreto. Et hæc eadē ſunt ī curatore: vt C. de app. l. ſi actor.

i ¶ *Abſit.* Si eñi præſens ſit, & habet in-

diximus.ȝ.de tute.§.fi.l.cum fideiuſſore: vt.ff.rem pup.ſal.fo.l.non quaſi. in prin. &.ff.de præ.ſtip.l. prætoriæ,iij. & ff. qui ſatiſ.cog.l.j. Accur. cur.qui ſatiſda. non debent.l.j. & fin. Et ſecundum hoc ſunt quatuor genera tutorum.ſ.teſtamentarij,item legitimi,item datiui cum inquiſitione,item datiui ſine inquiſitione, vt dictum eſt.

non eſt perpetuū[a], nam tutores teſtamento dati ſatiſdare[b] non coguntur:quia fides eorum, & diligentia ab ipſo teſtatore approbata eſt [b]. Item ex inquiſitione [c] tutores vel curatores dati, ſatiſdatione non onerantur: quia idonei[d] electi ſunt. ¶ *Si quis ex pluribus teſtamentariis, aut ex inquiſitione datis tutoribus ſatiſdationem offerat, is ſolus adminiſtrat, niſi alius etiam offerret, nullo autem ſatis offerente, is geret quem teſtator deſtinauit: quod ſi teſtamento ſcriptum non ſit, electo à maiori parte datur adminiſtratio: ipſos autem inter ſe in electione diſſidētes, iubet prætor concordes eſſe.*

Curator furioſi etiam cum inquiſitione, datus ſatiſdare debet.

a ¶*Perpetuum*.i.generaliter verum,alias perpetuū.i.generale: vt. C. de eden.l. edita alias pro tēpore ponitur.ſ.quandiu vita durat: vt. j. de ver.obl.§.at ſi ita. & ff. pro ſoc.l.j. vbi de hoc.

b ¶*Approbata eſt*. idem in curatoribus in teſtamento datis(licet curatores non dantur in teſtamēto, regulariter tamen, ſi dati fuerint, cōfirmantur decreto prætoris vel præſidis.ſic. ȝ. ti.Proxi. §. ij. & tunc liberentur à ſatiſdando, vt tutores (vt hic,& ff.de confir. tu.l.ſi filio. & l.in cōfirmando &.l.ſeq.&.l. vtilitatem. Secus in dato à matre: vt. ff. de confir. tu.l.j.ad finem.l.alias.C.eod.titu.l.j.Sed quare ſecus? Reſpond. quia firmum eſt conſilium patris, & non matris: vt ar.ȷ. qui.ali.li.in fi.j.reſpō.&.ȷ.de iniu.§.j. Et quod dicit in teſtamento, idem in tutoribus in codicillis datis dicam: vt. ff. de teſt.tu.l.iij.&facit ad hoc.C.de epiſ.aud. l.de creationibus.

c ¶*Item ex inquiſitione*.i.dati à iudice cū inquiſitiōe:vt.ȝ.de Atti.tu.§.ſed hoc iure

d ¶*Idonei*. ſcilicet præſumptione iuris: contra quā non admittitur probatio in contrarium.ſed ſi contra appareat, tenebitur ille qui dedit: vt.ȷ.eodem.§.ſciendum. Sed hoc fallit in curatore furioſi qui ſatiſdat, ſi non habeat idoneam ſubſtantiam: licet ſit cū inquiſitione datus: vt C.de curato.furioſi.l.fina. §. & ſi quidem & § ſi vero nō talis.Item debent iurate iſti omnes bene agere,id eſt,nō prætermittere vtilia, & non facere inutilia: vt in authenti.vt hi qui ob.ſe per.ha teſtimi.§.fina.colla.ſexta. Si ergo teſtamentarij,nec datiui ſatiſdant:qui ecūt illi,qui ſatiſdant? Reſpond.legitimi, niſi in caſu, ſcilicet patronus liberto: vt.ff.de legitimis tutori.l.legitimos. §. j. Item datiui, quando nō fiunt cum inquiſitione: vt.C. de authoritate præſtanda.l.fina.& niſi ſatiſdent,non adminiſtrant: vt.C. de tut.&

Satiſdatio à quibus tutoribus danda eſt.

Tutorum genera quot dici poſſunt.

¶*Sed ſi*. Diuiditur in quatuor partes. Primo quod cūtutor tenetur contutori ſatiſdare: vt in adminiſtratione præfecatur. Secundo quod fiet.ſi nullus ex contutoribus vult ſatis offerre de indemnitate. Tertio quid agendum, cum tutores diſcordant in eligendo. Quarto extendit ad datiuos dictum in teſtamētariis. Secunda ibi. Quod ſi nemo. Tertia ibi. Sin autem. Quarta ibi, Idē & in plurib[9]. Are. *CASVS*. Dixiſtis mihi, quod tutores teſtamentarij & cum inquiſitione dati, non ſatiſdant: nunquid hoc eſt generaliter verum? Rñ.Imp.quod non. Nā ſi duo pluresve tutores in teſtamento dati fuerint, poterit vnus ex eis offerre ſatiſdationem de indemnitate pupilli contutori vel concuratori ſuo, & ſi ipſe admittit huiuſmodi ſatiſdationem ei in adminiſtratiòne præfertur, ſed tutor vel curator non poterit per ſe à contutore vel concuratore ſuo huiuſmodi ſatiſdationem exigere: ſed offerre eam debet: vt electionem det concuratori vel contutori ſuo ſatis accipere, & adminiſtrationē ei exponere. vt ipſe ſolus adminiſtrare poſſit. & ſi nullus eorum ſatiſdationem huiuſmodi offerat:tunc ſi teſtator in teſtamento expreſſerit,quis in adminiſtratione præferri debeat: ille ſolus adminiſtrabit.ſi vero à teſtatore de hoc nihil dictum fuerit:tunc quem maior pars corū idoneum elegerit, ille ſolus adminiſtrabit.Sed ſi ita fuerit.quod in electione ipſi tutores,nec aliquatenus per ſe cōcordare poterūt,Prætor partes ſuas interponet:& aliquē idoneū adminiſtratorē eligere cōpellet. Idē iuris eſt in pluribus tutoribus vel curatoribus ex inquiſitione datis: vt videlicet maior pars poſſit eligere aliquem idoneum, qui ſolus negotia pupilli adminiſtret. Et hæc dicuntur vſque ad illum.§.ſciendū eſt aūt. Franc.

¶Sed ſi ex teſtamento [a] vel inquiſitione duo plures vẽ dati fuerint: poteſt vnus offerre ſatiſdationẽ de indemnitate pupilli vel adoleſcentis: & con tutori ſuo vel cõcuratori præferri, vt ſolus adminiſtret: vel vt contutor, aut concurator ſatis offerens præponatur ei, vt & ipſe ſolus adminiſtret. Itaq; per ſe non poteſt petere ſatiſdationem à contutore ſuo vel concuratore, ſed offerre debet, vt electionem det concuratori vel contutori ſuo, vtrum velit ſatis accipere, an ſatiſdare [b]. Quòd ſi nemo eorum ſatis offerat: ſi quidem adſcriptum [c] fuerit à teſtatore, quis gerat: ille gerere debet. Quòd ſi nõ fuerit adſcriptum: quem maior pars [d] elegerit, ipſe gerere debet: vt edicto Prætoris [e] cauetur. Sin autem ipſi tutores diſſenſerint circa eligendum eum, vel eos, qui gerere debent, Prætor partes ſuas [f] interponere debet. Idem & in pluribus [g] ex inquiſitione datis comprobandũ eſt: id eſt, vt maior pars eligere poſſit, per quem adminiſtratio fiat.

¶Qui tenetur accipere ſatiſdationem à tutore: ſi non recipit, vel minus idoneam, tenetur ſubſidiaria actione, quæ etiam tranſit contra hæredes. poteſt autem tutor vel curator cogi ſatiſdare, etiam captis pignoribus.. Aret.

¶Sciendum autem

a ¶*Sed ſi ex teſtamento.* Duo ponit & vnũ tantum nunc proſequitur. ſ. de teſtamentaria: ſed in fin. §. dieit de alio. Item hæc eadem in curatoribus pluribus locũ habent: vt ff. de admi. tuto. l. iij. §. quod in tutoribus. Itẽ quid in legitimis? Rñd. idẽ, cũ ſit eadẽ ratio: ne deterius negotia ꝑ plures exerceantur: vt ff. de admi. tut. l. ſi plures. j. §. quãuis. ver. apparet ergo. Accur.

ADD. *Et hoc nomine Rex Nicocles apud Iſocratem, monarchiã præfert Democratiæ. Hi nãque, inquit, multa contemnunt, dum alius aliũ reſpicit. Reges verò nihil ſpernunt: ſcientes omnia per ipſos agi & cõfici oportere. Vnde verſus. Segnius expediunt commiſſa negotia plures.*

b ¶*An ſatiſdare.* ſic. j. de inutil. ſti. §. alteri. in fi. Accur.

c ¶*Adſcriptũ.* ſ. in teſtamẽto: vel aliter appareat eius voluntas euidenter: quia dixit in ſatiſdatione quis præferri debet: quod ſi nõ fuerit adſcriptum. quẽ maior pars elegerit, ille gerere debet. Ac.

d ¶*Maior pars.* dummodo omnes velint per vnũ adminiſtrari: alias enim nõ compellerentur. ſed omnes gerere poſſunt ſi velint: vt ff. de admi. tu. l. ſi plures. j. §. fi. & l. vel in partes. Et no. hic ar. ꝙ ſtatur maiori parti. ſic ff. de pact. l. iuriſgentium: §. vlti. & l. ſuum hæredem §. fi. & l. maiorẽ & l. ſeq. §. fi. & ff. de teſtib. l. iij. §. ij. ibi, alias numerus teſtiũ &c. arg. contra ff. de ſer. ruſtic. præd. l. per fundũ & ff. cõmu. prædi. l. fin.

e ¶*Edicto prætoris.* quod non habemus.

f ¶*Partes ſuas.* id eſt, ſe & officiales ſuos & milites iuſtitiæ. Sed cur non cõmittitur fortunæ: vt alias C. cõmu. de leg. l. fi. j. reſpon. & ſ. de leg. §. optionis? Rñ. nõ ita alterius factũ. ſ. pupilli poſſunt fortunæ cõmittere, vt ſuum propriũ & eorum. huic ff. de leg. j. l. huiuſmodi. §. fin. & ff. de vſufruct. l. ſi vſus fructus. j. §. ſed inter duos arg. contra in eod. tit. de vſufruct. l. quoties duobus. j. reſpon.

g ¶*Idem & in pluribus.* per omnia. vt. ſ. niſi quia hic à teſtatore non potuit ſcribi quis gereret: cum nihil dixerit de tutela: nam non darentur ex inquiſitione, ſi eſſent teſtamentarii: vt ſ. de Atil. tu. j. reſ.

¶*Sciendum.* Diuiditur in quatuor partes. Primo ꝙ officialis conuenitur ſubſidiaria actione. Secundo, quando & in quibus caſibus teneatur. Tertio ad hæredes extendit. Quarto ponit nonũ caſum, videlicet, ꝙ tutor cogitur ſatiſdare. Secunda ibi, ſubſidiaria. Tertia ibi, Quæ quidem. Quarta ibi. Quibus conſtitutionibus. Aretinus.

CASVS. Domine, iam video in quibus caſibus tutores ſatiſdationẽ rem pupilli ſaluam fore, interponere debeant. Pone modo, quod nõ fuerit pupillis per tutores bene cautum, qualiter in defectũ tutorum vel fideiuſſorum ab eiſdem receptorum ſubueniatur ipſis pupillis? Rñ.

Imper.

Imper. Amice, in hoc caſu optimũ remediũ beneficio legis ipſis pupillis indulgetur. Scire enim debes: quod non ſolum tutores vel curatores ex adminiſtratione ſua pupillis, vel adultis. vel furioſis, vel cæteris qui in curatione ſũt, teneantur, ſed etiã magiſtratus, qui huiuſmodi ſatiſdationẽ à tutoribus vel curatoribus accipiunt. vtilis actio ſubſidiaria dabitur: quæ quidem actio ſubſidiaria vltimũ huiuſmodi pupillis vel adultis poſsit præſtare* ſubſidium. Et hæc actio ſubſidiaria nõ ſolũ aduerſus illos competit, qui non idoneã cautionẽ à tuto. vel cura. exponi paſsi ſunt: nec ſolum aduerſus magiſtratus datur: ſed etiam tam ex prudentũ reſponſis, quã ex cõſtitutionibus principis in hæredes eorum extenditur. Scire tamen debes, quod neq; præfectus vrbis neque aliquis alius, qui ius dandi tutores habet, prædicta actione ſubſidiaria pupillis, vel adultis vel cæteris in curatione exiſtentibus tenebitur: ſed ſolum hi qui huiuſmodi ſatiſdationem accipere ſolent. Et hæc dicuntur vſque in fine tit. Franc.

**aliàs auxilium.*

eſt non ſolùm tutores vel curatores pupillis, vel adultis, cæteriſq;[a] perſonis ex adminiſtratione rerũ teneri: ſed etiam in eos, qui ſatiſdationem accipiunt[b], ſubſidiariam actionem eſſe, quæ vltimum eis[c] præſidium poſsit afferre. Subſidiaria[d] autem actio in eos datur, qui aut omnino à tutoribus, vel curatoribus ſatiſdari non curauerunt: aut non idoneè[e] paſsi ſunt caueri. Quæ[f] quidem, tam ex prudentium reſponſis[g], quam ex conſtitutionibus[h] Imperialibus, etiam in hæredes eorum extenditur. Quibus conſtitutionibus[i], & il-

a ¶*Cæteris.* vt furioſis & mente captis: & ſ. ti. j. §. furioſi. &c. §. ſed & mente captis.

b ¶*Accipiunt.* vt magiſtratus, quod dic vt dicemus. ĩ. eo. §. neque autem.

c ¶*Eis.* ſ. pupillis & ſimilibus.

d ¶*Subſidiaria.* ſ. tutelæ vtilis contra eũ, qui malũ dederit tutorẽ, vel vtilis negotiorũ geſtorũ, qñ malũ curatorẽ: nam eadem vtilis in magiſtratũ datur, quæ ĩ adminiſtratorem directa datur: & vſuræ veniunt vt in prima: vt ff. de magiſ. cõ. l. fin. & C. eo. l. pe. Subſidiaria autem dicitur pœnalis aptitudine: vt legis Aquiliæ actio dicitur pœnalis aptitudine. vt. ĩ. ad le. Aquil. §. his autem. nam nec illa ſemper pœnalis eſt: nec hæc ſemper in ſubſidium datur. quia quandoq; agitur antequã conueniantur omnes tutores: vt colligitur ex his, quæ dicuntur in hac glo. circa fi. Quare ad horum euidentiam diſtingue: aut fuit vnus tutor vel curator, aut plures. Primo caſu cõuenitur prius tutor vel curator, & poſtea magiſtratus, vt hic. Si vero plures: & tunc aut omnes geſſerunt tutelam, aut curam, aut nullus, aut alter tantum. Primo caſu omnes conueniũtur ante magiſtratũ. vt ff. de admi. tut. l. Lucius. ij. §. penul. & de magiſtra. con. l. duo. In ſecundo idem: vt ff. de admi. tut. l. ſi plures. ij. In tert. ſubdiſtingue, aut fuit diuiſa tutelæ adminiſtratio per iudicem vel teſtatorem, aut non: Primo caſu pro ſua geſtione quilibet tenetur, & non pro alterius: & poſtea magiſtratus in ſubſidium ff. de admi. tu. l. Luci⁹. ij. §. pe. & C. de diui. tu. l. ij. Sed tamen in quatuor caſibus vnus pro alterius parte tenetur, tamen poſt magiſtratũ, ſcilicet, ſi tutorem, vt ſuſpectum remouendum non remouit, vel tarde remouit, vel remouendo iura pupilli prodidit, vel non exegit ſatiſdationẽ rem pupilli ſaluã fore: cum videret cum nõ ſoluendo: vt C. de diui. tut. l. ij. & ff. de admin. tuto. l. Lucius. §. pe. Secũdo caſu cõuenitur primo gerens, ſecũdo magiſtratus, tertio nõ gerens: niſi in dictis quatuor caſibus: vbi cõuenit etiã qui non geſsit, ante magiſtratũ: vt C. de diui. tut. l. ij. & ff. de admini. tut. l. etiã & l. AEmilius. in fine. & l. tres tutores de hoc dixi in l. j. ff. de tu. & rat. diſt. & in l. j. C. de tranſact.

A D D. *Et no. quod in omnibus prædictis caſibus pupillus conueniens tutorem, præfertur cæteris creditoribus. l. dabimus ff. de priuileg. cre. ſecus ſi conueniat iudicem. l. j. §. priuilegium ff. de mag. con.*

e ¶*Idonee.* aduerbium eſt: & facit ad hoc ff. de magiſt. con. l. j. §. ſciendum. & §. exigere.

f ¶*Quæ.* ſ. tutelæ actio ſubſidiaria, vel negotiorum geſtorum, vt diximus.

g ¶*Reſponſis.* vt ff. de mag. conue. l. j. §. ſciendum eſt. & l. quod ad hæredem.

Tutores plures & magiſtratus quo ordine conueniri poſſunt.

h ¶*Ex conſtitutionibus.* vt C. de magiſtr. conue. l. ij. & in aliis Græcis conſtitutionibus: ſed aliter hæres tenetur, qui de dolo & lata culpa tantum aliter defunctus, qui etiam de leui culpa tenetur: vt ff. de magiſtr. con. l. non ſimiliter.

i ¶*Quibus conſtitutionibus.* ſ. Græcis.

Nota hic, in illo titulo C. [illegible] græcab.

a ¶ *Caueant*. ſ. rem pupilli ſaluam fore.
b ¶ *Coerceantur*. facit ad hoc. ff. de admi. tu. l. j. j. rñ. & ff. de dam. infect. l. iiij §. iij. & ff. de lib. ag. l. ſi quis à liberis. §. ſi quis ex his. & C. de ſuſpect. tu. l. iij. & ff. de vẽ. inſpi. l. j. §. qd ergo.

lud exprimitur: vt niſi caueant [a] tutores & curatores, pignoribus captis coerceantur[b].

¶ *Actione ſubſidiaria non tenẽtur, qui tantùm dant tutores: ſed qui ſatiſdationem exigunt.*

¶ Neque autem Præfectus vrbi [c], neque Prætor, neque præſes prouinciæ, neque quiſquam alius, cui tutores dandi [d] ius eſt, hac actione tenebitur: ſed hi tantummodo, qui ſatiſdationem exigere ſolent[e].

c ¶ *Vrbi*. ſcilicet Romæ, per excellentiam: vt. ȝ. de iur. nat. §. ſed quoties. Item facit ad hũc. §. ff. de magi. cõ. l. j. Sed contra eſt. ff. de admi. tut. l. AEmili⁹ Sed diſtiogue tria genera iudicum, quidã poſſunt dare tutorem, & nõ exigere ſatiſdationem: de quibus hic loquitur. Alii & dare & exigere. de quibus ibi dicti. Alij exigere. & non dare: vt tabelliones, & aliquis miles iuſtitiæ, cui talia cõmittuntur: & iſti tenentur in ſubſidiũ: vt. ȝ. de Atti. tut. §. pe. & ff. de magi. con. l. ſi. Item æſtimatores patrimonij pupillorum, propter quorũ prauam æſtimationẽ viliores fideiuſſores excepti ſunt: vt ff. de ma. con. l. j. §. diuus. q erant dandi ꝑ rei qualitate; vt ff. de in ius vo. l. j & q ſatiſd. cog. l. ſi vero. § j.
d ¶ *Dandi*. ſcilicet, tantum.
e ¶ *Solent*. alias debent. ſed iſti nec debent, nec ſolent. vt diximus.
ADD. *Exigunt autem defenſores ciuitatũ, magiſtratus municipales, iuridicus Alexandria, & alij minores magiſtratus, qui à tutoribus ſatiſd. exigunt, ſiue eos ipſi dederint, ſiue præſides prouinciarum. l. 1. §. 1. ff. de mag. cõue.*

DE EXCVSATIONIBVS tutorum vel curatorum.

¶ *De excuſationibus tutorũ vel curatorũ, nũc dicit: quod ſuprà quibus mo. tu. ſin §. ſi. promiſit. Accur. Vel continua ſic ſecundum Por. Quia ſuprà viſum eſt de tut. & cura. & quia variis ex cauſis excuſari ſolent: ideo meritò ſubdit de excuſatione tutorũ vel curatorũ. Por.*

Excuſantur. Tot⁹ iſte titulus, diuiditur in ſexdecim partes. Prima ponit qualiter quis excuſetur à tutela propter numerũ liberorum. Secunda ibi, Item diuus. qualiter excuſetur qui impeditur negotiis fiſcalibus, & reipu. Tertia ibi, Et qui poteſtatẽ. qualiter quis excuſetur ꝑpter

TITVLVS XXV.

DE EXCVSATIONIBUS tutorũ vel curatorum.

¶ *Liberorum numerus hic ſcriptus à tutelæ munere vocationem præſtat: adoptiui verò liberi ita demum ad excuſationẽ proſunt, ſi à quopiã aſcendentium adoptati ſint: non etiam ſi ab extraneo. Item nepotes ex filio præmortuo proſunt.*

Excuſantur aũt tutores & curatores variis ex cauſis. Plerunq; tamen propter li-

poteſtatem & iuriſdictionẽ. Quarta ibi, Item propter. qualiter excuſetur propter litem præcedentem cũ pupillo vel adulto. Quinta ibi, Itẽ tria. qualiter excuſetur propter numerum tutelarũ. Sexta ibi, Sed & ꝑpter. qualiter excuſetur propter paupertatem. Septima ibi, Item propter aduerſam. qualiter quis excuſetur ꝑpter infirmitatem. Octaua ibi, Similiter. qualiter quis excuſetur propter imperitiã literarũ. Nona ibi, Itẽ ſi propter ioimicitias. qualiter quis excuſetur propter inimicitias. Decima ibi, Itẽ is qui. qualiter quis excuſetur ꝑpter cõtrouerſiã ſtat⁹. Vndeci. ibi. Itẽ maior. qualiter quis excuſetur ꝑpter ætatẽ. Duodeci. ibi, Idẽ & in milite. qualiter excuſetur ꝑpter militiã. Deci. ter. ibi, Itẽ Romæ. qualiter excuſetur ꝑpter exercitiũ liberaliũ artiũ. Decimaquarta ibi, Qui autem, in quantum tẽpus poteſt quis ſe excuſare. Decimaquinta ibi, Qui tutelã. qualiter quis excuſetur à cura pupilli ſui vel vxoris ſuæ. Deci. ſex. ibi, Si quis aũt. Declarat ꝙ falſa excuſatio nõ ꝓdeſt. Iſta pri. pars diuiditur in quinq; ꝑtes. Pri. ponit, ꝙ plures & variæ cauſæ ſunt, quib⁹ quis à tut. vel cura. excuſatur. Scdo ponit qualiter quis ꝑpter liberos excuſatur. Ter. quot liberi habẽt excuſare, ſeu ꝑpter quot liberos quis excuſetur à tutela vel cura. Quar. fortificat dictũ ſuũ per ſimilem rationẽ diuertẽdo: Quin. declarat, qui liberi ſint illi, qui præſtant excuſationẽ. Secũda ibi, Plerũque. Tertia ibi, Si enim tres. Quarta ibi, exẽplo. Quinta ibi, Sed adoptiui. *CASVS*. Acceſsi ad Iuſtinianũ, & ita coram eo ꝓpoſui: Dñe, vos vultis

tractare

beros[a], ſiue in poteſtate ſint, ſiue emancipati[b]. ¶Si enim tres liberos ſuperſtites Romæ[c] quis habeat, vel in Italia quatuor, vel in prouinciis[d] quinque: à tutela vel cura poteſt excuſari, exemplo cæterorum munerum[e]. nam & tutelam & curam placuit publicum munus[f] eſſe. Sed adoptiui liberi non proſunt[g]: in adoptionem autem dati, natura-

tractate de exc.tut.vel cura. dicatis ergo mihi quibus mod.excu.tuto. vel curato. ab opere admiſtrationis? Ad hoc reſpon. Imp. Amice, tutores vel curatores variis modis à tutela vel cura poterunt excuſari. Quandoque enim per numerũ liberorũ ſuorum merentur excuſari: ſiue huiuſmodi liberi in poteſtate ſint, ſiue emancipati. Si enim tres liberos aliquis habuerit Romæ ſuperſtites, vel in Italia quatuor, vel in prouincia quinq́;, à tutela vel cura poterit excuſari. & hoc ad modũ aliorũ munerũ ciuiliũ. Nam & tutelã & curã placuit eſſe munus publicũ: vnde ſicut à cæteris muneribus publicis quis excuſari poterit, ita & ab iſtis. Sed quid domine Iuſtin. vos dixiſtis per liberos quem poſſe à tutela vel cura excuſari: dicatis mihi pro Deo, an illud locũ habeat indiſtincte in omnibus liberis? Reſpõ. Imp. quod tibi dixi generaliter aliquẽ per liberos poſſe excuſari: intelligere debes de naturalib' & legitimis. Nã adoptiui liberi patri adoptiuo ad excuſationẽ non proficiunt, liberi enim naturales & legitimi extraneæ pſonæ à patre naturali nihilominus ad excuſationẽ proſunt. & hoc vſq; ad verſi. item nepotes. in quo ſic pone caſum. Vidimus quod per liberos quis à tutela vel cura excuſatur: ſed quia appellatione liberorũ, veniunt nepotes: quæritur à domino Iuſtiniano, an illud ſe extendat ad nepotes? Reſpon. Imp. quod nõ ſolum liberi in primo gradu exiſtẽtes proſunt, ſed etiã nepotes ex filio mortuo auo ſuo ad excuſationẽ proſunt, quia in locum ſui patris mortui ſucceſſit. ſed licet nepotes ex filio poſt mortẽ ipſius filij, hoc eſt, patris nepotũ, auo proſint: nepotes tamen ex filia ei prodeſſe nõ poterunt. Et hoc vſque ad verſi. filij autẽ. in quo ſic figuratur caſus. Vidimus ſuperius à principio titu. hucuſque, quod liberi & nepotes ex filio excuſant quẽ à tutela vel cura. Sed quæro domine Iuſtin. an hoc verũ ſit de filiis mortuis? Reſp. dominus Imper. quod dixi tibi filios prodeſſe: intelligere debes, quod filij ſuperſtites tantũ ad tut. vel cu. oneris excuſationem proſunt: mortui enim non proſunt. & hoc vſque ad verſiculum illum, Sed ſi in bello. in quo ſic ponitur caſus. Oſtenſum eſt ſupra quod liberi mortui non proſunt ad excuſationẽ tutelæ vel curæ. Nunc quæritur ab Imperatore, quid ſi in bello pro Republica occiſi fuerint: an patri ad excuſationẽ prodeſſe poſſint? Et reſpondet, Certe cõſtat eos prodeſſe, qui in acie principis ceciderunt. Qui enim pro republica ceciderunt, in perpetuum per gloriam viuere intelliguntur. hoc dicit vſq; ad §. item diuus Marcus. Frao. de Aret.

a ¶*Propter liberos*. ſuperſtites, & incolumes: vt ff. de vac.mu.l.ij.

b ¶*Emancipati*. niſi pater filio emãcipato curator petatur: tunc enim nõ excuſatur à cura emãcipati: vt ff.eo.l. amiciſſimos. §.fi. Vel dic, quod licet faciat contra ſtimulos naturales: tamen bene poteſt, vt ibi innuitur.

c ¶*Romæ*. hoc eſt, in ciuitate Romana, & vſque ad centeſimum miliarium: vt ff. de off.præfe.vrb.l.j.§.cum vrbem.

A D D. *De iure* ~~*ſuorum liberorũ non*~~ *loquitur, de quo dicem' ſuo loco ad* ~~*ſenatuſc*~~ *c. Tertyl.s.*

d ¶*In prouinciis*. Sed nunquid illæ prouinciæ, quæ alias habẽt ius Italiæ, & hoc habebunt? Reſpõ. non: quia illud propter tributa cõceditur eis: vt ff.de cẽſi.l.j.& fi.

e ¶*Munerum*. i. onerũ ciuilium, vt decurionatus. ſecus ſi patrimonij ſit nous: ff. de va.mu.l.ſextũdecimum.§.numerus.& §.patrimoniorũ. & l.his oneribus.j.reſp. & C. de his qui nu.lib.vel pau.exc.mer. l.j.lib.x. Itẽ ſecus in honoribus: vt ff.de va.mu.l.iiij. & l.in honoribus. Itẽ ſecus in oneribus quæ honori inhærent: vt de va.mu.l.ſextumdecimum.§.numerus.

f ¶*Publicum munus*. authoritate, nam datur inuitis: vt C.de decur.l. nullus.lib.x. & facit ff.de verb.ſig.l.pupillus.§.munus. & l.munus proprie.& ff. de mu.& ho.l.j. §.illud. Sed contra ff.eo.l.athletæ.§.tutela. Sed non eſt publicum munus: vt ibi dicitur, vtilitate licet authoritate ſic, vt hic dicitur: ſed vtilitate publicũ eſt ſecũdario: quia expedit Reipubl.&c. vt ſ. de his qui ſunt ſui vel alie.iur.§.fi. Item cõtra.ff.eod.l.ſpadonem.§.qui accipit. & l. non tantum §.non omnia. Sed licet ibi generaliter remiſſionẽ publicorum munerũ habuit: tamen generali remiſſione nõ continetur tutela, vel cura, fauore pupillorũ & adultorum: ſicut & alias de generali dicto quædã excipiũtur: vt ff.de leg. iij.l.vxorẽ.§.feliciſſimo.& ff.de procura. l.Pomponius.j. reſp.ff. de lib.leg.l.Aurelio.§.Caius.

g ¶*Non proſunt*. & hoc dico ad excuſa-

tionem: vt hic,& ff.de vac.mu.l.ſextumdecimum.§.adoptiui. maxime hodie, cũ nihil ad patrem adoptiuum tranſeat: vt ſ.de adop.§.ſed hodie.Sed olim bene acquirebant ei, ſcilicet patri adoptiuo, AEgid.Per.

ter vi. & vxo.l.cum hic.§.ſi donator.vbi ſeruus viuit,& tamen pro mortuo reputatur quo ad ius ciuile:vt ff.de reg.iur.l.quod attinet.& l.ſeruitutem.

A D D.*Similiter Cic.philip.13.Illi igitur impii quos cecidiſtis,etiam ad inferos pœnas parricidii luent:vos vero qui extremum ſpiritum in victoria effudiſtis, piorum eſtis ſedem & locum conſecuti.*

li patri[a] proſunt. Item nepotes ex filio proſunt, vt in locum patris[b] ſui ſuccedant: ex filia non proſunt[c].

¶ *Ita demum liberi à præfato munere immunitatem præbent, ſi ſuperſtites fuerint, mortui verò non: ni glorioſè pro Republi. in acie ceciderint.*

¶Filij autem ſuperſtites[d] tantum ad tutelæ vel curæ muneris excuſationẽ proſunt: defuncti[e] autem nõ proſunt. Sed ſi in bello amiſſi ſũt, quæſitum eſt, an proſint. Et cõſtat eos ſolos prodeſſe,qui in acie[f] amittuntur. Hi enim qui pro Republica ceciderunt, in perpetuum per gloriam viuere[g] intelliguntur.

¶ *Procurator fiſci excuſatur à tutela vel cura. Aretinus.*

¶Item diuus Marcus in ſemeſtribus[h] reſcripſit, eum, qui res fiſci adminiſtrat, à tutela vel cura,quan

a ¶*Naturali patri.* licet adoptiuo non proſint: vt ſ.pxi. reſpon. & ſecundum hoc puncta ibi,dati.Vel dic dati in adoptionẽ naturali patri. ſ. auo vel proauo, proſunt.ſ. arrogãti: cum tranſeat in familiã eius: vt ſ. de adopt. §. ſed hodie.in fi. §. & §.ſequen. & ſecundũ hoc fiet hic mentio illius noui iuris:& puncta bis ibi, naturali patri.

b ¶*In locum patris.* Apparet quod eo mortuo tantum proſunt: eo autem viuo non proſunt: vt hic cum dicit,in locum patris,&c.& C.de his qui nu.lib.l.ij. & iij.lib.x. Sed nunquid omnes loco vnius computantur? Reſpond. quidam quod non. Sed contradicunt leges expreſſe:nam loco vnius numerantur quotcunque ſunt: vt in Græca.l.ff.eo.l.ij.§.quotcũque. nam etiã in ſucceſſione loco vnius computantur: vt j. de hære. quæ ab inteſta.§.cum filius arg. ff.de contratab.l.j.§.j.

c ¶*Non proſunt.* quia non ſunt in poteſtate ſua:vt ſ.de pat.pote.§ fin.hæc ratio non eſt bona: vt ſ.eo.In princ.dicit enim de emancipato. vnde dicas, non proſunt auo materno: quia alij proſunt:vt C.de teſta.milita.l.v.& fin.

d ¶*Superſtites.*. id eſt,viui.

e ¶*Defuncti.*idẽ& in nõ natis,licet conceptis:quia quo ad hũc caſum nõ ſunt pro iam natis:vt ff.eo.l.ij.§.qui aũt in vẽtre.

f ¶*In acie.* ſcilicet principis: vt ſ.de adop.§.fœminæ.

g ¶*Per gloriam viuere.* no.mortuum viuere per gloriam: vt ff.ad legem Aqui.l.qua actione.§.ſi quis in collatione.Et econtra quis fingitur mortuus, qui viuit per vituperium,vt deportati:vt ff.de contratab.l.j.§.j.&§.peoul.ſ fi.& ff.de do.inter vi. & vxo.

¶*Itẽ diuus Marcus.* CASVS. Domine, ſã vidi qualiter qs excuſatur ab onere tutelæ vel curæ.nunquid pluribus modis poterit competere excuſatio? Reſp. q ſic.Diuus enim Marc⁹ reſcripſit in Semeſtribus ſui adminiſtrantẽ res fiſcales durante adminiſtratione poſſe ſe ab onere tutelæ vel curæ excuſare. hoc dicit vſq; ad §.item qui In quo ſic figura caſum. Titius cauſa Reipub.abſens datus eſt tutor vel curator, quæritur ab Imperatore,an poſſit ſe legitime excuſare? Reſp.Imp.q q abſentes cauſa Reip. dati ſunt tut.vel cur.ab onere adminiſtrationis tu.vel cu. excuſantur. hoc dicit vſque ad verſi. ſed & ſi. in quo ſic figuretur caſus. Vidimus qualiter abſens datus tut.vel cur.excuſatur.Sed quid ſi aliquis datus tutor vel curator Reip.cauſa abeſſe incipiat,an ſimiliter excuſetur? Reſpon.dominus Impe. q nõ ſolũ illi qui in abſentia dati erant, poſſunt excuſari:ſed etiã ſi primo fuerãt dati tut.vel cura.&poſtea cœperunt abeſſe cauſa Reip.à tute. vel cura excuſantur.hoc dicit vſque ad §. & q poteſtatẽ.

h ¶*In ſemeſtribus.* i.in ſex mẽſibus,quibus dabant operam ſtudio.cum alternis ſex menſibus dabant operã. Imperatores bello,& ſtudio:vt ff.de origine iuris.l.ij.§.ex his.in prin.vltimæ chartæ. Vel dic, quod nomen erat libri in illis ſex menſibus compoſiti : quod in idem recidit.

A D D. *Tu dicito Semeſtriũ appellatione notari libros quibus res geſtæ & adminiſtrata ſex mẽſibus explicabãtur:vti & Annales,qui res vnius anni geſtas continerent dicti ſunt.*

¶*Admini-*

diu administrat[a], excuſari poſſe.

¶*Reipublicæ cauſa abſens, à tutela & cura recenter delata excuſatur: ſuſceptam autem quandiu abeſt, intermittit: regreſſus verò, intermiſſæ onus ſtatim reaſſumit.*

¶Item qui Reipublicæ cauſa abſunt[b] à tutela vel cura excuſantur[c]. Sed & ſi fuerint tutores vel curatores dati, deinde Reipublicæ cauſa abeſſe cœperint: à tutela vel cura excuſantur[d], quatenus Reipublicæ cauſa abſunt, & interea curator loco eorum datur, qui ſi reuerſi fuerint, recipiunt onus tutelæ. Nec anni habent vacationem: vt Papinian⁹ libro quinto Reſponſorū ſcripſit. Nam hoc ſpatium habent ad nouas tutelas vocati.

¶*Publicam habens iuriſdictionem, à ſuſcipienda tutela excuſatur: ſuſceptam autem non deponit.*

¶Et qui poteſtatem[e] aliquam habent, ſe excuſare poſſunt: vt diuus Marcus reſcripſit: ſed ſuſceptam[f] tutelam deſerere nō poſſunt.

¶*Propter litem quā quis habet cum pupillo, non excuſatur à tutela, niſi ſit omnium, vel maioris patris bonorum. Aretinus.*

¶Item propter litem, quam cum pupillo vel adulto tutor vel curator habet, excuſari non poteſt: niſi forte[g] de omnibus bonis, vel hæreditate[h] controuerſia ſit.

a ¶*Adminiſtrat.* q. dicitur pcurator fiſci. & facit ad hūc. § ȝ. de cur. §. itē ſ loco.

b ¶*Abſunt.* vel abfuturi ſunt: vt ff. de p cur. l. filiusfamilias. §. fi. A D D. *Quia pacia ſunt eſſe, vel de proximo ſperantl. pe. ff. de milita. teſt. quod facit an licentia tue gaudeat beneficis doctrum, de quo dic, vt ibi per doctores.*

c ¶*Excuſantur.* Milites hoc primū reſ. bello miſſis loquitur, quā annordo eo exiſtēte excuſatio-ī abſeotia Reip. nis habente cauſa dat⁹ fuit tutor vel curator: quo caſu p perpetuo excuſat, ſi p vigioti an. militauerit: eō pleuerit militiæ ſpatium, & nō igoominioſe miſſ⁹ eſt. Alias qui intra quinquēoium miſſus eſt: puta quia iofirmus nullam habet excuſatiooem: qui poſt quinque ann. habet annū: qoi poſt viij. ann. habet bienniū: q poſt xij. habet trienoium: qoi poſt xvj. habet quadrienoium: qui poſt xx. excuſatiooē perpetuā habet: vt dictū eſt, & ff. e. l. ſed & milites. §. j. ij. iij. iiij. & v. & §. qōq;. vſq; ad §. qui autē poſt. Accurſi⁹.

d ¶*Excuſantur.* ſi hoc poſtolauerit pri⁹ & etiā aliū actorē vel curatorē petierint, alias nō: vt C. ſi tut. Reip. cauſa. l. j. & ff. de adminiſt. tu. l. tutores. §. qui ſe.

¶*Et qui poteſtatē.* CASVS. Viſum eſt ſuperios de pluribus pſonis qualiter ſe poſſunt excuſare à tut. vel. cura. Nunc quæritur à domino Imperatore, an ſint aliæ perſonæ, quæ poſſint excuſari? Reſpond. Imperator, qood non ſolum prædicti à tutela vel cora excoſantur, ſed etiam qui aliquam poteſtatem habent: vt præfectus vigilium, vel annonæ quia tunc illi à ſuſceptione tutelæ vel curæ durante officio ſuo ſe poſſunt excuſare: vt diuus Marcus reſcripſit: ſed tutelam ſoſceptam occaſione poteſtatis non poſſunt deſeitre. Sed nunquid ſi aliquis datus tutor vel curator habeat litem cum pupillo vel cum adulto poteſit occaſione litis ſe excuſare. Reſpood. quòd oon, niſi de omnibos bonis ipſius pupilli, vel forte de hæreditate aliqua ipſi pupillo delata cōtrouerſia fuerit. In hoc enim caſu excuſatio habebit locum. Et hæc dicuntur vſque ad §. item tria. Aretinos.

e ¶*Poteſtatem.* vt quia ſit præfect⁹ vigilum vel annonæ: vt ff. eodem. l. adminiſtrantes. & ſimiles, qui poteſtates vocantur: vt Cod. de mod. mul. leeos, ſecos ſi ſit circa latus principis. cœptam enim non complebit: vt ff. eodem. l. iuriſperitos. lo principio.

f ¶*Sed ſuſceptam.* vt ſupra proxi. §.

Dic poteſtatis nomine, hic imperiū de ſignali. l. imperiū ff. de iuriſd.

g ¶*Niſi forte.* Imò & ſine forte, vel etiam ſi de maiori parte booorum pupilli ſit controuerſia: vt ff. eodem. l. propter litem. primo reſpon. & facit C. eodem. l. ſi vt allegas. & ſupra de authoritate tutorum. §. finali. & Cod. qui dare totorem poſſunt. l. creditorem. ſed hodie ooo poteſt creditor vel debitor eſſe tutor: vt in authēt. vt lj. qui ob. ſe hab. per. paragrapho primo, colla. ſexta.

h ¶*Hæreditate.* ſ. ipſi pupillo à patre delata, vel à quocunque non curo. propter

dus, vel mutus, vel perpetua valetudine detentus: vt C. qui mor. ſe excu.l.j. qui morbus prout durauerit, excuſa. Sed furor non excuſat, ſed interim curator datur, ſecundum Ioan. vt ff. eo.l. non ſolum. §.fin. & ſequen. duabus legibus legib. vſque ad §. ſunt & alij. Sed quidem ex ſupradictis etiam ſi velint, non admittuntur: vt ſurdus & mutus: vt ff. de tutel. l.j. §. penul. & §. fin. Quare dic, quantum ad eos impropriè ponitur excuſatio: vt ∫. eod. l. minores.

¶ *Similiter.* CASVS. Vidimus ſuperius qualiter propter penuriam rerum temporalium & ſanitatis quis à tutela excuſatur: ſed quia eſt alia penuria, quæ dicitur ignorantia: ideo quærebatur à domino Impera. an imperitia literarum quem poſſit à tutela vel cura excuſare? Reſpon. dominus Imper. quod etiam ratione imperitiæ literarum poſſit quis à tut. vel cur. excuſari. h. d. Franciſcus.

ne ſuis quidem negotiis intereſſe poteſt, excuſatio locum habet.

¶ *Homo imperitus rerum, habet à tutela excuſationem.*

¶ Similiter eos, qui literas neſciunt[a], excuſandos eſſe, diuus Pius reſcripſit: quamuis & imperiti literarũ poſſint ad adminiſtrationem negotiorum ſufficere.

¶ *A capitali inimico tutor teſtamento datus, excuſatur: videtur enim datus vt debitis implicetur,*

a ¶ *Literas neſciunt.* & ſimplices ſunt vel rudes, aliud ſi ſunt ſagaces in negotiis: tunc enim non excuſantur, vt ſubiicit: quamuis, &c. vt ff. eo. l. athletæ. §. penult. & fin. & no. literatum ad aliqua admitti, ad quæ non recipitur illiteratus: vt C. de poſtu. l. ij. & in auth. de iud. §. j. in glo. qui ex ſe. col. vj. Et not. melioris conditionis eſſe ſapientem, quam ſtultum.

ADD. *Literas neſcire dicuntur, qui ſunt imperiti rerũ. aliòqui excuſatio eius, qui ſe negat literas ſcire, accipi non debet: ſi modò expers nõ ſit negotiorum l. athletæ. in fi. ff. de excuſat. tut. Hinc illud eſt Cæſaris dictatoris, Syllam neſciſſe literas: loco ſumpto ex ambiguo, quòd dictitent magiſtri literarum, & dictatores Remp. adminiſtrent. A Emylius Ferret.*

¶ *Item ſi propter.* CASVS. Si pater in teſtamento aliquem tut. propter inimicitias dederit: puta ſic dicendo, Titium tutorem pupillis filiis meis do, vt debitis ſupponatur, & à pupillis vexetur: eo ipſo quod pater hoc expreſſit, iſte Titius tutor datus poterit ſe ab onere adminiſtrationis excuſare: ſicuti per contrarium non excuſantur illi, qui promiſerunt patri pupillorum ſe eorundem tutelam adminiſtrare. Sed pone quod datus fuit tutor quibuſdam pupillis: & ipſe hoc ſolum adducit in excuſatione, quod erat ignotus patri pupillorũ: nunquid ratione talis excuſationis ab onere adminiſtrationis liberatur? Reſpond. Imperat. quod non. Nam diui Fratres reſcripſerunt non eſſe admittendã excuſationem eius, qui habet ſolum pro ratione, quod patri pupillorũ ignotus fuerit. Item ſi aliquis exercuerit capitales inimicitias cum patre pupillorum, nec poſtea reconciliatio interuenit: poterit ſe ab onere tut. vel cura. excuſare. ratio iuris eſt. Et ſi aliquis ſtatus quæſtionem à patre pupillorum paſſus erit, vel ſi ille quæſtionem ſtatus moueat: in vtroque caſu locum habet excuſatio. Et h. d. vſque ad §. item maior lxx. Franciſcus de Aret.

& *negotiis inuoluatur.*

¶ Item ſi propter inimicitias[b] aliquẽ teſtamento tutorem pater dederit: hoc ipſum præſtat ei excuſationem: ſicut per contrariũ nõ excuſantur, qui ſe tutelam adminiſtraturos patri pupillorum promiſerant[c].

¶ *Eò quòd quis non cognoſcit patrem pupilli, nõ excuſatur à tutela. Aretinus.*

¶ Non eſſe autem admittendam excuſationem eius, qui hoc ſolo vti-

b ¶ *Inimicitias.* vt quia ideo eum dedit tutorem, vt debitis ſupponatur, & à pupillo vexetur. Et no. quod tribus caſibus excuſat inimicitia: vt ſi expreſſerit, vt dictum eſt, vt hic. Item & quando interuenit poſt teſtamentum. Item & ſecundum quoſdam etiam quando ante teſtamentum: ſi tamen fuit capitale certamen. In quarto caſu non: vt ſi ante teſtamentum facta fuit, & non capitalis: quia videtur remiſiſſe, ex quo in teſtamento dedit tutorem: vt ff. eo. l. athletæ. §. dat remiſſionem, prout eſt ibi in litera prius: vt & ∫. eo. §. inimicitiæ.

Inimicitia tribus caſibus excuſat à tutela.

c ¶ *Promiſerant.* licet alias habeant excuſationem: vt hic, & ff. de teſta. tut. ex ſententia in ſi. & hoc vbi promiſit, vel ſic ſe iactauit. Quid autem ſi in teſtamento ſe tutorem ſcripſit? Reſpon. non erit tutor, niſi vel euidenter idoneus appareat,

vel pater cum cõfirmauerit : vt in d.l.ex ſenteotia.& tunc de cærero erit tutor. & ff.ad l.Cor.de fal.l.vxori §.j. Accur.

a ¶*Ignotus.* ſed is excuſatur, qui ibi domicilium non habet, vbi datus eſt : vt ff. eo.l.fin.in.fi.

ADD. *Quod eſt verum, ſecundum Ang. ſi ſibi conſtituerit domicilium : alias autem non eſt opus excuſatione, cum à iudice dari non poßit : vt eſt gl. in l. neque. C. qui da. tu poſ. Et qua actione teneatur, ſi ſponte geßit: & an tutela debeat cognoſcere contrahentes : vide hic, cũ determinãt quòd sic, ſi deponãt de facto cõtrahẽtis.*

cundum Angelum hic.

¶*Item maior.* CASVS. Domioe, iam vidi plures modos, quibus tutores vel curatores excuſaotur: nunquid adhuc porerunt pluribus modis excuſari? Reſpond. quod ſic: quandoq; enim excuſantur ratione ætatis. nam ſi maior lxx. an. tut. vel curator dat° fuerit, ratiooe ætatis ſe excuſare poterit. Et nõ ſolũ ratione ſenectutis, ſed etiã ratiooe minoris ætatis, ſecuodũ iura antiqua excuſatio locũ habebit. Mioores enim xxv. an. olim ab obeũdo adminiſtrationis tutelæ vel curæ excuſabantur, hodie vero per cõſtitutionem noſtram ad tutelæ vel curæ adminiſtrationem aſpirare prohibẽtur, intantum videlicet: vt de cætero excuſatione opus non ſit. Nã & ſi vellent, nullę modo admiterentur. In conſtitutiooe enim noſtra expreſſe cauetur, vt nullus pupillus ad tutelam legitimam vocetur, nec adultus. Inciuile enim nobis videtur eos, qui in rebus ſuis adminiſtrandis alieno auxilio egere noſcuntur, & ſub aliis reguntur aliorum tutelam & curam ſubire. Et idẽ in milite in expeditione militari exiſtente ſeruandum erit, vt ipſe etiam volens ad tutelæ vel curæ adminiſtrationem nõ admittatur. Et hæc dicuntur vſque ad §. qui autem vult. Franciſcus.

tur, quòd ignotus[a] patri pupillorum ſit, diui fratres reſcripſerunt.

¶*Inimicitiæ capitales, ſi reconciliatio non ſit ſecuta, præſtant vacationem à tutela.*

¶Inimicitiæ, quas quis cum patre pupillorum, vel adultorum exercuit, ſi capitales[b] fuerũt: nec reconciliatio interuenit: à tutela[c], vel cura ſolent excuſare.

¶*Qui paſſus fuit controuerſiam ſtatus à patre pupilli, habet vacationem. Aretinus.*

¶Item is, qui ſtatus controuerſiam à pupillorum[d] patre paſſus eſt, excuſatur à tutela.

¶*Maior ſeptuaginta annis à tutela ſe excuſat: minor vigintiquinque non admittitur. Aretinus.*

¶Item maior ſeptuaginta annis[e] à tutela & cura ſe poteſt excuſare. Minores autem vigintiquinque annis, olim quidem excuſabantur: noſtra autem conſtitutione prohibentur ad tutelam vel curam aſpirare: adeò vt nec excuſatione[f] opus ſit.

Inimicitiæ dicuntur capitales dupliciter.

b ¶*Si capitales.* capitales accipe, vel quia accuſabat eum de aliquo crimine, quod ingerebat pœnã capitis, id eſt, ſtat°: vel quod ingerebat pœnam ſanguinis, vel inſidiabatur vitæ ipſius, ſecundum Azo. Et no. hic fieri aliquid ratione ioimicitiæ, quod non fieret alias, ſic ff. de arbit. l. nòo diſtinguemus. §. cum quidam. & l. licet autem. & ff. de lib. cau. l. ſi pariter. §. quod ſi adhuc. Nam inimic° iudex eſſe non poteſt: vt ff. de procur. l. filiusfamilias. § fio. l. vel exilio.

c ¶*A tutela.* vel datiua vel legitima : ſi autem teſtamentaria. dic vt ſupra in glo. vt quia, &c.

d ¶*A pupillorum patre,* vt quia pater pupillorum quandoque dixit hunc, quem dat modo tutorem, ſuum ſeruum fuiſſe vel libertũ. Iſtæ enim ſuot quæſtiones de ſtatu: vt J. de ac. §. præiudiciales. Et eſt ratio: quia mortis accuſationi hæc quæſtio aſſimilatur: vt ff. quod me. cau. l. iſti quidem. §. j. Idem eſt contra, ſi hęc mouet quæſtionem ſtatis ipſis pupillis: vt ff. eo. l. athletæ. §. amplius. Accurſius.

ADD. *Intellige iſtud verum, ſi non ſtudioſe vel per calumniam mouit quæſtionem : vt ibi: alias ſecus. quod facit vt teſtis non repellatur à teſtimonio contra eum, qui ipſum accuſauit vel percußit ſtudioſe, vt ipſum excluderet, ſe-*

e ¶*Septuaginta annis.* ſcilicet iam completis: vt ff. de iure immu. l. iij. & ad Treb. l. qui filium & filiam. §. j. alias non eſſet maior: vt ff. de mino. l. iij. §. minorem. ſed in alio perſooali publico munere ſtatuitur tempus. lv. annorum: vt C. qui ætate. l. fin. lib. x. Et no. ratione ſenectutis aliqua fieri, quæ alias non fierent: vt hic. & ff. de iure immu. l. ſemper. j. reſpon. & C. de poſtul. l. prouidendum.

f ¶*Nec excuſatione.* ſed larga ſignificatione, etiam qui prohibentur, excuſantur:

vt ff.de poſtu.l.j.§.initium.& C.qui morbo.l.vnica.& ff.de tutel.l.j.§.penult.& fi. & j.eod.§.penult. & fi.& facit ad hoc. ff. de reg.iu.l.eius eſt nolle. patria:vt ff. ad municip.l. Roma. & hic. Item ſi in patria ſua: vt hic ſubiicit. Itē oportet,quod ſint intra numerum. habebat enim quælibet ciuitas numerum ſecundum ſuam quantitatem,& Grammaticos, & Dialecticos, & Rhetores, & Phyſicos, ſiue medicos:ita tamē quod nulla vltra decem habetet, quibus hanc immunitatē daret : vt ff . eodem. l. ſi duas.§ fin. Sed aliud videtur in iis. qui docent quadriuium, vt Muſicam, Aſtronomiam,Geometriam & Arithmeticam: nam non videntur habere excuſationem: vt ff. eod.l.Geometræ . Quid de legum doctoribus? Non excuſantur, niſi Romæ : vt ff. eodem. l. ſed & reprobari.§. fina.& §. penult. vel niſi in conſiliū principis ſint aſſumpti: vt ff.eod.l. iuriſperitos.Vltra numerum autem vel extra patriam ſuam nemo excuſatur:niſi ſint multum diſciplinati:vt ff.eodem.l. ſed & reprobari. §. amplius.Item philoſophos, qui docent in naturalibus conſtat excuſationem habere:vt ff. eodem.l.ſed & reprobari.§.amplius.

¶Qua conſtitutione[a] cauetur, vt nec pupillus ad legitimam tutelam vocetur,nec adultus: quum ſit inciuile eos, qui alieno auxilio in rebus ſuis adminiſtrandis egere noſcuntur,& ab aliis reguntur,aliorum tutelam vel curam ſubire[b].

¶*Miles militans,tutor eſſe non poteſt.*

¶Idem & ī milite[c] obſeruandum eſt, vt nec volens[d] ad tutelæ onus admittatur.

¶*Doctores iſtarum artium à tutela excuſantur.*

¶Item Romæ Grāmatici[e], Rhetores, & Medici, & qui in patria ſua has artes exercēt, & intra numerum ſunt, à tutela & cura habēt vacationē.

¶*Plures vacationis cauſas habens,ſi in quarundam probatione defecerit, aliis intra præſcriptum à lege tempus vti nō prohibetur.*

¶Qui autem vult ſe excuſare,ſi plures habeat excuſationes , & de quibuſdam non pro-

a ¶*Conſtitutione.* C.de leg.tut.l.fin.& facit j. de fiduc. tut.§.fin.

b ¶*Subire.* facit ad hoc in auth. de ſanct. epiſc.§. damnus autem. ibi,qui enim alios.collat.ix.& ff. de eden.l. ſi quis ex argen.§.prętor ait. ibi prohibet.& in glo. edatur.

c ¶*Idem & in milite*, id eſt. in militia exiſtēte:ſecus ī veterano : quod dic vt diximus j.eo.§. itē qui reipublicæ.Ad hoc autē,quod aliquis ſit miles, ſex ſunt neceſſaria, vt diximus in auth. de man.princ.§.fin. & in l.penult.ff.ex quibus cau.maio. & j.de mil.teſt.ſuper §.j.

A D D. *Et refert Angel. quod milites noſtri temporis gaudent priuilegio, dummodo in eo ſit eadem ratio,& cauſa priuilegii concedendi.*

d ¶*Nec volens.* & ita ipſo iure non tenet datio:vt hic, & C.qui da.tut.poſſ.l.militiæ.niſi à commilitone detur:vt ff.eod.l. propter magiſtratum.§.fin. Aliud in cæleſti milite,vt in clerico, qui admittitur vſque ad quartum gradum: vt in authen. de ſanct. epiſco.§.preſbyteros.collat.ix. quam habes C. de epiſco.& cler.ſuper l. generaliter.

A D D. *Dic quòd imo hodie vſque ad decimū gradum ſicut ad ſucceſſionem, ſecundum Ioan. de Plas.per §.ſi vero neque.in authen. de hære. ab inteſta. de iure tamen canonico omnis clericus vel promotus epiſcopus, & monachi poſſunt ſuſcipere tutelam ex cauſa pietatis,quamuis non cogantur, niſi in ſubſidium, & pro miſerabilibus perſonis 86.diſt.peruenit.& 16.q. 1.c.generaliter.in gloſ.1.*

e ¶*Grammatici.* id eſt,magiſtri de Grammatica.& idem dicas de ſequentibus .Et adiunge his ſophiſtas,id eſt, Dialecticos: ita vt omnes, qui docent triuium excuſentur: vt hic, & ff.eodem.l.ſi duas.§.j.& hoc ſi doceant Romæ,vbi eſt communis

¶*Qui autem vult ſe excuſare.* CASVS. Domine, quidam datus fuit tutor vel curator, qui multas & varias habuit excuſationes : & quaſdam ex illis propoſuit, & alias proponere prætermiſit : poſtea excuſationes propoſitas in proceſſu iudicij probare non potuit : nunquid alias excuſationes, quas ab initio non propoſuit, adhuc proponere poterit? Reſpondeo quod ſic, Qui enim ſe excuſare vult, ſi plures habeat exceptiones,& quaſdam ex iis,in exordio litis propoſitas nō probauerit:alias exceptiones ſibi competentes, licet ab initio omiſſas, attamen intra ſtatutum tempus proponere & probare nō prohibetur.Et hæc vſque ad illū §.qui autem excuſare ſe voluut, non appellaut,&c.Franciſcus de Aret.

Scientiæ triuiales excuſant tutores.

§ Scientiæ quadriuiales nō excuſantur eodem.

Doctores legum excuſantur à tutela.

bauerit: aliis vti[a] intra tempora[b] cōſtituta nō ꝓhibeē.

¶ *Qui ſe à tutela immunem dicere vult, ſi intra centum miliaria à loco, in quo tutor deſtinatur conſtitutus ſit, excuſationis cauſa intra dies quinquaginta continuos, ex quo nouit ſe tutorem, proponat: qui verò ſupra centum diſtat, pro ſingulis viginti millibus vnam diem habet: & extra hos dies triginta, ſic tamen vt collectis omnibus nō minus ſint, quàm quinquaginta dies.*

¶ Qui autem excuſare ſe volunt, nō appellant[c]: ſed intra quinquaginta dies[d] continuos, ex quo cognouerūt[e]

a ¶ *Aliis vti.* dummodo in initio omnes propoſuerint, ſecundum quoſdam: alias non poteſt: vt ff.eo.l. ſcire oportet. §.ſufficit.verſi.ſcire autem. Vel quod verius eſt, ſecundum Ioan. dic quod illud quod ibi dicit, quod ſimilis eſt ei qui ſe nō excuſauit, qui omnes prius nō propoſuit: verum eſt quo ad nō nominatas: quia oportet ꝙ adhuc proponat, ſi non eſt lapſum temp᷑: vt hic ff.e. l.propter litē. §.j. & ff.de except.l.nemo. & ff.de tranſa. l.cum hi.§ ſi prætor.contra C.de inof.teſt. l.cōtra maiores. Sed ibi ab initio dnat ꝓponere nō potuit: q͂a ſibi eſſet cōtrarius. & ita verū eſt.

b ¶ *Tēpora.* q̇ ſint iſta tēa, habes ĩ.ꝓxi.§. ¶ *Qui autem excuſare.* CASVS. Domine, datus fui tut. cuidam pupillo, & ego habebam tres liberos in vrbe, vel quatuor in prouincia, vel quaſdam alias excuſationes mihi competentes, vnde à donatione tutelæ volebam appellare. iudex non admiſit appellationem meam, dicatis mihi quid iuris eſt ĩ caſu iſto? Ad hoc reſpon. Iuſtinian. Amice, iudex contra te iuſte proceſſit. Qui enim ab onere adminiſtrationis tutelæ, vel curæ ſe voluerint excuſare: ab ipſa datione non debent appellare: imo intra quinquaginta dies continuos connumerandos, ex quo nouerūt ſe datos eſſe tu. excuſationes ſibi competentes debent coram iudice proponere cuiuſcunque generis ſint, hoc eſt, ſiue à teſtatore, ſiue à lege, ſiue à iudice dati extiterint. & hæc ſunt vera, ſi intra centeſimum miliare à loco in quo dati fuerint, habitēt. Alio enim modo faciēda eſt cōputatio, ſi vltra cēteſimū miliare ab eo loco, in quo dati fuerāt, habitēt. Tunc enim ꝓ ſingulis xx. miliaribus donec venerint ad locū, in quo dati fuerūt, cōputabitur eis vnus dies: & cū venerint ad eūdē locum, numero reſultanti ex cōputatione dierum, ex beneficio legis adiicietur ſpatium xxx. dierum: intra quod poterūt ſe excuſare. Sed tamen vt Scæuola dicebat: in hoc caſu, ſi minor numerus ex computatione dietarum, & adiectione triginta dierum reſultet, quam ſpatium quinquaginta dierum de æquitate ita erit facienda computatio vt illi, qui habitant vltra centeſimum miliare ad ſuas excuſationes proponendas, nunquam minus habeāt, quam quinquaginta dies. Et hæc dicuntur vſque ad illum §. Datus autem tutor. Franciſcus de Aret.

c ¶ *Non appellant.* ſed contra ff. de appellat.l.cum in vna.§.tutor. Sed ibi appellatū fuit ab ipſa ſententia lata contra excuſationem. ſed ab ipſa datione appellari non poteſt: vt hic, & ff.quan.appel. [illegible] ſit. l.j.§. ſi quis tutor. Sed in aliis muneribus contra: quia à datione appellatur: vt C.de appellat. l.ij.qui. & C. temp. & re.app.l.j.& C.de decur.l.ij.lib.x.

d ¶ *Intra quinquaginta dies.* ita tamen quod intra quatuor menſes contineantur iſti quinquaginta dies: licet cognouerit ſe forte datum circa finem quatuor menſium: vt ff.eo.l.quinquaginta.arg.eius quod eſt.ff.ad legem Iul.de adulter.l. mariti.§.preterea.& hoc ſecundum quoſdam. Vel dic, quod illi quatuor menſes currunt à die cognitionis: ſicut & quinquaginta: & hoc quantum ad curſum cauſæ. Sed initium ſit vſque ad quinquaginta dies: & ſic parum vltra duos menſes poteſt hæc cauſa durare poſt quinquaginta dies: & ſic intelligitur prædicta lex quinquaginta. Et quod ibi dicit in fin. ex die nominationis, ſubaudi & cognitionis, alias vero regulariter triennio durant lites: vt C.de iudi.l.properandum. in principio.

e ¶ *Cognouerunt.* Sed nunquid in dubio præſumetur eum ſcire, vel ignorare ſemper? Reſpon. videtur quòd ſemper ſcire præſumatur, etiam ex die nominationis. ſaltem extunc, quando ad eum notitia venire potuit: niſi probet ſe ignoraſſe: vt C.de peri.tut.l.ſi tutor. Sed tamen contradico, ſcilicet vt præſumatur ſemper eum ignoraſſe: niſi probetur eius ſcientia. vt ff.de admin.tut.l.hoc autem.& C. qui mil.poſſ.vel non poſſ. l.ſuper ſeruis. in gloſ.ij. lib.xij. & ff.de prob.l. verius. Nec obſt. prædicta.l.ſi tutor. quia ibi publice erat notum: vnde nec iſte tutor potuit ignorare: vt ff.de iur.& fa.igno.l.regula. Vel ꝙ dicit ibi, idque liquidis probationibus oſtēderis, ſcilicet eo quod nō probetur

probetur contra, vel aliter, vt ibi ſolet dici.

a ¶*Se excuſare*.ſ. dando initium excuſationi, vt modo diximus, & eam redigendo in ſcriptis, per libellum: vt ff.eo.l.ſcire oportet. §. oportet autē. non tamē ſolus libell⁹ hic ſufficit, niſi & probet excuſationem, quæ ibi continetur. vt ff.eo.l.excuſare. Accur.

ſe eſſe tutores vel curatores datos, ſe excuſare[a] debent, cuiuſcunque generis ſint, id eſt, qualitercunq; dati fuerint[b] tutores, ſi intra centeſimum lapidem[c] ſunt ab eo loco, vbi tutores dati ſunt. ſi verò vltra centeſimū habitant: dinumeratione facta viginti milliū[d] diurnorum, & amplius triginta dierum[e]: qui tamen[f] (vt Scæuola dicebat) ſic debent computari[g], ne minus ſint, quàm quinquaginta dies.

b ¶*Dati fuerint*. ſiue à teſtatore, ſiue à lege, ſiue à iudice: vt.ĵ.ti.j.§.ij.

c ¶*Lapidem*.i. miliarium. lapidib⁹ etenim ſignabātur miliaria.

ADD. *Romæ in capite Romani fori fuit columna aurata, ad ædem Saturni, quæ Miliarium appellabatur, in qua inciſa omnes viæ Italiæ terminabantur: nam ſingula miliaria ſingulis lapidibus terminabantur. patet ex Plinio lib.3. c.5. Suet. Othone, Tacit. lib.15.*

d ¶*Viginti millium*. vt pro vnoquoq; die viginti miliaria computentur: vt ff. ſi quis cau.l.j.

e ¶*Triginta dierum*. ſ. debet dari terminus, intra quem ſe excuſent. Vel dic, excuſare ſe debent facta dinumeratione xxx.dierum &c.

f ¶*Qui tamen*. repete, debent ſe excuſare intra illos triginta dies: qui tamē &c.

g ¶*Computari*. caueas ne fallaris in hac computatione. ſi enim per centum miliaria abeſt vel minus: tantum habet dies quinquaginta, ſi autem abeſt vltra etiam per vnum miliarium, habet pro quibus libet xx.miliaribus vnam diem: & ſic pro centum miliaribus habet quinque dies: cum quinquies viginti faciant centum. Item forte vnum diem: quia vltra eſt per miliarium vnū. vel parū plus. Item triginta dies habet: & ſic habet xxxvj. dies: & ita eſt in deteriori conditione, qui remotior eſt. Sed tamen, vt ſubiicit, ita eſt facienda cōputatio, ne ſint minus, quàm quinquaginta dies. Et ſic apparet ꝙ niſi per xxj. dietas, vel plus ſit vltra centeſimū miliariū: non ꝓdeſt adiectio triginta dierū: vt hic, & ff.eo.l.ſcire.§.aliud autē.

¶*Datus autem tutor*. CASVS. Domine, quidam in teſtamento ſuo habens quinquaginta duo patrimonia in ꝓuinciis, tutorem dedit ſic dicēdo: Titium tutorem do pupillo meo. Modo quæro à vobis, vtrum teneatur ex illa datione adminiſtrare res exiſtentes in alia prouincia, quam in qua habet domiciliū: videtur enim mihi, ꝙ ipſo iure non debeat teneri de adminiſtratione exiſtentiū in alia ꝓuincia: ita ꝙ nō ſit ſibi opus aliqua excuſatione vti. Ad hoc reſpondet Iuſtinia. Amice, tutor in teſtamēto datus, ad vniuerſum patrimoniū pupilli datus intelligitur vnde dicitur, quod ipſo iure non eſt liberatus ab onere adminiſtrationis alterius prouinciæ, ſed ſi volt non teneri, neceſſe habet earum nomine ſe excuſare. Et hæc dicuntur vſque ad illum.§. qui tutelam.

¶*Tutor ſimpliciter datus, totius patrimonii tutor eſt.*

¶Datus autem tutor, ad vniuerſum patrimonium[h] datus eſſe creditur.

¶*Cuius pupilli quis tutelam geßit, eius curam ſubire non cogitur.*

¶Qui tutelam alicuius geſsit, inuitus curator eiuſdē

h ¶*Patrimonium*. facit.ff.eo.l.ꝓpter litem.§.ſi. Sed contra.ĵ.qui.da.tut.poſ.§.certe. Solue vt ibi.

¶*Qui tutelam*. CASVS. Domine, datus fui tutor cuidam pupillo, & adminiſtraui tutelam eius: & iam pubertate adueniente finita eſt tutela. modo idem adultus quondam pupillus meus me petit in curatorem ſibi dari, & iudex me inuitum cogere vult ſuſcipere onus adminiſtrationis: ego quæro à vobis quid iuris eſt in hoc caſu? Reſpon. Imper. Amice, iudex te ad hoc cogere non poteſt. Qui enim tutelam alicuius geſsit, inuitus curator eiuſdem fieri nō compellitur, & hoc intantum eſt verum, vt licet teſtator qui in teſtamento ſuo tutorem dederit, illū eundem curatorem ſe dare adiecerit, tamē in hoc caſu diui Seuerus & Anto. reſcripſerunt illum inuitū nullo modo cogendum eſſe adminiſtrationem curæ ſuſcipere. Item ſi maritus fuerit datus curator vxori ſuæ, iidem principes reſcripſerunt eum poſſe ab onere curæ ſe excuſare, licet adminiſtrationi rerū vxoris ſuæ ſe immiſcuerit. Et hæc vſque ad illum.§.

ſi quis autem. Franc. de Are.
a ¶*Non compellitur.* quaſi ſufficiat ei tantum ſeruiſſe: vt C. de nego geſt. l. tutori.
b ¶*Non cogendum.* facit ad hoc C. eo. tit. l. curator. Sed contra eſt ad hunc. §. C. eo. l. liberos §. fi.

Sed ſpeciale eſt in liberto, vt non excuſetur licet tutor fuerit.

ADD. *In textu Diui Seu. & Anto. ſand Alciat. lib. diſp 3. c. 8. putat legendum Verus: quod is cũ Antonino imperarit. quod idem Nebrißenſi placet in dict. Antonin*[9]. *Sed hæc falſa eſſe Herodianus lib. 3. declarat, qui ſcribit Seuerum ſenem imperiũ cũ filio ſuo Baßiano, qui Antoninus poſtea dictus eſt, cõmuniaſſe. Tum Baſſiano, inquit, qui tunc Imperatorios honores adeptus, Seuerus Antoninus accepit Marci cognomine vocabatur, ac maior natu erat, vxorem dedit filiam Plautiani. &c.*

fieri non compellitur[a]: intantum, vt licet paterfamilias, qui teſtamẽto tutorem dedit, adiecerit, ſe eundem curatorem dare: tamen inuitum eum curam ſuſcipere non cogendum[b], diui Seuerus & Antoninus reſcripſerũt.

¶*Maritus etiam ſi ſe immiſcuerit in cura vxoris ſuæ, habet excuſationẽ. Areti.*

¶Iidem reſcripſerunt, maritum[c] vxori ſuæ curatorẽ[d] datum, excuſare[e] ſe poſſe, licet ſe immiſceat[f].

c ¶*Maritũ.* idem de ſpõſa: vt ff. e. l. j. §. fi.
d ¶*Curatorem.* ſed procurator poteſt eſſe: vt C. de procu. l. maritus. ideo autem non ponit hic tutorem: quia aliqua vxor non eſt pupilla: vt. ſ. de nup. in prin.
e ¶*Excuſare.* improprie ponitur. nam & ſi vellet non admitteretur: vt C. qui da. tut. poſ. l. maritus. Et eſt ratio: quia propter affectum vxoris omnia ſibi remitteret. Et hæc omnia ſunt vera, vbi datus eſt curator poſt, quam fuit ſponſus vel maritus: ſi vero prius fuit tutor vel curator, non poſſet poſtea eſſe maritus: vt C. de interdic. ma. per totũ ti. Item hic maritus, qui poſt matrimoniũ fuit datus curator ignorans forte, alium debet petere ſubſtitui: vt C. e. l. ampliſsimi. & l. licet.
f ¶*Immiſceat.* ſed ſi ali*. ſ. de prædictis q excuſationẽ habẽt ſe immiſcuit, nõ poſſet ſe excuſare: vt C. ſi ex ſal. al. l. ij. & iij.

Falſum eſt immutatio veritatis.

g ¶*Falſis.* vbi veritas fuit mutata. nam falſum nihil aliud eſt, quam immutatio veritatis: vt in authent. de fide inſtru. in prio. col. vj.

h ¶*Non eſt liberatus.* imo ex tempore dationis tenetur: vt. C. ſi ex fal. al. l. j. in fin. & facit ad hunc. §. ff. de re iu. l. diuus. & de exec. l. q agnitis. & C. ſi ex ſal. inſt. p totũ tit. Quid ſi eſt iniuſta excuſatio, licet nõ falſa vel nõ gratioſa? Reſ. poteſt adhuc idẽ dici, vt nõ teneat ĩ minoris præiudiciũ: vt C. ſi ex fal. alle. l. j. Quid ſi per ignorantiã? Reſ. idem: vt C. ſi ex ſal. al. l. vlti. licet alias ſententia gratioſa teneat: vt ff. ad Trebel. l. ſeruo inuito. §. cum Prætor.

¶*Falſis excuſationibus liberatus, non eſt excuſatus. Areti.*

¶Si quis autẽ falſis[g] allegationibus excuſationem tutelæ meruerit: non eſt liberatus[h] onere tutelæ.

TITVL. XXVI.

DE SVSPEctis tutoribus, vel curatoribus.

DE SVSpectis totoribus, vel curatorib[a].

¶*Quia ſupra viſum eſt de tutoribus & curatoribus, ac etiã eorũ excuſationibus: & quia hi aliquãdo non excuſantur. imo inuiti tanquã ſuſpecti remouentur, ideo de his ſubdit. Porcus.*

¶*Tutores ſuſpecti, à à tutela remouendi ſunt, cuius rei cognitio magiſtratibus hic ſcriptis data eſt.*

SCiendũ eſt ſuſpecti crimen[i]

SCiendum. Totus iſte titulus, diuiditur principaliter in quinque partes. Primo vnde habuit exordium crimen ſuſpecti. Secũdo qui poſſunt de ſuſpecto cognoſcere. Tertio qui poſſunt fieri ſuſpecti. Quarto qui poſſunt accuſare tutorem de ſuſpecto. Quinto quib. cau. quis ſit ſuſpectus, & ſi accuſatur de ſuſpecto, quid ſequitur. Secũda ibi, Datũ. Tertia ibi, Oſtẽdimus. Quartà ibi, conſequens. Quinta ibi, ſuſpectus. *CASVS.* Domine, iam video, q vultis tractare de ſuſp. tu. dicatis mihi. ſi ſedeat animo: vnde deſcendit crimen ſuſpicionis? Rñ. Imp. q ex. l. xij. tab. deſcendit. Et hæc vſque ad illũ. §. datũ eſt autẽ. Sed pone: Dõe, iam video vnde deſcendit crimen ſuſpicionis: dicatis modo mihi, q poſſunt de hoc crimine cognoſcere, & ſuſpectos tu. ab adminiſtratione remouere? Rñ. Iuſt. Remouẽdi ſuſpectos tu. ab adminiſtratione datom eſt ius Romæ prætori, in prouinciis autem præſidibus puinciarũ, & etiã delegato à pcõſule. Et hæc vſq; ad illũ. §. oſtẽdim[9].
i ¶*Suſpecti crimen.* i. [illegible] accuſationem,

Accuſans de ſuſpecto ſe debet inſcribere, quãdo agitur criminaliter, ſecus ſi ciuiliter.

ſationem, ~~ſcilicet de ſuſpecto. Vel ſimplicius crimen ſuſpecti, id eſt, ſuſpicionum.~~

a ¶ *Ex lege*. ex quo eſt legitimum crimẽ, nunquid ſe inſcribet qui accuſabit? Reſ. poteſt dici q̃ ſic. vt ff. de priua. deli. l. fin. & de mun. & hono. l. reſcripto. §. ſi qs. Alij cõtra: vt ff. eo. l. iij. § præterea. Sed illud poteſt intelligi quando ſine accuſatore res ꝓcedit. Aliud eſt ſi cũ accuſatore: vt dictum eſt. ſ. Sed quæ erit hic pœna talionis cum accuſator nõ ſit tutor vt remoueatur? Reſp. infamia vt j. e. §. ſuſpectus. ij. Itẽ quia quãdoq; erit puniendus vltra remotionẽ: vt j. eod. §. ſed ſi quis preſens.

b ¶ *Romæ*. ſic ĩ auth. de defen. ciui. §. iuſiurandũ ibi, nõ habente. col. iij.

c ¶ *Prætori*. & illi cui à prætore mandata eſt iuriſdictio: vt ff. eo. l. j. §. ij. Sed dicunt quidam quantum ad cognitionem, non quantũ ad remotionem: & dicit tantum eſſe ſpeciale in legato à proconſule, vt ipſe poſsit remouere: non ſic in legato à præſide, ſed cognoſcere tantũ poteſt.

d ¶ *Præſidibus*. ſub hoc vocabulo continetur procõſul. vt ff. de officio præſi. l. j.

e ¶ *Legato proconſulis*. i. delegato à procõſule. Sed hic non habet ordinariã iuriſdictionem, ergo remouere non poteſt: vt ff. ad Turpil. l. j. §. ſuſpecti. quæ eſt contra. Sed dicunt quidam nomen præſidis ibi generale eſſe, vt etiam hunc delegatũ, & ſic omnem delegatum cõprehendat: vt ff. de offic. præſi. l. j. Sed verius eſt in hoc legato duo eſſe ſpecialia: vnum eſt, vt de hoc crimine poſsit cognoſcere & definire: vt hic, & ff. eo. l. j. § j. & §. cui autẽ. & ff. de offic. eius cui mand. eſt iuriſdic. l. cognitio. Item & aliud, vt de omni crimine cognoſcat, licet nõ pronunciet: vt ff. de offi. procon. l. ſolent. Reſtat ergo, vt per alium delegatum hoc fieri nõ poſsit, niſi per iſtum, & prætoris: vt. ſ. ꝓxi. dixi.

A D'D. *Tu dic, quod ſi accuſatio fit ad remouendum, poteſt cognitio demandari non autem remotio, niſi fiat à lege: quia tunc poteſt demandari ipſius declaratio. Sed remotio per ſententiam, non poteſt fieri, niſi per delegatũ proconſulis vel prætoris, vt hic, vel etiam principis. argu. l. à iudice C. de iudi. Si vero fiat ad puniendum, nullus delegatus, nec etiam ipſe prætor, ſed ſolus præſes prouinciæ cognoſcit: vt dicto. §. ſuſpecti. & l. j. §. fina. cum. l. ſeq. ff. eo. Ang.*

Legat° proconſulis duo habet ſpecialia.

ex lege [a] duodecim tabularũ deſcendere. Datum eſt autem ius remouendi tutores ſuſpectos Romæ[b] Prætori[c], & in prouinciis Præſidibus[d] earum, & Legato Proconſulis[e].

¶ *Suſpecti crimen aduerſus cuiuſcunq; generis tutores intentari poteſt: patronus tamen tutor quaſi ſuſpectus remotus, infamiam non incurrit.*

¶ Oſtẽdimus[f], qui poſsint de ſuſpecto cognoſcere: nunc videamus, qui ſuſpecti fieri poſsint. Et quidem omnes tutores[g] poſſunt fieri ſuſpecti: ſiue ſint teſtamentarii, ſiue non ſint, ſed alterius[h] generis tutores. Quare & ſi legitimus fuerit tutor, accuſari poterit. Quid ſi patronus? Adhuc idem erit dicendum[i]: ~~dum~~modo, meminerimus, famæ patroni

¶ *Oſtendimus.* C A S V S. Domine, iam video vnde deſcendit crimen ſuſpicionis, & qui poſſunt de illo crimine cognoſcere. dicatis modo mihi qui poſſunt accuſari de ſuſpicione? Et reſpondet Imperator: De ſuſpecto poſſunt accuſari, ſiue ſint teſtamentarij, ſiue alterius generis tutores. vnde & ſi legitimus ſit, adhuc idem dicendum erit, videlicet vt accuſari poſsit. Sed pone quod ſit legitimus tutor, vt patronus liberti ſui: nunquid poterit de ſuſpecto accuſari? Reſpõdet, certe ſic: veruntamen famæ patroni parcetur: vt nihilominus integra maneat, quãuis vt ſuſpectus remotus fuerit. Et hæc vſque ad. §. conſequens eſt. Franc.

f ¶ *Oſtendimus*. vt. ſ. proxi. §. & ff. de ſuſpec. tut. l. j. §. oſtendimus.

g ¶ *Oẽs quidẽ tutores*. i. oĩs generis tutores ſiue ſint teſtamẽtarij, ſiue datiui, ſiue legitimi: nõ aũt oẽs, i. boni & mali: quia boni etiã ſi pauperes ſint, nõ remouetur: vt. j. e. §. vlt. ponit ergo genera ſingulorũ tutorũ, & nõ ſingula ſub generibus poſita, ſeu ſingula generũ: ſic & alias. ſ. quib. mo. tut. fini. §. ſed & capitis. & j. de fideiuſ. ĩ prin. & ff. de pecul. l. quã Tubero. §. peculiũ. & ff. de iuſt. & iur. l. j. §. ius naturale. Sed nũquid eadẽ ſeruãtur in quolibet alio curatore, puta furioſi vel prodigi? Rñ. ſic, vt ff. eo. l. iij. §. nõ tãtum. & §. ſed & ſi quis.

h ¶ *Alterius*. puta datiui.

i ¶ *Dicendũ*. ſ. vt poſsit accuſari & remoueri. Sed certe imo videtur debere curatorẽ adiũgi tã patrono q̃ cuilibet legitimo nõ aũt remoueri: vt. ff. e. l. ſi tutor. quæ eſt huic cõtraria? Rñ. illud eſt cõſiliũ, nõ pceptũ. ſic & alias. ſ. de nup. l. viduæ. ĩ gl. j.

parcēdum[a] eſſe, licet vt ſuſpectus remotus fuerit.

¶*Suſpecti accuſatio quaſi publica eſt, id eſt, cuilibet de populo competit, vſque adeo, vt etiam mulieribus (modo pietate aut propenſo amore pupilli moueantur) accuſare concedatur.*

¶Conſequens eſt, vt videamus, qui poſsint ſuſpectos poſtulare. Et ſciendum eſt, quaſi publicam[b] eſſe hanc accuſationem: hoc eſt, omnibus patere. Quinimo & mulieres admittūtur ex reſcripto diuorum Seueri & Antonini: ſed eæ ſolæ, quæ pietatis neceſsitudine ductæ, ad hoc procedūt[c]: vtputa mater, nutrix quoque, & auia: poteſt & ſoror. Sed & ſi qua alia mulier fuerit, quam Prætor propenſa[d] pietate intellexerit, ſexus verecundiam non egredientem[e], ſed pietate productam non ſuſtinere[f] iniuriam pupillorum: admittet eam[g] ad accuſationem.

¶*Impuberes de ſuſpecto non accuſant, ſed puberes ſic. Aretinus.* [illegible].

¶Impuberes non poſſunt tutores ſuos ſuſpectos poſtulare: puberes autem curatores ſuos ex conſilio neceſſariorū[h] ſuſpectos poſſunt arguere: & ita diui Seuerus & Antonin⁹ reſcripſerūt.

a ¶*Parcendum.* ſed qualiter parcetur cū condemnatus ob dolum, ſtatim ſit infamis. vt. j. eo. § ſuſpectus autem? Reſpon. cauſa non exprimatur in ſeotentia: vt ff. eo. l. hæc enim in prin. j. reſpon.

¶*Cōſequens eſt.* C A S V S. Dicit Iuſtinianus continuando materiam ſuam. Et quo vidimus qui poſſunt accuſari ſuper crimine ſuſpitionis: conſequēs eſt, vt videamus qui poſſunt accuſare ſuſpectos. Et ſciendum eſt hāc accuſationem de ſuſpecto, quaſi publicā eſſe, hoc eſt, omnibus patere. Non enim ſolū maſculi ad hanc accuſationem procedere poſſunt, ſed etiā mulieres ex reſcripto diuorum Seueri & Antonini admittūtur. Sed licet mulieres admittantur, non tamen omnes: ſed illæ ſolæ, quæ pietatis neceſsitudine ductæ ad hoc procedunt, vt puta mater ipſius pupilli, vel nutrix, vel etiam auia, vel ſoror. Et non ſolum modo iſtæ mulieres admittūtur, ſed etiam ſi qua alia fuerit, cuius magnam pietatem Prætor intellexerit: quæ quidem mulier verecundiam ſexui muliebri competentē non egrediatur, ſed pietate quaſi mota, iniuriam pupilli ſuſtinere non poſſit: ad iſtam accuſationem eam admittit. Sed hodie ouaquid poterūt impuberes. qui in tutela ſunt, ſuos tutores de ſuſpecto accuſare? Et reſpondet quod non: ſed licet impuberes tutores accuſari non poſsint: puberes tamen in cura exiſtentes, curatores ſuos de conſilio neceſſariorum ſuorū ſuper crimine ſuſpicionis arguere poſſunt. & ita diui Seuerus & Antoninus reſcripſerunt. Et hæc vſque ad illum §. ſuſpectus autem eſt qui. Franc.

b ¶*Quaſi publicam.* ideo dicit quaſi, quia non cuilibet indiſtinctè accuſare permittitur: vt ſtatim probatur. Publica autē dicitur quaſi populica. id eſt, cuilibet de populo cōpetens: vt. j. de publ. iud. §. j.

c ¶*Procedunt.* etiam impudice. & facit ad hoc C. eod. l. pietatis. §. fi. & ff. eo. l. j. §. cōſequens. & ff. de procura. l. fœminis. ſecus in aliis accuſationibus: vt ff. de accuſa. l. q accuſare. & ſecus in poſtulatione: vt ff. de poſtul. l. j. §. ſexum. Sed contra. ff. de reg. iur. l. ij. cū ſuis concord. Solu. hoc eſt ſpeciale. Item in eo quod dicit matrem admitti. eſt cōtra. ff. de in lit. iur. l. videamus. ī prin. ver. ſed nec. Sed certe ſi iuraret in litē pro filio, prius matri cōmitteretur, quaſi eſſet iudex, q̄ ſi filij nomine accuſaret: cū magis ſit in iudicis arbitrio, vtrum ſit ſuſpectus iudicādus, vel nō. Sed non ſi ſacramentū eſt ī arbitrio iudicis, maxime iure nouo, ſecundū qd̄ nō refrenatur ſecundū quoſdam, poſtquā eſt præſtitū: vt in auth. de iudi. §. oportet. coll. vj. vel licet poſtea taxet: raro vel parū minuit de eo q̄ iurauit.

d ¶*Propenſa.* i. magna. Accur.

e ¶*Egredientem.* quod fecit Calphurnia: vt ff. de poſtulan. l. j. §. ſexum.

Calphurnia fuit mulier inuerecunda.

f ¶*Suſtinere.* ſubaudi poſſe.

g ¶*Eam.* ſcilicet fœminam.

h ¶*Neceſſariorum.* ſ. parentum. & facit ff. de in lit. iur. l. videamus. §. adoleſcens.

¶*Suſpectus autem eſt.* C A S V S. Domine iam video qui poſſunt accuſare de ſuſpect. dicatis mihi ſi placet, quis intelligitur

gitur ſuſpectus? Ad hoc reſpon. Imp. q ille ſuſpectus eſt, qui non ex fide tutelã pupilli ſui gerit: licet ſoluendo ſit. & ita Iulianus ſcripſit. Plus etiam dicit, videlicet, quod tutor ante, quam incipiat tutelam adminiſtrare, poterit quaſi ſuſpect' remoueri. & hoc ſecundum Iuſti. conſtitutũ eſt. Et hæc vſque ad illũ §. ſuſpectus autem remotus. Frac.

a ¶*Suſpectus.* ſic.j.eo §. nouiſsime.

b ¶*Ex fide.* ſ. bona.

c ¶*Remoueri.* quia forte in aliis tutelis male ſit verſatus: vt ff. eod.l. tiij. §. ſi autem & dic remoueri, ſed non accuſari: vt ff.eo.

¶Qui mala fide in tutela verſatur (tametſi diues ſit) ſuſpectus eſt. Et qui tutor deſignatus eſt, licet nondum adminiſtrationem attigit, quaſi ſuſpectus remoueri poteſt.

¶Suſpectus [a] autem eſt, qui non ex fide [b] tutelam gerit, licet ſoluendo ſit: vt Iulianus quoque ſcripſit. Sed & ante quam incipiat tutelam gerere tutor, poſſe eum quaſi ſuſpectum remoueri [c]: idem Iulianus ſcripſit: & ſecundum eum conſtitutum eſt.

¶Tutor ob dolum remotus, infamiam incurrit: ob culpam verò integra fama à tutela abit.

¶Suſpectus autem remotus, ſi quidem ob dolum [d], famoſus eſt [e]: ſi

l.hæ enim. in fin. quæ huic eſt contraria. Vel ibi non poſſunt accuſari ſuſpecti ex verbis xij.ta. ſed ex ſententia ſic, vt hic dicitur. Vel dic quod ante, quã gerat ex dolo tantũ accuſatur ſuſpectus: vt C. eo. l.iij. pro culpa nõ & quod dicitur in.d.l. hæ enim. hoc verum eſt, quando ob ignauiã fecerunt. i. adminiſtrauerunt: poſtquam vero cœperit gerere, & propter dolum, & propter culpam poteſt accuſari ſuſpectus. vt.j. proxi.§.

¶*Suſpectus autem remotus.* CASUS. Domine, iam video quis eſt ſuſpectus: ſed ꝑ Deo dicatis mihi, quis eſt effectus iſtius criminis? Ad hoc reſpondet Imperator; Amice, ſi quis remotus fuerit ab adminiſtratione ſua propter crimẽ ſuſpicionis, ſi quidem ob dolum infamis efficitur. Si vero ob leuem culpam, vel leuiſsimã fuerit remotus, non efficitur infamis. Et non ſolum iſtũ effectũ haberet crimẽ ſuſpicionis, ſed etiã aliũ. Nam ſi aliquis fuerit de crimine ſuſpicionis accuſatus: quouſq; cognitio finita fuerit, interdicitur ei adminiſtratio. & ita Papiano viſum eſt. Sed ſi aliquis huiuſmodi crimine accuſatus fuerit, & pendẽte cognitione decefferit accuſatus, cognitio ſuſpecti extinguitur. Item ſi aliquis tutor copiam ſui non fecerit, vt alimenta pupillo ſuo decernantur, pupillus in poſſeſsionẽ bonorũ ipſius tutoris cauſa rei ſeruãdæ mittitur: & quæ per moram deteriora futura ſunt, dato curatore vendi iubentur. Liquet igitur quod tutor, qui alimenta pupillo non præſtat: vt ſuſpectus remoueri poſsit. Si autem tutor præſens fuerit, per mendacium tamen alimenta pupillo decerni nõ poſſe ob inopiã pupilli dicat, ad præfectum vrbis mittetur puniendus, vt iuriſconſult. placuit: ſicut ille remittitur ad præfectum vrbis puniendus, qui per pecuniam miniſteriũ tutelæ redemit. Item libertus ſi fraudulenter geſſiſſe tutelam vel curam filiorũ vel nepotum patroni probatus fuerit, ad præfectum vrbis ſimiliter remittetur puniendus: & in hoc caſo vt ingratus accuſari poterit. Nouiſsime tantum, ſciendum eſt tutores vel curatores fraudulenter adminiſtrantes res pupillares, omnino eſſe remouendos. Licet enim ſatiſdationem offerant de indemnitate pupilli, tamen quia ſatiſdatio maleuolũ tutoris propoſitum nõ mutat, ſed diutius malignãdi facultatem præſtat, remouendi ſunt. Item ſuſpectũ eũ merito putamus, qui moribus talis eſt, vt ſuſpectus haberi debeat. Licet enim tutor vel curator pauper ſit: ſi tamen fidelis & diligens ſit in adminiſtratione, non eſt vt ſuſpectus remouẽdus. Et hæc vſque in finem tituli. Franciſ.

d ¶*Ob dolũ.* expreſſum in ſententia, puta ſic, remoueo te quia in dolo tali fuiſti. Accurſius.

e ¶*Famoſus eſt.* excepto patrono: vt.ſ. eo. §. oſtẽdimus. ẽ fi.§, &.ff. eo.l.j.§. oſtẽdim'. Sed quid ſi remouetur ſimpliciter, nõ expreſſo dolo, vel culpa? Videtur q ſemper remaneat integræ famæ: vt ff. eo. l.iij. in fi. & .l.hæ enim. §. quid ergo. Poteſt tamẽ diſtingui, vtrũ accuſatus fuerit ob dolũ, an ob culpam, an ob vtrunq;. In primo ſit famoſus, in ſecũdo nõ æque, in tertio intelligitur ſemper ob culpã, niſi in contrarium probetur. Pœnæ enim non ſunt augendæ, ſed moliendæ: vt. ff. de pœn. le penul. & de exceptio. rei iudic. le. ſi ex teſtamento. &. ff. de lib. & poſth. l. cum quidam. &. ff. eo.l. iiij. j. ij. & iij. reſpon.

Fama perd culũ æquiparatur periculo vitæ.

ob culpam[a], non æquè[b].

¶ *Accuſato de ſuſpecto lite pendente interdicta eſt adminiſtratio: & ſuſpecti accuſatio morte expirat.*

¶ Si quis autem ſuſpectus poſtulatur: quo ad[c] cognitio finiatur, interdicitur[d] ei adminiſtratio: vt Papiniano viſum eſt. Sed ſi ſuſpecti cognitio ſuſcepta[e] fuerit, poſteáq; tutor vel curator deceſſerit[f], extinguitur[g] ſuſpecti cognitio.

¶ *Latitante tutore ne pupillo alimenta decernantur, pupillus in poſſeſſionē bonorū illius mittitur, & quæ ſeruando ſeruari non poſſunt dato curatore venduntur: ac vtpote ſuſpectus remouetur.*

¶ Si quis tutor copiā ſui nō faciat, vt alimēta pupillo decernātur[h]: cauetur epiſtola diuorū Seueri & Antonini, vt in poſſeſſionē[i] bonorum eius[k] pu-

a ¶ *Ob culpam.* ſ. leuem vel leuiſſimā, ſecus ſi propter latam: quia tunc videtur infamis: vt ff. eo. l. impuberibus: §. ~~ſi fraus~~. Et eſt ratio: quia dolo comparatur: vt ff. ſi men. fal. mo. dix. l. j. §. hæc actio. & ff. de preca. l. quæſitum. §. cū quoque. & ff. depo. l. quod Nerua. niſi in duobus caſibus. Primus eſt in criminibus publicis: vt ff. ad legem Cornel. de fica. l. in le. Secūdus in delatione ſacramēti in litem: vt ff. de in lit. iur. l. in actionibus. §. ſed in his. his enim caſib⁹ lata culpa dolo nō cōparatur. Vel dic ſecundum Azo. & de lata etiam intelligi: vt ſicut in perditione perſonæ dolo nō cōparatur, vt dictum eſt: ſic in perditione famæ, vt non fiat infamis. Nec obſt. d. l. impuberibus. ff. eodem quia de dolo intelligitur. Vel dic vt. j. ſtatim dicam in gl. j. non ſimiliter. in fi.

A D D. *Lata negligentia, culpáue prope fraudem accedit, & vbique fere doli appellatione continetur per interpretationem. l. vbi. ff. de edendo. l. 1. ff. ſi menſor. l. 2. C. de in lit. l. 1. ff. ſi quis teſt. na n & in regula iuris, culpam latā, magnā, diſſolutam, latiorem, aut ſimiliter appellatam negligentiam is præſtare dicitur, qui dolum præſtat. l. contractus, ff. de reg. iur. E. B.*

b ¶ *Non æquè.* i. non ſimiliter fit famoſus damnatus ob culpā leuem ſicut ille, qui remouetur ob dolum, fit tamen infamis de facto, ſicut & alias quis fit famoſus de facto ſolo. vt in conditionibus ex turpi cauſa deſcendentibus: vt ff. de actio. & oblig. l. ceſſat. Item in interdictis ex famoſa cauſa ſimiliter venientibus: vt ff. de vi & vi arma. l. neq; vnde vi. Sed videtur, ꝙ etiam ex culpa leui quis ſit infamis: vt ff. de his qui not. infa. l. liberorum. §. notatur. quæ eſt huic contra. in eo quod ibi dicit ignorantiam iuris non excuſare ab infamia. Sed certe poteſt dici. ꝙ iuris ignorantia ſit lata culpa: quod ſic probo: quia omnes debent ſcire iura, exceptis paucis. ſ. mulieribus, minoribus, & militibus: vt ff. de iur. & fact. igno. l. regula. in prin. C. de legib. & conſtit. l. leges ſacratiſsimæ. & C. de iuris & facti igno. l. conſtitutiones. ergo ſi quis ignorat, eſt in culpa lata: cum culpa lata ſit id ignorare, quod omnes ſciunt: vt ff. de verbo. ſigni. l. latæ culpæ. nō eſt ergo mirum, ſi eſt infamis: vt ff. eo. l. impuberib⁹. §. fin. Vel verius ſecundū Azo. lata culpa non infamat ꝑ ſententiā damnatum, ſed ipſo facto ſic, ſi eſt tale factum: vt in dicta. l. liberorum. §. notatur. Et ſic ſunt tres caſus, vbi lata culpa non cōparatur dolo: vnus hic, duo in gloſ. ſuperiori. quæ incipit, ſcilicet, leuem &c.

c ¶ *Quo ad id* eſt, donec.

d ¶ *Interdicitur.* ar. vt donec prælatus accuſatur, ꝙ non debet adminiſtrare eccleſiaſtica bona: & facit ad hoc C. de ſen. paſ. l. fi. & ff. eod. l. impuberibus. §. fin. C. eo. l. quē vt ſuſpectū. & ff. de ſol. l. ꝙ ſi forte. §. j. verſ. dico igitur.

A D D. *Imo adiungitur ſibi alius cum quo adminiſtrat ſecundum Ang. Vide tu canoniſta notata in capi venerabili. de offi. dele. in ver. ſuſpectus. vbi cōcludit gloſ. quod prælatus de dilapidatione denuntiatus, ſeu accuſatus, tanquam ſuſpectus ab adminiſtratione remouetur lite pendente: niſi primo probetur ſuſpectus de dilapidatione male adminiſtrando.*

e ¶ *Suſcepta.* id eſt, incepta.

f ¶ *Deceſſerit.* ſ. accuſatione pendente.

g ¶ *Extinguitur.* quia non niſi vt ab ea remoueatur. intēditur: ſed ex quo mortu⁹ eſt vere remotus eſt: & quod hic dicitur, ſi tutela morte tutoris finiatur, idem eſt ſi quocunq; alio modo finita tutela ſit: vt ff. eod. l. pe. §. pe.

h ¶ *Decernantur.* per iudicem.

A D D. *Ita quod ſemper ex reditu patrimonii, Abundātius aliquid ſuperſit. per text. in. l. ius alimētorum. hac, vel tenuiſ §. j. ff. vbi pu. edu. deb. Ange.* *demeris.*

i ¶ *Vt in poſſeſſionem.* ſed multa iudici poterit: vt ff de arbit. l. non diſtinguemus. § ſi arbiter. & facit. ff. e l. impuberib⁹ §. fi.

k ¶ *Eius.* alias eſt tutoris in tex. alias nō eſt, ſed tamen ſubauditur. ff. eo. l. impuberibus.

ribus. Sed alij dicunt eius. ſ. pupilli: vt ita adminiſtratio tutori auferatur.

a ¶ *Mittatur.* cauſa cuſtodiæ: non vt ex eis alatur, ſed vt cautum ſit pupillo, ſi male geſſit tutor, ſed de ſuo. vt ff. vbi pu. edu. de. l. ſi. ī ſi.

b ¶ *Si quis.* ſcilicet tutor.

c ¶ *Decerni.* puta ſi negat alimēta poſſe decerni. i. dari. & quod ſequitur, ſi hoc per mendaciū &c. ſit de reſponſione.

d ¶ *Per mendacium.* quid ſi nō dicat per mendacium, imo verum dicat: nūquid de ſuo alere tenetur? Rū. non. vt ff. vbi pu. edu. de. l. iij. §. ſi.

e ¶ *Remittendum.* ſed nō remouendum: vt ff. e. l. tutor. §. tutor.

f ¶ *Placuit.* hoc ideo: quia maior pœna imponetur: quā remotio: vt ff. de officio præfect. vrb. l. j. §. item ſolent.

g ¶ *Remittitur.* ſ. puniēdus extra ordinē: vt ff. de tu. l. ī eos. Et no. hic argu. contra eos doctores, q pecunia data ſibi acquirūt ſcholares: vt ff. de offic. præfect. vrb. l. j. §. item ſolēt. & ī auth. de ea, quæ vocantur inſinuatiua. §. j. coll. v.

pillus mittatur[a]: & quæ mora deteriora futura ſunt, dato curatore diſtrahi iubentur. Ergo vt ſuſpectus remoueri poterit, qui non præſtat alimenta.

¶ *Tutor præſens, qui mentitur alimenta pupillo poſſe decerni, remittitur ad præfectum puniendus. Idem in eo, qui per pecuniam tutelā acquiſiuit. Et idem in liberto, qui malè adminiſtrat.*

¶ Sed ſi quis[b] præſens negat propter inopiam alimenta poſſe decerni[c]: ſi hoc per mendacium[d] dicat, remittendum[e] eum eſſe ad Præfectum vrbi puniendum, placuit[f]: ſicut ille remittitur[g], qui data pecunia miniſterium tutelæ adquiſierit, vel redemerit. " Libertus quoque, ſi fraudulenter tutelam filiorum, vel nepotum patroni geſſiſſe probetur, ad Præfectum vrbi remittitur[h] puniendus.

Abundāt hæc, vel redemerit.

¶ *Qui fraudulenter tutelam gerit, licet ſatiſdationem de indemnitate offerat: tamen vt ſuſpectus remouetur. Aret.*

¶ Nouiſsimè[i] autem ſciendum eſt eos, qui fraudulenter tutelam adminiſtrant, etiam ſi ſatis offerant, remouendos eſſe à tutela: quia ſatiſdatio tutoris propoſitum maleuolum nō mutat, ſed diutius graſſandi[k] in re familiari facultatem præſtat[l].

¶ *Mali mores, & non paupertas ſola, faciunt tutorem ſuſpectum. Aretinus.*

¶ Suſpectum[m] eum putamus, qui moribus talis eſt, vt

h ¶ *Remittitur.* ob hoc etiam vt ingratus accuſari poteſt: vt C. de li. & eo. lib. l. iij. & facit. C. eo. l. j. & ij. & ff. eo. l. libertus. quæ eſt lex ij.

i ¶ *Nouiſsime.* i. in vltima parte huius tit. ſic. ff. de inſti. ac. §. nouiſsime. nam & ibi in vl. parte tract. ſui, Vlpianus ponit nouiſsime.

k ¶ *Graſſandi.* i. delinquendi: vel. i. animandi ad delinquendum. ſic ff. de pœ. l. capitalium. §. graſſatores. inde graſſor, aris. i. nitor ad malum.

l ¶ *Præſtat.* facit ff. e. l. ſuſpectus. & quia ſatiſdatio. Et facit in arg. ad quæſtionem talem: Si emi librum, & antequam ſoluam pretium comperiā alienum vel vitioſum, q non tenear ſoluere pretiū: quia expedit potius non ſoluere, quā cautionem de reddendo in cauſam euictionis vel vitij recipere. quib⁹ cōſonat. ff. de cōpen. l. iij. Præterea lex dixit. quod nō debet quis ſe cōmittere fragilitati cautionis. ff. ad Treb. l. cogi. §. idē quæritur. & C. ī qui. cau. in iote. reſt. nō eſt ne. l. fina. & C. quando li. vnicui. l. j.

ADDITIO. *No. quòd quotieſcunque imminet euictio in limine contractus ante ſolutionē pretii. emptor non tenetur ſoluere pretium, niſi venditor det idoneos fideiuſſores. adde. l. ſi poſt perfectam. C. de euic. de quo per. Bar. in. l. j. §. ſtipulatio dupla. ff. de præto. ſtip. & an venditor cōpellatur ſatiſdare in re actionis, vel ope exceptionis: dic quod ope exceptionis: & ſolum tenetur reſpectu illius dūtaxat mouentis quæſtionem. d. §. ſtipulatio. & ibi per Barto. Iaſ.*

m ¶ *Suſpect*[illegible] tutorē ſuſpectū nō facultates paruæ [illegible] fraudulenta vel callida cōuerſatio [illegible]bus pupillarib⁹ cōmendat, i. pbat. [illegible] vero ſolis facultatib⁹ paruis, ſuſpe[illegible] habetur creditoribus: vt hic. & ff. de [illegible] credi. l. ſi creditores.

a ¶*Remouendus non eſt*.imo videtur quod ſic:vt C.de tuto.& curator. qui non ſatiſ dedit. l.ij. quæ eſt huic contra. Solu. ibi non repellitur propter paupertatem:ſed quia non ſatiſdabat, hic autem ſatiſde dit. poteſt tamen iſte ſe excuſare. qđ dic vt §. titu.j. §. ſed & propter paupertatem. Eſt tamē huic curator adiungendus: vt §. de cu.§ interdum.&. C.e.l. pietatis. §. q ſi nihil.&. C. de peri.tu. l.j.

ſuſpectus ſit. Enim uerò tutor vel curator, quamuis pauper eſt, fidelis tamen & diligens, remouendus non eſt[a] quaſi ſuſpectus.

INSTITVtionū,ſeu elementorum D.Iuſtiniani ſacratiſsimi principis.

Liber II.

DE REꝝrumdiuiſione, & acquirendo ipſarū dominio.

¶*Dictum eſt de perſonis, & ſequitur de rebus vt promiſit ſuprà, de iure natura.gen. & ciui.§.fina.de quibus dicis vſque ad titu. de obli. Et in hoc medio dicitur qualiter acquiruntur res iure naturale.vt d.§.ſingulorum.vſque ad titu.de vſucap. Item qualiter iure ciuili: vt ab inde in antea. Item qualiter iure ſingulari: vt vſque ad titu. de teſt.Item qualiter per vniuerſitatem: vt ex teſtamento vel inteſtato, vel ſimili modo: vt à titu.de teſtat. vſque ad titu. de oblig. Accurſius.*

TITVLVS I.

DE RERVM diuiſione, & acquirendo ipſarum dominio.

HAEC EX Theophilo.

¶Hæc quidem naturali ratione communia ſunt omnium: aer, aqua profluens, mare & littora maris, & ſi quid in iis inuenitur.

Hæc verò in nullius dominio ſunt: res ſacræ, ſancta & religioſa.

Vniuerſitatis autē, Theatra, ſtadia, & quæ ſunt generis eiuſdem.

Ea verò ſingulorū ſunt, quæ mediis quamplurimis noſtri ſunt dominii, ac dicū tur Priuata.

¶Secūdam iuriſprudentiæ partem, quæ eſt de rebus, pertractandā ſumit Imperator. Et ſummā rerū diuiſionē annectit.

SVperiore libro de iure pſonarū[b] expoſuim⁹: modo[c] videam⁹ de rebus, quæ vel ī noſtro patrimonio[d], vel extra[e] patri-

CASVS. Dicit Iuſtinianus continuādo proceſſum ſuū. Poſtquam in ſuperiore libro de iure pſonarū expoſuimus, modo in hoc ſecūdo libro de rebus, quæ in patrimonio noſtro vel extra noſtrum patrimoniū habentur, videamus. Sed pone: Domine vos dixiſtis mihi ſupra quod vultis determinare de rebus, quæ ſunt in patrimonio noſtro vel extra, nunquid eſt iſta diuiſio ſufficiēs? Ad hoc reſpon. q ſic. & quod ſufficiens diuiſio præmiſſa ſit, tali ratione liquet: quia quędam naturali iure communia ſunt omnium, quædam publica, quædam vniuerſitatis, quædam nullius: pleraque ſingulorum: & ea quæ ſingulorum ſunt, variis ex cauſis acquiruntur, ſicuti ex inferiori apparebit. Franc.

S*Vperiore libro*. Iſte titu. diuiditur principaliter in duas partes. Primo continuat iſtum librū ad præcedentem. Secundo incipit tractatū. Secūda ibi, Modo videamus. Item iſta ſecunda ſubdiuiditur principaliter in duas partes. Nam primo ponit de rebus cōmunibus iure naturali: de publicis, de his quæ ſunt vniuerſitatis, & de iis quæ in nullius bonis ſunt. & omnia iſta per exempla clarificat. Secundo ponit qualiter res acquirantur de iure gentium, & efficiātur priuatorū. Secūda ibi, Singulorū autem. Et illa ſecunda ſubdiuiditur loco ſuo. Redeo ad primam quæ ſubdiuiditur in quatuor partes. Primo ponit exempla de cōmunibus. Secūdo de publicis. Tertio de iis quæ ſunt vniuerſitatis. Quarto de iis quæ nullius ſunt. Secunda ibi, Flumina. Tertia ibi, Vniuerſitatis. Quarta ibi, Nullius autem. Aten.

b ¶*De iure perſonarum*. ab illo titulo, de iure perſona. vſque huc.

c ¶*Modo*. ſicut promiſimus. §. de iure natural.§ fin.

d ¶*Patrimonio*. ſcilicet aptitudine. Aptæ enim ſunt eſſe in patrimonio, vt res pro derelicta habita.

ADDITIO. *Res in patrimonio eſſe dicitur, quæ in hæreditatem venire poteſt: extra patrimonium, quæ non poteſt. vt.l.bona, ff. de bon poſſ.*

e ¶*Vel extra*. ſcilicet aptitudine: quia non ſunt aptæ, vt ſint in patrimonio: vt ſunt res ſacræ, vel religioſæ.vt.§. eodem. §. nullius. Interdum tamen dictæ res ſunt in patrimonio, vt ſi ab hoſtibus captæ ſint: vt. ff. de religio. l. cum loca. ſimiliter res profanæ extra patrimonium

nium noſtrum ſunt, ſi religioſis adhærent: vt ff. de rei vendicatione. l. quæ religioſis.

a ¶ *Habentur.* talis diuiſio hic ſumitur. Rerum enim aliæ ſunt in patrimonio, aliæ extra: quæ videtur inſufficiens. nam alię ſunt nec in patrimonio, nec extra, vt ſeruitutes: vt ff. de vſufructu legato. l. j. contra. Sed io. dicit, quod hic pueris loquitur ſimpliciter. nam quędam publicè ꝓ dicendis pueris dicuntur, quæ alias non dicerētur: vt ff. de act. & oblig. l. obligationum. in fin. quod nō eſt veriſimile, quod ꝓpter pueros male loquatur: vnde non placet. Alij dicūt hic de corporalibus rebus tantum loqui: quod eſt falſum: quod colligitur ex cōtinuatione huius tituli ad quatuor ſequentes. Nos diximus ſeruitutes eſſe in bonis noſtris: cum earum nomine agamus & excipiamus: vt ff. de acqui. re. do. l. rem. & l. ſtatuas. Quod autem in dicta lege dicitur eas non eſſe in bonis nec extra, dicitur ideo: quia per ſe non cenſentur: vt eſt poſſeſſio tigni in domo poſiti: quia non intelligitur tignum, dum durat domus per ſe: vt ff. de vſucapi. l. eum qui.

Seruitutes ſunt in bonis noſtris.

monium noſtrum habentur[a]. Quædam[b] enim naturali iure communia ſunt[c] omniū[d], quædam publica[e], quædā vniuerſitatis,[f] quędā nulli⁹[g], pleraque ſingulorum: quæ[h] ex variis cauſis cuique adquiruntur: ſicut ex ſubiectis[i] apparebit.

¶ *Hæc quæ ſcribuntur hic, ſunt communia omnium: & ideo, ad littus maris accedi poteſt, dummodo abſtineatur à villis, & locis ibi poſitis. Aretinus.*

¶ Et quidem naturali iure[k] communia[l] ſunt omnium hæc, aer, aqua profluens[m], mare[n], & per hoc[o] littora maris. Nemo igitur ad littus maris accedere prohibetur: dum tamen à villis, & monumentis, & ædificiis abſtineat: quia non ſunt iuris gentium, ſicut & mare.

fert. Tertiò illationem reſtringit. Quartò illationem reſtrictionis aſſignat. Secunda ibi, Nemo. Tertia ibi, Dum tamen. Quarta ibi, Quia non ſunt. Aretinus.

CASVS. Domine, dicatis mihi ſi placet: quæ ſunt communia omniū? Ad hoc reſpondet: Amice, certe naturali iure introductum eſt, quod communia ſunt omnium animantium hæc[l] ſcilicet, aer, & aqua de cælo cadens, & mare, & per conſequens litt[o] maris: cum ſit eius acceſſio. Vnde dico tibi, quod nemo ad littus maris prohibetur accedere: dum tamen à villis, & monumentis, & ædificiis in littore poſitis ſe abſtineat: quia huiuſmodi villæ & ædificia non ſunt communia de iure gentium, ſicut eſt ipſum mare. Sed domine dicatis mihi in quantum durat littus maris? Ad hoc reſpondet Imperator: Amice, littus maris durat quatenus hyemalis fluctus quādo maximus eſt, exercuit. Et hæc dicuntur vſq; ad illum §. Flumina autem. Franciſcus de Accio.

b ¶ *Quædam.* hic fit alia diuiſio.

c ¶ *Communia ſunt.* non tamen agitur cō muni diuidun. ſecundum Placen.

ADD. *Quia non poſſunt ſtare ſine re vel perſona, cuius ſunt. l. ſi aliena. §. hoc iure. tum ſi. ff. de vſur. Angel. Aret.*

d ¶ *Omnium.* ſcilicet vſu, non proprietate: vt dicitur ĵ. eo. § & quidem.

Publicum quid.

e ¶ *Publica.* quaſi populica, ſcilicet omnium populorum: vt ĵ. titu. j §. conſequens. & ĵ. eo. §. flumina. Alias dicitur publicum. quod eſt huius populi vel illius tantum, vt campus Martius: vt C. de ſacroſanct. eccle. l. fin. & hoc dicitur magis vniuerſitatis. Accurſius.

f ¶ *Vniuerſitatis.* vt ĵ eo. §. vniuerſitatis.

g ¶ *Nullius.* vt ĵ. eo. §. nullius.

h ¶ *Quæ.* ſcilicet quæ ſunt ſingulorum. nec etiam ad ſuperiora refertur.

i ¶ *Ex ſubiectis.* ĵ. eodem. §. ſingulorum. vſque ad finem tit.

¶ *Et quidem.* Diuiditur in quatuor partes. Primò ponit dictum, ſecūdo ex dicto in-

k ¶ *Naturali iure.* id eſt, iure gētiū, quod eſt naturali ratione inductū: vt ff de iuſt. & iur. l. omnes. §. quod vero. de quo hic loquitur: vt ĵ. eo. §. ſingulorum. & in fin. huius §. nam iure naturali primæuo etiam alia eſſent communia.

l ¶ *Communia.* non tamen agitur communi diuidundo, ſecundum Placen. niſi poſtquam facta fuerint occupantium. Et quod dicit omnium, ſcilicet vſu, non proprietate, vt prædixi.

m ¶ *Profluens.* id eſt, [illegible].

n ¶ *Mare.* ſic ff. de iniuriis. l. iniuriarum. j. §. ſi quis me prohibeat.

o ¶ *Et per hoc.* id eſt, per conſequent, cū ſit acceſſio maris: argu. ĵ. eod. §. ſi tamen. Sed cōtra ff. nequid in loco publico l. littora. vbi dicitur littora eſſe populi Romani. Sed illud eſt verum, quo ad iuriſdictionem: vere tamen ſunt communia, vt hic. ſic C. de quadriennij præſcriptione. lege bene à Zenone. ſecus in ripa fluminis, quæ non eſt publica, licet flumen ſit publicum: vt ĵ eo. §. riparum. ibi, ſed proprietas. Et poteſt eſſe ratio, quia inundatio fluminis raro venit: & ideo poteſt eſ-

ſe vtilitas in proprietate ripæ. At mare aſsidue inundat: vnde paruula eſſet vtilitas. non ergo proprietas quæritur: vt C.de bo.quæ libe.l.fi.§.fi.

a ¶*Villis.* ab alio ibi poſitis, & habet duas ſignificationes. dicitur enim caſa vel inſula quædā, in qua non habitatur, ſed vel retia ponūtur, vel propter aquam illuc cōfugitur: vel fructus reponuntur: vt hic, &. ff. de vſufr. l. arboribus. in prin. ſi vero ibi habitaretur eſſet prædium vrbanū: vt infra de ſeruituti. ruſtico. prædiorum. §. prædiorum. Item dicitur villa, cōgregatio hominum.

b ¶*Monumentis.* Quid ſit monumētum. habetur. ff. de religio. l. ij. §. monu.

c ¶*Aedificiis* ſcilicet. alijs.

men à villis[a], & monumentis[b], & ædificiis [c] abſtineat: quia non ſunt iuris gentium [d], ſicut eſt mare[e].

¶*Flumina & portus ſunt publica. Et littus maris dicitur, quantò plus extendi poteſt. Aretinus.*

¶Flumina autem omnia[f], & portus, publica ſunt: ideoq; ius piſcandi omnibus[g] commune [h] eſt in portu, fluminibúſq;. Eſt autem littus [i] maris quatenus hybernus[k] fluctus maximus excurrit[l].

¶*Riparum vſus publicus eſt, illarum vero dominium ad eos pertinet, qui proximiorum prædiorum domini ſunt: littorū quoq; vſus, quamuis publicus ſit, illorum tamē proprietas nullius eſt.*

¶Riparum[m] quoq; vſus publicus eſt iuregentium [n], ſicut ipſius fluminis. Itaque naues ad eas appellere, funes arboribus ibi natis religare, onus aliquod in his reponere, cuilibet liberum eſt, ſicut per ipſum flumen nauigare: ſed proprietas

vſu riparū, ita dico tibi. quod vſus littorum omnibus publice patet. ſicut vſus ipſius maris vnde cuilibet liberū eſt caſam, id eſt, domūculam ibi ponere, in quam ſe recipiat. liberum eſt etiam cuilibet ex mari retia deducere, & ibidem ſiccare: ſed certe proprietas littorum nullius eſſe intelligitur, ſed eiuſdem iuris ſicut eſt ipſum mare, & quæ ſubiacent mari, terra, videlicet & arena. & hæc dicuntur vſq; ad illū §. vniuerſit. Frā.

f ¶*Flumina autem omnia.* ſcilicet, perpetua: vt Padus, & Rhenus. quædā enim ſunt priuata, vt foſſata ī agris poſita, quæ creſcunt & decreſcūt, quæ quandoque currunt, quādoq; non: vt ff. de flu. & ne quid in flu. l. j. §. ij. & ff. eo. l. nemo. in fin.

d ¶*Non ſunt iuris gentium.* id eſt, communia de iure gentium, ſicut eſt mare: imo eorum, qui ibi ædificauerunt. vt, ff. e. l. intantum.

e ¶*Sicut eſt mare.* huic cōtinua quod eſt. ī. ſtatim. §. eſt autem.

¶*Flumina autem.* CASVS. Domine iam video quæ ſunt cōmunia. dicatis modo mihi ſi placet, quæ ſunt publica? Ad hoc reſpond. di. Amice publica ſunt omnia flumina perpetua, & ſimiliter portus publici ſunt. vnde dico tibi, quod ius piſcādi in portu & fluminibus omnibus, in cōmuni publice patet: & ſicut ipſa flumina publica ſunt, ita & vſus riparum ipſorū fluminum publicus eſt &c. Et ideo naues ad ipſas ripas applicare, & funes arboribus ibidē natis religare, & onus aliquod in his reponere cuilibet liberū eſt, ſicut per ipſum flumē nauigare. Sed quāquam dixerim tibi riparum vſum publicum eſſe: ſecus tamen eſt in proprietate earum. Proprietas enim, illorum hominū eſt, quorum prædiis adhærent, & eadē ratione proprietas arborū in ripis natarum eorundē eſt: & ſicut ego dixi tibi de

g ¶*Omnibus.* nec qui fuit primo longo tempore piſcatus, aliū ſuperuenientem repellere poteſt: vt ff. de vſufr. a. l. fin. niſi forte ſpatio xxx. ann. vt, ff. de diuer. & tēpo. præſcrip. l. ſi quiſquam. vel ſecundū Io. intellige illam l. ſi quiſquam. quando erat in poſſeſsione piſcandi.

ADDITIO. *In qua conſtituitur per prohibitionem alterius non contradicentis Es aut idē ſit de molendino, & de multis aliis quæſtionib⁹. de hac materia vide Chriſtophorum hic.*

h ¶*Commune.* i. in communi omnibus patet, non autem eſt commune, imo publicum: ſecundum Io.

i ¶*Eſt aūt littus.* vt. ff. de verb. ſig. l. littus.

ADD. *Cic. in Topicis ſcribit Gallū Aquiliū, definiſſe litt⁹, quouſq; maxim⁹ fluct⁹ eluderet.*

k ¶*Hybernus.* id eſt, hyemalis. quando vento vndæ trahuntur. q. d. quantumcūq; mare aliquo tempore plus extenditur in hyeme, vel æſtate, tantū eſt littus eius.

l ¶*Excurrit.* hic continua quod eſt infra eodem. §. littorum.

m ¶*Riparum.* i. fluminis.

n ¶*Iuregentium.* i. de iuregentium: vel. ī. omnibus gentibus publice patet.

Earum.

earum[a] illorū[b] eſt, quorū prædiis hærent:[c] qua de cauſa arbores quoq; in eiſdem[d] natæ, eorundem[e] ſunt.

¶ Littorum[f] quoq; vſus publicus[g] eſt & iuriſgentium[h], ſicut & ipſius maris[i]: & ob id cuilibet liberum eſt, caſam ibi ponere, in quam ſe recipiat: ſicut retia[k] ſiccare, & ex mari deducere. Proprietas autem eorum[l] poteſt intelligi nullius[m] eſſe: ſed eiuſdem iuris eſſe, cuius & mare, & quæ ſubiacet mari, terra, vel arena.

¶ *Quæ vniuerſitatis & non ſingulorum propria ſint, exemplis docet.*

¶ Vniuerſitatis[n] ſunt, non ſingulorum, quæ in ciuitatibus[o] ſunt, theatra[p], ſtadia[q], & his ſimilia[r], & ſi qua alia[s] communia ſunt ciuitatum.

¶ *Ea quæ ſunt diuini iuris, in nullius bonis ſunt. Aretinus.*

a ¶ *Earum.* ſcilicet riparum.
b ¶ *Illorum.* ſcilicet hominū: quorū &c.
c ¶ *Hærent.* ſed quid ſi via publica eſt in medio inter flumen & agrum? Reſpon. idem quod hic: vt ff. de acquirendo rerum domi. l. maritus.
d ¶ *In eiſdem.* ſcilicet ripis.
e ¶ *Eorundem.* ſed quid ſi piſcator vult ligare: dominus vult incidere? Videtur dominus præferendus: vt. ʒ. de his qui ſui vel alie. iur. ſunt. ī fin. ibi, nec cuiquàm &c. & C. de Iudæ. l. nemo. & ff. ſolu. mat. l. etiā. §. licet. Sed cōtra credo: vt ff. de vſu & habi. l. fina. & ff. de vſufruc. le. [illegible] §. item Nerua.
f ¶ *Littorum.* ſcilicet maris, vt ſequitur.
g ¶ *Publicus.* [illegible] eo. §. & quidem ibi, & per hoc &c. cōtra. Sol. dicit Pla. omnia eſſe publica, & ecōtra, ſcilicet ratione quorundam vſuum, vt ecce tam mare, quam flumina, & littora, & ripæ in vſu animantium ſunt, & in bibendo, & in abluendo, & cōmorando & ſimilia quæ exigit natura. Sed ius piſcādi quod in his eſt, ſolum competit hominibus, & retia ſiccandi, & quædam ſimilia. portus tamen dixit eſſe publicos, non cōmunes. Sed Ioan. dicit nulla communia eſſe publica, vel econtra. Ea enim demum ſunt communia, quæ cum ſint in vſu omnium animantium, tamen occupantibus conceduntur: vt lapilli & gemmæ in littore maris: vt. ʒ. eo. §. item lapilli. & ff. eo. l. item lapilli. Sed publica non ſolum non conceduntur occupanti, imo interdicta ꝓponuntur, ne quid in eis fiat. ff. ne quid in loco publico, & de flum. & alijs tit. Præterea quomodo poteſt eſſe, quod ait Placen. cum in diuiſione ſupra poſita veluti duæ ſpecies oppoſitæ ponantur, cōmunia & publica: vt. ʒ. eodem. in princip. Proinde quod dicit hic, publicus, i. cōmunis, vel public⁹, quo ad vſum communem, non quo ad proprietatem.

Cōmunia & Publicorū differentia.

A D D. *Cuius reſpectu vera ſit opinio Ioan. nā communia ſunt relicta ſub ſuo iure naturali primaris, quo omnia erant communia: nec in aliquo ſibi ius gentium derogauit: cum propter eorum incomprehenſibilitatem in ſolius Dei dominio remanſerint. Publica vero, veluti comprehenſibilia ipſius populi de mundo per ius gentiū fuere applicata dominio.*

h ¶ *Iuriſgentium* id eſt. de iure gentium.
i ¶ *Maris.* ſcilicet vſus publicus eſt.
k ¶ *Sicut retia.* hyſteron pcteron, id eſt, ordo conuerſus: vt ff. eod. l. riparum.
l ¶ *Eorum.* ſcilicet littorū.
m ¶ *Nullius.* ſcilicet hominis ſingularis: omnium autē ſunt: & ſic differt ab illo. §. nullius. infra ſtatim poſito.

¶ *Vniuerſitatis.* C A S V S. Iā dixiſtis mihi ſupra de cōmunibus & publicis / dicatis mihi modo, ſi placet, quæ ſunt vniuerſitatis? Ad hoc reſpond. Vniuerſitatis ſunt, quæ in ciuitatibus ad vtilitatem vel ad delectationem populi ſunt: vt theatra, & ſtadia, & ſimilia, & ſi qua alia ſunt cōmunia ciuitatum. Et hæc dicuntur vſque ad illum. §. nullius. Franciſcus de Aretio.

Abūdās, & bis ſimilia.

n ¶ *Vniuerſitatis.* quæ etiam publica quandoq; dicuntur, id eſt, vnius populi: vt C. de ſacroſan. eccle. le. fina. in princi. Sed aliter accipitur. ʒ. eodem. §. flumina. nam loquitur ibi de illo, quod eſt publicū omnium populorum.
o ¶ *In ciuitatibus.* & ciuitatum ſunt.
p ¶ *Theatra.* à θεάομαι, id eſt inſpicio, vt in arena Veronenſi.
q ¶ *Stadia.* ſtadium eſt octaua pars miliarij, quod Hercules currebat vno anhelitu, vel legitur in hiſtoriis.
r ¶ *Similia.* quæ ſunt ad delectationem populi, vt lætz viæ, & picturæ in palatio.
s ¶ *Et ſi qua alia.* ſcilicet neceſſitatis cauſa facta, vt curia communis, palatium, nauigium, & ſunt ſupradicta vniuerſitatis dominio & vſu. Sed Placen. dixit vſu tantum eſſe vniuerſitatis. Alia ſunt, quæ dominio & fructu ſunt vniuerſitatis, non vſu: vt fundi ciuitatis.

Theatrum. Stadium. Hercules fuit bonus curſor.

& ſerui. vt ff. de in ius vocan. l. ſed ſi hac. §. qui manumittitur. Et de verbo. ſignific. l. inter publica. & de contrahen. empt. l. ſed Celſus. §. j. A D D I T I O. *Dicitur ex mente doct. quod hæc omnia dicuntur vniuerſitatis, & quæ ad dominiū, & quo ad vſum commu nem: vt hic, & l. ſicut. §. j. ff. quod cuiuſque vniu. Eſt tamen differentia inter res vniuerſitatis quia quædam vniuerſitatis appellantur, & quo ad dominiū, & quo ad vſum cōmunem: vt ſunt theatra & ſtadia: quædam vero ſunt vniuerſitatis quo ad dominium, & quo ad vſum particularia: vt ſunt prata vniuerſitatis, ex quibus commodum percipitur in particulari. & ita dicunt doct. Christopho.*

¶ Nullius[a] autem ſunt res ſacræ[1] & religioſæ. & ſanctæ, quod enim diuini iuris eſt, id nullius i bonis eſt. ¶ *Res ſacræ ſunt, quæ ritè per pōtifices Deo dedicatæ ſunt, ſeu ad diuinum miniſterium deputatæ: quæ non poſſunt niſi pro captiuitate hominum alienari. Aret.* ¶ Sacræ res ſunt, quæ ritè per pontifices[b] Deo conſecratæ ſunt: veluti ædes ſacræ[c], & donaria[d], quæ ritè ad miniſterium Dei dedicata ſunt: quæ etiam[e] per noſtrā conſtitutionem[f] alienari & obligari prohibuimus, excepta[g] cauſa redemptionis captiuorum. Si quis autē authoritate ſua quaſi ſacrum ſibi conſtituerit: ſacrum non eſt, ſed profanum[h]. Locus autem, in quo ædes ſacræ ſunt ædificatæ, etiam diruto ædificio, ſacer adhuc manet[i]: vt Papinianus ſcripſit.

¶ *Religioſum locum*

¶ *Nullius autē.* Iſta pars vſque ad. §. ſingulorum. diuiditur in quatuor partes. Primo ponit, quæ ſunt in nullius bonis. Secūdo ponit exēplum de reb⁹ ſacris. Tertio de religioſis. Quarto de ſanctis rebus. Secunda ibi, Sacræ res ſunt. Ter. ibi, Religioſum. Quarta ibi, Sanctæ quoque. Et quamlibet partem ſummabo per ſe. C *A S V S*. Domine, iam vidi quæ ſunt vniuerſitatis: dicatis modo mihi, quæ ſunt nullius? Ad hoc reſpondet Impera. Amice, nullius ſunt, veluti res ſacræ & religioſæ & ſanctæ: & hoc paret tali ratione. Huiuſmodi enim res diuini iuris ſunt: & quod diuini iuris eſt, in nullius bonis eſt. Sed pone. Domine iam video quod ea, quæ nullius ſunt, conſiſtunt in ſacris & religioſis & ſanctis. dicatis ergo mihi, quæ ſunt ſacra? Reſpond. Amice, ſunt quæ rite per pōtifices Deo conſecrata ſunt: ſicut ædes ſacræ & donaria &c. prout iacet ī litera vſque ad illum. §. religioſum. Franciſcus.

a ¶ *Nullius.* ſcilicet hominis vel hominum, nec poſſunt eſſe, ſed ſunt in bonis Dei hominum cenſura ſiue diſpoſitione: & ſic non obſtat, quod poſſet dici de cōmunibus & publicis rebus vniuerſitatū: quæ videntur nullius eſſe: quia eſſe poſſunt & ſunt hominum, licet non hominis ſingularis. Item contra. j. eodem. §. feræ. Solu. vt ibi.

b ¶ *Pontifices.* id eſt, papas & epiſcopos. Sed nunquid Imperator dedicare poteſt? Videtur quod ſic: vt ff. eodem. l. ſacra. §. j. vbi dedicat, id eſt, poteſtatē dedicandi dat: nam olim Imperatores erāt ſacerdotes: vt in canonibus dicitur. Vel dic dedicat alij, puta epiſcopo permittendo ſine requiſitione, vel concedit, ſcilicet requiſit⁹.

c ¶ *Aedes ſacra.* hic locus dicitur ſacer, vt hic, & ſanctus: vt C. de ſacroſanct. eccle. l. ſancim⁹. j. Item religioſus: vt in authen. vt religioſæ domus.

d ¶ *Et donaria.* alias dona, eſt, thuribu & cruces & calices. Accurſius.

e ¶ *Quæ etiam.* ſcilicet donaria, non autem referas ad ædes ſacras. nam illæ nullo modo poſſunt alienari: vt in authen. de alie. & emphy. §. & quoniam cognouimus. colla. ix. Accurſius.

f ¶ *Conſtitutionem.* vt C. de ſacroſanc. eccle. l. ſancimus. Accurſius.

g ¶ *Excepta.* nam hominum animæ quibuslibet rebus præponendæ ſunt: vt C. de ſacroſanctis eccleſiis. l. ſancim⁹. j. in fine. Item propter debitum, ſi quod habet eccleſia: vt in authenti. de alien. emphyt. §. hoc etiam ſuper ipſis. colla. ix. Item propter alimenta pauperum: vt xij. q. ij. cap. aurum habet eccleſia. Accur.

A D D. *Vnde verſus: Vtilitas, incommodum, pietaſque, neceſſe, Res alienari permittunt eccleſiarum.*

h ¶ *Profanum.* id eſt, non ſacrum.

i ¶ *Sacer adhuc manet.* deſinit tamen eſſe ſacer, ſi ab hoſtibus capiatur: vt infra, de inutil. ſtipul. §. j. & ff. de religio. l. cum loca. Item locus ille religioſus eſſe deſinit, quando ea remouentur, quæ talem eum reddebant: vt ff. eodem. l. ſacra. §. illud. & de relig. l. antepe. in fine.

¶ *Religioſum.* C *A S V S*. Domine, iam video quæ ſunt ſacra: dicatis mihi, quæ

ſunt

ſunt religioſa? Ad hoc reſpondet Imperator: Amice, religioſa loca ſunt, in quibus corpora mortuorum ſepulta ſunt. Religioſum enim locum vnuſquiſq; pro ſua voluntate facit, dum in locum ſuum mortuum infert & c. omnia plana ſunt vſque ad. §. ſanctæ.

quiuis propria authoritate facere poteſt: mortuum ſcilicet in proprium fundum inferendo: ideo ſocius cõmunem fundum inuito ſocio, religioſum non facit: nec proprietarius cõtradicente fructuario.

¶Religioſum locum vnuſquiſque[a] ſua volũtate facit, dum mortuum[b] infert in locum ſuũ. In communem autem locum purũ[c] inuito ſocio inferre non licet[d]. in commune verò ſepulchrum etiam inuitis[e] cæteris, licet inferre. Item ſi alienus vſuſfructus[f] eſt: proprietarium[g] placet, niſi conſentiente[h] vſufructuario, locum religioſum non facere. In alienum locum conſentiente domino, licet inferre: & licet poſtea ratum nõ habuerit, quam illatus eſt mortuus, tamen locus religioſus fit.

¶Res ſanctæ ſunt portæ, & muri ciuitatum, quaſi pœna legali firmatæ. Item leges pœnales propriè vocãtur ſanctiones. Aret.

¶Sanctæ quoque res, veluti muri[i], & portæ ciuitatis, quodammodo diuini iuris ſunt: & ideo nullius in bonis ſunt. Ideo autem muros

a ¶*Vnuſquiſque.* aliud in ſacro: vt ſupra eodẽ. §. ſacræ. ADD. *Hodie tamen de iure canonico requiritur authoritas epiſcopi, capit. per nulli. & ſi. extra de conſecra. eccle. vel alta. iſta tamen ciuilis religioſitas impediet loci alienationem, ſecundum Iaſ. & Ang. hic.*

b ¶*Mortuum.* ſcilicet totũ, vel ſaltem caput: cuius imagine cognoſcimur: vt ff. de religio. l. cum in diuerſis. in fine. Quid ſi partialiter caput eſt in diuerſis locis? Respond. illũ eſſe religioſũ, vbi eſt maior pars: vt argumẽ. ff. de ſtatu homi. l. quæritur. & infra, de vulga. ſubſtitu. §. & ſi ex diſparibus. Si autem æqualiter, neuter: ſecundum Ioan.
ADD. *Et not. quod ſi pars anterior appareat, illa tanquã nobilior inſpicitur. argumen. l. quod conclaue. ff. de damno infecto. Ang.*

c ¶*Locum purum.* id eſt, qui neque ſacer, neque ſanctus, neque religioſus eſt. ff. de relig. & ſump. func. l. j. §. purus autem locus. vide gloſ. in capi. abolendæ. extra de ſepultu.

d ¶*Inferre non licet.* extraneos. nam ipſe ſocius recte ibi ſepeliri poteſt, etiam ſine conſenſu cæterorum: maxime cum non eſt alius locus, in quo ſepeliretur: vt. ff. de relig. & ſump. fun. l. ſi plures.

e ¶*Inuitis.* hoc fauore religionis iam factæ, alias contra: vt ſupra proximo. §. & ff. communi diui. l. Sabinus.

f ¶*Vſusfructus.* ſcilicet loci puri: argumentu. ff. de vſu & habi. l. finali.

g ¶*Proprietarium.* niſi conſentiat fructuarius: vel niſi teſtatorem, qui vſum fructum legauit, velit ſepelire hæres: vt. ff. de reli. l. ij. §. ſi vſum fructũ.

h ¶*Conſentiente.* quid ſi primo conſenſit: poſt pœnituit ante illationem? Reſpon. ſufficit ſemel voluiſſe: vt ff. de aqua plu. ar. l. in diem. & j. proxi. §.
ADD. *In textu, ibi Ratum nõ habuerit, expungẽdã eſſe hanc locone gationem, quemadmodum. & in. l. in ſanctum. §. religioſum. ff. eod. cenſet Alciat. Augu. emendatio. li. j. ca. 2. idque probat cum ex Pand. Floren. tum ex Theophilo Græco inſtitutionũ interprete: atq; ita huius loci ſenſus erit, locum religioſum fieri, ſi quamuis non cõcedente domino illatus ſit mortuus, ſi modo id ratum poſtea dominus habuerit.*

¶*Sancta quoque.* CASVS. Domine, iam video, quæ ſunt ſacra & religioſa: dicatis mihi, quæ ſunt res ſanctæ? Ad hoc reſpõ. Amice, ſanctæ res ſunt veluti muri & portæ ciuitatis. Huiuſmodi enim res quodammodo diuini iuris ſunt: & idcirco in nullius bonis eſſe cenſentur. Sed domine, quare dicuntur muri ſancti? Ad hoc reſpon. Amice, idcirco muros ciuitatis ſanctos legis authoritate. i. firmos dicimus: quia pœna capitis conſtituta eſt aduerſus eos, qui aliquid in muros deliquerint. vnde & illas partes legũ, quibus pœnas contra earum tranſgreſſores conſtituimus, ſanctiones appellamus, & hæc dicuntur vſq; ad. §. ſingulorum.

i ¶*Muri.* ſ. ciuitatis Romanæ. Quid de ciuitate alia, vel caſtro? Reſpon. nec ibi quicquam facere licet ſine authoritate

præſidis : vt ff. eo.le.ſacra. §. muros. Vel forte vniuerſitati, licet non priuato: vt C.de ope.pub.l.omnes.

A D D. *Iſta glo.iuncto ſuo text.eſt not.ad hoc, quod illi ſtulte agunt, imo etiam contra ius: qui domos con-ſtruunt cōtiguas ſeu adhærentes muris ciuitatis, vel caſtri: vt ff. eodem.leg.ſacræ §.muros. Plact.*

vel incertam dominium trāsferatur. Secunda ibi.in. §. cum ex aliena materia. Tertia ibi, Si quis autem. Quarta ibi, in. §.theſauros. Quinta ibi, in.§. per traditionem.

ſanctos [a] dicimus: quia pœna capitis conſtituta eſt in eos, qui aliquid in muros deliquerint [b]. Ideo & legum eas partes, quibus pœnas cōſtituimus [c] aduerſus eos, qui contra leges fecerint Sanctiones [d] vocamus.

¶ *Rerum dominia ſingulis hominibus, aut iure naturali, aut iure ciuili acquiruntur. Quibus igitur modis res fiant noſtræ naturali iure, tradere incipit.*

¶ Singulorum autem hominū multis modis res fiunt: quarundam enim rerum dominium nanciſcimur iure naturali, quod (ſicut diximus) [e] appellatur ius gentium: quarundam verò iure ciuili [f]. Commodius eſt itaque à vetuſtiore [g] iure incipere. palam eſt autem, vetuſtius eſſe ius naturale, quod cum ipſo genere humano rerum natura [h] prodidit [i]. ciuilia autem iura tunc eſſe cœperunt, cùm & ciuitates condi, & magiſtratus creari, & leges ſcribi cœperunt.

a ¶ *Sanctos*.i. firmos. à ſancio ſancis: non calce, vel lapidibus, ſed lege firmatos, vt ſequitur.

b ¶ *Deliquerint*.ſ.tranſcendendo vel rūpendo: ſicut fecit Rhem⁹ frater Romuli. vt hic, & ff. e. l.fi. vnde Lucanus: Fraterno primi maduerunt ſanguine muri.

c ¶ *Conſtituimus*. vt. C. de leg. & conſt. l. nō dubium, & ſimiles.

d ¶ *Sāctiones*. In ſtricta ſignificatione: quādoq; ponitur largius pro qualibet imperiali lege: vt. C.de nouo Co.fa.§.quibus.ver. colligenti vero &c. Quandoque largiſsime pro collectione toti⁹ iuris ciuilis: vt ī procе. Digeſt.in princ.

A D D. *Cicero pro Balbo, Sanctiones, inquit, ſacranda ſunt, aut genere ipſo, aut obteſtatione, aut conſecratione legis, aut pœna: cum caput eius qui contrà fecit, conſecratur.*

¶ *Singulorum*. Iſta eſt ſecunda pars principalis hui⁹ tituli, quæ diuiditur in quinq; partes principales. Primo qualiter acquiruntur nobis res, quæ in nullius bonis ſunt. Secundo, qualiter acquiruntur ea, quæ ſunt alterius, ex facto noſtro ex permiſsione vel fabricatione. Tertio quando vſufructuarius, vel bonæ fidei poſſeſſor facit fructus ſuos, & quid contineatur appellatione fructuum. Quarto ponit vnum caſum exceptiuum à prima parte, videlicet, quod ea, quæ ſunt in nullius bonis: non tamen in totum efficiuntur occupantis. Quinto quando per traditionem vel non, in perſonam certam

C A S V S.

Domine, iam video, quæ ſūt naturali iure communia, & quæ publica. & quæ vniuerſitatis, & quæ nullius. Dicatis ergo mihi, ſi placet, quæ ſint ſingulorū hominum res? Et reſpon. Imper. dicēs quod multis modis fiunt. Quarundam enim rerum dominiū nāciſcimur iure naturali, qđ ſicut diximus, ius gentiū appellatur: & quarundā rerū dominium nanciſcimur iure ciuili. Sed pone caſum. Domine, iam video, quod rerū dominium acquiritur de iure gen. & de iure ci. ſed pro Deo dicatis mihi, de quo iure intenditis primo tractare? Ad hoc rñ. Amice, commodius eſt à vetuſtiore iure incipere. Manifeſtū autem eſt ius naturale vetuſtius eſſe: ꝙ cū ipſo genere humano rerū natura ꝓdidit, Ciuilia enī iura tūc primo eſſe cœperūt, cū ciuitates cōdi, & magiſtratus creari, & leges ſcribi cœperūt. Et hæc dicūtur vſq; ad.§.feræ igitur. Franc.

e ¶ *Diximus*. Sed vbi? Rñ.𝔍.de iu. natu. §.j.ibi, quod vero naturalis. Vel.𝔍.de iu. na.§.ſed naturalia. Vel melius.𝔍.eod.§.& quidem.

A D D. *Dic quod iſta glo. videtur approbare vltimam opi.hic poſitam in glo. ſed illa non videtur vera: vt in.§.j.in ver.quod vero.𝔍.de iure nat. Angel.*

f ¶ *Iure ciuili*. vt vſucapione, arrogatione, ſucceſsione, deportatione, monachatione: de quib⁹ incipiet dicere.𝔍.de vſucap.

g ¶ *Vetuſtiore*. ſic.ff.de iure immu.l.ſemp.

h ¶ *Rerum natura*.id eſt, Deus.

i ¶ *Prodidit*.i. ſtatim cū procreauit Deus gentes, ſtatim fuit ius gentium.

Feræ

~~ſecutio Franciſcus.~~

A D D. *Cicero lib. de finib. 3. beſtias hominum cauſa natas ait ex Chryſippi ſententia, vt ad ſuam vtilitatem ſine iniuria vtantur: & quemadmodum, inquit, in theatro, quanuis cõmune ſit ciuitatis, eum locum in eo quiſque tenet, quem occupauit: ita in vrbe mundove communi, non aduerſatur ius, quo minus ſuum quiſque cuiuſque ſit.*

¶Horum quæ ſubiiciuntur dominia, præoccupanti iure gentium conceduntur. Et in alieno occupata fera occupanti quæritur.

¶Annotato, alienũ fundum domino reluctãte, ingredi nemini licere.

¶Feræ igitur beſtiæ, & volucres, & piſces, & omnia animalia, quæ mari, cælo,[a] & terra naſcuntur, ſimul atque[b] ab aliquo capta fuerint, iure gentium ſtatim illius eſſe incipiunt. Quod enim ante nullius eſt, id naturali ratione occupanti conceditur. Nec intereſt[c] feras, beſtias & volucres, vtrum in ſuo fundo quis capiat, an in alieno. Planè, qui alienum fundum ingreditur venandi[d], aut occupandi gratia, poteſt à domino, ſi is præuiderit, prohiberi, ne ingrediatur[e]. Quicquid autem eorum ceperis, eo uſque tuum eſſe intelligitur, donec tua cuſtodia coercetur. Quum

¶*Fera igitur.* C A S V S. Domine, iam video, quod vultis tractare de iure gentium, tanquam de vetuſtiore, dieatis ergo mihi, ſi placet, aliquem modũ aequirendi dominiũ de iure gentium? Ad hoc reſp. Inſt. Amice, feræ, beſtiæ, & volucres, & piſces, & omnia animalia feræ, quæ in terra, & quæ ĩ mari, & quæ ĩ cælo, i. in aere naſcuntur, ſtatim eum ab aliquo capta fuerint, iure gentiũ oecupantis fiunt: & hoc tali ratione. Mũdi enim animalia fera. in nullius bonis eſſe intelligũtur. & quod ante nulli' eſt, id iure gentiũ (quod naturali ratione introductum eſt) oecupanti eoneeditur. Nec intereſt quautũ ad acquirendũ dominium, vtrum quis huiuſmodi feras, beſtias, & volueres in ſuo proprio fuodo ceperit, an in alieno: & hoe eſt verum, niſi prohibitio domini intrare voleutes præceſſerit. Nam qui in fundum alienum ingreditur venaodi, aut occupandi gratia: poterit à domino prohiberi, ne ingrediatur, ſi dominus fundi eum præuiderit. Sed pones: Domine, iam video, quòd per occupationem huiuſmodi ferarum & voluerũ acquiritur mihi domioium: dieatis mihi quandiu durat mihi huiuſmodi dominiũ acquiſitum? Ad hoc reſpond. Amice, dico tibi, quod quicquid prædictorum aoimalium ceperis, tandiu tuo dominio ſubiectum eſſe iotelligitur, qoaodio in cuſtodia tua detinetur: ſed cum tuam cuſtodiam euaſerit, & in priſtinam naturalem libertatem ſe receperit, in tuo domioio eſſe deſinit, & ruſus ſicut prius occupanti conceditur. Sed domine dieatis mihi, quando dicitur ſe recepiſſe in naturalem laxitatem vel libertatem? Ad hoc reſpood. In naturalem laxitatem dicitur ſe reeepiſſe, cum vel omnino conſpectũ oeulorum tuorum euaſerit, vel ita ſit in cõſpectu tuo, vt impoſſibilis ſit eius per-

¶ *Fera igitur.* Quia à vetuſtiori incipiendum eſt, igitur &c.

a ¶*Cælo*, id eſt, aere.

b ¶*Simul atque*, id eſt, ſtatim poſtquam &c. Sed nunquid res ſacræ eõceduntur occupanti: vt ĩ. eod. §. nullius. Reſpon. Res dicitur eſſe ĩ nullius bonis ſex vel ſeptẽ modis. Natura, vt hic: Facto, vt ĩ. eo. §. penult. Item tempore: vt ff. de aeqoi. re. do. l. nunquam. §. theſaurus. Et in his tribus locum habet hæc regula, niſi quod in theſauro de æquitate dimidium domino ſoli reſtituitur: vt infra eodem. §. theſaurus. Item cenſura: vt ĩ. eo. § oullius. Item caſu, vt in hæreditate iacente, quæ vicem domini repræſentat: vt infra de ſtip. ſer. in princ. Item culpa hominis, vt ſi eiiciam ſeruũ ægrotantem: vt C. de la. lib. tol. l. j. §. ſed ſcimus. & etiam hic. Item iuris naturalis conſtitutione: vt liber homo: vt ff. de verbor. obliga. l. inter ſtipulantem. §. ſacram.

Res dicitur eſſe in nullius bonis ſeptem modis.

c ¶*Nec intereſt.* quo ad acquirendũ dominium.

d ¶*Venandi.* aliud ſi cauſa requirendi fugitiuum meum: vt C. de ſer. fug. l. ij. vel glandis colligendæ cauſa: vt ff. de gland. leg. l. j. vel vt recipiam pecuniam, quam ibi abſcondi: vt ff. ad exhiben. l. theſaurus. vel ſi vindemiam quam emi, tollere me venditor prohibeat: vt ff. de actio. empt. l. qui pendentem.

e ¶*Ingrediatur.* quid ſi poſt prohibitionem quid ceperit? Reſpon. non facit ſuũ vt C. de rei vend. l. ſi fundum. & l. certũ.

& facit.j.eo.§.ſi apum.verſi.ſic plane.
ADD. *Dic Iſtud verum ſecundum Ang. ſi fructus fundi conſiſtebant in venatione, aliàs ſecus: vt tenet glo.in l.diuus ff.de ſer pra. & in l.3. ff.de acquir.rer.do.quamuis Por.ſequatur iſta glo.*

verò tuam euaſerit cuſtodiam, & in libertatem[a] naturalem ſeſe receperit: tuum eſſe deſinit, & rurſus occupantis fit. Naturalem autem libertatem recipere intelligitur, cùm vel oculos tuos effugerit, vel ita ſit in conſpectu tuo, vt difficilis[b] ſit eius perſecutio[c].

¶*Licet fera ſylueſtris ab aliquo vulneretur, ita vt veriſimiliter poßit capi: tamen non efficitur vulnerantis, niſi eam ceperit. Areti.*

¶Illud[d] quæſitum eſt, an ſi fera beſtia ita vulnerata ſit, vt capi poſſit[e], ſtatim tua eſſe intelligatur. Et quibuſdam placuit, ſtatim eſſe tuam: & eouſq; tuam videri, donec eam perſequaris. quòd ſi deſieris perſequi: deſinere eſſe tuam, & rurſus fieri occupantis. Alii verò putauerunt non aliter tuã eſſe, quàm ſi eam ceperis. Sed poſteriorem[f] ſententiam nos cõfirmamus: quòd multa accidere[g] ſoleant, vt eam non capias[h].

¶*Apes quæ in nullius bonis ſunt, occupanti conceduntur, & earum fructus, ſicut & aues: licet in aliena arbore capiantur. Dominus tamen à principio ingredi prohibere poteſt. Et examen eorum tuum eſt, donec difficilis non eſt perſecutio. Areti.*

¶Apum[i] quoq; fera[k] natura eſt. itaq; apes, quæ in arbore tua conſederint ante, quàm à te alueo[l] includantur, non magis tuæ intelliguntur eſſe, quàm volucres quæ in arbore tua nidum fecerint. Ideóq; ſi alius eas incluſerit[m]: is earũ dominus erit[n].

a ¶*In libertatem.* i.laxitatẽ. vt ſtatim ſequitur: vt ff. de acqui. re. do.l. naturalẽ. &.l.Põponius.
b ¶*Difficilis.* i.impoſſibilis. ſic ff. pro ſoc. l.de illo.§ gloſ. difficile.econtra.ff. de iis q deiec.vel effu. l. ij. Accurſius.
c ¶*Perſecutio.* ſic.ff.de acqui. poſ.l.iij.§.Nerua.
d ¶*Illud.* ſic. ff.de acqui.re. do.l.naturalẽ. §.illud.
e ¶*Capi. poſſit.* conſiderata natura hominis & animalis, nõ diuina poſſibilitate: licet nec omnino facilitatem conſidero.
f ¶*Sed poſteriorem.* ſic ff. de acquiren. rer. domin.l.in laqueum,
g ¶*Accidere.* licet enĩ ꝓbetur vnũ, id eſt, eãm vulneratam, nõ tamen ſequitur vt capi poſſit: vt C. de proba.l.neque natales.
h ¶*Nõ capias.* Nõ ꝙ inſpicitur, qđ euenire põt. ſic.ff.locati.l.ſi quis domum.§ idem quærit ſi ſumptus. & ff. ad Treb.l.Lucius.§ pe.& ad le.Fal.l.in quantitate.§ magna.& ff.ex quibus cauſis ma. l. ſed & ſi per prætorem. §. ſi feriæ.&. ff. de ſer. ruſti. præd. l. qui ſella.§.ij. & de damno inſec. l. qui bona. §. cum inter. arg. tamen contra.ff. de pecu.l.co.tempore.j reſpon.

¶*Apum quoque.* CASVS. Iuſtinianus in hoc.§. proſequitur materiam ſuam de protſus feris. Et dicit, quod natura apum fera eſt, id eſt non manſueta: vnde apes ſi in arbore tua cõſederint ante, quã à te in alueo tuo fuerint incluſæ, non magis intelliguntur eſſe tuæ, quam volucres quæ in arbore tua nidificauerint: vnde ſi huiuſmodi apes in arbore tua conſidentes aliquis alius incluſerit, ipſe earum dominus efficietur: & etiam ſi huiuſmodi apes ante, quam à te fuerint incluſæ, aliquos fauos in arbore tua, vel in fundo tuo fecerint: quilibet eos eximere poteſt: verumtamen ſi re integra præuideris aliquẽ ingredientẽ in fundum tuum: poteris iure prohibere, ne fundum tuum ingrediatur. Et hæc dicuntur vſq; ad illum ¶ pauonũ. Fran.
i ¶*Apum.* cõcor.ff.de acquirẽ. rerũ domi. l.naturalem.§. apum.
k ¶*Fera.* i.nõ manſueta.
l ¶*Alueo.* vas eſt vbi apes manẽt. Quãdoq; ꝓ loco, vbi flumen currit, ponitur: vt.j.eo. §. in ſula. *Alue⁹ duo ſignificat.*
m ¶*Incluſerit.* quod Bul. facere noluit in his & ſimilibus, dicens, magis timeo ſcãdalum, quam futurum iudicium: vt not. ff.de acquir.rerum do.l.in laqueum. *Scandalũ timendum eſt.*
n ¶*Dominus erit.* nec furti tenetur: vt ff.de

ff.de furtis.l.apet.
a ¶ *Integra re.* id eſt ante, quam intrent, vel prius, quam eximantur.
b ¶ *Præuideris.* quid ſi fuerit ingreſſus, an poterit retinere eum, vt det quod acceperit: eum homo quilibet poſsit prohibere, ne quis intret fundum ſuũ. Reſpõ. cũ domin⁹ factus ſit per occupationem, nõ video quare deſinat eſſe dominus: argu.hu⁹. §. qui tantum præuidenti cõſulu't.
c ¶ *Examen.* i. vniuerſitas apum. alias pro approbatione ponitur: alias pro iudicio: vt C. de aduo. diuer.iudi.l. nemini.§.j. Et fortè ſeruatur aliud de conſuetudine in hoc. §.& in ſuperioribus duobus.
¶ *Pauonũ quoq;.* C A S V S. Domine, quidam habẽt pauones & colũbas, qui ex cõſuetudine ſolẽt euolare & reuolare. modo quæro à vobis, vtrum natura huiuſmodi pauonum & columbarũ debeat cenſeri fera? Reſpon. q̃ ſic nec obſtat, quominus natura pauonũ & columbarũ fera cenſeatur, q̃ huiuſmodi pauones & columbæ ex conſuetudine euolare & reuolare ſolent. Nam hoc idẽ faciunt apes: & tamen manifeſtũ eſt naturam earũ feram eſſe. Hoc idem etiam in ceruis quãdoque contingit. Quidã enim ceruos ita manſuetos habent, vt in ſyluas ire, & redire ſoleant. Sed Domine, pro Deo dicatis mihi, qualiter perpendam, quod deſierint habere animum reuertendi? Ad hoc tñ. Amice, tunc intelliguntur deſinere habere animum reuertendi, cũ reuertendi conſuetudinem deſerũt. Et hæc dicũtur vſque ad illum. §. gallinarũ. vbi tractatur de animalib⁹ prorſus mãſuetis & caſus eius planus eſt vſque ad illum §. item ea quæ ex hoſtibus. Franciſcus de Aretio.

Fauos quoque ſi quos efficerunt, eximere quilibet poteſt. Plané integra re [a], ſi præuideris [b] ingredientem fundum tuũ: poteris cum iure prohibere, ne ingrediatur. Examẽ [c] quoque, quod ex alueo tuo euolauerit, eouſque intelligitur eſſe tuũ, donec in conſpectu tuo eſt, nec difficilis perſecutio eius eſt: alioquin occupãtis fit.

¶ *Animalia quæ naturaliter ſunt fera, ſed per accidens manſueta, tandiu ſunt noſtra, quandiu retinent conſuetudinem eundi & redeundi.*

¶ Pauonum quoq; & columbarum fera [d] natura eſt, nec ad rem pertinet [e], quòd ex conſuetudine euolare & reuolare ſolent. nam & apes idem faciunt, quarum [f] conſtat feram eſſe naturam. Ceruos quoque quidam ita manſuetos habẽt, vt in ſyluam ire & redire ſoleant: quorum [g] & ipſorum [h] feram eſſe naturam, nemo negat. In iis autem animalibus, quæ ex conſuetudine abire & redire ſolent, talis regula [i] comprobata eſt: vt eouſq; tua eſſe intelligantur: donec animum reuertendi habeant. Nam ſi reuertendi animum habere deſierint [k]: etiam tua eſſe deſinunt, & fiunt occupãtium. Reuertendi autem animum videntur

Examẽ tripliciter accipitur.

d ¶ *Fera.* i. nõ prorſus domeſtica vel manſueta.
e ¶ *Nec ad rẽ pertinet.* id eſt, non obſtat iis, quæ diximus.
f ¶ *Quarum.* ſ. apum.
g ¶ *Quorum.* ſ. ceruorũ in genere.
ADD. *Manſuetum ceruum Virgil. eleganter deſcribit lib. Aeneid. 7. Ceruus erat forma præſtanti & cornibus ingens. Tyrrhida pueri quẽ matris ab vbere raptum, Nutribant, Tyrrhuſq; pater, cui regia parent Armenta, & latè cuſtodia credita cãpi. Aſſuetũ imperiis ſoror omni Syluia cura Mollibus intexẽs ornabat cornua ſertis: Pectebatq; ferũ, puroq; in fonte lauabat. Ille manũ patiẽs, menſæq; aſſuet⁹ herili, Errabat ſyluis, rurſuſq; ad limina nota Ipſe domũ ſera quamuis ſe nocte ferebat.*

h ¶ *Ipſorum.* ſ. ſingulorum in ſpecie.
i ¶ *Talis regula.* hic not. tria genera animaliũ. Mãſueta, vt ſunt gallinæ: in quib⁹ locũ habet hæc regula, vt vbicũque ſint, domini eſſe intelligãtur: vt j. proxi.§. Itẽ fera prorſus. & in his habet locũ alia regula, quia occupãti cõceduntur: vt. ſ. eo. §. feræ. & §. illud. & §. apũ. & §. examen. Item fera naturaliter. ſed accidentaliter mãſueta: & in his obtinet hæc præſens regula. & facit ad hoc. ff. eod. de acquir. rerum do.l. naturalem. per totum. vſque ad §. fina.
k ¶ *Deſierint.* Exteriora, indicant animi

Animalium tria ſunt genera.

I t

ſecreta interiora. facit de ædil. edict.l. ſi tamen.§.ij. vnde verſus, Intima per mores cognuſcimus exteriores.

A D D. *Et hoc comprehenditur, ſi viſo domino vel familiaribus non redeunt vt ſolebant: niſi per aliquot dies hinc inde, non tamen ſi in ſylnis aberraſſent, ſecundum Ang.*

vt ff.commo l.in rebus.§.poſſunt.& ff de impenſis in rebus dot.fact.l. omnino. Et excepta actione doli, vt dictum eſt. item excipe quod eſt.ff. de damno infecto.l.ex damni.in prin.

a ¶*Gallinarū.* ſcilicet omniū, vt ſtatim innuit. Vel dic ſingularum in ſpecie.

b ¶*Feras.* vt phaſianos.

A D D *Varro lib. de re ruſt.3. cap.9. Columella lib.8.c.2. ſcribant tria eſſe genera gallinarū: eſſe cohortales, ſiue villaticas, eſſe ruſticas, quæ non ita manſueta ſint, nec ſine cauea Romæ videantur, nec capiantur, niſi ab aucupe: eſſe Africanas, ſiue Numidicas, quas Græci μελεαγρίδας appellant.*

c ¶*Anſeres.* ſ.domeſtici.

d ¶*Gallinæ.* ſ. domeſticæ.

e ¶*Turbati.* vt per vulpē vel miluum.

deſinere habere tunc, cùm reuertendi conſuetudinem deſeruerint.

¶*Gallina & anſeres domeſtici tui ſunt, etiam ſi conſpectum tuum effugerunt: & qui eas accipit animo lucrandi, furtum cōmittit. Aretinus.*

¶Gallinarum[a] autem & anſerum nō eſt fera natura: idque ex eo poſſum' intelligere, quòd aliæ ſunt gallinæ, quas feras[b] vocamus: item alij ſunt anſeres, quos feros appellam'. Ideóq; ſi anſeres[c] tui, aut gallinæ tuæ[d] aliquo modo turbati[e], turbatæ ve euolauerint, licet conſpectum tuum effugerint: quocunque tamen loco ſint, tui tuæ ve eſſe intelliguntur: & qui lucrandi animo[f] ea animalia detinet, furtum committere intelligitur.

¶*Etiam ſi hominem liberum ex hoſtibus cœperimus, de iuregentium noſter fit: qui ſi exierit poteſtatem noſtram, recuperat antiquam libertatem. Aretinus.*

¶Item ea, quæ ex hoſtibus[g] capim', iuregentiū ſtatim noſtra fiunt: adeò quidem, vt & liberi homines in ſeruitutem noſtrā deducantur: qui tamen ſi euaſerint[h] noſtram poteſtatem, & ad ſuos reuerſi fuerint, priſtinum ſtatum recipiunt[i].

¶*Item ea quæ.* C A S U S. Domine, iam vidi qualiter dominium ferarum & volucrum ſingulis acquiritur per occupationē. Nunquid plurium rerū dominium acquiri poteſt p occupationē de iuregentium? Reſpon. quod ſic. Nam ea quæ ab hoſtibus noſtris capimus ſtatim iuregentium noſtro dominio acquiruntur, & hoc in tantum verum eſt, vt liberi homines quos ab hoſtibus capimus, dominio noſtro ſubiiciantur. & in ſeruiturem deducātur: ſi tamē noſtram poteſtatem euaſerint, & ad ſuos corpore & animo reuerſi fuerit, priſtinum ſtatum libertatis iure poſtliminij recipiunt. Et non ſolum ſupradicta iuregentiū per occupationem acquiruntur, ſed etiam lapilli, & gemmæ & cætera, quæ in littore maris inueniuntur: ſtatim cum ab inuētore occupata fuerint, iuregentium, quod naturali iure introductum eſt, inuentoris fiunt. Et hæc dicuntur vſque ad illum.§.Item ea quæ ex animalibus. Franciſcus.

f ¶*Qui lucrandi animo.* ſcilicet vt habeat pennas vel oua. alias enim non committitur furtum, niſi lucrādi animus interueniat: vt ff.de furt.l.j.§.fina. Sed nunquid dolus fit in vno ouo? Reſp. ſic, ſed de dolo nō agitur in re minori duobus aureis: vt ff.de dolo.l.ſi oleum.§. finali. &. l. ſequenti. Sed quare non agitur de dolo, cū agitur furti: vt hic? Reſpon. furtū fit plerunque: & ideo frequentius puniendum eſt: ſecundum Ioan. vt ff.de pœn.l.aut facta.§ fina. Et no. ex hoc.§. ꝙ quælibet actio etiam pro vno nummo datur: vt ff. de damno infecto l.ſi proprietarius. in fi. j.reſpon.& ff.de coniung. cum emancip. lib.l.j.§.illud. Sed fallit in caſibus: vt ecce ſi commodo tibi ſeruum, & tu eum alis, non repetis à me expenſas modicas:

Furti actio datur pro modico nū aut actio de dolo.

g ¶*Ex hoſtibus.* vt quibus populus Romanus bellum indixit: vel ipſi populo Romano: vt ff.de capti.& poſtli. reuer.l. hoſtes. & ff. de verb. ſigni.l. hoſtes. & le. quos non hoſtes.

h ¶*Si euaſerint.* animo & corpore: vt ff. de capti.& poſtli reuer.l.nihil.in prin.

i ¶*Recipiunt.* iure poſtliminij: vt.§. quibus modis ius patriæ poteſta. ſolui. §. ſi ab ho-

νόμος γὰρ ἐν πᾶσιν ἀνθρώποις ἀΐδιός ἐστιν, ὅταν πολεμούντων πόλις ἁλῷ, τῶν ἑλόντων εἶναι καὶ τὰ σώματα τῶν ἐν τῇ πόλει καὶ τὰ χρήματα. (Ξενοφ. 7 παιδείας.

ab hoſtibus.

A D D. *Hodie tamen quantum ad perſonas non obſeruantur iura captiuitatis & poſtliminii, niſi quantum ad res.*

iure perſon. §. ſerui. & C. de rei vendi. le. partum. ſiue irrationabilibus: vt ff. de rei vendi. l. idem Pomponius ſcribit. ſi frumentum. §. idem ſcribit.

¶ Inuẽtoris fiũt quæ in littore maris inueniuntur.

¶ Item lapilli[a], & gemmæ, & cætera, quæ in littore maris inueniuntur[b], iure naturali[c] ſtatim inuẽtoris[d] fiũt.

¶ Nata ex animalibus noſtris, noſtra ſunt. Aretinus.

¶ Item ea[e], quæ ex animalibus[f] dominio tuo[g] ſubiectis nata ſunt, eodẽ iure[h] tibi acquirunt.

¶ Quod paulatim & latenti incremento fundo noſtro adiicitur, noſtrũ fit: quod verò impetu fluminis vicino prædio ademptũ eſt, & noſtro acceſſit, vicini remanet: arbores autẽ quæ fundo noſtro adhæſerunt, & tandem radices egerunt, noſtræ fiunt.

¶ Præterea quod per alluuionem agro tuo flumẽ adiicit[i], iure gentiũ tibi acquiritur. Eſt autem alluuio incrementum[k] latens. Per alluuionem autẽ id videtur adiici, quod ita paulatim adiicitur, vt intelligi nõ poſsit[l], quantum quoque momento temporis adiiciatur. Quòd

a ¶ *Lapilli.* ſcilicet precioſi. Et quæ ſit inter lapillos & gemmas & margaritas differentia: dic vt ff. de auro & argento legato. l. & ſi non ſunt §. fina.

b ¶ *Inueniuntur.* quæ tamen non ſunt alicuius, alias econtra: vt infra eodem. §. fina.

c ¶ *Iure naturali.* id eſt gentium: vt ſupra eodem. § ſingulorum.

d ¶ *Inuentoris.* ita demum ſi occupet ſiue apprehendat, non alias ſecũdum Azonem. nam in ſuperiori. §. & in aliis præcedentibus, de iis, quæ per occupationẽ quæruntur, tractatur. vnde quod idem proſequatur hic, vicinitas ſcripturæ innuit: vt ff. de teſta. l. hæredes. §. ſed & ſi notam. ff. de leg. j. l. ſi ſeruus plurium. §. finali. Et aduerbium ſimilitudinis ſcilicet, item quod eſt in principio. §. apertè dat intelligere aliud eſſe in theſauro, cuius tractatus eſt valde, ad hoc ſeparatus: vt infra eodem. § theſauros. & ideo primum videnti & inuenienti, non capienti quæritur.

¶ *Item ea quæ ex animalibus.* C A S V S. Domine, iam vidi qualiter acquiritur dominium rerum per occupationem: nunquid pluribus modis acquiri poteſt? Reſpond. quod ſic: Nam ea quæ ex animalibus dominio noſtro ſubiectis nata ſunt: iure gentium per acceſsionem nobis acquiruntur. Et hæc dicuntur vſque ad illum. § præterea quod per alluuionem. Franc. de Aretio.

e ¶ *Item ea.* nunc mutat ſtylum & materiam, & dicit de iis, quæ acquirũtur per acceſsionem diſcretam: & in ſequen. §. præterea. dicet de acceſsione concreta.

f ¶ *Ex animalibus.* fœmininis generis, ſiue rationabilibus. vt ex ancillis: vt ſupra. de

g ¶ *Dominio tuo.* vel quaſi: vt ſi bona fide poſsides animal irrationale: vt ff. de acquir. rerũ domi. l. bonæ fidei. §. fi. nõ tñ in rationali: vt. j. c. §. in pecudũ. & eſt ratio vt ibi.

h ¶ *Eodem iure.* ſ. gentium.

¶ *Præterea.* C A S V S. Iuſtinianus in hoc §. dicit, quod præter ſupradictos modos acquirendi, de iure gẽtium acquiritur nobis dominiũ per acceſsionem cõcretam. Quod enim per alluuionem agro tuo flumẽ adiicit, iure gentiũ tibi acquiritur. Sed domine, pro Deo dicatis mihi, quid eſt alluuio? Ad hoc tñ. Eſt autẽ alluuio incrementũ latẽs. vñ illud per alluuionẽ agro tuo videtur adiici. qđ ita paulatim & ſucceſsiue adiicitur, vt licet tota die intuitũ figas, tñ intelligere nõ poſsit, quantũ in quolibet momẽto agro tuo adiectũ fuerit. verum eſt tñ, quod iſtud latẽs incrementũ tibi iure acceſsionis acquiritur. Sed ſi impetus fluminis aliquã partẽ groſſã ex prædio tuo detraxerit: & illam partẽ detractã vicini prædio appulerit: manifeſtũ eſt eã partẽ ex prædio tuo detractã nihilominus in tuo dominio permanere, ſi tñ lõgo tpe fundo vicini tui adhæſerit, ita quod arbores quas ſecũ traxit: in fundũ vicini radices emiſerint: ex tpe immiſsiõis radicũ videtur fũdo vicini iure acceſsiõis acquiſitæ eſſe. Et hæc dicũtur vſq; ad illũ. §. inſula. Frã.

i ¶ *Adiicit.* ponendo iuxta tuũ prædiũ.

k ¶ *Incrementum.* i. augmentum. Accur.

l ¶ *Intelligi nõ poſsit.* licet tota die ibi figas intuitũ: & hoc propter imbecillitatem naturalis viſus: qui tam ſubtilia perpẽdere non poteſt: vt in cucurbita patet. quæ cito creſcit: quæ tñ percipi non poteſt, quãtũ creſcit quoquo momẽto tẽporis.

Sed in quodam genere agrorū ceſſat ius alluuionis: vt in agris militibus aſsignatis à principe, qui limitati dicuntur: vt. ff. eo. de acq. re. do. l. in agris. Quæ ſit ratio diuerſitatis? dic vt in ea. l. in fi.

partem fluminis teneat: cōmunis eſt eorum hominū, qui ab vtraq; parte fluminis prope ripā prædia poſsident, videlicet pro modo latitudinis cuiuſq; fundi, quæ latitudo prope ripam ſit. q ſi alteri parti fluminis proximior eſt: eorum eſt tantum qui ab ea parte prope ripam prædia poſsident, quod ſi ab aliqua parte diuiſum flumē ſit, deinde infra vnitū, agrū alicuius in formā inſulæ redegerit: huiuſmodi ager ad modū inſulæ diuiſione fluminis circūdatis redactus, eiuſdē permanet, cuius ante diuiſionem fluminis fuerat. Sed ponam⁹, quod flumen omnem alueū penitus dereliquit, & ex alia parte cœperit

a ¶ *Attulerit.* alias applicuerit. i. appoſuerit, vt ſubijcit: puta cruſtā terræ forte vineatæ, vel arboratæ.

b ¶ *Longiore.* l. longo. ſ. tanto vt faciat radices, vt ſequitur: vel etiam ipſa terra appoſita vnitatem alteri terræ fecerit cui apponitur: vt. ff. de damn. infec. l. hoc amplius. §. ita demum. Sed quo modo ſcitur, qñ hæc vnitio vel immiſtio erit facta? R. per ruſticos qui talia ſciunt: vt in auth. de nō alie. aut p. mu. §. q aūt dictū eſt. col. ij. Accur.

Quod ſi nō fecerit: pōt directo vindicari.

ſi vis fluminis de tuo prædio aliquā partem detraxerit, & vicini prædio attulerit: [a] palàm eſt, eam tuam permanere. Planè, ſi longiore [b] tempore fundo vicini tui hæſerit, arboreſq;, quas ſecum traxit, in eum fundum radices egerint: ex eo tempore videntur vicini fundo adquiſitæ [c] eſſe.

dio fluminis, eorum qui ab vtraque fluminis parte proximiora prædis poßident, pro modo, ſcilicet, frontis, cuiuſque prædii: qui prope ripam eſt: at ſi in medio enata non ſit, proximiori ripæ modo præſcripto accedit: ſed ſi alicuius ager ad formam inſulæ à flumine redactus ſit, eius remanet, cuius fuit.

¶ *Inſula in mari enata, (vt Delus) occupantis fit. in me-*

¶ Inſula, quæ in mari nata eſt (quod rarò accidit) [d] oc-

c ¶ *Acquiſita*, vtilis tamen rei vendicatio priori domino datur, ſecundū M. vt. ff. de rei ven. l. idem Pomponius ſcribit, ſi frumentum §. de arbore. Sed nos contra: ſed in factum ad æſtimationē damni: vt. ff. de rei vend. l. in rem. j. §. item. Sed rei vendicatio non datur. vt ff. de dam. infe. l. hoc amplius. §. Alphenus.

A D D. *Dic ſecundum Ioan. Fab. quod imo vtilis in factum datur: vt. d. l. hoc amplius. §. ita demū. ff. de dam. infect. l. nec obſtat. §. de arbore. quia ibi loquitur, quando fuit facta vnitio actu ſine facto hominis hic loquitur, quādo fuit facta facto fluminis. & ideo cū quæritur de flumine, hoc videtur ſatis rationabile, & fuit opinio antiquorum: ſed opinio quæ hic nota. fuit Azo. quæ ſatis eſt æqua, ſecundum Ang. hic.*

¶ *Inſula.* C A S V S. Domine, ponamus, quod aliqua inſula naſcatur in mari: dicatis mihi, cuius iuris eſſe intelligatur? Rñ. ſi aliqua inſula in mari nata ſit (quod rñ raro accidit) occupanti conceditur. Nam ante occupationem nullius eſſe intelligitur. Sed licet dixerim tibi de inſula quæ in mari naſcitur, quod occupātis ſit: ſecus tamen eſt de inſula in flumine nata. nam in flumine inſula nata (qđ frequenter accidere ſolet) ſiquidem mediā

e ¶ *Ducere.* his deficientibus cuilibet res ſua libera eſt, & poterit alium prohibere volentem ingredi in ſuum agrum, vt j. de re. di. §. feræ. & §. plane.

DE VSVFRVCTV.

¶ *Viſum eſt ſuprà de ſeruitutibus realibus, ſequitur videre de perſonalibus: ideo ſequitur de vſufructu, qui eſt ſeruitus perſonalis: vt l. i. ff. de ſeruitutibus. quia plures ſunt ſpecies ſeruitutis: vt. gloſ. ſupra. tit. i. in princip.*

V *Suſfructus.* Totus iſte titulus diuiditur in quatuor partes. Primò ponit definitionem vſuſfructus. Secundò qualiter conſtituatur. Tertiò ſuper quibus rebus. Quartò quomodo finiatur. Secunda ibi, Vſuſfructus. Tertia ibi, Conſtituitur. Quarta ibi, Finitur.

C A S V S. [illegible]une, iã video, quod vultis tractare de vſufru. dicatis quid eſt vſuſfruct⁹? Ad hoc reſpon. Imperator: Amice, vſuſfructus eſt ius vtendi fruendi rebus alienis ſalua rerũ ſubſtantia. Et quod hæc definitio bona ſit, patet tali ratione: vſuſfructus eſt ius, id eſt, ſeruitus cõſtituta in corpore: quo corpore ſublato, & ipſum vſumfructum tolli neceſſe eſt. Et hæc dicuntur vſque ad illũ. §. vſuſfructus.

ſtillicidiúmve aduerſus eum habere: vel vt patiatur eum per fundũ ire agere, aquamve ex eo ducere[e].

TITVL. IIII.

DE VSVFRUCTU.

¶ *Vſuſfructus ſeruitus eſt perſonalis, id eſt, à re perſonæ debita: conſtituitúrque tam inter viuos, quàm in vltima voluntate. Item vſuſfructus à proprietate ſeparatus eſt.*

VSuſfructus[f] eſt ius[g] alienis rebus[h] vtendi[i] fruendi[k] ſal-

f ¶ *Vſuſfruct⁹.* ſic. ff. e. l. j. & ij.

g ¶ *Eſt ius.* i. ſeruitus. & ꝑ hoc patet, ꝙ non loquitur de ipſis fructib⁹ fundi, qui ſunt corporales: imò de iure vtendi: vt j. de rebus corpor. & incor. §. j. Sicq; per hoc verbum, quia expono ius. i. ſeruit⁹, remouetur vaſſallus ſuperficiarius, & qui alias vtile dominiũ habet. Itẽ hoc ius eſt etiã perſonale: quia cũ perſona extinguitur. vt j. co. §. finitur. Itẽ eſt forma quædã à ꝓprietate ſeparata: cũ apud vnũ poſſit eſſe proprietas, apud aliũ vſuſfructus: vt ff. de acquir. poſ. l. permiſceri. Ius autẽ quod dominus fundi habet in fructibus percipiendis eſt cũ cauſa. i. cũ proprietate. vt ff. de excep. rei iud. l. ſi cum teſtamento. §. penult.

Vſuſfructus formalis.

Vſuſfructus cauſalis.

h ¶ *Alienis rebus.* nã ſua res nemini ſeruitutẽ debet: vt ff. de ſeru. vrb. præ. l. in re communi. & ff. ſi vſuſfru. pe. l. vti frui. in prin. Item quid ſubiicit rebus, dic. ſ. quibuſlibet, niſi vſu conſumantur: vt j. co. §. conſtituitur. & ff ſi cer. pe. l. j. in fi.

i ¶ *Vtendi.* ad differentiam creditoris, qui vti non debet pignore: vt j. de oblig. quæ ex del. c. na. §. furtum. Accur.

k ¶ *Fruendi.* ad differentiã nudi vſus: in quo tan-

quo tantum vti, & non frui permittitur: vt j.tit. j.in princ.

a ¶*Salua rerū ſubſtantia.* i. præſtita cautione vel ſatiſdatione de ſaluāda ſubſtantia rei, ſecundum quoſdam qui dicunt cautionē eſſe de ſubſtantia vſuſfructus. ar. pro eis. C. e. l. j. & ff. de vſufr. le. ſi. vxori. Nos cōtra dicimus enī, quod hæc cautio nō eſt de ſubſtātia vſuſfructus. nā ſine ea vſuſfructus eſt. plus dico: quia in caſibus nullo modo præſtatur. ff. vt le. vel fideicō. no. ca. l. j. §. ſi ad fiſcū. & C. de bo. quæ li. l. fi. & ff. v. u. fr. quēad. ca. l. fi. vſuſfructus. §. illud. & §. plane. Dic ergo ſalua rerū ſubſtātia. i. ne pereat rerū ſubſtātia. q. d. tandiu durat vſuſfructus, quādiu durat ſubſtantia. & hoc ſtatim probatur ibi, eſt autē, &c. & ſic verba illa ſunt de definitione, ſed non cautio.

ua rerū ſubſtātia[a]. Eſt aut[b] ius[c] in corpore: quo ſublato[d], & ipſum[e] tolli neceſſe eſt. Vſuſfructus[f] à proprietate ſeparationē recipit. idque pluribus modis accidit: vt ecce, ſi quis vſumfructum alicui legauerit. nā hæres nudam[g] habet proprietatem, legatarius vero vſumfructū. Et contra ſi fundum legauerit, deducto vſufructu: legatarius nudam proprietatem, hæres vero vſumfructū. Itē alij vſumfructum alij deducto[h] eo fundum legare poteſt[i]. Sine teſtamento vero ſi quis velit vſumfructum alij conſtituere[k], pactionibus[l] & ſtipulationibus id efficere debet. Ne tamen in vniuerſum inutiles eſſent proprietates, ſemper abſcedēte[m]

b ¶*Eſt autem.* ſcilicet vſuſfructus.

c ¶*Ius.* id eſt, ſeruitus vel forma corpori inhærens.

d ¶*Quo ſublato.* i. corpore perempto: vt domo deſtructa: vel fundo chaſmate perempto: vel iumento mortuo, in quo vſuſfructus habetur: vt ff. ꝓ ſocio. l. verū. §. pe.

e ¶*Ipſum.* ſcilicet ius vtendi fruendi.

¶*Vſumfructū.* CASVS. Domine, iā video quid eſt vſuſfr. dicatis mihi ſi placet qualiter cōſtituitur vſuſfr. Ad hoc reſp. Amice, vſuſfr. recipit ſeparationē a proprietate, & hoc poteſt varijs modis cōtingere. vt ecce ſi Titius legauit tibi vſumfr. fundi ſui. nam in hoc caſu hæres inſtitut⁹ nudā habet ꝓprietatē: & tu habebis vſūſ. à ꝓprietate ſeparatū. & ſimiliter in caſu couerſo, ſi Titius legauit tibi fundū deducto vſufr. nā in hoc caſu tu legatarius habebis nudā ꝓprietatē: & vſuſfr. penes hæredē Titij teſtatoris remanebit. Itē poterit teſtator in ſuo teſtamēto vni vſumfr. legare: alij vſufr. deducto fundū legare poteſt. Et hæc dicūtur vſq; ad illū verſ. Sine teſtamēto. Sed pone: Dñe, iā vidi qualiter conſtituitur vſuſfr. in vltima volūtate, nū quid alio modo cōſtitui poteſt? Reſpō. q ſic. Inter viuos enī vſuſfr. cōſtitui poteſt. vnde ſi quis velit vſuſfr. alij ſine teſtamēto cōſtituere: hoc pactionib' & ſtipul. inter viuos efficere poteſt. Hæc dicūtur vſque ad illū verſ. Ne tamē. Sed pone: Dñe, iam vidi quod vſuſfr. formaliter ſeparatur à ꝓprietate: & ꝓprietas nuda remanet: quæ ergo vtilitas erit in proprietate? Ad hoc rñ. Amice, magna vtilitas eſt in proprietate. Ne enim in vniuerſum inutiles eſſent ꝓprietates, ſemper vſuſfr. exiſtēte ſeparato, ſtatutum eſt certis modis vſufruct. finiri. Et hæc dicūtur vſque ad illum §. conſtituitur. Fran. de Are.

f ¶*Vſuſfruct⁹.* ſed oppono: ante ſeparationē non eſt vſuſfru. ſed nec poſt ſeparationē recipit ſeparationem. Reſp. vſuſfructus, id eſt, quia poſtea dicitur vſuſfructus.

g ¶*Nudā.* ſic C. de moli. quæ ſet. propri. l. j. §. filij. ſic & C. eo. de ma. l. j. in princ.

ADD. *Obſerues hic inueniri (inquit I g. Baro) nudū dici apud Iuriſc. pro eo quod ſimplex paſſimque eſt: & nuſq; eo, quod ſimul eſſe ſolet: nuda proprietas ſine vſufructu, vt hic: nudus vſus, ſine fructu & proprietate, j. de vſu: nudum pactū, ſine alia cauſa obligādi. nudus cōſenſus, & nuda voluntas, ſine traditione. l. iuriſ. ff. de pact. nudū factū, ſine iure & cauſa bonorum. l. in conuent. ff. de verb. oblig.*

h ¶*Deducto.* No. deducto ſi enim vni ſimpliciter fundū. alij vſumfructū legauerit, ambo cōcurrūt in vſufructu: vt ff. de vſuf. accre. l. idē. Neratius. §. non ſolū. & de vſu fru. earum rerū, quæ vſu conſu. l. ſi tibi.

ADD. *Quod eſt verum ſecundū Ange. quando vtrunque legatū erat ſpeciale: ſecus ſi legatum vſuſfr. eſſet vniuerſale: puta omniū bonorum: quod non obliget ad collectas & ad debita hæreditatis, vide per Angel. j. in §. ſequen.*

i ¶*Legare poteſt.* itē & alijs modis: vt ff. eodem titu. l. proculus. datur autem cum inducitur in poſſeſſionem fructuarius, & proprietarius patitur eum vti frui: vt ff. eodem. l. iij. in princ.

k ¶*Conſtituere.* inter viuos.

l ¶*Pactionibus.* expone: vt ſ. titu. j. diximus. § fin.

m ¶*Abſcedente.* Id eſt, ſeparato exiſtēte. Et erit pro quæſtione illa, quod liber ho

mn non poterit locare nperas ſuas in perpetuũ·ne libertas ſit inutilis:qund ir. cnnceſſit:ar.de ennd.& demon.l.Titio §. Titin ij. & de liber.ho.ex l.j. Sed inann. enntraieum poſſit per ſubſtitutum ſeruire:vt C.de epi. & cler. l. quiſquis cenſibus. § fi.in glo.ſub rogatn. & l. ad ſimilitudinem. eum hoc nnn agatur, vt per ſe tantum npe retnr: vt C.de eaduc.tollen.l. vnica.§. ne autem. & ff. de dunb. re.l. nemoeſt.vel etiã poſſit intereſſe præſtare: vt ff. de re iudi. l. ſi quis ab alio.§. fin.

ta peeunia hæredi reſtituenda, cum ipſe legatarius morietur, aut capite minuetur: & ita ſecuritas cautinnis apprehendendæ, lneo proprietatis remanebit.& ſimiliter ſi vſuffr. aliarũ rerũ, quæ ipſo vſu conſumuntur, legatus fuerit, veluti vini, olei, & frumenti: huiuſmodi res ſtatim tradũtur legatario, vt eius fiant, ſed tñ antequã tradãtur legatario, æſtimantur: & legatarius ſatiſdat hæredi ſe, cum morietur, aut capite minuetur, tantum reſtituturum, quantum huiuſmodi res tempore traditionis æſtimatæ fuerant. & hæc dicuntur vſq; ad illũ.§.fi. Fran. de Aret.

vſufructu, placuit certis modis[a] extingui vſumfructũ, & ad proprietatem reuerti.

¶ *Vſumfructum in quibuſuis rebus conſtitui poſſe ſolis exceptis, quæ vſu pereunt: quia ſalua non manet rei ſubſtantia: quaſi tamen vſusfructus in eis cõſtituitur, quo caſu vſufructuarius cautionem domino præſtat (quæ loco proprietatis ſuccedit) de tanta pecunia, aut rerum conſumptarũ iuſta æſtimatione vſufructu finito reſtituenda.*

¶ Conſtituitur autem vſusfructus non tãtùm in fundo[b] & ædibus, verumetiam in ſeruis, & iumentis, & cæteris rebus, exceptis iis, quæ ipſo vſu conſumuntur. Nam hæ res, neque naturali[c] ratione, neque ciuili[d] recipiunt vſumfructum: quo in numero ſunt vinum, oleum, frumẽtum, veſtimenta[e], quibus proxima eſt pecunia numerata. Nanq; ipſo vſu aſſidua permutatione[f] quodam modo extinguitur. Sed vtilitatis cauſa Senatus[g]

a ¶ *Certis modis.* vt j.eod.§. finitur.

¶ *Conſtituitur.* CASVS. Domine, iam video quid eſt vſuſfructus, & quibus modis conſtituitur vſuſfructus. dicatis modo mihi, in quib° rebus vſuſfructus conſtitui poteſt? Ad hoc reſpondet: Amice, conſtitui poteſt vſuſfructus non tantummodo in fundo & ædificiis: ſed etiam in ſeruis, & iumentis, & pecoribus, & omnibus aliis rebus, tam mobilib°, quàm immobilibus, exceptis videlicet iis, quæ ipſo vſu conſumuntur. Nam in huiuſmodi rebus, neque ciuili, neque naturali ratione vſuſfructus conſtitui poteſt: veluti in vino, & oleo, frumento, veſtimentis: quibus ſimilis eſt pecunia numerata. nam ſicut prædictæ res vſu conſumuntur, ita pecunia numerata in ipſo vſu aſſidua per mutatione quodammodo ſubſtantialiter extinguitur. Sed licet proprie in prædictis rebus vſuſfructus conſtitui non poſſit: tamen ſenatus vtilitatis cauſa ſtatuit huiuſmodi rerum, quæ vſu conſumuntur, quaſi vſumfructum poſſe conſtitui: ita tamen, vt nomine earum rerum hæredi idonee cautum ſit. vnde ſi pecuniæ vſuſfructus alicui legat° ſit, ipſa pecunia ita legatario datur, vt etiam in dominiũ ipſius legatarij transferatur: ſed legatarius ſatiſdationē exponit hæredi de tan-

b ¶ *In fundo.* etiã ſterili: vt ff.e.l.ſtatu.§.j.

c ¶ *Naturali.* quia nõ poteſt eſſe ſalua ſubſtantia, quod eſſe debet: vt ȝ. eo.in princ.

ADDITIO. *In hanc ſententiam Cicero in Top. Non debet, ait, ea mulier, cui vir bonorum ſuorum vſumfructum legauit, cellis vinariis & oleariis plenis relictis putare id ad ſe pertinere. Vſus enim nõ abuſus relictus eſt.*

d ¶ *Ciuili.* quia tranſit in dominium legatarij: vnde ſibi ſeruire non poteſt: vt ff. ſi vſuſfructus peta. l. vti frui. in principio.

e ¶ *Veſtimenta.* ff.eodem. l.ſed & ſi quid §.& ſi veſtimentorum. econtra. Solu.ibi loquitur de quibuſdam veſtimentis, quæ perpetuo durabant, hic de temporalibus.

ADD. *Tu dic ſecundum Iac. quod ibi ſit differentia: quia vſufructuarius quantitatis habet etiam dominium, vt hic: non autem vſufructuarius veſtimenti: vt ibi. ſecundum Angel.*

f ¶ *Permutatione.* nam quæ hodie eſt mea, cras erit tua. ſic extinguitur quo ad dominium meum, quod deſinit. ſic ſupra de rerum diui. §. ſi tamen. Item ſi cum alia miſceatur, extinguitur: vt ff.de ſol.l.ſi alieni.

g ¶ *Senatus.* cuius nomen nõ habemus.

a ¶ *Satiſdet.*

cenſuit, poſſe etiã earum rerum vſumfructum conſtitui: vt tamen eo nomine hæredi vtiliter caueatur. Itaque ſi pecuniæ vſuſfructus legatus ſit: ita datur legatario, vt eius fiat, & legatarius ſatiſdet[a] hæredi de tanta pecunia reſtituenda ſi morietur, aut capite minuetur[b]. Cæteræ quoque res ita traduntur legatario, vt eius fiant: ſed æſtimatis his, ſatiſdatur[c]: vt ſi moriatur, aut capite minuatur, tãta pecunia reſtituatur, quanti hæ fuerint æſtimatæ[d]. Ergo Senatus non fecit quidem earum rerum vſumfructum, (nec enim poterat[e]) ſed per cautionem[f] quaſi vſumfructũ conſtituit.

¶ *Vſuſfructus finitur modis hic deſcriptis. Aretinus.*

¶ Finitur autem vſuſfructus morte[g] vſufructuarij, & duabus capitis[h] diminutionib⁹, maxima & media[i], & non vtẽdo per modum & tempus[k]: quæ omnia noſtra

Satiſdatio de legato ſoluẽdo poteſt remitti a teſtatore: ſed non de vtendo fruendo arbitrio boni viri. Fauori pro prio renunciare licet.

a ¶ *Satiſdet.* ſed nõne hæc ſatiſdatio, vel illa qua ſatiſdat legatarius vel vſufructuarius ſe vſurum arbitrio boni viri, poteſt remitti à teſtatore? Reſpon. non: vt ff. vt in poſſ. lega. l. ſi pecuniæ. & C. de vſufru. l. j. & vt le. no. ca. l. pen. illa autem ſatiſdatio, quam præſtat hæres de legato ſoluẽdo, bene poteſt remitti: vt ff. vt le. no. ca. l. licet. & l. fin. Et eſt ratio: quia hæc ſatiſdatio contemplatione hæredis interponitur: illa autem de legato præſtãdo gratia teſtatoris, vt ſua voluntas adimpleatur: vt C. [illegible] vt in poſſ. le. l. ij. Non eſt ergo mirum, ſi illud quod ſua gratia introductum eſt, teſtator poteſt remittere: aliud autem non: vt C. de pact. l. ſi quis in conſcr. & ff. de pact. l. pactum. & de ope li. l. ecrdonem. & ad le. Fal. l. quod de bonis. §. fi.

b ¶ *Morietur, aut capite minuetur.* His coĩ duobus modis tantum admittitur vſuſfructus: vt ff. de vſufru. ca. re. quæ vſu conſul. l. in ſtipulatione. & l. quoniam.

c ¶ *Satiſdatur.* à legatario.

d ¶ *Aeſtimatæ.* ſcilicet eo tempore, quando dantur legatario. ſic ff. de vſufr. ea. re. quæ vſu conſu. l. ſi tibi vini.

e ¶ *Poterat.* ſ. cũ ſubſtantia in his nõ ſaluetur, & dominiũ mutetur: vt ſ. dictũ eſt.

f ¶ *Cautionẽ. improprie.* nam ſatiſdare debet: vt C. de verb. ſign. l. ſancimus. & ff. de vſufr. ea. re. quæ vſu cõſ. l. tribus. in fi. quę cautio loco proprietatis erit apud hæredẽ.

¶ *Finitur.* CASVS. Domine, iam video, quid eſt vſuſfruct. & qualiter conſtituitur. & in quibus conſtitui poteſt. dicatis modo mihi, quibus modis finitur vſuſfruct. Ad hoc reſp. Amice, vſuſfruct. naturali morte vſufructuarij finitur: & ſimiliter morte ciuili: videlicet maxima & media capit. diminu. vſufructuarij, finitur etiam vſufr. ſi vſuſfructuarius non vtatur vſufr. per tempus à lege ſtatutum, & hæc omnia ſtatuit noſtra cõſtitutio. Et nõ ſolummodo prædictis modis finitur vſuſfr. ſed etiam ceſſione. Nam ſi vſufructuarius domino proprietatis ceſſerit: finitur vſuſfru. ſecus ſi extraneo ceſſerit. nam extraneo cedẽdo nihil agit, & ſimiliter in caſu cõuerſo, ſi vſufructuarius proprietatẽ rei, in qua habet vſumfr. acquiſierit, finitur vſuſfru. & huiuſmodi acquiſitio proprietatis appellatur conſolidatio. Et nõ ſolum prædictis modis finitur vſuſfru. ſed etiã interitu ipſius rei, ĩ qua quis habet vſumfru. nam ſi ædes incendio in totum conſumptæ fuerĩt, vel terræ motu, vel vitio proprio corruerĩt, cõſtat vſumfr. extingui, nec areæ vſumfru. deberi. & hæc dicuntur vſque ad illum verſi. eum autem. in quo pone caſum ſic. Franciſcus de Aretin.

g ¶ *Morte.* ſcilicet naturali. Sed contra ff. de nouat. l. ſi vſuſfructus. Solut. non contradicit. ibi enim ante, quam eſſem vſuſfructuarius, delegaui: vnde ex eius perſona, cui delegaui, finitur: quia in ei⁹ perſona incepit, ſi autem poſtea delegaſſem, ex mea perſona finiretur: vt ff. de pericu. & commo. rei. ven. l. neceſſario. § fin.

h ¶ *Capitis.* ĩ. de capi. dim. §. j. ij. & iij.

i ¶ *Maxima & media.* quæ mortes ciuiles ſont: vt ff. pro ſoc. l. verum. §. ſocietates. verſic. intereunt. non autem minima capitis diminutione: vt ĩ. de acquir. per arrogan. in princ.

k ¶ *Per modum & tempus.* ſcilicet, vt bonus paterfamilias. Vel meliꝰ per modũ & tẽpus, id eſt, per moderatũ tẽpus, ſcilicet decẽ annorũ inter præſentes, & viginti inter abſentes: vt C. de vſufru. l. corruptionem. Sed relictus ciuitati durat centum annis: vt ff. eo. l. an vſufruct. Actio vero competens pro vſufructu. non tollitur ipſo iure: cum tempus non ſit modus tollendæ obligationis: ſed per exceptionem

ſtatuit cõſtitutio [a]. Item finitur vſuſfructus, ſi domino proprietatis ab vſufructuario cedatur. Nam cedẽdo [b] extraneo, nihil agitur vel ex cõtrario, ſi vſufructuarius proprietatem rei acquiſierit [c]: quæ res [d] Conſolidatio appellatur. Eo amplius cõſtat, ſi ædes incendio conſumptæ fuerint [e], vel etiam terræ motu, vel vitio ſuo corruerint: extingui vſumfructum, & ne areæ [f] quidẽ vſumfructum deberi. Cum autẽ finitus fuerit totus [g] vſuſfructus: reuertitur, ſcilicet, ad proprietatem: & ex eo tempore nudæ proprietatis dominus incipit plenam in re habere poſtatem.

dicto tempore tollitur, licet in aliis modis fruendi ipſo iure etiam actio tollatur: vt ff. de act. & obligat. l. obligationum fere. §. placet.

a ¶ *Conſtitutio.* C. de vſufr. l. corruptionẽ.

b ¶ *Cedendo.* ſ. tit. j. in fine primi caſus: cõtra Solut. hic dicit de iure vrẽdi, q cedi non poteſt: imo iure ad proprietatem redit, vt hic, & ff. de iur. do. l. ſi vſuſfruct⁹. ibi. de ipſa fructuũ perceptione. ar. ff. de peri. & com. rei ven. l. neceſſario § fi.

A D D. *In iure ceßio (vt ait Vlpi. tit. 18. in tit.) fit per tres perſonas. In iure cedentẽ, vindicantem, addicẽtem. In iure cedit dominus, Vindicat, is cui editur. Addicit Prætor.*

c ¶ *Acquiſierit.* ſcilicet finitur vſuſfruct⁹.

d ¶ *Quæ res.* id eſt, talis acquiſitio.

e ¶ *Conſumpta fuerint.* ſcilicet in totum: vt ff. eod. l. ſi cui inſulæ.

f ¶ *Ne area.* ſic ff. quib. mo. vſuſfr. ami. l. repeti. §. pe. ar. cõtra. ff de pi. act. l. domo.

A D D. *Dic. quòd ibi loquitur in pignore: & ideo facilius extinguitur vſuſfructus quam pignus, ne proprietas reddatur inutilis: iuxta princip. huius text. ſecundum Iaſo.*

g ¶ *Totus.* Not. totus ſi enim pro parte, non redit ad proprietatem: vt ff. qui. mo. vſuſfruct. amit. l. excepta. Item ſi ſint duo confructuarij: vno perdente, alteri accreſcit. vt ff. de vſufr. accreſ l. j. §. penult.

DE VSV ET HAbitatione.

¶ *Suprà tractatum eſt de vna ſeruitute perſonali videlicet, de vſufructu: hic ſequitur de alia.*

I *Iſdem illis.* Totus iſte tit. in tres partes diuiditur. Primo ponit de vſu. Secundo de ſeruitute habitationis. Tertio facit quoddam præambulũ, tranſiens ad alias materias. Secunda ibi, Sed ſi cui. Tertia ibi, Hæc de ſeruitutibus. Litera ſatis plana eſt vſque ad illũ. § Sed ſi cui. ideo pone caſum per teipſum.

TITVLVS V.

DE VSV ET habitatione.

¶ *Hæc quoque ſeruitus perſonalis eſt, id eſt, à re perſonæ debita: itidẽ dicito in habitationis ſeruitute. Quid autẽ differat vſus ab vſufructu hic aperit.*

Iſdem illis modis, quibus vſuſfructus conſtituitur [h], etiam nudus vſus conſtitui ſolet [i]: iiſdemque illis modis [k] finitur, quibus & vſuſfructus deſinit. Minus [l] autem iuris eſt ĩ vſu, quam in vſufructu. nam is, qui fũdi nudum habet vſum, nihil vlterius habere intelligitur, quàm vt oleribus, pomis, floribus, fœno [m], ſtramentis [n],

h ¶ *Conſtituitur.* ſcilicet in teſtamento, & inter viuos: vt ſ. tit. j. §. j.

i ¶ *Solet.* niſi quod vſus pro parte conſtitui non poteſt: vt ff. e. l. vſuſpars. ſed aliud in vſufru. vt ff. de vſufr. l. vſuſfructus ab initio. Et ratio eſt: quia diuiduus eſt, quod non eſt in aliis ſeruitutibus: vt ff. ad l. Fal. l. j. § ſi vſuſfruct⁹. No obſ. ſi duobus vſus conſtituitur, quod concurſu partes fiunt: quia occaſione, id eſt, neceſſitate magis quam ratione contingit: vt ff. de riuis. l. Labeo.

k ¶ *Modis.* quos ſupra titu. j. §. finitur. habuimus.

l ¶ *Minus iuris.* ſed in caſibus æquales ſunt fructuarius & vſuarius, vt in vſu pecuniæ: vt ff. de vſufru. ea. re. l. hoc ſenatus. §. fin. item in fundo de quo tantum fœnum tollitur, quantum ſolet ſibi ſufficit: vt ff. eodem. l. fundi. Item ſi in ſylua ceduta, ex qua vterque ligna vendere poterit: vt ff. eo. l. diuus.

m ¶ *Fœno.* id eſt, de herba.

n ¶ *Stramentis.* id eſt, de melega. geous eſt blads.

A D D.

ADD. *Imſtramentum, vt Varro lib. de re ruſt. 1. ſcribit, à ſtando vt ſtramen dictum eſt: aut ab ſtratu, quod id ſubſternatur pecori.*

a ¶*Quotidianum.* quid ſi hodie vſus, qui mihi ſufficit, conſtituatur, & cras ab alio in alio ſundo conſtituatur? Reſpon. locus erit electioni vel gratificationi in toto vel in parte. arg. ỹ. de le. §. ſi generaliter. & ff. de ...e. l. fin.

b ¶*Vtatur.* nũ quid in vino vel in frumento & oleo? Reſpon. quidam nullo modo. Alij cõtra: quorum ſententia eſt verior: vt ff. eodem. l. plenum. §. præter. Item quis colet agrum? Reſpon. proprietarius, ſi vult, alias vſuarius: vt ff. eodem. l. ſi domus vſus. & ff. de vſufru. l. hactenus.

c ¶*Impedimento.* alias. id eſt, ſi alia de cauſa veniat, dominum & eius familiam poterit prohibere: vt ff. e. l. ſi habitatio. §. ſi.

d ¶*Alij.* quaſi dicat, niſi proprietario.

e ¶*Cum.* id eſt, quamuis.

f ¶*Hæc omnia.* ỹ. titu. j. §. finitur. l. contra. Solutio. vt ibi. Itẽ ff. loca. l. locare. cõtra Solu. ibi in prædialibus ſeruitutibus loquitur: hic ĩ perſonalibus.

g ¶*Vt ipſe tantum.* ff. eo. l. ij. §. j. cõtra. Sol. ibi, ponitur ſolũ pro ſolummodo: vt ff. de vulga. ſubſti. l. qui liberis in princ.

h ¶*Cum marito.* præſenti & futuro: vt ff. eodem l. cæterum. §. mulieri. & generaliter omnes recipiet quos & maſculus, dummodo honeſte: vt ff. eodem. l. non ſolum. l. non aliter.

& lignis, ad vſum quotidianum[a] vtatur[b]. In eóque fundo hactenus ei morari licet, vt neque domino fundi moleſtus ſit, neque iis, per quos opera ruſtica fiũt, impedimẽto[c]. Nec vlli alij[d] ius, quod habet, aut locare, aut vendere, aut gratis concedere poteſt: cum[e] is, qui vſumfructum habet, poſſit hæc omnia[f] facere.

¶*Habens vſum domus poteſt in ea habitare cum marito, vel vxore & familia & hoſpitem recipere: ſed tale ius non poteſt alteri cedere. Aretinus.*

¶Item is, qui ædium vſum habet, hactenus ius habere intelligitur, vt ipſe tantũ[g] inhabitet: nec hoc ius ad alium transferre poteſt. Et vix receptum eſſe videtur, vt hoſpitem ei recipere liceat: & cum vxore, liberíſque ſuis, item libertis, nec non perſonis aliis liberis, quibus nõ minus, quàm ſeruis vtitur, habitandi ius habeat. Et conuenienter ſi ad mulierem vſus ædium pertineat, cum marito[h] ei habitare liceat.

¶*Qui habet vſum ſerui, ipſe tãtum vti poteſt: & idem in iumento. Sed ſi pecoris vſum habet, ſolũ vtetur ad impinguandum agrũ. Aretinus.*

¶Item is, ad quem ſerui vſus pertinet, ipſe tantum opera, atque miniſterio eius vti poteſt[i]: ad alium vero nullo modo ius ſuum transferre ei cõceſſum eſt. Idem ſcilicet iuris eſt & in iumento[k]. Sed & ſi pecorum vel ouium vſus legatus ſit, neque lacte[l], neque agnis, neque lana vtetur vſuarius: quia ea in fructu[m] ſunt. Planè ad ſtercorãdum agrum ſuum pecoribus vti poteſt.

i ¶*Vti poteſt.* non autem locare poteſt. ſi tamen aliquid conducat faciẽdum in eo: poterit vti opera vſuarij ſerui. Item ipſi eidẽ ſeruo ſua opera poterit locari. acquiri autem ex re, non ex opera vſuarios vt ff. eodem. l. plenum. §. fin. & l. ſequen.

k ¶*Et in iumento.* facit. ff. eodem. l. plenum. §. ſed ſi pecoris. verſicul. ſed ſi bouem. & §. equitij.

l ¶*Neque lacte.* niſi modico: vt ff. eod. l. plenum. §. ſed ſi pecoris. Aliis nullo modo, ſecundum Placen. Ioann. contra dicit enim omnibus his ad ſuum vſum & ſuorum poſſe vti: vt in fundo. ỹ diximus.

m ¶*In fructu.* ſic ỹ. de rer. diui. §. in pecudum.

¶*Sed ſi cui. CASVS.* Dicit iuuenis: Domine Imperator vidi ſupra quid ſit vſuſfructus, & quid ſit vſus: Nunc vellem ſcire, quid ſit habitatio: an conueniat cum vſufructu, & cum vſu? Et reſpondet Imperator quod habitatio non eſt vſuſfructus, ne-

que vſus: ſed quoddam ius medium, & proprium. Item qui habet habitationem: non ſolum ipſe poteſt habitare in domo, cuius habitationem habet: ſed etiam alij &c. Textus ſequēs eſt planus vſq; ad ſequen. ti. Fran.

¶Anguſtior eſt ſeruitus vſus, quàm habitationis: nam cui habitatio data eſt, non tantùm inhabitandi ius habet, ſed etiam alteri locandi, & accommodandi: cui verò vſus conceſſus fuit, ipſum ſolùm vti oportet.

¶Sed ſi cui habitatio[a] legata, ſiue aliquo modo[b] conſtituta ſit: neq; vſus[c] videtur, neq; vſus fructus[d], ſed quaſi proprium aliquod ius: quanquam habitationem habentibus, propter rerum vtilitatem, ſecundum Marcelli ſententiam noſtra deciſione[e] promulgata, permiſimus, non ſolū in ea degere, ſed etiā aliis locare.

¶Permiſſa epilogatione, facit quoddam præambulum, tranſiens ad alias materias.

¶Hæc de ſeruitutibus[f] & vſufructu, & vſu, & habitatione dixiſſe ſufficiat. De hæreditatibus autem & obligationibus, ſuis locis proponemus[g]. Expoſuimus[h] ſummatim, quibꝰ modis de iure gētium res adquiruntur: modo videamus, quibus modis legitimo &[i] ciuili iure adquiruntur.

a ¶*Habitatio.* ſiue dicatur habitatio, ſiue vſusfructus habitationis, idē eſt: vt C. eod. l. cū antiquitas.

b ¶*Aliquo modo.* inter viuos pactionibus & ſtipulationibꝰ. ſic ſupra de ſeru. §. ſiqua: & de vſufruct. §. primo.

c ¶*Neq; vſus.* quia locat vt C. eo. l. cum antiquitas. ſed vſuatius non: vt ſ. eo. in prin.

d ¶*Neque vſusfructus.* quia hæc non finitur, niſi morte. vt. ff. eo. l. ſi habitatio circa prin. ſed vſusfructꝰ multis modis: vt. ſ. de vſufr. §. finitur.

e ¶*Deciſione.* vt. C. eo. l. cū antiquitas.

f ¶*Hæc de ſeruitutibus.* excuſat ſe, quare de hæreditatibus & obligationibꝰ non dicit: cū videatur hęc dicere debere: vt. ſ. de rebus corpor. §. j.

g ¶*Proponemus.* ſ. j. de hæ. re. inſti. vſq; ad tit. j. de obliga. & exinde vſque ad tit. de actio.

h ¶*Expoſuimus.* hæc continuatio refertur. ſ. de re. di. §. ſingulorum.

i ¶*Et.* pro id eſt.

TITVLVS VI.

DE VSVCAPIONIBUS, & longi temporis præſcriptionibus.

¶Qui bona fide rem à nō domino emerit, alióve iuſto titulo habuerit, eam ſi mobilis ſit, annis vtique tribus: ſi immobilis, decennio inter præſentes, & inter abſentes vicennio vſucapit.

IVre ci-

DE VSVCAPIONIBUS &c.

¶Hic titulus ſic continuatur. Quia ſuprà dictum eſt, qualiter res iure gentium nobis acquiruntur: nunc ſequitur videre qualiter iure ciuili nobis acquirantur. Accur. Et dic de vſuca. ſ. mobilium: ſed præſcriptio immobilium: vt patet infrà eo. in prin. & C. in quib. cau. ceſſ. lōg. temp. præ. l. 2. ſed. ff. eo. l. vſucapio. large ſumitur per totū tit. & maxime in. l. quare. Accur.

I*Vre ciuili.* Totus iſte titu. diuiditur in nouem partes. Nā ponit primo. quod ad vſucapionem requiritur bona fides, & iuſtus titulus, & ſpatium temporis. Secundo, quod licet prædicta interueniant: non tñ procedit vſucapio propter naturalem vel vitiū rei. Tertio redicens ad primā regulā ponit qualiter ī re aliena mobili poſsit tradēs habere bonā fidē. Quarto, quod in rebus immobilibus non vitio poſſeſsis mala fides authoris non nocet ſucceſſori. Quinto ponit caſum, in quo res furtiua poteſt vſucapi. Sexto, an res fiſci poſsit vſucapi. Septimo, qualis debeat eſſe res vel titulus. Octauo, an poſſeſsio authoris profit ſucceſſori. Nono quanto tempore res aliena alienata à fiſco vel donata ab Imperatore vſucapiatur. Secunda ibi, Sed aliquando. Tertia ibi, Sed tñ. Quarta ibi. Quod autem. Quinta ibi, Aliqñ. Sexta ibi, Res fiſci. Septima ibi, Nouiſsime. Octaua ibi, Diutina. Nona ibi, Edicto. Itē prima ſub diuiditur. Nā primo ponit ius antiquū. Secundo

uili [a] conſtitutum fuerat vt qui bona fide [b] ab eo, qui dominus non erat [c], cum crederet eum dominum eſſe, rem emerit: vel ex donatione, aliáve [d] quauis iuſta cauſa acceperit: is eam rem, ſi mobilis erat, anno vbiq; vno: ſi immobilis, biennio tantùm in Italico ſolo [e] vſucaperet: ne rerum dominia [f] in incerto eſſent. Et cum hoc placitum erat [g], putan-

Secundo illud corrigit. Secūda ibi, Et cū. *CASVS.* Dixit iuuenis legum ſtudioſus domino Imperatori, Cū eſſem in domo patris mei, audiui à quodā viro antiquo, quod quoddā pratum ſitū prope vrbē in qua natus fui, pertinebat olim auo meo: & me intantū inſtigauit, quod conuen[i] poſſeſſorem dicti prati in iudicio, vendicando ipſum pratum quaſi ad me pertineret. Et cum ſatis diū litigaſſemus, tandem aduocatus quidam doctiſſimus in legibus interrogauit aduerſarium meum, quanto tempore poſſediſti iſtud pratum? qui reſpondit: per viginti annos cum titulo & bona fide. Poſtea eius aduocatus oppoſuit in iudicio contra me præſcriptionem: quamobrem abſolutus fuit aduerſarius meus à iudice, & ego in expenſis condemnatus fui. Ab illo tempore citra ſemper optaui fieri iuriſperitus: & inter cæteros titulos iuris ciuilis deſideraui ſcire materiam præſcriptionum & vſucapionum. Deprecor igitur maieſtatem veſtram, quatenus me doceatis, quid ſit vſucapio, & longi temporis præſcriptio? Cui adoleſcenti reſpondet Imperator: O dilecte iuuenis, nihil nobis vnquam delectabilius fuit, quam iuuenum ſyncerus amor ad leges perdiſcendas. Ideo nihil à te, quod petieris, abſcondam: ſed omnia ex ſcrinio pectoris noſtri explanabimus tibi. Debes igitur ſcire, quod maiores noſtri aliter de vſucapionibus, & præſcriptionibus ſentiebant, quā nos. Nam ſi quis aliquam rem bona fide ab eo, quem dominum eſſe credebat, emerit, aut alio iuſto titulo habuerit illam rem, ſi erat mobilis, vſucapiebat vno anno, ſi immobilis biennio. & hoc in Italia tantum: ne rerum dominia in incerto eſſent. Nos vero vſucapionum & præſcriptionum ampliauimus & tempora & loca, & conſtitutionem fecimus, qua ordinauimus, quod vſucapiones compleantur, non minori tempore, quam triennio in rebus mobilibus: præſcriptiones vero rerū immobiliū inter præſentes cōpleantur decē annis, & inter abſentes viginti: non tantū in Italia, ſed in omnibus locis vel prouinciis noſtro imperio ſubiectis iuſta cauſa poſſeſſionis præcedente. Franc.

ADDITIO. *Vſucapio eſt adeptio dominii, per continuationem poſſeſſionis temporis lege definiti, l.3. ff. eod. in quibuſdam libris legitur Adiectis, in aliis Acquiſitis. quorum vtrunq; & ars definiendi refellit, & Vlp. in titulis, qui adeptionem ſcribit. Ergo vſucapta res dicitur, quam a nobis occupatam nemo cepit intra tempus lege definitū. introducta eſt aūt, vt ſocordia dominū occurreretur: & ſecuritati poſſeſſionū conſuleretur. & introducta eſt à legibus duodecim tabularum, quarum verba Franciſcus Hotomanus in commēt. Orat. pro Cæcina ſic reſtituit. VSVS, AVCTORITAS FVNDI. BIENNIS ESTO. CAETERARVM RERVM, ANNVVS ESTO. Cuius diſputationem vide loco iam dicto.*

a ¶*Iure ciuili*.i.l.xij.tabu. vel Romanorū per excellentiam: vt.§ de iure na.§.ſed ius &c.

b ¶*Qui bona fide*.quod præſumitur, ſi à domino credat ſe emere: vt ff.de cōtrah. emp.l.qui à quolibet.vel quia putat vendentē habere ius vendēdi: vt ff. de verb. ſig. l. bonæ fidei emptor. quæ bona fides præſumitur ſemper. vt ff.de ꝓb.l.verius. Exigitur aūt in venditione duobus tēporibus bona fides.ſ. tēpore cōtractus, & tēpore traditionis: in aliis aūt cōtractibus tēpus traditionis ſufficit: nec nocet poſterior ſcientia. ſecus in peti.hær. vt. ff. ꝓ ſolu.l.pe.& ꝓ empt.l.ij.&.C.de vſuca. trāsfor.l.vnica.§.cum autem ibi, hoc tantummodo.& ff.de pet.hære.l.ſed & ſi.§. ꝙ ab initio.

c ¶*Dominus non erat*.ſi enim erat dominus: & accipiēs fit dominus per traditionē: vnde nō vſucapit: vt ff.eo.l.ſequitur. §.lana.de cap.l.in bello.§.ſi quis ſeruum. &.§.de rer.di.§.per traditionem.

d ¶*Aliáve*. cum ſint multæ cauſæ iuſtæ, ſiue tituli: vt ff.de publ.l.j.§. ſed cur. vſq; ad.l.cum qui.

e ¶*In Italico ſolo*.i.in Italia.non ergo etiam in prouinciali: vt.C. de vſuca.trāsfor.l.vnica. circa prin.

f ¶*Ne rerum* dominia.hæc eſt ratio, quare vſucapio ſit inducta, eſt & alia, ſ. vt aliquis ſit litium finis, vt ff. pro ſuo.l. fin. Accur.

A D D. *Dic, quod iſta rationes hic introducta proceſſerunt propter bonum publicum: vt dicit tex. in.l.1.ff.de vſuca.de hoc vide Angel.hic.*

g ¶*Et cum hoc placitum erat*,i. cum iſtud placebat.

tibus[a] antiquioribus, dominis ſuffi cere ad inquirendas[b] res ſuas, præfata tempora[c], nobis melior ſententia reſedit[d], ne domini maturius[e] ſuis rebus defraudentur[f]: neque certo loco[g] beneficiũ hoc concludatur. Et ideo conſtitutionem[h] ſuper hoc promulgauimus, qua[i] cautum eſt, vt res quidem mobiles[k] per triẽnium[l], immobiles verò perlongi temporis poſſeſſionem (id eſt[m] inter præſentes[n] decennio, inter abſentes viginti annis) vſucapiãtur[o]. Et his modis non ſolùm in Italia[p], ſed etiam in omni terra, quę Imperio noſtro gubernatur, dominia rerum[q], iuſta[r] cauſa poſſeſſionis præcedente, adquirãtur.

¶*Homo liber, res ſacra vel religioſa, & ſeruus fugitiuus, non*

a ¶*Putantibus*, ſcilicet iureconſultis.
b ¶*Ad inquirendas*. vel admittendas.
c ¶*Præfata tempora*. ſ. anni vel biennij.
d ¶*Reſedit*. ſcilicet in animo.
e ¶*Maturius*. id eſt, mature.
f ¶*Defraudentur*. quod iura nolunt: vt C. de vſufruc. l. corruptionẽ. & de præſcrip. xxx. an. l. final.
g ¶*Certo loco*. ſcilicet, ſolo Italicu, vt olim: vt. ſ. eodem.
h ¶*Conſtitutionem*. C. de vſucap. trãſfor. l. j.
i ¶*Qua*. ſcilicet cõſtitutione.
k ¶*Res quidẽ mobiles*. & ſe mouentes: vt ff. de verbo. ſig. l. mouentium.
l ¶*Per triennium*. quæ tempora tam præſcriptioni quàm vſucapionis cõtinua ſunt. vt ff. eodem. l. nunquam. ij. §. j. & in vſucapione ſufficit tetigiſſe vltimũ diem. In præſcriptione vero quæritur de momento ad momentum: vt ff. eodem. l. in vſucapionibus. & ff. de act. & obliga. l. in omnibus. Et eſt ratio: quia vſucapio fauorabilis eſt, præſcriptio vero odioſa: vt C. de edict. diui. Adria. tollen. l. fin. & ff. de libe. & poſthu. l. cum quidam.
m ¶*Id eſt*. quandoque longum tempus aliter ponitur: vt ff. de dãno. infe. l. ſi finita. §. non autem. Item aliud in perſonalibus actionibus: vt C. quib. non ob. longi temp. præſcript. l. neque. & de conſtitu. pecu. l. ij.
n ¶*Præſentes*. ſcilicet in eadem prouincia degentes: ſed abſentes in alia: vt C. de præſcrip. lon. temp. l. fina.
o ¶*Vſucapiantur*. proprie pro mobilibus accipitur: improprie pro immobilibus quantum ad hunc titulum. ſic ff. de offic. procon. l. ij.
p ¶*Non ſolũ in Italia*. ex differentia enim locorum, &c. vt C. de temp. in integ. reſti. l. ſuperuacuam.
q ¶*Dominia rerum*. Ex hac litera voluit dicere M. quòd præſcriptione x. vel xx. ann. dominium quæratur. pro eo eſt. ff. e. l. eum qui. in. fi. j. reſpon. B. contradicit ar gu. ff. de iureiu. l. ſi duo. §. j. & C. de præſc. xxx. ann. l. ſi quis emptionis. in prin. & eſt arg. pro B. ff. de pig. l. j. §. cum prædium. & C. de pig. l. vſucapio. & quod hic dicitur, & his modis referas ſecundum B. ad vſucapionem tantum, per quam ſecundum omnes dominium quæritur: vt C. de pac. l. traditionibus. Vel quod dicit, dominiũ ponitur ꝓprie quãtum ad vſucapionem: improprie vero quantùm ad præſcriptionẽ: hoc eſt, pro effectu dominij, id eſt, vt poſſidẽtes habeam⁹ exceptionem: non poſſidẽtes habeamus actionẽ vtilem: vt ff. de acquir. re. do. l. rem in bonis. & C. de præſcrip. xxx. ann. l. ſi quis emptionis. in prin. Et eſt ratio quare vſucapione magis dominiũ quæratur: quia mobilium rerum vtilis eſt poſſeſſio: vt ff. de acqui. poſ. l. ſi rem.
r ¶*Iuſta*. vel quaſi: vt dicem⁹. j. e. §. error.

¶*Sed aliquando.* CASVS. Dñe Impe. Vellẽ educeri, ſi vſucapio & præſcriptio habeãt locũ in omnibus rebus indifferẽter. Nã ſunt quædã res ſacræ, ſunt quædã religioſæ, ſunt liberi homines, ſunt ſerui fugitiui: ſunt quædam res furto ſublatæ: ſunt res vi poſſeſſæ: an ſi quis tales res bona fide poſſideat, poſſit eas vſucapere ſeu præſcribere? Reſpondet Imperator, quòd licet generaliter loquuti ſimus de rebus, quæ poſſunt vſucapi & præſcribi: excipiuntur tamen ab illa regula noſtra liberi homines, res ſacræ vel religioſæ, ſerui fugitiui, res furtiuæ, res vi poſſeſſæ. Nam licet quis tales res bona fide poſſederit per tempus prædictum: tamen nõ poterit eas vſucapere ſeu præſcribere. Lex enim duodecim tabularum quæ eſt lex antiquiſſima: prohibuit vſucapionem vel præſcriptionẽ taliũ rerũ. Quærit vltra ſcholaris. Sereniſſime & clemẽtiſſime Impe. quãto plus audio de hac materia, tanto magis dubito. An hoc qđ maieſtas veſtra nunc proxime dixit, debeat intelligi de ipſis furibus, qui alienas res furantur: an de his, qui ipſi vi rapiũt: an de his, qui inuaſerunt poſſeſſiones alienas per vim? Reſpon. Imper. O iuuenis, non debetis dicta noſtra de talibus furibus, vi raptoribus, aut violentis hominibus intelligere: quia ta

quia tales alia rone no puſſunt vſucapere vel præſcribere: quia ſunt malæ fidei poſſeſſores: ſed intelligenda ſunt de his perſonis, quæ à talibus furibus, vt raptoribus, aut violentis hominibus, tales res acquiſiuerint, quamuis bona fide a talib[9] acceperint. Ideo in rebus mobilibus no faciliter etiã bonæ fidei poſſeſſoribus acquiruntur res p vſucap. Nam qui fures alienam rẽ vendiderit, vel ex alia cauſa tradiderit: furtũ eiuſdẽ rei committit.

poſſunt vſucapi. Areti.

¶Sed aliquãdo etiam ſi maximè quis bona fide rem poſſederit: non tamen illi vſucapio vllo tempore[a] procedit: veluti ſi quis liberum hominẽ, vel rem ſacram[b], vel religioſam, vel ſeruum fugitiuũ[c] poſsideat.

¶*Furti & violentiæ expulſiuæ vitiũ vſq; adeò rei infigitur, vt furtiua res, & vi poſſeſſa, nec lõgi temporis curriculo, à quantumuis bonæ fidei poſſeſſore vſucapi poſſint: tantùm abeſt, vt ab ipſo fure aut violento occupatore vſucapiantur.*

¶Furtiuæ quoque res, & quæ vi[d] poſſeſſæ ſunt, nec ſi prædicto longo tempore[e] bona fide poſſeſſæ fuerint, vſucapi poſſunt[f]. nam furtiuarum[g] rerũ, lex duodecim tabularum, & lex Attilia inhibẽt vſucapionem: vi poſſeſſarum[h], lex Iulia & Plautia. Quod autem dictum eſt, furtiuarum, & vi poſſeſſarum rerum vſucapionem per leges prohibitam eſſe, non eò pertinet[i], vt ne ipſe fur, quive per vim poſsidet, vſucapere poſſit (nam his[k] alia ratione[l] vſucapio nõ competit: quia ſcilicet mala fide poſſident) ſed ne vllus[m] alius, quamuis ab eis bona fide emerit, vel ex alia cauſa acceperit, vſucapiẽdi ius habeat. Vnde[n] in rebus mobilibus non facilè pro-

a ¶*Vllo tẽpore.* etiam quadraginta annorũ: vt. C. de præſcrip. lõg. tẽp. quæ pro lib. l. fina.

b ¶*Rem ſacrã vel religioſam.* niſi deſinãt eſſe ſacræ vel religioſæ: quod fieri poteſt: vt ff. de reli. l. cũ loca. Acc.

c ¶*Seruum fugitiuum.* qui facit furtum ſui ipſius: vt C. de ſer. fugi. le. j. Sed nunquid xxx. an. fugitiuus vſucapitur? Reſpon. non, cum poſſeſsio retineatur: vt ff. de acquir. poſ. l. j. §. per ſerum. &, l. rem quæ. ĩ fi. ergo nõ currit vſucapio poſsideri: vt. C. de præſcrip. xxx. vel xl. ann. l. male. niſi ex tunc quando ab alio cœperit poſsideri, vel ſteterit dño: quia ex tunc deſinit poſsideri: vt ff. de acqui. poſ. l. iij. §. ſi ſeruus. & l. per eũ. §. per ſeruum.

d ¶*Vi. ſ.* expulſiua non cõpulſiua: vt C. quod met. cau. l. ſi vi vel metu in gl. fin. ADD. Vi *autem res poſſeſſa eſt, quæ ablata eſt vi, & detenta, nõ quæ ſolum empta. Vi nãque poſſidetur res dupliciter, aut enim vi cogitur aliquis vendere, aliterue alienare: aut vi auferetur res non ex iuſta cauſa priore ſpreta vſucapio procedit. l. ſi vi, C. de his quæ vi vel met. ſequenti. contra.*

e ¶*Prædicto longo tempore.* ſcilicet triennij, vel decem vel viginti annis: ſed xxx, vel xl. annis poſſunt: vt. C. de præſcript. xxx. vel xl. annorũ. l. oẽs. &. l. ſicut in rẽ &. de ãna. excep. l. j. §. ad hæc.

f ¶*Poſſunt.* niſi purgato vitio. vt infra e. §. aliquando.

g ¶*Nã furtiuarum.* Similis ratio: quia lex vult: vt. ſ. quibus ex cau. manumit. nõ lic. in princi. vnde illud, Sic volo, ſic iubeo: ſit pro ratione voluntas. Eſt & alia ratio: quia res vitioſæ ſunt: vt. j. eod. §. nouiſsime. AD. *Legis Attiliæ verba, hæc erant, Res furtiuæ æterna auctoritas eſto. Gel. in lib. 17. c. 7.*

h ¶*Vi poſſeſſarum.* ſcilicet ſi expulit, & poſſedit: nec ſufficit expuliſſe: vt. ff. e. l. ſequitur. §. ſi tu vs.

i ¶*Non eo pertinet.* ſcilicet tantum.

k ¶*Nam his.* ſcilicet poſſeſſoribus violentis & furibus.

l ¶*Alia ratione.* Not. quod præualet generalis ratio ſpeciali. ſic ĩ. de nupt. § affinitatis. &. §. ſocrum. argumẽ contra. ff. de eden. l. quædam.

m ¶*Sed nec vllus.* C. quod metus cau. l. ſi vi vel metu. cõtra Sol. hic de vi expulſiua, ibi de compulſiua quæ volũtatem, licet coactam habet in ſe: vt. ff. quod metus cau. l. ſi mulier. §. penulti.

n ¶*Vnde.* quia in rebus mobilibus alienis fit furtũ cõtrectando: vt. j. de ob. quæ ex deli. naſ. §. j. & ex eo fit furtiua: & ſic

cedit, vt bonæ fidei poſſeſſoribus vſucapio competat[a]. Nā qui ſciēs alienam rem vendiderit, vel ex alia cauſa tradiderit: furtum eius cō mittit.

¶*Rem alienam bona fide poſſeſſam vitioq; reali carètem, ſi quis bona fide accipienti ex cauſa ad dominiū idonea tradiderit, tunc vſucapio procedit: licet in facto, vel in iure tradens errauerit.*

¶Sed tamen id aliquando aliter ſe habet. nam ſi hæres[b] rem defuncto commodatam aut locatam, vel apud eum depoſitā, exiſtimans hæreditariam eſſe, bona fide accipienti[c] vendiderit, aut donauerit, aut dotis[d] nomine dederit: quin is, qui accepit, vſucapere poſsit, dubium non eſt: quippe cùm ea res in furti vitium nō ceciderit: cum vtique hæres, qui bona fide tāquam ſuam alienauerit, furtum non cōmittat. Item ſi is, ad quem ancillæ vſus fructus pertinet, partū ſuū eſſe credēs vēdiderit, aut donauerit: furtum nō cōmittit[e]. Furtū enī ſine affectu[f]

nō vſucapibilis: vt.§.prox. inde ſequitur, quod in rebus mobilibus &c.

a ¶*Cſmperat.* Sed videtur quod culpa authoris non comitetur. i. non ſequatur accipientem: vt ff. de diuer.& temp.præ. l. an vitium.& ff. de doli ma. exc. le. apud Celſum.§.ſi cū legitima? Reſpon. ſi vitium eſt rei, comitatur, vt hic: ſi ꝑſonæ, comitatur in vniuerſum ſuccedentem: vt. C. dē acquiren. poſ. le. vitia. &. C. communia de vſuca. l. fi. ſed ſi in rem ſingularē ſuccedat, nō comitatur: vt. ff. de doli ma. excep. l. apud. §. de authoris. &. C. de peri. & com. rei. ven. l. dolū niſi quādo vtetur acceſsione temporis eius authoris: vt ff. de acquir. poſ. l. Pomponius. §. fi. Sed hodie vitiū perſonæ nocet ſingulari ſucceſſori ꝑ authen. malæ fidei.

¶*Sed tamen.* CASVS. Domine Imper. inquit iuuenis, quomodo poſſunt hæc fieri: & qua via poteſt procedere vſucapio in rebus mobilibus? Reſpon. Imperat. Si aliqua res alicui commodetur, vel apud aliquem deponatur, vel alicui locata fuerit: & ille cui cōmodata vel locata erat, vel apud quem depoſita erat, moriatur. & hæres qui eidem ſucceſſit, adiuerit hæreditatē eius: & inuenerit res illas in hæreditate defuncti, credēs eas eſſe de bonis ipſius mortui, eaſque res alicui alij vendiderit, aut donauerit, aut dotis nomine dederit, aut quolibet alio titulo ſufficiente ad dominij tranſlationem tradiderit: in his caſibus non eſt dubiū, quin ille, qui huiuſmodi rem bona fide acceperit, eam vſucapere poſsit: quia in prædictis caſibus huiuſmodi res mobilis ab hærede bon. fid. & iuſto titu. tradita, furti vitio non eſt affecta. Hæres enim qui huiuſmodi rem tanquam ſuam bona fide alienauit, furtum nō cōmiſit. Et non ſolū in prædictis caſibus habet locū vſucap. ſed etiam in alio caſu? Nam ſi vſufructuarius ancillæ crediderit partū eius vſufru. eſſe, & idcirco partum ancillæ credēs eſſe ſuum, alicui bo. fid. emēti vendiderit, iſte fructuari⁹ furtū nō committit. & hoc ſecundū illam regulam generalem, qua cauetur furtum ſine affectu furandi non cōmitti. Et non ſolum his modis, ſed etiam alijs multis modis poteſt accidere, vt quis rem aliēnā mobilem ſine vitio furti in alium transferat: & ita efficiat vt à bo. fid. poſ. vſucapi poſsit. Et hæc dicuntur vſq; ad illum. §. quod autē. Franc. de Are.

b ¶*Nam ſi hæres.* ſic. ff. eo. l. poteſt &. l. ſeq.

c ¶*Accipiēti.* An ipſe hæres vſucapit titulo pro hęrede? Rn. non: vt. ff. de diuer. & tempo. præ. l. cum hæres. Alij contra ſi vellet ex ſua perſona continuare poſſeſsionem: vt C. de præ. lon. temp. l. j. quod falſum eſt. Quando ergo locum habet vſuca. pro hærede, cum nec in ſuis hæredibus locū habeat: vt ff. pro hæ. l. ij. §. filium. &. C. de vſuca. pro hære. l. nihil? Reſpon. quando defunctus retinebat aliquā rem credēs ſuā: ſed nō vſucapiebat, qa deficiebat titul⁹, & hęres eſt extrane⁹.

Vſucapio pro hærede quādo habet locum.

d ¶*Dotis.* pro filia, vel alia. nam & hic iuſtus eſt titulus: vt ff. pro dote. l. j.

e ¶*Furtum non committit.* & ita vſucapitur. Sed nonne fuit in iure erratū: vt. §. de rer. di. l. in pecudum. ergo vſucapio non ꝓcedit: vt. ff. eodem. l. nunquā. ij. in princi. & l. ſi fur. §. j. Rn. hic errauit tradens, ibi accipiens: vt ex illis legibus colligitur. Vel nō prodeſt, vt ibi: ſed non nocet: vt hic.

f ¶*Furtum enim ſine affectu.* ſed probo, ꝙ ſine affectu furtū cōmittitur. Nam in interdictum vn̄ vi incidit ſine affectu: quod eſt ſimile furto: ergo & furtum fit ſine affectu:

affectu: vt. C. vñ. vi. l. cum quærebatur. §. j. ibi, & generali. & ibi, cum talis &c. Rñd. in interdicto eſt affectus. licet non contra perſonam certam: ſed hic ſuum eſſe credebat.

quando. Franc.

c ¶*Quod autem*. hucuſq; de vſu rerum mobilium dictum eſt: nunc procedit ad ſus immobilium.

furandi non committitur[a]. Aliis[b] quoque modis accidere poteſt, vt quis ſine vitio furti, rem alienam ad aliquem transferat, & efficiat vt à poſſeſſore vſucapiatur.

¶*Vacuæ poſſeßionis occupator, ſi cuiſpiā bona fide accipienti, ex iuſta cauſa eam tradiderit, vſucapiē di conditionem trāſfert.*

¶*Annota, Furtum in rebus ſoli nequaquam cadere.*

¶Quòd autem[c] ad eas res, quæ ſolo continentur, ~~expeditius~~ ita procedit: vt ſi quis loci vacantis[d] poſſeſſionem propter abſentiam[e] aut negligentiam[f] domini: aut quia ſine ſucceſſore[g] deceſſerit, ſine vi nanciſcatur: quamuis ipſe mala fide poſſideat: (quia intelligit ſe alienū fundum occupaſſe) tamen ſi alij bona fide accipienti tradiderit: poterit ei longa[h] poſſeſſione res adquiri: quia neque furtiuum, neque vi poſſeſſum acceperit[i]. Abo-

a ¶*Non committitur*. ſic. j. de obl. que ex deli. naſ. §. placuit.

b ¶*Aliis*. vt ſi iuſto errore eredā me hæredem, cū non ſim: vt ff. eo. l. poteſt. Itē mihi legatum, cū ſit ademptum. vt. j. de act. §. ſi quis agens. ſic. ff. pro leg. l. iiij. in fin. & alias vbicūq; quis putat rem ſuā.

¶*Quod autem*. CASVS. Dñe, vos poſuiſtis mihi exempla de vſuca. rerū mobiliū: ſed explicatis mihi ſi placet, qn locum habet vſucap. rerum immobi. Ad hoc rñ. quo ad præſcriptionē earū rerū, quæ ſolo cōtinentur, expeditius ita procedit vſuc. vt ſi quis ſine vi nact° ſit poſſeſſionem alicuius fundi vacantis (qd poteſt variis modis contingere: aut videlicet propter abſentiā dñi, aut propter eius negligentiā, aut ſi dñs fundi ſine ſucceſſore deceſſerit) licet ipſe, qui occupauit ma. fi. poſ. poſſideat, cū intelligat ſe alienū fundū occupaſſe: ſi tñ alij bo. fi. accipienti huiuſmodi fundū tradiderit: poterit ille cui traditur præſcribere: & hoc ideo, quia huiuſmodi fundus nō videtur vitio affectus: cū ille, qui fundum acceperit, neq; furtiuū, neq; vi poſſeſſū accepiſſe intelligatur, ex quo iſte fundus non ſit furtiuus patet tali ratione: quia res immobilis furtū fieri nō pōt. abolita eſt enim quorundā veterū ſententia, qui putabant totius fundi vel partis ipſius furtum poſſe cōmitti. Patet igitur, & cū huiuſmodi fundus nō ſit furtiuus, nec etiā, vi poſſeſſus: præſcribi poſſit. Principalibus enim conſtitutionibus proſpectū eſt, ne aliqui corū qui res mobiles bona fid. poſſidet lōga & indubitata poſſeſſio auferri debeat. hoc dicit vſq; ad. §. ali-

d ¶*Loci vacantis*. locus interdū dicitur plenus, vt qui poſſidetur. Interdum ſemiplenus: vt ille in quo aliquis eſt cauſa legatorum, vel rei ſeruandæ cauſa, vt ff. de acqui. poſ. l. iij. § fi. de act. emp. l. j. §. j. Interdū vacuus: & hoc tribus modis, vt hic: ſic. ff. de acqui. poſ. l. ſi id qd. Accur.

Locus dicitur plenus semiplen°, & vacu°. Hac glo. ſ. & vnic. Aeg. per.

e ¶*Propter abſentiā*. ſed hoc videtur falſū, quia propter abſentiam amittatur poſſeſſio: vt. ff. de acqui. poſ. l. clā. §. qui ad nūdinas. Sed tamē hoc propter effectum abſentiæ dicitur. ſ. obliuionē: vt quia longo tēpore abſuit, præſumitur quod pro derelicto habuit. tēpus enim inducit obliuionē: & ita obliuione amittitur dominiū: vt ff. de dā. infect. le. ſi finita. §. nō aūt, qd tēpus erit in arbitrio iudicis: vt ff. de iur. deli. l. j. §. fi. &. l. ſeq. dūmodo longū ſit, & obliuionē inducat, & animū retinendi habere deſinat: vt. ff. eo. l. furtū. §. j. & ff. de acquir. poſſ. l. quemadmodum. Accur.

Temp° obliuionem inducere, qua conſequitur dominii perditio.

f ¶*Aut negligentiam*. tantum vt reſpuat rei poſſeſſionē: qd facile ſit: vt ff. de acqui. poſ. le. ſi quis vi. §. j. &. §. differentia.

g ¶*Sine ſucceſſore*. idem & ſi cū ſucceſſore. dūmodo non fuerit apprehenſa: vt. ff. de acqui. poſ. l. cum hæredes.

h ¶*Lōga*. ſ. x. vel xx. annis. Sed hic. §. duabus rationib° eſt hodie correctus. nā præſumitur hodie talis poſſeſſio violenta: vt. C. vnde vi. l. cum quærebatur. ergo nō habet locū hæc præſcriptio: vt. j. §. furtiuæ. Itē alia ratione: quia bona fides deſideratur ab vtraq; parte, alias xxx. annorū tantū præſcriptio currit. vt in authen. vt ſponſ. larg. §. rurſus. coll. ix. Accur.

i ¶*Acceperit*. vere, non furtiue.

ADD. *Quod verum intelligis, ſine debitor*

ſurripuit, ſiue alius, ſecundum communem opi. licet gloſ. in vltimo caſu variauerit: vt hic per Chriſtoph.

Abolitio quid eſt.

a ¶ *Abolita*. id eſt, perempta. inde abolitio, id eſt, accuſationis peremptio.

ff. eod. l. ſequitur. §. tunc.

¶ *Res fiſci*. CASVS. Dñe, vos poſuiſtis exempla de quibuſdã rebus, quæ vſucapi nõ poſſunt: nũquid ſunt plures in quibus nõ habet locum vſucap. vel præſcrip? Rñd. quod ſic. Res enim fiſci noſtri vſucapi non poſſunt. & hoc eſt verum in rebus fiſco acquiſitis: ſed ſecus eſt in acquirẽdis. nam Papin. ſcripſit quod ſi bon. fi. emptor de bonis vacantibus, & nondũ fiſco denũtiatis, aliquã rẽ emerit: & eandẽ bo. fi. ſibi traditã acceperit, poterit eã ex beneficio vſuca. acquirere. Et hoc idem diui Seuer. & Ant. reſcripſerunt. Et hæc dicuntur vſq; ad illum. §. nouiſsime ſciendum. Franciſcus. de Aretio.

lita[a] eſt enim quorundam veterum ſententia, exiſtimantiũ etiam fundi, locive[b] furtũ[c] fieri. Et eorum vtilitati, qui rés ſoli poſsident, principalibus conſtitutionibus proſpicitur: ne cui longa & indubitata poſſeſsio auferri debeat.

¶ *Furtiua & vi poſſeſſa poſſunt vſucapi vitio purgato.*

¶ Aliquando etiã furtiua, vel vi poſſeſſa res vſucapi[d] poteſt: veluti ſi in domini[e] poteſtatẽ reuerſa[f] fuerit: tunc enim vitio rei purgato procedit eius vſucapio.

nium amittant: noſtra conſtitutione vtrique parti proſpectum eſt, & per eandem conſtitutionem certus modus eſt inuentus: per quem quidem modum pignorum diſtractio poſsit procedere: cuius cõſtitutiõis tenore vtriuſque partis indemnitati in eo caſu. quando pactum de diſtrahendo pign. interceſſerit, ſufficienter & abunde prouiſum eſt. Et hęc dicuntur vſq; ad illud, §. nũc autem. Franc.
d ¶*Contrà.* id eſt, è contrario.
e ¶*Alienare poteſt.* Idem in iudice, vt. ff. ſi ex nox. cau. aga. l. ij. & j. de offi. iu. in fi. Idem in flumine: vt. ff. de acquir. rerũ do. l. ergo. §. alluuio. Idem in Imperatore & Augusta: vt. ſ. de vſuc. §. vlti. Idem in prælatis eccleſiarũ: vt in auth. hoc ius porrectum. C. de ſacroſanc. eccle. Idem in tutoribus, qui do minorum locum obtinent: vt ff. de fur. l. interdum §. qui tutelam. Idem in procuratore, qui habet liberam adminiſtrationem: vt ſ. de re. di. §. nihil autem. idem in ſeruis habentibus liberam peculij adminiſtrationem: vt ff. de pig. act. l. ſi cõuenerit. §. fi. & l. ſeq. Vnde verſus, Princeps Augusta, iudex ac officialis, Tutor curator, fluuiuſque, Creditor, exactor, prælatus ſeruus habetur: Hi numero bis ſex alienantes aliena. Accur.

tientibus[a] mulieribus procedat: ne ſexus muliebris fragilitas in perniciem[b] ſubſtantiæ earum conuertatur[c].

¶*Pignus non ſolum ex debitoris pactione à creditore diſtrahi poteſt, quamuis dominus non ſit: ſed etiam ſi nulla pactio de vendendo pignore interuenerit, modò iuris præſcripta forma ſeruetur.*

¶Contrà[d] autem creditor pignus ex pactione, quãuis eius ea res non ſit, alienare[e] poteſt. Sed hoc forſitan ideo videtur fieri, quòd voluntate debitoris intelligitur pign⁹ alienari: qui ab initio contractus pactus eſt, vt liceret creditori pignus vendere, ſi pecunia non ſoluatur[f]. Sed ne creditores ius ſuum perſequi impedirentur[g], neque debitores temerè[h] ſuarum rerum dominium amittere viderentur: noſtra conſtitutione[i] cõſultum eſt, & certus modus[k] impoſitus eſt, per quem pignorũ di-

C A S V S

Dñe iam vidi caſum in quo dñs alienare nõ poſsit. Pro Deo ponatis mihi exemplum, quando nõ dominus dominiũ rei in alium transferre poteſt? Ad hoc reſpõ. Amice. licet creditor nõ ſit dominus rei obligatæ: tamen ſi ipſe pignus ex pacto vel lege alienauerit: dominium eius in alium trãsfert, ſed forſan in primo caſu, videlicet quãdo ex pacto tibi facto à debitore pignus alienat, videtur hoc fieri quia voluntate debitoris intelligitur pignus alienare, quia debitor ab initio cõtractus pactum fecit, vt liceret creditori pignus vendere, ſi intra tempus ſtatutũ non ſolueretur: & ita in caſu iſto potius ex pacto & voluntate debitoris videtur dominium tranſlatum, quam ex facto ſiue traditione ipſius creditoris. Sed certe non ſolum in eo caſu, quando pactum de diſtrahendo pignore à debitore interpoſitũ eſt: licet creditori vendenti dominiũ pignoris ad alium transferre: ſed etiam quando authoritate legis pignus diſtrahitur. Ne ergo creditores ius ſuum perſequi diutius impedirẽtur, & etiam ne debitores nimis cito rerum ſuarum domi-

Alienans quandoque repens, quod alienanit

Domini multi ſunt qui ſuas res alienare nõ poſſunt.

f ¶*Non ſoluatur.* ſ. tempore conſtituto.
A D D. *Sed paciſci non poſſunt, vt creditor pignus ſibi loco debiti habeat. nam huiuſmodi pactum legis commiſſoria in pignoribus reprobatum eſt, vtpote captioſum. le. fin. C. de pact. pig.*
g ¶*Impedirentur.* vbi non eſſet pactio de pignore vendendo. Accurſius.
h ¶*Temere.* i. nimis cito: vt. ſ. de do. §. alia autem. in prin.
i ¶*Conſtitutione.* C. de iu. do. impe. le. fin. §. j. & ij. Accur.
k ¶*Certus modus.* vt ſi actum ſit de vendendo,

dendo, iuxta conuentionẽ vẽdere poſsit. Sed ſi nihil fuit dictũ de hoc nuntiabit ſemel, & tunc elapſo biennio vendet: vt C. de iu.do.impe.l.fin.§ j.& ij. Si autẽ dictũ fuit, vt nõ vendatur, ter nuntiabit, & tũc vendet: vt ff. de pigno.act. le.ſi conuenerit.

a ¶*Cuius* ſcilicet conſtitutionis.

ſtractio poſsit procedere: cuius[a] tenore vtriq; parti creditorum & debitorum, ſatis abũdéq; ꝓuiſum eſt.

¶*Pupillo rerum ſuarum ſine tutoris authoritate interdicta eſt alienatio: ideo mutuo datas pecunias, accipientis nõ facit, ſed aut extantes vendicat, aut bona fide cõſumptas condicit, aut ſi mala fide abſumptæ ſint de his exhibendis agit.*

¶Nunc admonendi ſumus, neque pupillum, neq; pupillam, vllam rem[b] ſine tutoris authoritate alienare poſſe[c]. Ideóque ſi mutuam pecuniam, ſine tutoris authoritate alicui dederit[d]: non contrahit obligationem[e]: quia pecuniam[f] non facit[g] acci-

¶*Nunc admonendi.* C A S V S. Domine, iam vidi caſum, in quo dominus alienare non poteſt, nunquid ſunt plures caſus, ĩ quib⁹ dominus rei ſuæ alienã de poteſtatem non habet? Et reſpond. ꝙ ſic, quia neq; pupilli, neq; pupillæ ſine tutoris authoritate vllã rẽ alienare poſſunt: licet dñi rerũ ſuarũ cẽſeantur. vñ. ſi pupillus alicui mutuã pecuniã tutoris authoritate nõ interueniẽte dederit, obligatione mutui nõ cõtrahit. & hoc ideo, qa pecuniã, quã mutuo dat, accipiẽtis non facit, vnde ſi nũmi à pupillo ſine tutoris authoritate mutuo dati extiſtãt, vẽdicari poterũt ſi tamẽ ipſe q nũmos à pupillo mutuo acceperit, eoſdẽ bona fide cõſumpſerit ad exhibẽdũ eũ eo agi poterit. Et licet dixerim tibi, ꝙ neque pupillus neque pupilla rei ſuæ dominiũ ſine tutore in aliũ trãsferre poſsint: ecõuerſo tamẽ oẽs res, videlicet tam mobiles quã immobiles, ſine tuto. pupillo vel pupillę dari poſſunt: ita videlicet ꝙ dominiũ ĩ eos trãsferatur. & ideo ſi debitor pupillo vel pupillæ debitũ ſoluerit, neceſſaria eſt ei tutoris authoritas. Si enim ſine tutoris authoritate pupillo vel pupillæ ſoluerit: beneficiũ liberationis non conſequetur, ſed hodie euidẽtiſsima ratione in noſtra cõſtitutione, quã ad Cæſariẽſes aduocatos promulgauimus, ſtatutũ eſt: in qua quidẽ cõſtitutione diſpoſitũ eſt, ita demũ licere tutori vel curatori debitorem pupillarẽ ſoluere, ſi primũ ſine iudicio & ſine omni damno ſportularũ & ſine qualibet mercede tabulario præſtãda hoc permittat. Nã ſi iudex ſoluendũ pupillo pnuntiauerit, & debitor poſt ſententiã iudicis interpoſitã ſoluerit, hmõi ſolutio pleniſsimã ſecuritatem obtinebit: qm̃ in nullo euentu poterit debitor poſt huiuſmodi ſolutionẽ iterũ inquietari. Si vero aliter quã in noſtra cõſtitutione diſpoſitũ eſt debitor pupillo ſoluerit, & pupillus huiuſmodi pecuniã ſibi ſolutã aut ſaluã habeat, aut alias locupletior factus ſit: licet debitor per huiuſmodi ſolutionẽ ipſo iure liberatus nõ ſit, ſi tamẽ pupillus adhuc eandem pecuniã petat: poterit debitor per exceptionem doli mali pupillũ iterũ petẽtem tanq̃ de præda ſolicitũ repellere, & hæc ſunt vera, quando pupillus habet pecuniã ſaluam, vel ex ea locupletior factus ſit. Si vero pupillus huiuſmodi pecuniã ſine tut. authoritate ſibi ſolutam aut male conſumpſerit, aut furto aut alio caſu amiſerit: ſi iterum eandem pecuniam petat, inutilis erit debitori doli mali exceptio: quia nihilominus ad ſolutionem iterũ faciendam condemnabitur. & ſibi imputet: quia debitũ ſine tut. author. & non ſecundũ noſtræ conſtitutionis tenorem pupillo ſoluerit. Similiter in caſu conuerſo pupil. vel pupillæ ſine tuto. autho. ſoluere nõ poſſunt: quia id quod ſine tut. autho. ſoluitur: nõ fit accipiẽtis. Nullius enim rei alienatio ſine tut. autho. eis conceſſa eſt. Et hæc vſque in finem titu. dicuntur.

b ¶*Vllam rem.* neq; ratione proprietatis, neq; ratione poſſeſſionis, quæ animo retinetur, licet corporalẽ ſine tutore perdere poſſit: vt ff. de acqui. rerum do. l. pupillus. & de acquir. poſſ. l. poſſeſſionem. Quid in adulto? Reſpon. ſi non habet curatorẽ, poteſt alienare, quæ ſeruando ſeruari non poſſunt. ſi habet curatorẽ, ſimilis eſt prodigo. vt C. de in integrum reſtitu. min. l. ſi curatorem.

c ¶*Alienare poſſe.* ſic ĩ. de autho. tut. in prin. ff. de ſol. l. quod ſi forte. in fi. & l. pupillo. & ff. ſi certũ peta. l. nõ omnis. §. fin.

d ¶*Dederit.* i. tradiderit, cum dare ſit accipientis facere: vt ĩ. de act. §. ſic itaque. ſi poneres proprie non haberet locũ quod ſequitur, ideóque vendicari, &c.

e ¶*Obligationem.* ſ. perſonalẽ ex mutuo.

f ¶*Quia pecuniam.* bona eſt ratio: vt ĩ. quib. mod. re contrah. obli. in prin. & ff. ſi cer. pet l. ij. §. appellata.

g ¶*Nõ facit.* quod eſt neceſſe: quia dici-

piĕtis: ideóq; vendicari nummi poſſunt, ſicubi extant. Sed ſi nummi, quos mutuo minor dederit ab eo qui accepit, bona fide[a] conſumpti[b] ſunt, condici poſſunt[c]: ſi mala fide, ad exhibendum[d] de his agi poteſt.

¶ *Solutione debiti facta pupillo, eiúſve tutori, ita demum debitor pleniſſimam conſequitur liberationem, ſi id iudicis interueniente decreto fieri contigerit. Quòd ſi ſoli pupillo ſolutum ſit, & pecuniam adhuc ſaluam habeat, aut locupletior ex ea ſit, exceptionis ope liberatur: aliàs non liberatur.*

¶ At ex contrario, omnes res pupillo & pupillæ ſine tutoris authoritate rectè[e] dari poſſunt. Ideóq;, ſi debitor pupillo ſoluat, neceſſaria eſt debitori tutoris authoritas, alioqui non liberabitur[f]. Sed hoc etiã euidentiſsima ratione ſtatutum eſt in conſtitutione[g], quam ad Cæſarienſes aduocatos ex ſuggeſtione Triboniani viri eminentiſsimi Quæſtoris ſacri noſtri palatii promulgauimus, qua diſpoſitum eſt, ita licere tutori vel curatori debitorem[h] pupillarem ſoluere, vt prius iudicialis ſententia[i] ſine omni damno[k] celebrata, hoc permittat[l] quo ſubſecuto, ſi & iudex pronuntiauerit, & debitor ſoluerit, ſequatur huiuſmodi ſolutionem pleniſsima ſecuritas[m]. Sin autem a-

tur mutuum, quod de meo fiat tuum: vt ff. ſi cer. peta. l. ij.

a ¶ *Bona fide.* credens eum maiorem: vt ff. pro empto. l. ij. §. ſi à pupillo. vel etiam errans in iure: licet ſit argumentum contra vt ff. pro emp. dicta. l. ij. §. ſi à pupillo.

b ¶ *Conſumpti* quod fit expendendo, vel cũ aliis immiſcendo: vt ſ. de vſufruc. §. conſtituitur. & ff. de ſolu. l. ſi alieni. ADD. *Nota caſum, in quo cõualeſcit mutuũ, quod ab initio nõ valuit.*

Mutuũ tripliciter reconciliatur.

c ¶ *Condici poſſunt.* ſ. condictione certi, ex mutuo reconciliato per conſumptionem: vt ff. ſi cer. pe. l. ſi à furioſo. & le. ſeq. Item ſtipulatione reconciliatur: vt C. ſi cer. pe. l. quãuis. Item vſucapione. vt ff. de iure do. le. Proculus. & no. ſ. quib. mo. re contrah. obl. in prin. in verbo, tuũ fiat. & melius in §. item is. in verbo, mutuum.

d ¶ *Ad exhibẽdum*, quia tenetur, qui dolo fecit, quominus poſsit exhibere: vt. C. ad exhib. & ſic iuratur in litem ex eo, quod intereſt pupilli citius pecuniam redditam eſſe: vt. ff. de in litẽ iuran. l in actionibus. & l. nummis.

e ¶ *Rectè.* vt res fiat accipientis: non vt debitor liberetur, & hoc ſequitur.

f ¶ *Non liberabitur.* ſ. debitor pupilli. Sed cõtra. ff de ſolu. l. ſi ſtipulatus fuero. Rñ. ibi pupillus erat adiectus: nec quicquã ſibi debebatur, cum ad ſolutionem tantum ponatur: vt in eod. ti. de ſol. l. quod ſtipulatus. & l. qui res. §. at. vbi.

g ¶ *Conſtitutione.* vt C. de admi. tu. l. ſancimus, & l. conſtitutionem. ADD. *Cæſarienſes autem dicit incolas eius vrbis Cappadociæ, quæ cum antea Mazaca diceretur, pulſo Antiocho Cæſaria ex Tyberio Cæſare nominata eſt: Euſeb. & Plinius li. 6. c. 3.*

h ¶ *Debitorẽ.* ex mutuo vel ſimili cauſa, non ex penſione vel reditu: vt C. de admi. tut. l. ſancimus. & l. conſtitutionem. ADD. *Tunc enim ſine iudice pleniſſimã ſecuritatem conſequitur, dũmodo penſio, nec duos annos, nec centum florenorum ſummam excedat, ſecundum Ange.*

i ¶ *Sententia.* ſ. interlocutoria, quam præceptum vulgariter appellamus: vt ſi dicat. Decerno vel præcipio tibi ſoluere, vel deponere: vt ff. de mino. l. ait prætor. §. quid tamen.

k ¶ *Sine omni damno.* vel ſportularum, vel prætiorum tabellionũ. Sed nũquid debitor pro ſua parte ſoluet? Reſpon. non: vt C. de fruct. & lit. expenſ. l. fi. & facit ſic. C. de epiſc. aud. l. tã dementis §. fi. & in auth. de ſanct. epiſ. §. ſportulatum. collatione ix.

l ¶ *Permittat.* no. ꝙ tutor & iudex neceſſarij ſunt, ſecundum P. Sed ſecundum nos ſolus iudex ſufficit: vt ff. de min l. ait prætor. §. quid tñ. & l. qui ſi minor. in fin. ADDITIO. *Et hoc eſt verum in caſu noſtro, & in alienatione rerum mobilium: alias in alienatione immobilium opus eſt vtroq; Ange. Are.*

m ¶ *Securitas.* vt nec reſtitutio detur: ſecus in prædio alienato cum decreto: quia

quia emptio ex voluntate, ſolutio de neceſsitate fit:vt ff.de mino.l ait prætor §. quid tñ.& l.quod ſi minor.in fin.& C.de præd.mi.l.ſi quidem.

liter, quàm diſpoſuimus, ſolutio[a] facta fuerit, pecuniam autem ſaluam habeat pupillus, aut ex ea locupletior[b] ſit, & adhuc eandem pecuniæ ſummam petat[c]: per exceptionem doli mali poterit ſubmoueri. Quòd ſi malè conſumpſerit, aut furto, aut vi amiſerit: nihil proderit[d] debitori doli mali exceptio, ſed nihilominus condemnabitur[e]: quia temerè ſine tutoris authoritate, & non ſecundum noſtram diſpoſitionem ſoluerit[f].

¶Pupillus ſine tutoris authoritate non poteſt debitum creditori ſoluere. Aretinus.

¶Sed ex diuerſo, pupilli vel pupillæ ſoluere ſine tutoris authoritate non poſſunt[g]: quia id quod ſoluunt, non fit accipiẽtis: cum ſcilicet nullius rei alienatio eis ſine tutoris authoritate conceſſa ſit.

TITVLVS IX.

PER QVAS perſonas nobis adquiritur.

¶Adquiritur nobis non ſolùm per noſmetipſos, ſed etiam per perſonas hic deſcriptas. Aretinus.

Solutio fit de neceſſitate.

a ¶*Solutio.* vt ſoli pupillo vel adulto curatorem habẽti, ſine eo: vñ ipſo iure nõ liberatur: vt.J. ibi, nihil proderit &c.

b ¶*Locupletior.* quod eſt, & ſi non eſt factus pauperior: vt. ff.de ſol. le. in pupillo ibi, nã hoc ipſoquòd.

c ¶*Petat.* & ſic eſt de prædo ſolueit: vnde non audietur: vt C. pro emp. le. eum qui.

Pupilli an poſſint ſoluere.

d ¶*Nihil proderit.* apparet ergo, quod ipſo iure non eſt liberatus: ſi autem cum authoritate tutoris ipſo iure liberatetur: ſed tunc reſtitueretur minori perdita pecunia:vt C.ſi aduer.ſol.l.j.

e ¶*Condemnabitur.* ſ. ipſo minore petente, vel alio ſuo nomine, nõ extraneo:vt ff.de ſol.l.filius.

f ¶*Soluerit.* circa hanc diffuſam materiã diſtingue, cum debitor pupillo ſoluit, aut conſequitur plenã, aut pleniorem, aut plenisſimam ſecuritatem. Si ſoluat pupillo ſine tutoris authoritate, & pupillus habeat ſaluã pecuniã, vel ex ea locupletior eſt liberatur non ipſo iure, ſed exceptione, niſi eſſet adultus ſine curatore:vt hic,& ff.de ſol.l.in pupillo. Si autem ſoluat tutore authore, ipſo iure liberatur, poteſt tñ in integrum reſtitui, ſi non habeat rem ſaluam:vt C. ſi aduer. ſolu.l.j.niſi in quatuor caſibus:vt C.de admi.tu. l. ſancimus &.l. conſtitutionem. quod enim legitime factum eſt ex euentu retractari nõ debet: vt C.ad ſenatuſc. Treb.l. ſancimus. Pleniſsima eſt ſi iudex interueniat cum tutore vel ſine eo:vt ff. de min. l. ait prætor §. qđ tñ. Et de hac materia ibi plene no.

g ¶*Non poſſunt.* diſtingue, aut id, qđ erat ſoluendum, non poterat alienari ſine decreto, quo caſu decretum interponendũ eſt in ſoluendo: vt ff.de reb.eod. qui ſub tu.l. magis §.ſi pupillus alias non tenet, & poteſt vendicari quod ſolutum eſt, niſi conſumpſerit creditor: vt hic,& ff.ſi cer. pe.l. nõ omnis §.ſi. Aut poterat, quo caſu ſolus ſufficit tutor vel curator, vel adult⁹ non habens curatorem: nec reſtituũtur, cũ non ſint decepti. Si ſine tutore ſoluerit, non liberatur, nec dominium trãſit, niſi per cõſumptioné, vt hic: & ff. ſi cer. pe. l. omnis.§.fina. Et hoc qñ debitum erat ciuile & naturale. Si autẽ naturale tantũ, per reſtitutioné poterit repetere, ſi legitime ſoluit, alias ſuo iure condicet: vt ff.de condi. inde.l.interdum.

PER QVAS PERſonas &c.

ESt modus in rebus: ſunt certi deniq; fines, Quos vltra citraq; nequit conſiſtere rectum. Nam licet multis modis acquirãtur:vt à §.illo ſingulorum.de re. di. vſq; nunc traditum eſt: tñ certi ſunt homines, per quos nobis acquiritur, & ſunt ſex.ſ.per nos, per filios noſtros, per ſeruos, per alienos in quibus vſum fruc. habemus, per alienos, quos bona fide poſſidemus, per liberũ hominem quẽ bona fide poſsidemus. Eſt ſeptimus ſ. ille in quo nudum vſum habemus. Eſt octauus quandoq;.vt liber homo. ſ. procurator:de quibus hoc ti.dicis. Differt aũt à quodã alio.J.p quas pſo.no.acq. ob.quia ibi de ob.acquirẽda, hic de rebus tractatur. Ac.

A D D. *Dictum eſt ſ. de multis modis acquirendi dominia: nunc ſequitur videre de perſonis, per quas dominia acquirũtur, ſecũdũ Por.*

A *c quiritur.* Iſte ti. diuiditur in tres partes principales. Primo ponit per quos nobis acquiratur. Secũdo illud exequitur ſingulatim, & in ſpecie. Tertio facit præambulũ tranſitus ad alios titulos & materias. Secũda ibi, Igitur liberi veſtri. Tertia ibi, Hactenus inſtit. in caſus poſitione eſt facilis, ideo vide per teipſum.

a ¶ *In poteſtate habem⁹.* vt. j. eo. §. j. & §. itẽ vobis.

A D D. *Quidã legunt Vobis, vel met, habetis, poſſidetis. Sed nos auctoritatem manuſcripti libri Do. Germani. Colladonis I. C. doctiſſimi, cõſuetudinem imperatoris, Theophili verſionẽ, & Eg. Baronis induſtriã ſecuti, ita correximus. quũ præſertim titulus cõſentiat. per quas per. nobis acq.*

ACquiritur nobis nõ ſolum per noſmetipſos, ſed etiam per eos quos in poteſtate habemus[a]: item per ſeruos, in quibus vſumfructum[b] habem⁹: item per homines liberos, & per ſeruos alienos, quos bona fide[c], poſsidemus: de quibus ſingulis diligentius diſpiciamus.

¶ *Exploſa veteri inhumanitate, hodie bonorum aduentitiorum filii, ſolus vſusfructus patri adquiritur: profectitiorum verò etiã proprietas quæritur.*

¶ Igitur[d] liberi noſtri vtriuſque ſexus, quos in poteſtate habemus, olim[e] quidem quicquid ad eos peruenerat (exceptis videlicet, caſtrenſibus peculiis[f]) hoc parẽtibus ſuis adquirebant ſine vlla diſtinctione[g]. & hoc ita parentum fiebat, vt etiam eſſet eis licẽtia, quod per vnum vel vnam eorum acquiſitum eſſet, alii[h] filio, vel extraneo donare, vel vendere, vel quocunque modo voluerant adplicare. Quòd nobis inhumanum viſum eſt, & generali conſtitutione[i] emiſſa, & liberis pepercimus, & parentibus honorem

§. cum aũt. verſi. hoc tantummodo. Acc.

¶ *Igitur.* Diuiditur in tres partes Nã primo ponit de acquiſitione facta per liberos, & per quos, & quid acquiratur. Secũdo qñ per ſeruos noſtros, & per quos, & quid acquiratur de acquiſitione per liberam perſonam an poſsit acquiri. & quid. Secũda ibi. Itẽ vobis. Tertia ibi, Ex his. Itẽ prima ſubdiuiditur in tres partes. Nã primo ponit ius antiquũ. Secũdo rationẽ correctionis. Tertio ponit ſuũ ſtatutũ. Secunda ibi, Quod nobis. Tertia ibi, Sancitum, Aret.

d ¶ *Igitur.* qa de ſingulis dicere vult, de filiis, vt de dignioribus, primo dicit.

A D D. *Facit extra gl. ff. de eden. l. in argen. in. §. adi.*

e ¶ *Olim.* antiquitatem primo recitat, & hoc ideo, vt nihil antiquitatis penit⁹ ignoretur: vt. j. titul. proxi. in princ. nam id quod tollitur vel reformatur, non debet eſſe incognitũ. vt C. de ca. tol. l. vnica. i fi.

Peculium quaſi caſtrenſe.

b ¶ *Vſumfructum.* vt j. eo. §. de his. Quid ſi nudum vſum? Rñ. ex re noſtra acquiritur, nõ aũt ex opera: vt ff. de vſu & hab. l. per ſeruum. & j. per quas perſ. no. acqui. ob. §. per eum quoq;. in gl.

c ¶ *Bona fide.* vt. j. e. §. idem placet. quæ bona fides in poſsidente, non in poſſeſſo requiritur: vt ff. de acqui. poſſ. l. cũ hæredes. §. fi. & ff. de ſtipu. ſer. l. ſi ſeruus ex teſtamento & de acqui. re. do. le. homo liber. in prin. & exigitur bona fides in principio poſſeſsionis, & continua in libero homine, quo ad aliquid acquirendũ per eum, non in vſucapione, quia non vſucapitur. vt ff. de acqui. re. do. le. qui bona fide. § j. & C. de lon. temp. præſ. quæ pro libero. l. ſola. Sed in ſeruo ſufficit & quo ad vſucapionem, & quo ad fructus, in initio bonam fidem habere: vt ff. de vſur. l. qui ſcit. §. vlti. & C. de vſuca. transfor. l. vnica

f ¶ *Caſtrenſibus peculiis.* idem in quaſi caſtrenſibus, etiam iure veteri: vt ff. de col. bo. l. j. §. nec caſtrenſe. non ſolũ iure nouo: vt C. de bo. que li. l. cum oportet. §. exceptis. & §. eadem obſeruando. Eſt autem caſtrẽſe, qđ filius fa. à quolibet in caſtris acquirit, nõ acquiſiturus alias: vt ff. de caſt. pe l. ſi forte. & l. caſtrenſe. Quaſi caſtrẽſe eſt, quod magiſtri liberalium artiũ medici, clerici, & aduocati de publico acquirunt: vt C. de inoff. teſt. l. fin. ad princip. & C. de epi. & cler. l. ſacroſanctę. & l. cum lege

g ¶ *Sine vlla diſtinctione.* aduentitij, vel profectitij, proprietas, vel vſusfructus.

h ¶ *Alii.* ſ. fratri. quòd grauius eſſe videtur: vt C. de bo. q̃ lib. l. cum oportet. §. j.

i ¶ *Conſtitutione.* vt C. de bon. quæ lib. l. cum

debitum reſeruauimus. Sancitum etenim à nobis eſt, vt ſi quid ex re[a] patris ei [b] obueniat : hoc ſecundum antiquam obſeruationem totum parenti adquiratur. Quæ enim inuidia eſt[c], quod ex patris occaſione profectum eſt, hoc ad eum reuerti[d]? Quod ex alia cauſa ſibi filius familias adquiſiuit, huius vſumfructum[e] patri quidem adquirat : dominium autem apud eum remaneat : ne quod ei ſuis laboribus, vel proſpera fortuna[f] acceſſerit, hoc in alium perueniens, luctuoſum ei procedat[g].

¶*Pater filium emãcipans dimidiam vſusfructus aduentitiorum filio, remunerationis cauſa conſequitur : quæ loco trientis dominii, quem olim habebat, succeſſit.*

¶Hoc quoque[h] à nobis diſpoſitum eſt[i], & in ea ſpecie[k], vbi[l] parens emancipando liberos ſuos, ex rebus, quæ adquiſitionem effugiebant[m], ſibi tertiã partem retinere (ſi voluerit) licentiam ex anteriori-

eum oportet. Accurſ.
a ¶*Ex re.* large pone. i. propter rem, vt fructus ex rebus patris, vel occaſione patris quocũq; modo quęſita: vt ff. de incẽ. rui. nau. l. j. §. ij. & ff. de vſuf. l. in fideicõ. §. cũ Pollidi[9]. & de vulg. ſub. l. ſed & ſi plures. §. in arrogato. & de caſtr. pec. l. ſi forte. & l. ſi caſtrẽſe. niſi aliũde fili[9] ſit habiturus pſe: vt ff. de iur. dot. l. v. §. ſi pater. Et ſic ponitur ex re. i. propter rem. ff. de acqui. hæ. l. à diuo. in fi. Ar. cõtra. ff. de peculio. l. eo tẽpore in fi. Arg. ſimiliter cõtra. ff. de act. emp. l. Iulianus. §. ſi quid ſeruo.
ADD. *Sol. dictio ex, proprie & ſtricte ſumpta denotat immediatum, vt ibi : ſec[9] ſi large. vt hic. Bal.*
b ¶*Ei.* ſ. filio.
c ¶*Inuidia eſt.* ſ. filio, qui acquiſiuit.
d ¶*Reuerti.* quaſi dicat, nulla.
e ¶*Vſumfructum.* quem habet in aduentitiis niſi remiſerit: vt C. de bo. que li. l. cum oportet. §. ſinantẽ res. Vel niſi ab aliquo ſibi detur, vel relinquatur hoc pacto vt ad patrem non pertineat vſusfructus: vt in auth. vt lic. mat. & auiæ. ĩ prin. col. viij. Vel niſi ſuccedat filius vna cũ patre in hæreditate fratris vel ſororis: vt in auth. de hæ. que ab inte. ve. §. ſi vero. col. x. Vel niſi ſeruus donetur filio familias eo pacto, vt manumittatur ſtatim: vt C. de bo. quæ li. l. vl. ad fi. Vel niſi quãdo pater noluit conſentire filio adeunti hæreditatẽ aliquã: vt. C. de bo. que li. l. vl. ad finem. Vel niſi parente minus legitime diuertente bona filiis applicentur: vt in auth. vt nul. in. §. quia vero quædam. col. ix. idem quando pater contraxit inceſtas nuptias: vt in auth. de ince. nu. §. j. col. j.
f ¶*Proſpera fortuna.* Quid dicemus in dubio vñ pueneri? Rñd. quidã ex bonis patris præſumitur habuiſſe, ſicut ſi vxor habet, præſumitur ex bonis mariti: vt C. de don. inter vir. & vxo. l. etiã. & ff. de do. inter vir. & vx. l. quintus. Nos contra, & diſtingue, an filius ſit diligens, vel diues, & pater inops, vel econtra: vt ex bonis diligẽtis (alias diuitis) quæſitũ fingam[9]: vt C. arbit. tut. l. ſi defunct[9]. & ff. de hær. vẽ. l. vẽditor ex hæreditate. §. ſed vbi hæreditatẽ. ibi, pretiũ enĩ hominis &c. & ff. ad. l. Falc. l. ſi hæres inſtitutus. in prio.
g ¶*Procedat.* collige, peculium aliud caſtrenſe, aliud quaſi caſtrẽſe, aliud ruſticanũ, ſiue paganũ: qđ diuiditur ĩ pfectitiũ & aduentitiũ: vt C. de inof. te l. fi. in prin. de quib[9] omnib[9] dicitur ĩ hoc ti. qđ iuris ſit, & C. de bo. q̃ li. l. cũ oportet.
h ¶*Hoc quoq;.* ſ. vt parẽtibus honorẽ ſeruemus, & filiis parcamus.
i ¶*Diſpoſitum eſt.* C. de bon. quæ lib. l. cũ oportet. §. enim autem.
k ¶*Specie.* id eſt caſu. Accur.
l ¶*Vbi.* in quo.
m ¶*Quæ acquiſitionẽ effugiebãt.* i. patri nõ acquirebãtur, quantũ ad pprietatẽ. Sed ſecđm quę tẽpora locũ habebat, qđ hic dicitur. Secđm antiqua nõ. quia ſola caſtrẽſia & quaſi nõ acquirebãtur, de qbus nihil detinebat pater: vt C. de bo. quæ li. l. cũ oportet. §. j. ſecđm moderna vero non: qa nõ erat adhuc ſtatutũ ĩ aduẽtitiis, vt nõ acquirerẽtur patri tpe hui[9] legis antiquæ, quæ recitatur hic. Rñ. quatuor iura hic ſucceſſiue cõſiderari. Antiquiſſimũ, quo ſola caſtrẽſia vel quaſi nõ acquirebãtur. vt. ſ. §. j. Antiquũ, vt tpe Cõſtantini, quo res maternæ & ex materna linea delatæ, vt nõ acquirantur patri ſtatutum eſt. vt C. de bo. mat. l. j. ij. & iij. Tertiũ quod hic recitatur: vt pater emãcipando filium de his maternis tertiã teneat pro præmio. Quartũ quod cauetur,

Peculium eſt multiplex.

Pater ſecundum diuerſa tempora diuerſa iura habuit in bonis filii.

vt omnia aduentitia acquirantur filiis, quantú ad proprietatē, patri quantú ad vſumfructum, ex quo corrigitur illud quod iure antiquo cautú erat, vt hic, & ʒ.§.j.&.C. de bo.quæ lib. l.cum.oportet.

l.etiam inuitis.ſic & ff.de verb.obli.l.ſeruus vetante. Arg.contra.ff.de dona.l.hoc iure.§.non poteſt.

A D D. *Sol. Duo ſunt extrema in acquirēdo, vnum ab eo per quem nobis acquiritur: alterū ex perſona noſtra. quantū ad primū, nobis inuitis acquiritur: quantum ad ſecūdum contra. & l. hoc iure. & l. inuito, ff. de regu. iur. A. F.*

bus Conſtitutionibus[a] habebat, quaſi pro pretio quodammodo emancipationis. Et inhumanum quiddam accidebat, vt filius rerum ſuarum ex hac emancipatione dominio ꝓ parte tertia defraudaretur, & quod honoris ei ex emancipatione additū erat, quòd ſui iuris effectus eſſet, hoc per rerum diminutionem decreſceret[b]. Ideóq; ſtatuimus, vt parens ꝓ tertia parte dominij, quam retinere poterat, dimidiam[c] non dominii rerum, ſed vſusfructus retineat. Ita etenim res intactæ apud filium remanebūt, & pater ampliore ſumma fruetur, ꝓ tertia,[d] dimidia potiturus.

¶ *Seruus adquirit domino etiam ignoranti. Hæreditas verò ſine iuſſu domini ab eo adiri non poteſt. Et tam proprietas, quàm poſſeßio per eum domino adquiritur. Aretinus.*

¶ Item nobis adquiritur, quod ſerui noſtri ex traditione nanciſcuntur: ſiue quid ſtipulentur[e]: ſiue ex donatione, vel ex legato, ſiue ex qualibet[f] alia cauſa acquirant. Hoc enim nobis ignorantibus & inuitis obuenit[g]. ipſe enim ſeruus, qui in poteſtate alterius eſt, nihil ſuum[h] habere poteſt. Sed ſi hæres[i] inſtitutus ſit: non aliàs, niſi noſtro iuſſu, hæreditatē adire poteſt. Et ſi nobis iubenti-

a ¶ *Conſtitutionibus.* ſ. Cōſtantini ante Iuſtinianum: vt recitatur. C. de bo. quæ li l. cū oportet. §. pe.

b ¶ *Decreſceret.* ar. cōtra ʒ de leg. pa. tu. per totū. & . C. de cad. tol. l. vnica. §. pro ſecundo. Acc.

c ¶ *Dimidiam.* quam ſemper retinet, niſi expreſſe remittat: vt: C. de bo. quæ li. l. cū oportet. Ac.

A D D. *Dic quòd in peculio profectitio eſt neceſſe, quod pater expreſſe retineat alias donare videtur. l. donationes. §. pater. ff. de do. Et eſt ratio diuerſitatis: quia profectitiū pater poteſt adimere & totū ex eius voluntate dependet: ideo ei nō prouidet, ſicut in aduentitio: quod pater non poteſt adimere: cum proprietas ſit ipſius filii, ſecūdū Ioā. Fab.*

d ¶ *Pro tertia.* id eſt, loco tertiæ, quā habebat olim in bonis maternis ratione proprietatis: habet hodie dimidiam vſitſfructus in omnibus aduentitiis: vt. C. de bon. quæ lib. l. cum oportet. § penul.

e ¶ *Stipulentur.* Et ita obligationē domino quærit: vt. ʒ. per quas perſo. no. ob. ac. qui. circa pr n.

f ¶ *Ex qualibet.* vt per occupationē, vel ſpecificationem: vel inuentionem: vt. ʒ: de rer. diuiſi. §. fere, & . §. cum quis. & . §. theſaurus.

g ¶ *Inuitis obuenit.* ſic. ff. de acqui. re. do.

h ¶ *Nihil ſuū.* ſ. ad ſuam vtilitatem. ſed ad domini vtilitatem poteſt: vt. ʒ. de ſtip. ſeruo. §. ſed cū factum. quæ eſt contra. imo etiam ad ſuam vtilitatē quandoque: vt ſi dominus ſeruo legatum relinquat: vt C. de neceſſ ſer. le. quidam. §. illo, R n. illud de æquitate, non ratione dicitur: quia in alimenta erat relictum: vt C. de leg. l. ſeruis. & ff. de alimen. & cib. leg. l. ſeruos. alias autē nō tenetur hæres, niſi velit.

A D D. *Quod facere debet de vrbanitate, ſi ſuum grauare nolit opin. vt ibi no. gloſ.*

i ¶ *Sed ſi hæres.* no. in hæreditate adeunda à ſeruo tria eſſe neceſſaria, quæ ſunt iuſſus, vt hic: & quod præcedat: vt ff. de acqui. hær. l. ſi quis mihi. §. iuſſum. & ſerui voluntas: vt. C. de hæ. inſt. l. cum proponas. §. ſi. in gl. pe. In Trebellianica reſtitutione ſeruo facienda ſolius domini ſufficit voluntas. At in bonorum poſſeſsione ſeruo delata ſeruum conſentire, & dominum velle, ſiue ante, ſiue poſt, oportet: vt ff. ad Treb. l. ſeruo inuito. & . ff. rem rat. hab. l. pe. In legato nō eſt opus iuſsione, cum emolumentum

tantum

Beneficiū cōferimr inuitum.

Ser[illegible] poſſit ha[illegible] q[illegible]

Hæreditas per ſeruum adiri non poteſt, niſi tria concurrant.

tantum contineat: vt ff. man. l. ſi hæreditatem.

a ¶ *Adierit.* ſcilicet ſeruus.

b ¶ *Perinde.* quandoque non perinde: vt ſi filio meo ſubſtituam eos, quos hæredes mihi fecerim. Nam vocantur ex ſubſtit. qui per ſe, non qui per ſeruos hæredes ſunt: vt ff. de vul. & pu. ſubſt. l. qui liberis §. hæc verba. Item alibi: vt ff. de leg. j l. eu filio. §. denique. verſicu. ipſi vero. & verſic. & ideo. Accurſius.

c ¶ *Acquiritur.* ſiue ſeruus tantum velit, ſiue dominus tantum: vt ff. de dona. cauſa mortis. l final. & de adi. leg. l. ſi ſeruo cum libertate.

d ¶ *Adepti fuerint.* ſcilicet iuſte. ſecundum quoſdam. Vel aliter, quod dic vt diximus, ſuper de his qui ſunt ſui vel alieni iuris §. j.

e ¶ *Videmur.* etiam ignorantes. vt ff. de acquiren. poſſ. l. iij §. ſaltus.

f ¶ *Vſucapio.* in rebus peculiaribus ſtatim: in dominicis poſtquam dominus ſcit: vt ff. pro ſo. l. ij. & de vſuca. l. Labeo.

g ¶ *Poſſeſſio.* id eſt, præſcriptio. quæ eſt effectus longæ poſſeſſionis: vt ff. de vſucap. l. iij.

h ¶ *Tantummodo.* vt ff. de donat. cauſa mortis. l. vltim. & de adi. leg. l. ſeruo.

i ¶ *Vſumfructum.* de eo in quo vſum tantummodo habemus: dic, quod ex operis tantum non acquirit: quia operæ ſerui in fructu ſunt: vt ff. de vſu & hab. l. per ſeruum. Accurſius.

bus adierit[a] nobis hæreditas acquiritur: perinde[b], ac ſi nos ipſi hæredes inſtituti eſſemus. Et conuenienter ſcilicet nobis legatum per eos acquiritur[c]. Non ſolùm autem proprietas per eos, quos in poteſtate habemus, nobis acquiritur: ſed etiã poſſeſſio. Cuiuſcunq; enim rei poſſeſſionẽ adepti fuerint[d], id nos poſſidere videmur[e]. Vnde etiam per eos vſucapio[f], vel longi temporis poſſeſſio[g] nobis accidit.

¶ *Alienus ſeruus, cuius vſumfructum habemus: item is, quẽ bona fide poſſidemus, ſiue liber ſit, ſiue ſeruus: ſi quid ex re noſtra vel ſuis operis nãciſcatur, nobis acquiritur: quod verò extra has cauſas aſſequitur, vero domino, aut ipſi libero homini quæritur.*

¶ De iis autem ſeruis, in quibus tantũmodo[h] vſumfructum[i] habemus, ita placuit: vt quicquid ex re[k] noſtra, vel ex operis ſuis acquirãt, id nobis adiiciatur: quod vero extra eas cauſas conſecuti ſunt: id ad dominũ proprietatis[l] pertineat. Itaque ſi is ſeruus hæres inſtitutus ſit, legatúmve quid[m] aut donatũ fuerit, non vſufructuario, ſed domino proprietatis acquiritur.

¶ *Liber homo & ſeruus alienus bona fide poſſeſſus, acquirunt poſſeſſori ex re ipſius, & operis ſuis. Ex aliis verò cauſis liber homo acquirit ſibi, & ſeruus domino ſuo. Et non tantùm per prædictos acquiritur nobis dominium, ſed etiam poſſeſſio. Aret.*

¶ Idem placet[n], & de eo, qui à nobis bona fide poſſidetur, ſiue is liber[o] ſit, ſiue alienus ſeruus. Quod enĩ placuit de vſufructuario, idem placet & de bonæ fidei poſſeſſore. Itaq; quod extra iſtas duas cauſas[p] acquiritur,

k ¶ *Ex re.* ex-i.e: vt ſupra §. primo.

l ¶ *Ad dominum proprietatis.* niſi contéplatione vſufructuarij ſit inſtitutus, vel aliud ſibi datum fuerit: quo caſu ex re eius, ſcilicet vſufructuarij ſic ... quæſitum eſſe videtur: vt ff. de vſufruct. leg. l. ſed & ſi quid. non tamen vſufructuarij iuſſus ſufficit ad adeundam hæreditatem: vt ff. de acquiren. hære. l. aditio. § præterea. Accurſius.

ADDITIO. *Sed adibit iuſſu domini, qui fructuario reſtituet. & ſi nolit iubere, cogetur: vt no. eodem tit. de acquiren. hære. l. ſi quis mihi. in princip. & in gloſ. 2. & ff. de vſufru. leg. l. ſi ſerui. Ioan. Fab.*

m ¶ *Quid.* id eſt, aliquid.

n ¶ *Idem placet.* ſ. quo ad acquiſitionẽ. vt ſtatim ſequitur: nam in alio differt: vt j. eod. § ſed bonæ fidei.

o ¶ *Is liber.* hic dic, quod diximus, ĩ. eo. in prin.

p ¶ *Extra iſtas duas cauſas* velutis, ſi fuerit hæres inſtitutus, vel legatũ

id vel ad ipſum pertinet, ſi liber eſt[a], vel ad dominum, ſi ſeruus eſt. Sed bonæ fidei poſſeſſor, cum vſu ceperit ſeruũ (quia eo modo dominus fit[b]) ex omnibus cauſis per eum ſibi acquirere poteſt. Fructuarius verò vſucapere non poteſt. primùm, quia non poſſidet[c], ſed habet[d] ius vtendi fruendi. deindè quia ſcit[e] ſeruum alienum eſſe. Non ſolúm autem proprietas per eos ſeruos, in quib' vſumfructum habemus, vel quos bona fide poſſidemus: aut per liberam perſonam, quæ bona fide nobis ſeruit, nobis acquiritur, ſed etiam poſſeſſio. Loquimur autem in vtriuſque[f] perſona ſecundũ diſtinctionem, quam proximè[g] expoſuimus: id eſt, ſi quam poſſeſſionem ex re noſtra, vel ex ſuis operis adepti fuerint.

¶ *Per prorſus extraneam perſonã (excepto procuratore, per quem poſſeſſio, dominium, & vſucapiendi cõditio nobis quæritur) nil nobis acquiri poteſt.*

¶ Ex his itaque paret[h], per liberos homines, quos neque noſtro iuri ſubiectos habemus, neque bona fide poſſidemus: item per alienos ſeruos, in quibus neque vſumfructũ habemus, neque poſſeſſionẽ iuſtam: nulla ex cauſa nobis acquiri[i] poſſe. Et hoc eſt, quod dicitur per extraneam perſonam nihil acquiri poſſe: excepto eo, quod per

fuerit ei aliquid, vel donatum.

a ¶ *Si liber eſt.* præter poſſeſſionem, quæ ſibi, ſcilicet libero poſſeſſo quæri nõ poſſit, cum ipſe ab alio poſſideatur: vt ff. ad legem Iuliam de adul. l. ſi eueniet. Item præter vſucapionem, quæ ſibi non quæritur ſine poſſeſſione: vt ff. de acquir. rer. domi. l. homo liber. §. quicquid. & ff. de vſucap. l. ſine poſſeſſiõe. Sed in hæreditate per liberũ hominem mihi quærenda, ſex ſunt neceſſaria: quorum ſi quid defuerit, non quæritur, ſcilicet vt mei contemplatione inſtituatur. Item vt ſciat conditionẽ ſuam inſtitutus. Item quod iuſſu meo adeat. Item quod volens adeat. Itẽ quod velit mihi quærere. Itẽ quod bona fide poſſideam. Bene dico, quod oportet vt ſciat conditionem ſuam. Nam ignarus ſuæ conditionis nulli acquirit, ſibi enim nõ: vt ff. de acquiren. hære. l. qui putat. §. qui bona fide. & l. vj. §. j. quia ſe obligare non voluit. Item poſſeſſori non. ſi non interuenit iuſſus: vt ff. de acquir. hæred. l. ſi quis mihi bona §. iuſſum. Item & ſi interuenit: vt ff. de acquir. hær. l. vj §. Celſus. & § j. nam ſeruili neceſſitate creditur hoc feciſſe: vt ff. de nego. geſt. l. at qui. § ſi libero. quare non poteſt acquirere vt ff. de acquiren. rerum domi. l. homo liber. Si ſciat conditionem ſuam: volens quærere mihi, quærit ſibi. ſed reſtituitur mihi poſſeſſori per cõditionẽ ſine cauſa, cuius intuitu fuit inſtitutus, ſicut volẽs quærere rẽ poſſeſſori, cui' intuitu fuit inſtitutus, iuſſu eius adeũdo quærit: ſed ſi nõ eius contẽplatione, nihil: vt ff. de acquiren. rer. domi. l. liber homo. & l. homo liber. in princ. Item poteſt dici quod ignarus quærit ſibi: vt ff. de acquiren. hæred. l. qui putat. §. de eo. cum non contemplatione poſſeſſionis inſtituatur: vt ff. de acquiren. hæred. l. qui in aliena. in fi.

b ¶ *Dominus fit.* ſic Cod. de pact. l. traditionibus. Accurſius.

c ¶ *Non poſſidet.* ſcilicet ciuiliter, ſed naturaliter. vt ff. de acqui. poſſ. l. naturaliter. vnde vtile interdictũ vnde vi ſibi datur: vt ff. de vi & vi arma. l. iij. §. vn de vi.

d ¶ *Sed habet.* ſic ff. de acquiren. poſſ. l. j. §. per eum ſic. ff. qui ſatiſd. cog. l. ſciendum. §. ij. Accur.

e ¶ *Quia ſcit.* vnde non vſucapit, cum malam fidem habeat: vt ſ. de vſufru. in principio.

f ¶ *In vtriuſque.* Nota in tribus vtriuſque dici. Vel melius hic vtriuſque, fructuarij & bonæ fidei poſſeſſoris.

g ¶ *Proximè.* vt ſ. eodem. §. de his. & §. idem placet.

h ¶ *Apparet.* ſcilicet argu. à contrario ſenſu ſumpto. nam ſi tantum per dictos homines acquiritur, ergo non per alios: vt ff. de offic. eius cui man. eſt iur. l. j. in princ. & ſ. de tute. in princ. *Argumentum à contrario ſenſu eſt in iure validũ.*

i ¶ *Acquiri.* fallit in tutore & curatore & ſimilibus perſonis, vt dicemus. j. de inutil. ſtipul. §. ſi quis alij.

a ¶ *Poſſeſſionem*

liberã perſonam. veluti per procuratorem, placet nõ ſolùm ſcientibus, ſed & ignorantibus nobis acquiri poſſeſſionem[a], ſecundum diui Seueri cõſtitutionem[b]: & per hanc[c] poſſeſſionem, etiam dominium, ſi dominus fuerit qui tradidit: vel vſucapionem, aut longi temporis præſcriptionem[d], ſi dominus non ſit.

¶ *Tranſitus eſt, à modis acquirendarum rerum ſingularum, ad eos quibus per vniuerſitatem acquiruntur.*

¶ Hactenus tantiſper admonuiſſe[e] ſufficiat, quemadmodum ſingulæ res nobis acquirãtur[f]. nam legatorum ius[g] quo & ipſo ſingulæ res nobis acquirũtur: item fideicommiſſorum, vbi ſingulæ res nobis relinquũtur: oportunius inferiore loco referemus[h]. Videamus itaq; nũc, quibus modis per vniuerſitatem res nobis acquirãtur. Si cui ergo hæredes[i] facti ſimus, ſiue cuius bonorum[k] poſſeſſionem petierimus, vel ſi quem arrogauerimus[l], vel ſi cuius bona libertatum cõſeruandarũ cauſa nobis addicta fuerint[m]: eius res omnes ad nos trãſeunt. Ac prius de hæreditatibus diſpiciamus: quarum duplex cõditio eſt. nam vel ex teſtamẽto[n], vel ab inteſtato ad nos pertinẽt. Et prius eſt, vt de iis diſpiciamus, quæ ex teſtamento nobis obueniunt: qua in re neceſſarium eſt initium de ordinandis teſtamentis exponere.

TITVLVS X.

DE TESTAmentis ordinandis.

¶ *Teſtamentum eſt voluntatis noſtræ iuſta ſententia, de eo quod quis poſt mortẽ ſuam, fieri voluit. l.1.ff.de teſtam.*

Poſſeſsioni quærit.

a ¶ *Poſſeſsionem.* C.de acquiren.poſſ.l.j. & ff. acquiren. poſſ.l.poſſeſſio quoque.§. & ſi poſſeſſio.

b ¶ *Conſtitutionem.* quæ eſt C. per quas perſo.no.acqui.l.j.

c ¶ *Per hanc.* ita quod & per procuratorẽ. nanque ſola poſſeſſio (cum res inanimata ſit) mihi non q̃ritur, nã & per traditionẽ res mihi quæritur & poſſeſſio, ſed illa eadem & per me acquiritur: vt ſupra de rerum diui. §.per traditionem. & ſupra eodem. in principio. Alij dicũt, vt Azo. per ſolam poſſeſſionẽ acquiri dominiũ: vt hic, & C. eodem. l. j. Sed ibi non dicit ſimpliciter excepta poſſeſſione, ſed dicit excepta cauſa poſſeſſionis, id eſt, dominio, quod eſt cauſa poſſeſſionis, ſecunda poſt vſucapionem: vt ff. de vſucap. l. iij.

d ¶ *Præſcriptionem.* vobis ſciẽtib⁹: vt C.de acqui. poſſeſſ. l. j.

e ¶ *Admonuiſſe.* ſupra de rerum diuiſio. §. ſingulorum.

f ¶ *Acquirantur.* per vos & alios: vt in titu. iſto.

g ¶ *Nam legatorum ius.* Reſpõ. tacitæ obiectioni, quæ fieri poſſet de ſingularib⁹ acquiſitionib⁹ legatorum.

h ¶ *Referemus.* vt infra de leg. per totum. & infra de ſing. re. per fideicom. relict. per totum.

i ¶ *Hæredes.* ſcilicet de iure ciuili: vt J. de hære. inſtit. vſque ad titu. de bono. poſſeſſionibus.

k ¶ *Bonorũ poſſeſsionem.* ſcilicet de iure prætorio: vt infra de bono. poſſ. per totum titulum.

l ¶ *Arrogauerimus.* infra de acquirend. per arrog. per totum.

m ¶ *Addicta fuerint.* infra de eo cui lib. cauſa bona addi. per totum.

n ¶ *Ex teſtamento.* de quibus vſque ad tertium libri dicetur.

DE TESTAmentis ordinandis.

¶ *Iſte titulus & ſequentes continuantur per Imperatorem: vt ſupra tit. 1. §. fina. dic vt ibi. Vel dicas ſic, & familiarius. Dictum eſt supra in §. fina. titu. præcedẽtis, quòd per vniuerſitatem res nobis acquiruntur: & per hæreditatem & alios modos ibidem poſitos. Verum quia hæreditates, quandoque deferuntur ex teſtamento, & quandoque ab inteſtato, ideo primo ſequitur videre de teſtamentis.*

T*Eſtamentum.* Totus iſte titulus diuiditur principaliter in tres partes. Nã primo ponit ſiue deriuationẽ, ſiue etymologiã teſtamenti. Secundò de teſtamentis in ſcriptis tam de iure veteri, q̃ de iure nouo. Tertiò de teſtamento nuncupatiuo. Secunda ibi, Sed vt nihil. Tertia ibi, Sed illa quidem. Item ſecunda pars principalis ſubdiuiditur. Nam primo recitat ius antiquum, & multiplicem ordinationem teſtamentorum: & eorum nomina cum eorum correctione. Secundò de ſigillatione facienda per teſtes. Tertiò qui teſtes poſſunt adhiberi, & qui repellantur in teſtamento. Quartò quod nõ refert, in qua materia teſtamentũ ſcribatur. Quintò ponit vnũ caſũ, quod de vno teſtamẽto poſſunt fieri plures ſcripturæ. Secunda ibi, Poſſũt aũt. Tertia ibi, Teſtes aũt. Quarta ibi, Nihil autem. Quinta ibi, Sed & vnũ. Item hæc principaliter ſubdiuiditur in nouem partes. Primò ponit etymologiã vocabuli. Secundò recitat duo genera teſtamentorum, quæ olim ſeruabantur. Tertiò recitat tertiũ genus teſtamentorum, quod etiam iure ciuili fuit introductum. Quartò ponit duo genera teſtamentorũ in deſuetudinẽ abiiſſe. Quintò ponit qualiter tertiũ genus partim deſiit per deſuetudinem. Sextò qualiter poſtea fiebãt teſtamenta de iure prætorio. Septimò qualiter in confectione teſtamentorũ ius ciuile & prętorium coniunctũ eſt, & etiam conſtitutiones imperiales. Octauo magis declarat, quid eſt de iure ciuili, & quid de prætorio: & quid de iure cõſtitutionũ in formatione teſtamenti. Nono qualiter per cõſtitutiones Imperiales additũ eſt, q̃ teſtator ſcribat nomẽ hęredis. Secũda ibi, Sed vt. Tertia ibi, Acceſſit. Quarta ibi, Sed illa. Quĩta ibi, Quod vero. Sexta ibi, Poſtea. Septima ibi, Sed cũ paulatim. Octaua ibi, Vt hoc. Nona ibi, Sed his oĩbus.

TEſtamentum ex eo appellatur,

CASVS. Domine, iam video, quod vultis tractare de teſtamentis. dicatis ergo mihi, vnde appellatur teſtamẽtũ? Ad hoc reſpon. Amice, teſtamentũ ex eo appellatur, q̃ teſtatio mentis eſt: ſed vt nihil antiquitatis penitus ignoretur à iuuenibus ſcire debes duo genera teſtamentorũ de iure ciuili antiquiſſimo in vſu fuiſſe: quorum altero genere vtebantur antiqui in pace & otio: hoc genus teſtamenti in pace & otio facti appellabant antiqui calatis comitiis. & altero genere teſtamentorum vtebantur, cũ eſſent in expeditionẽ armorũ exituri: & hoc ſecundũ genus appellabant procinctũ. Poſtea vero procedente tempore acceſſit tertiũ genus teſtamentorũ: & hoc tertiũ genus appellabãt per æs & librã: & hoc tertiũ genus ita appellabatur: quia per quandã imaginariã venditionẽ fiebat coram quinq; teſtibus ciuibus Romanis puberibus, libripende præſente, & eo qui familiæ emptor dicebatur: & ita quodammodo tea teſtes de iure ciuili antiquo in factione teſtamenti requirebantur. Sed certe prima duo genera teſtamentorum, videlicet calatis comitiis & procinctum ex veteribus temporibus in deſuetudinem abierunt. Tertium vero genus, quod per æs & libram appellatur, licet diutius permanſerit, tamen partim in vſu eſſe deſiit. & hæc tria genera teſtamentorum, videlicet calatis comitiis, & procinctum, per æs & libram, ad ius ciuile referuntur. Poſtea verò de iure prætorio quædam alia forma faciendorum teſtamentorũ inuenta eſt. Nam de iure nulla emancipatio vel imaginaria venditio requirebatur: ſed ſigilla ſeptem teſtiũ teſtamentis faciendis ſufficiebant: quanuis iure ciuili antiquo ſigilla teſtium non eſſent neceſſaria. Sed cũ poſtea paulatim & ſucceſſiue tam ex vſu hominũ, quàm ex emendationibus cõſtitutionum cœperit ius ciuile & ius prætorium in vnam conſonantiam & vniformẽ obſeruationẽ circa factionem teſtamentorũ confluere: ſtatutum fuit, vt vno & eodem tempore ſigna ſeptẽ teſtiũ in teſtamentis adhibeantur, quod ius ciuile antiquũ quodammodo exigebat. & huiuſmodi ſeptem teſtes adhibiti in teſtamẽto ſubſcribebãt, quod ex conſtitutionibus inuentum eſt. & ex edicto prætoris ſignacula teſtiũ teſtamentis apponerẽtur, vt hodie huiuſmodi ius teſtamentorũ faciendorũ ea triplici fonte videatur eſſe deriuatum. Nam teſtes & eorum ſigna vno contextu teſ[illegible] celebrandi gratia à iure ciuili antiquo videtur deſcendere. Subſcriptiones autẽ teſtatoris & teſtium ex conſtitutionum obſeruatione adhibentur, & ſigilla & numerus teſtium ex edicto prætoris. Sed pone: Domine, iam video quid obtinebat de iure antiquo circa faciẽda teſtamenta: & qualiter antiquitas corrigitur per conſtitutiones principum, nunquid addidiſtis per cõſtitutiones veſtras? Reſp. q̃ ſic. Nã omnibus prædictis propter ſynceritatem teſtamenti, vt omnis fraus excludatur, ex noſtra cõſtitutione hoc additũ eſt, vt nomen hæredis per manũ teſtatoris, vel ſi ipſe neſciat, vel non poſſit ſcribere: per manũ publicam exprimatur, & omnia ſecundum noſtræ cõſtitutionis tenorẽ procedant. Sed pone: Domine, iã video quot teſtes debent ſignare teſtamentum, nunquid neceſſe eſt, quod quilibet eorũ proprio ſigillo vtatur? Reſp. quòd non. Poſſunt enim omnes teſtes vno ſigillo vel vno annulo

quòd teſtatio mentis ſit. Sed vt[a] nihil antiquitatis penitus ignoretur: ſciendu eſt, olim quidē duo genera teſtamentorum in vſu fuiſſe: quorū al-tero in pace & otio vtebātur, quod calatis comitiis[b] appellabant: altero, cùm in prælium exituri eſſent[c], quod procinctum[d] dicebatur. Acceſſit[e] deinde tertiū genus teſtamētorū, quod dicebatur per æs & libram[f], ſcilicet, quòd per mācipationem, id eſt, imaginariam quādam venditionem[g] agebatur, quinque teſtibus, & libripende[h], ciuibus Romanis[i] puberibus[k] præſentibus, & eo, qui familiæ[l] emptor [illegible] dicebatur. Sed illa quidem priora duo genera teſtamentorum, ex veteribus tēporibus in deſuetudinē abierunt. Quod verò, per æs & libra[n] fiebat, licet diutius permanſerit: attamen partim[o], & hoc in vſu eſſe deſiit. Sed prædicta[p] quidem nomina teſtamētorum ad ius ciuile[q] referebantur. Poſtea[r] verò ex edicto Prætoris

no annulo ſignatorio ſignare teſtamentū. Quid enim ſi ſeptē annuli vna ſcriptura fuerint, & eoſdem habentes characteres, nōne ſufficiunt? Ergo eadē ratione ſuffi cit, & ſi omnes eode annulo vtātur: & ita Papini. viſum eſt. Et non ſolum ꝓprio, ſed alieno ſignare poſſunt. Et hęc dicuntur vſq; ad illum §. teſtes autē. Frā.

¶ *Teſtamentum ex eo appellatur.* ponit etymologiam. vt dicitur lapis quaſi lædens pedem: & argumētum quaſi arguēs inuentum: & ſic mutuum quod ex meo tuū fit: vt ff. ſi cer. pe. l. ij. § appellata. & ſecūdum hoc endiectius poteſt dici teſtamentū. Definitur autē ſic: Teſtamentum eſt voluntatis noſtræ iuſta ſententia de eo quod quis poſt mortem ſuam fieri voluit: vt ff. eo l. j. & eſt addēdū cū inſtitutione hęredis: vt j. de le gi. §. ante hæredis. quia ſine hæredis inſti tutione nullū dicitur teſtamentū: vt ff. de iur. codic. l. fi. & j de fideicō. hære. in prin.

Lapis vnde dicitur.
Argumentum vnde dicitur.

A D D. *Vlp. in titulis. tit. 20. Teſtamentum, ait, eſt mentis noſtra iuſta conteſtatio, in id ſolenniter facta, vt poſt mortē noſtram valeat. Gell. lib. 6. c. 12. ait Seruiū Sulpi. ſcripſiſſe, conpoſitū eſſe, ex mentis conteſtatione. in quo illi nō tam Grāmatica pracepta, aut nomē ipſum, quàm vim nomini attributā ſpectarunt: quòd ſcilicet mens teſtatoris in teſtamentis demonetur, ex eaque pendeant: qua de cauſa diuerſum à Teſtimonio nomē habere veteres voluerūt. In numera ſunt apud Varro. eiuſdē generis etymologia: qua ad Grammaticorum normam exigi non poſſunt.*

a ¶ *Sed vt* C. de cadu. tollen. l. vnica. §. & cum tripli ci. argu. contra in eodem titu. de cadu. tollen. §. pro non ſcriptis. Accurſius.

b ¶ *Calatis comitiis.* id eſt. bonis initiis vel bonis conuentibus. Calos enim bonū interpretatur. Comitia ſunt conuentus. Vel à calo, quod eſt voco: quia vocatio perſonarū fiebat, vnde calēdæ dictæ ſunt. A D. *Calata, vt Calēda, a καλέω, id eſt, voco: erāt quæ pro collegio Pontificū vocabatur, quibuſque ſacrorū detestatio, & teſtamenta fieri ſolebāt: idq; in concione populi. Gell. li. 15. c. 27.*

Calos.
Calenda.
Comitia.

c ¶ *Exituri eſſent.* nūb.

d ¶ *Procinctū.* co loco quod ſubitò fiebat. Et in his duobus teſtamentis hæres erat: vt j. eo. §. ſed neque.

A D D. *Imò, quod olim togis induti accerrabant: & cùm ad pugna vocabantur, atq; que inſtructus in'ebatur, togas præcingebant. itemque teſtamēta in procinctu faciebant. Gelius ibidem: & Plutar. in Coriolano appertè.*

e ¶ *Acceſſit.* ſimiliter de iure ciuili.

f ¶ *Per æs & librā.* propriū nomē teſtamēti.

g ¶ *Venditionem.* ſic ſupra qui. mo. ius pa. po. ſol. §. præterea.

h ¶ *Libripende.* id eſt, æſtimatore, qui libripendebat vel æſtimabat familiam vno nummo: deinde emptor manumittebat totam familiam cum omnibus bonis.

i ¶ *Ciuibus Romanis.* id eſt, liberis hominibus: vt j. de libe. §. fina.

k ¶ *Puberibus.* ſupra quib. mo. tut. fin. in principio.

l ¶ *Familia.* id eſt, hæreditatis: vt ff. de verb. ſig. l. pronūciatio § familiæ. Accur.

m ¶ *Emptor.* qui erat loco hæredis: vt j. §. ſed neque. Accurſius.

n ¶ *Libram.* ſcilicet adæquatam, id eſt, æſtimatam rem. & dicitur libra, hæreditas. quia ſicut libra diuiditur in xij. vncias, ita & hæreditas: vt j. de hæ re. inſtitu. §. hæreditas. vnde dicitur adæquata libra, id eſt, hæreditas æſtimata.

o ¶ *Partim.* quia numerus teſtium remanſit.

p ¶ *Sed prædicta* alias præfata. & ita allegatum quandoque inuenitur.

q ¶ *Ad ius ciuile.* ſ. quia ius ciuile īuenit.

r ¶ *Poſtea.* C. de media iuris prudentia.

a ¶ *Honorario.* id eſt, prætorio: vt ſupra de iure nat. §. prætorium.
b ¶ *Quodammodo.* quia cōpotato libripende & emptore, ſeptem erant. Accurſius.

do ſolennitas non fuit obſeruata, nec ſcripta in teſtamento. ſecus ſi fuit obſeruata, licet non ſcripta: vt leg. ſi librarius. ff. de regu. iur. Angelus.

i ¶ *Annulo.* ſcilicet habente characteres, qui ſignatorius dicitur: & ſic eſt in eo ſigillum. non autem alio ſigno: vt ff. eod. l. ad teſtium. §. ſignum. & de verb. ſignific. l. ſignatorius.

forma alia faciēdorum teſtamētorum introducta eſt. Iure enim honorario[a] nulla mancipatio deſiderabatur, ſed ſeptem teſtium ſigna ſufficiebāt: quum iure ciuili ſigna teſtiū non eſſent neceſſaria.

¶ *Teſtamēti in ſcriptis ſolēnitas partim iure ciuili: partim ſacris conſtitutionibus, & prætorio iure nititur: conficitur autem tale teſtamentum teſtibus ſeptem vno contextu actui adhibitis, & facto teſtamento ſubſcribētibus, ac demum illud ſuis ſigillis munientibus.*

¶ Sed quum paulatim, tam ex vſu hominum, quám ex conſtitutionū emēdationibus cœpit in vnam conſonantiam ius ciuile & prætorium iungi: conſtitutum eſt, vt vno eodémque tempore (quod ius ciuile quodammodo[b] exigebat) ſeptē teſtibus adhibitis, & ſubſcriptione[c] teſtium (quod ex conſtitutionibus[d] inuentum eſt) & ex edicto Prætoris ſignacula teſtamentis imponerentur: ita vt hoc ius tripertitum eſſe videatur: & teſtes quidem, & eorum præſentia, vno contextu[e] teſtamenti celebrādi gratia, à iure ciuili deſcēdant. Subſcriptiones autem teſtatoris[f], & teſtium[g] ex ſacrarum conſtitutionū obſeruatione adhibeantur. Signacula autem, & teſtiū numerus ex edicto Prætoris. Sed his omnibus à noſtra conſtitutione propter teſtamentorum ſynceritatē, vt nulla fraus adhibeatur, hoc additum eſt, vt per manus teſtatoris, vel teſtium nomen hæredis exprimatur: & omnia ſecū dum illius cōſtitutionis tenorem[h] procedant.

¶ *Omnes teſtes poſſunt vno annulo proprio vel alieno ſigillare. hoc dicit. Aretinus.*

¶ Poſſunt autē omnes teſtes & vno annulo[i] ſignare teſtamentum[k]. Quid enim, ſi ſeptem annuli vna ſculptura fuerint, ſecundum quod Papiniano viſum eſt[l]? Sed & alieno quoque an-

habere

c ¶ *Subſcriptione.* vt ſubſcribant ſe teſtamento affuiſſe, & cuius ſit: vt ff. eodem. l. penulti. & antepenul.
d ¶ *Conſtitutionibus.* vt C. de teſtament. l. hac conſultiſſima.
e ¶ *Vno contextu.* id eſt, nullo actu interpoſito, niſi neceſſario naturæ: vt ff. eodem. l. hæredes. in fine. & C. eod. l. cum antiquitas. Accurſius.
f ¶ *Teſtatoris.* ſi poteſt: vt C. eodem. l. iubemus.
g ¶ *Teſtium.* ſi non poteſt teſtator ſcribere. Sed hodie indiſtincte per alium ſcribere poteſt nomen hæredis: vt in authent. vt ſponſ. lar. §. quia vero. colla. ix.
h ¶ *Tenorem.* eſt autem tenor, ſi poteſt ſcribere, faciat. alias dicet coram teſtibus, & ſcribetur per aliquem vel per aliquos de eis, alias non valet: imo falſi pœna tabellio tenetur: vt C. eodem. l. iubemus. in fine. Accurſius.
ADD. *Quod eſt verum, quan-*

k ¶ *Teſtamentum.* vel etiam linteum, ſcilicet quo inuolutum eſt teſtamentum: vt ff. eod. l. ad teſtium. §. ſi.
l ¶ *Viſum eſt.* hac ratione & cum tribus vel paucioribus, vel pluribus poteſt ſignari teſtamentum: ar. ī mao. §. is qui exequitur. alij dicunt tantum cum ſeptē vel vno debere ſignari.
¶ *Teſtes autem.* CASVS. Domine, iam video quot teſtes debeant adhiberi in teſtamēto. Dicatis modo mihi, q poſſunt eſſe teſtes in teſtamēto? Ad hoc reſpond. Amice, teſtes iure ad-

nulo licet ſignare teſtamentum.

¶Qui ex teſtamēto capere poteſt, is teſtamentarius teſtis eſſe poteſt: ſed perſonæ hic enumeratæ, quamuis teſtamenti factionem habeant, teſtamento teſtes adhiberi nequeunt.

¶Teſtes autem adhiberi poſſunt ij, cum quibus teſtamenti factio[a] eſt. Sed neq; mulier[b], neque impubes[c], neque ſeruus, neque furioſus[d], neque mutus[e], neque ſurdus, neque is, cui bonis interdictū eſt[f], neque ij, quos leges iubent improbos inteſtabileſque[g] eſſe, poſſunt in numerum teſtium adhiberi.

¶Annota, Communem errorē ius facere, & veritati præferri.

¶Sed cùm aliquis ex teſtibus teſtamenti quidem faciendi tempore liber exiſtimabatur, poſtea autem ſeruus apparuit: tam diuus Hadrianus Catoni quam poſtea diui Seuer⁹ & Antoninus reſcripſerunt, ſubuenire ſe ex ſua libe-

hiberi ſolent hi, qui ex teſtamento capere poſſunt. Hoc tamen non eſt generaliter verum: quia neque mulier, neque impubes, neque mutus, neq; furioſus, neq; ille, cui adminiſtratio bonorū interdicta eſt, neque famoſo crimine damnatus, vel muliebria in corpore ſuo paſſus (quem lex iubet improbum inteſtabilemque eſſe) in numero teſtium in teſtamentis condendis adhiberi poſſunt. Et hæc dicuntur vſque ad illum §. ſed cum aliquis præcipue de teſtib.

a ¶*Teſtamenti factio.* paſſiue accipe hic, vt bona ſit præceptio: ſed neque mulier, &c. alias etiam accipitur actiue: vt ℑ. de hære. qual. & diff. §. teſtamenti.

Mulier vbique teſtificari poteſt præterquam in teſtamētis.

b ¶*Neque mulier.* in alijs autem caſibus omnibus recipitur, præterquam in teſtamentis: vt ff. eodem. l. qui teſtamento §. mulier. Ratio eſt: vt C. de fideicom. l. fin. & eſt timor falſitatis. Quid de hermaphrodito? Reſpon. ſi præualet in maſculino ſexu, recipitur: vt ff. de ſta. homi. l. quæritur & de teſti. l. repetundarum. §. j.

c ¶*Neque impubes.* quid de eo quod vidit in pupillari ætate? Reſpon. alias (id eſt, præterquam in teſtamento) poſſet teſtificari, ſicut & ſeruus: vt ff. de verbo. ſignifi. l. notionem. §. inſtrumentorum. & C. de hære. & manichæ. l. quoniam in fin. ſed hic non: quia faciunt ad ſubſtantiam teſtamenti, vt hic dicitur.

d ¶*Neque furioſus.* niſi habeat dilucida interualla ff. eodem. l. qui teſtamento. §. ne furioſus.

e ¶*Neque mutus.* qui nihil loqui vel audire poteſt: vt ℑ. qui teſt. fa. poſſ. §. item ſurdus.

A D D. *Etiam ſi talem morbum habeat à caſu, & ſit litera, quamuis tunc poſſit teſtari, ſecundum Ioan. Fab. hic.*

f ¶*Interdictum eſt.* vel à lege: vt quia cōmiſit in legem Iuliam maieſtatis: vt C. ad legem Iul. maieſta. l. ſi. Vel à iudice: vt ff. eo. l. is cui. in fin. j. reſpon.

g ¶*Inteſtabileſque.* vt de crimine famoſo damnatus, vel muliebria paſſus: vt ff eod. l. is cui. §. fin. & l. cum lege. & ff. de teſti. l. ob carmē. in principio.

A D D. *Inteſtabilem Theophilus dici ſcriptum ait, qui cum teſtamento teſtis adhibitus fuiſſet, ſignum aut teſtimoniū ſuum denegauit. Quod ille ex ijſdem fontibus, ex quibus alia Romanorū inſtituta ſolet, hauſiſſe videtur. F. Hotomanus à nobis ea de re interrogatus, in Dionis lib. 57. oſtendit hac ipſi⁹ de Augusto verba. ἀπεῖπε δὲ ὁ Τιβέριος τοῖς πυρὸς καὶ ὕδατος εἰρχθεῖσι μὴ διατίθεσθαι, καὶ τοῦτο καὶ νῦν φυλάττεται. id eſt, Tyberius vetuit, ne quibus aqua & igni interdictum eſſet, teſtamentum facerent, quod etiam hodie obſeruatur.*

¶*Sed cum aliquis.* C A S V S. Domine, quidam condidit teſtamentum: & in teſtamento ſeptem adhibuit teſtes ſpecialiter conuocatos: & coram eis voluntatem ſuam vltimam declarauit: & nomen hæredis expreſſit: & teſtes ſubſcripſerūt: & teſtamentum ſigillauit, quo facto deceſſit teſtator mortuo teſtatore, quidam ex teſtibus apparuit ſeruus, qui tamen tempore faciendi teſtamenti liber ab omnibus putabatur, modo quæro vtrū iſtud teſtamentū debeat infirmari, quaſi iuris ſolennitate non ſeruata? Et reſpōdet quod non, imo teſtamentum tanquam ritè factum firmitatem obtinebit. Cum enim aliquis ex teſtibus tempore teſtamenti faciendi liber ab omnibus exiſtimatur: quamuis poſtea ſeruus apparuerit, tam diuus Hadrianus, quàm diui Seuerus & Antoninus Catoni ſuper tali dubitatione quærenti reſcripſerunt

ralitate[a] teſtamento: vt ſic habeatur firmum, acſi vt oportebat, factum eſſet; cum eo tempore, quo teſtamẽtum ſignaretur[b], omnium conſenſu[c] hic teſtis liberi loco fuerit: nec quiſquam eſſet, qui ſtatus ei quæſtionem moueret.

¶ *Poteſt in vno & eodem teſtamẽto eſſe teſtis pater cum filiis & fratribus, dũmodo ſit alienum: ſecus autem ſi proprium vel domeſticum. Aretinus.*

¶ Pater necnon is, qui in poteſtate eius eſt, item duo fratres, qui in eiuſdem patris poteſtate ſunt, vtique teſtes in vno teſtamẽto fieri poſſunt: quia nihil nocet, ex vna domo plu-

ſubueniendum eſſe teſtamento ex huiuſmodi libertate putatiua: vt ſic ratum & firmum habeatur, acſi vt oportet omnia facta fuiſſent & hoc tali ratione moti dixerunt: quia eo tempore quo teſtamentum à teſtibus ſignabatur: iſte teſtis communi conſenſu omnium loco liberi hominis habebatur, nec erat aliquis q eo tẽpore ſtatus quæſtionẽ ei moueret. Et hæc dicuntur vſq; ad illũ. §. pater. Franc.

Opinio præfertur veri-

a ¶ *Liberalitate.* & ſic plus valet quod eſt in opinione, quam quod eſt in veritate. ſic ff. de ſup. legа. l. iij. in fine. Argu. contra. J. de leg. § ſi quis rem ſuam.

b ¶ *Signaretur.* Quidam hoc intelligunt generaliter verum: vt ſiue oſtendatur teſtamentũ in ſcriptis conditum, ſiue nuncupatiuum, debeat ei credi: ſiue deſierint teſtes eſſe, ſiue non. & ſic ſe habet conſuetudo: vt arg. C. de edicto diui Hadria. tol. l. fin. & C. de donat. l. in donationibus. & arbit. tut. l. fin. Nos contra, ſcilicet in nuncupatiuo de iure. & quod hic dicitur in teſtamento, condito in ſcriptis loquitur. in nuncupatiuo enim ſi proferatur, non debet ei credi ſine teſtibus: cum in eis cõſiſtat tantum ſubſtantia teſtamẽti: ipſum tamen valet, licet probatio deficiat: vt ff. de teſt. tu. l. duo. Quid ſi ſeruus factus eſt, vel infamis, & velit recognoſcere ſigillũ ſuum? Reſpond. non admittitur: vt ff. de Carbo. edict. l. Carbonianum. §. duæ autem ſunt cauſæ.

c ¶ *Omnium conſenſu.* nota errorẽ prodeſſe: vt ff. de ſup. leg. l. iij in fi. & C. de lat. lib. tol. §. ſed & ſi quis. & ff. de offic. præt. l. Barbarius. Et error communis facit ius, vt patet his verſibus: Error communis efficit. vt manifeſtat, Teſtificans ſeruus, qui liber creditur eſſe.

¶ *Pater.* CASVS. Quidam fecit teſtamentum ſuum, & in teſtamento ſuo adhibuit vij. teſtes: inter quos fuit Petrus & Martinus filius Petri, quem Martinũ Petrus habuit in ſua poteſtate: modo quæro, vtrum pater, & filius exiſtens in poteſtate eius. ſcilicet Petri, poſſunt eſſe teſtes in eodem teſtamento? Reſpon. q ſic. Nam pater & ille, qui in eiuſdem patris poteſtate eſt, in eodem teſtamento teſtes adhiberi poſſunt. Nil enim nocet ex vna domo plures teſtes alieno negocio adhiberi poſſe. Et hæc dicuntur vſque ad illum §. in teſtibus in quo pone caſum ſic: Quidã conuidit teſtamentu & in teſtamento ſuo filiũ quẽ habuit in poteſtate, teſte adhibuit: modo quæro, vtrum de iure hoc potuit facere? Reſpond. quod no. Nam teſtis nõ debet eſſe ille, qui in poteſtate teſtatoris eſt. Et nõ ſolum repellitur ille à teſtimonio, qui eſt in poteſtate teſtatoris, ſed etiam qui habet in poteſtate teſtatorem. vnde ſi filiuſfa. miles poſt reuerſionẽ de caſtrenſi peculio teſtetur: pater eius in ſuo teſtamento teſtis adhiberi non poteſt, nec etiam aliquis qui eſt in poteſtate eiuſdem patris. non ſolum enim in aliis cauſis, ſed etiam in teſtamentis domeſticũ teſtimonium reprobatũ eſt. Et non ſolummodo ſupradictæ perſonæ repelluntur à teſtamentariis teſtimoniis: ſed etiam hæres ſcriptus, & pater eius qui eum in poteſtate habet, & etiam parentes hæredis ſcripti: & fratres qui in eiuſdem patris poteſtate ſunt: & etiam qui in poteſtate teſtatoris ſunt, penitus à teſtamentariis teſtimoniis repelluntur: & hoc ea ratione: quia totum negotium quod agitur iure faciendi teſtamenti: creditur hodie inter hæredem & teſtatorem agi: licet olim totum ius teſtamenti faciendi circa teſtes adhibendo conturbatum fuerit. Nam quidam veteres in illo teſtamento quod dicebatur per æs & libram, familiæ emptorem, qui loco hæredis erat: & coniunctos ei per poteſtatem à teſtimoniis teſtamẽtariis repellebant. In primis autem duabus conditionibus teſtamentorum hæredi cõiunctis per poteſtatem, concedebant teſtimonia in teſtamentis præſtare, licet illi iidem, qui id permittebant, hoc iure minime abuti debere eos perſuadebant. vnde nos eandem obſeruationem antiquorum corrigentes: & quid ab ipſis antiquis pſuaſum eſt, videlicet q hæres vel cõiuncti ei per poteſtatem, inter teſtes admittantur, licet hoc eis permiſſum fuerat, tamen in legis neceſſitatem transferentes, admitatio

ad imitationem familiæ emptoris, qui in tertio genere teſtameotorum (vt dictum eſt) à teſtimonio repellebatur: merito hæredé & coniuoctos ei per poteſtatem, ab huiuſmodi teſtimonio repellimus: nec eis licentiam damus ſibi quodammodo teſtimonia præſtare. vnde huiuſmodi veterem cōſtitutionem in qua hoc permiſſum fuerat, noſtro Codici inſeri non permiſim⁹. & hæc dicūtur vſque ad illum. §. legatariis.

a ¶ *Alieno.* aliud ſi in ſuo: vt. j. proxi. & ff. de teſt. l. teſtis.

A D D. *Domeſticum teſtimonium eſt, eorum demum, qui ſub eadem poteſtate ſunt, patria vel dominica: aut quorum alter ſub alterius eſt poteſtate. Theophilus.*

b ¶ *Poſt miſſionem.* id eſt remiſſionem. aliud ſi aote: vt ff. eo. l. qui teſtaméto. §. per eootrarium. in gloſ. poſſe.

A D D. *Et eſt ratio ſecundum gloſ. ibi, in verbo poſſe. quia tūc teſtes neque rogati, neq; ad ſolenizandum actū exiguntur: quando duo requirantur ad probandum veritatem. Ang.*

c ¶ *In ea re.* idem & io aliis: vt C. de teſtib. le. ij. Sed quis eſt domeſticus? Reſpondet. colonus & adſcriptitius, vel ſimiles: vt C. de his, qui ad eccle. cōfu. l. fina. §. ſane enim ſi ſeruus. & C. de quæſt. le. pridem. Item vxor marito, & ecootra: vt, 3. de vſu & habi. §. item is: Item ſeruientes ſiue dapiferi: vt ff. de pœn. l. reſpiciēdum. §. furta.

d ¶ *Neq; is.* Nota quod his tribus modis dicitur quis contingere me per poteſtateſtatem.

res teſtes alieno[a] negotio adhiberi.

¶*Teſtamentarii teſtes eſſe nequeunt, qui in teſtatoris eſt poteſtate, & qui teſtatorem in poteſtate habet, item hæres ſcriptus, & qui in ſacris eius ſunt: quive eum habet in poteſtate, & fratres ſub eiſdem patriis nexibus exiſtentes, quib' hæres quicquid circa hæc placitum fuerit antiquitati.*

¶In teſtibus autē non debet eſſe is, qui in poteſtate teſtatoris eſt. Sed ſi filius familias de caſtrenſi peculio poſt miſſionē[b] faciat teſtamentum: nec pater eius rectè adhibetur teſtis, nec is, qui in poteſtate eiuſdem patris eſt. Reprobatū eſt enī ea in re[c] domeſticum teſtimonium.

¶*In teſtamento non poteſt eſſe teſtis hæres ſcriptus in eo, nec pater, nec filius in poteſtate, nec frater in eiuſdem patris poteſtate. Are.*

¶Sed neque hæres ſcriptus, neq; is[d], qui in poteſtate eius eſt, neque pater eius, qui eū habet in poteſtate, neque fratres, qui in eiuſdem patris poteſtate ſunt, teſtes adhiberi[e] poſſunt, quia hoc totum negotium, quod agitur teſtamenti ordinandi gratia, creditur hodie inter teſtatorem & hæredem agi[f]. Licet autē totū ius tale conturbatū[g] fuerat: & veteres quidem familiæ emptorem[h], & eos, qui per poteſtatem ei cōiuncti fuerant, à teſtamētariis teſtimoniis repellebant: hæredi[i] autem, & iis, qui per poteſtatē ei cōiūcti fuerāt, cōcedebant teſtimonia in teſtamentis præſtare: licet ii, qui id permittebāt, hoc iure minimè abuti[k] eos debere ſua-

e ¶ *Adhiberi.* qoia eorū negotium eſt, cū & lucrū & damoum ad eos pertineat ff. quādo appel. ſit. l. j. §. in propria. & vere eorum: quia &c.

f ¶ *Agi.* caute ponit agi, eū ſit generaliſsimū: vt ff. de ver. ſi. l. Labeo. ij. in prin. & l. verba. habet enim ſe ad ius teſtandi & contractus.

g ¶ *Conturbatum.* nam olim hæres in duobus primis generibus teſtamētorum poterat eſſe teſtis: in tertio vero ille, qui erat loco hæredis, nō poterat eſſe teſtis, & ſic erat turbatio iurium: & ad eius ſimilitudinem verus hæres hodie teſtis nō erit, vt ſequitur.

h ¶ *Familiæ emptorem.* dicitur ille, qui conſtituebatur hæres per æs & libram.

i ¶ *Hæredi.* qui erat ex primis duobus geoeribus teſtamētorum.

k ¶ *Abuti.* ſic C. de cad. tol. l. vnica. §. j. & ff. ſi fa. furt. fec. dic. l. fina. & .3. quibus ex cau. ma. non licet. §. j. Accur.

¶*Legatariis.* C A S V S. Quidam fecit teſtamentum, & in teſtamento legauit Petro decem: veruntamen Petrum legatarium in teſtamento teſtem adhibuit:

debant: tamen nos eam obſeruationē corrigentes, & qđ ab illis ſuaſum eſt, in legis neceſsitatē traſferentes, ad imitationē priſtini familiæ emptoris, meritò nec hæredi, qui imagini vetuſtiſsimi familiæ emptoris obtinet, neque aliis perſonis, quæ ei (vt dictū eſt) coniunctæ ſunt, licētiam concedimus, ſibi quodammodo teſtimonia pſtare: ideóq; nec eiuſmodi veteres conſtitutiones noſtro Codici inſeri permiſimus.

¶ *Cui legatum aut particulare fideicōmiſſum relictū teſtamento fuit (cùm ad eū nō pertineat hæreditatis damnū, nec emolumentum) teſtis in eo teſtamento eſſe poteſt.*

¶ Legatariis [a] autem & fideicommiſſariis, quia nō iuris [b] ſucceſſores ſunt, & aliis perſonis eis coniunctis teſtimonium non denegamus: imò in quadam noſtra conſtitutione [c], & hoc ſpecialiter eis conceſsimus. Et multò magis iis, qui in eorum poteſtate ſunt, vel qui eos habent in poteſtate [d], huiuſmodi licentiam damus [e].

¶ *Teſtamentum poteſt in qualibet materia ſcribi. Areti.*

¶ Nihil autem intereſt, teſtamentum in tabulis, an in chartis [f], membranísve, vel in alia materia fiat.

¶ *Poteſt idem teſta-*

modo quæro, vtrū ille Petrus legatarius poſsit eſſe teſtis in illo teſtamētu, in quo ſibi legatū relictum eſt? Et rñ. q ſic. Licet enim hæredes, qui ſunt iuris ſucceſſores, à teſtimonio repellantur: legatariis tñ & fidei commiſſariis, qui non iuris, ſed rei ſingularis ſucceſſores ſunt & aliis perſonis eis coniunctis teſtimonia pſtare in teſtamentis nō denegamus, imo etiā quadā cōſtitutione noſtra eis ſpecialiter conceſsimus: & certe multo fortius his, qui in poteſtate legatariorū vel fidei commiſſariorum ſunt, vel qui eos in poteſtate habēt, huiuſmodi licentiā donauimus. Et hæc dicuntur vſque ad illū. §. nihil autē intereſt. Franc. de Are.

a ¶ *Legatariis.* diſcrepāt hi iure veteri a fideicomiſſariis vt. ȷ. de fideicom. hære §. præterea. Sed hodie non: vt ȷ. de le: §. ſed nō vſque. quidam. §. hūc intelligunt, quādo legatum fuit repetitū à ſuccedētibus ab inteſtato, vt tunc non videatur ferre teſtimoniū in teſtamēto iure: quia iuris ſucceſſor eſt, qui in quota parte hæres inſtitutus eſt. Accurſius.

b ¶ *Non iuris,* ſed rei, & ſine onere: vt ff. mand. l. ſi hæreditatem.

A D D. *Per hoc patet ſecus eſſe in fideicommiſſario vniuerſali: quia habetur loco hæredis. §. reſtituta: ȷ. de fideicommiſ. hære. Ioan. Fab.*

c ¶ *Conſtitutione.* Græca, vel dic de illa, quæ eſt. ff. eod. l. qui teſtamento. in prin. quæ eſt Iuſtiniani per approbationem: vt. C. de vet. iur. enucl. l. j. §. ſed ſi in fin. verſi. omnia enim merito. prima verior.

d ¶ *In poteſtate.* item tabellioni: vt. ff. e. le. Domitius. Accur.

e ¶ *Damus.* C. de teſti. le. omnibus. contra. Sol. hic agitur de viribus teſtamenti inter hæredem & alium agentem contra teſtamentū, alias coniūctus pro coniuncto non feret teſtimoniū id eſt vnus legatarius alij. Et ſecundum hoc falſo hic ſumitur arg. q ſocius in cauſa ſocij admittitur in teſtimonium. Vel dic hoc ſpeciale, vt coniunctus pro cōiuncto admittatur quaſi in re ſua, fauore teſtamenti & vltimæ voluntatis, quæ debet dominari, ſi legitima eſt: vt. C. de leg. l. cū quæſtio in fin. & erit bonū ar. §. dictū. Sed ar. cōtra eſt C. de teſt. l. qm̄. in fi. Sed reſpōdeo finis illius legis nō refertur ad totū, qđ erat dictū. Diſtigue tñ, an lucrū redeat ad eū ſociū, vt tūc nō admittatur, alias ſic: vt ff. quādo appel. ſit l. j. §. in propria.

¶ *Nihil autem.*

C A S V S.

Domine, iam nobis dixiſtis plures ſolennitates, quæ in teſtamento condendo debens obſeruari: ſed ꝓ Deo dicatis, in quo teſtamētum debet ſcribi? Rñ. Amice, nō refert vtrū teſtamentū fiat in tabulis vel in chartis mēbranísve. vel in alia materia, & etiā vnum teſtamētum poteſt in pluribus codicibus ſcribi, & valet cauſa neceſsitatis, veluti ſi quis extra patriam ſecum ferre velit, & domi relinquere ſuorum iudiciorum conteſtationē id eſt teſtamentum, vel propter alias innumerabiles cauſas, quæ nobis imminent Et hæc dicuntur vſque ad illum. §. ſed hæc quidem. Franc.

f ¶ *In chartis.* ſic. ȷ. de rerum diui. §. literæ.

terræ. Accurſius.
A D D. *Et dic in chartis etiam raſis: ſecus tamen in aliis inſtrumentis. Ang.*
a ¶ *Et vnum.* ſic. ff. eo. l. vnum.
b ¶ *Quod.* ſ. vt pluribus codicibus fiat.
c ¶ *Imminent.* ſic in authen. de conſang. & vter. frat. §. q a igitur. verſi. ſi igitur. ibi, multæ nanq; ſunt homini. col. vj. Sed nūquid ex his exéplis ꝓbabitur? Rū. nō ſine authētico: vt in authen. vt ſponlar. §. & hoc in ſuper. col. ix. & ff. de fide inſtru. l. quicūq; & ff. de bo. poſ. ſecundū tab. l. ij. §. ſed & ſi vnū ſed hic ambo ſunt principalia. Accur.
¶ *Sed hæc quidē.* C A S V S. Dñe, iam video, quæ ſit obſeruanda ſolennitas in teſtamēto inſcriptis conditos nunquid tota prædicta ſolennitas in teſtamento nuncupatiuo obſeruari debet? Et rñ. quod nō. nā hæc quæ ſupra dicta ſunt de teſtamentis in ſcriptis conficiēdis ſufficiunt. Si quis enim voluerit facere teſtamentū de iure ciuili ſine ſcriptis, hoc ei facere licebit ſi ſeptē teſtes ad hoc cōuocauerit, & voluntatem ſuá eis expreſſerit, & hoc teſtamentū de iure ciuili factū conſtituimus fortiſsimū & firmū. & hæc dicuntur vſq; in fi. tit. Franc. de Arc.

Auge. & Pla. hic. Idem Fa. Imo.

mentum in pluribus codicibus ſcribi: quod quandoq; neceſſariū eſt. Ang.

¶ Sed & vnū[a] teſtamentum pluribus codicibus conficere quis poteſt, ſecundū obtinētem tamen obſeruationem omnibus factis: quod[b] interdū etiā neceſſarium eſt: veluti ſi quis nauigaturus & ſecū ferre, & domi relinquere iudiciorū ſuorum conteſtationem velit: vel ꝓpter alias innumerabiles cauſas, quæ humanis neceſsitatibus imminent[c].

¶ *Supremæ voluntatis viua voce, coram ſeptem rogatis teſtibus, declaratio à teſtatore facta, nuncupatiuum teſtamentum dicitur.*

¶ Sed hæc quidem de teſtamētis, quæ ſcriptis cōficiuntur, ſufficiunt. Si quis autē ſine ſcriptis voluerit ordinare iure ciuili teſtamentū: ſeptē teſtibus[d] adhibitis[e] & ſua volūtate coram[f] eis nūcupata[g], ſciat hoc perfectiſſimū teſtamentum iure ciuili, firmúmq; cōſtitutū.

TITVLVS XI.

DE MILITARI teſtamento.

¶ *Miles in expeditiōe pōt facere teſtamētū iure militari, quomodo vult. Are.*

ptem generaliter. vt hic & C. e. l. hac cōſultiſsima circa princip. quádoque nc̄to. vt C. qui teſta. facere poſ. l. hac coſultiſſima. § quæ in eundem. in gloſ. Accur.
e ¶ *Adhibitis.* i. rogatis vt interſint, & ſint attenti, vt ff. e. l. hæredes. §. pe. & in authen. de teſt §. & licet. in fin. §. coll. vij. Ac.
f ¶ *Coram.* ſ. palam nominādo hæredes: vt ff. e. l. hæredes. in princip.
g ¶ *Nūcupata.* inde dicitur nūcupatiuum teſtamentum.
A D D. *Nuncupatur teſtamentum in hunc modum: Tabulas teſtamenti teſtator tenens ita dicit, Hæc vt in his tabulis, ceriſue ſcripta ſunt, ita do, ita lego, ita teſtor. itaque vos Quirites teſtimonium præbitote. quæ Nuncupatio & Teſtatio vocatur. Vlpianus in titulis, tit. 20.*

DE MILITARI teſtamēto.

Miles vnde dicitur.

¶ *Miles, quaſi milleſimus quiſque dictus creditur. l. 1. ff. eod. ſiue in equitum, ſiue in peditum numero ſit, ſacramento adactus militari. Et Varro autem lib. de ling. lat. 4. ſic, Milites, quòd trium millium primò legio fiebat, ac ſingula tribus Tatienſium, Ramnenſium, Luceſū millia ſingula militū mittebant.*
A D D. Cōtinua iſtū tit. ad ꝑcedēs, ſcd̄m Chriſtoph. Porc. ſic, Viſum eſt. ꝫ. de teſtamētis in genere: nunc ſequitur videre de teſtam. in ſpecie. Vel aliter, Viſum eſt. ꝫ. de teſtam. quæ fiūt ſcd̄m cōmunis iuris diſpoſitione, nūc ſequitur videre de illis quæ fiūt iure priuilegiato: vt eſt teſtam. militare. ideo &c. Aduertendū eſt, ꝙ ī milite ſex ſunt neceſſaria ad hoc, ꝙ habeat priuilegia militib⁹ cōceſſa. Primo, ꝙ enſe cingatur. ff. de milit. teſt. l. pe. Scd̄o, ꝙ in numero aliorū ponatur, & ī matricula ſcribatur. ff. de milita. teſta. l. ex eo tpe. Tertio, quod præſtet ſacramentū, ꝙ mor

Miles cognoſcitur per ſex ſigna.

d ¶ *Septem teſtibus.* quádoque nullus vocatur. vt ſi miles moriatur in bello, vt not. C. de teſta. mili. l. milites quandoq; vnus, vt Imperator: vt C. e. omniū. quandoq; duo, vt inter filios: vt C. e. l. hac cōſultiſsima. §. ex imperfecto. Vel ſi in tentorio faciat teſtamētum miles, vt ff. de milit. teſta. l. Lucius, quandoq; tres vel quatuor, vel pauciores. vt C. e. l. ſi nō ſpeciali. quādoq; quinque. vt in teſtamento ruſtici. vt C. e. l. ſi. §. ſin autē quādoque ſe-

Teſtes debent rogari.

tem non cultabit pro republica, neque à ſignis recedet.ff.ex quib.cau.ma.l.penul. & de iis, qui notant. infa.l. ij.§. miles. Quartò, quod ſtigma. id eſt, nota publica brachiis ſuis inſcribatur. C.de fabri.l.iij. xj. Quinto, ꝙ examinetur. C. qui mi.non poſſ.l.j.lib xij. Sextò, ꝙ non ſit negotiator. C.de neg. ne. mil.l.j.lib.xij. vnde Verſus. Enſis, matricu lá, necnon iuratio, ſtigma, Ac examen, erunt iſtæ hæc in milite ſigna. Vilia nec debet tractare negotia miles.

SVprà dicta diligens obſeruatio[a] in ordinandis teſtamentis, militibus propter nimiam imperitiam[b] eorum, conſtitutionibus principalibus remiſſa eſt. Nã quanuis ij, neque legitimum numerum teſtium adhibuerint, neque aliam teſtamentorũ ſolennitatem[c] obſeruauerint: rectè nihilominus teſtãtur: videlicet cum in expeditionibus occupati ſũt: quod meritò noſtra cõſtitutio introduxit[d]. Quoquo enim modo voluntas eius ſuprema inueniatur, ſiue ſcripta, ſiue ſine ſcriptura: valet teſtamentum ex voluntate eius.

¶*Miles etiam filius familias tandiu iure militari teſtandi habet priuilegium, quandiu in expeditione eſt: qui ſi extra caſtra degat, cõmuni omnium iure teſtari debet.*

¶Illis autem[e] tem-

S*Vprà dicta.* Totus iſte titulus diuiditur principaliter in duas partes. Primò ponit ne militibus teſtantib⁹ in tentorio eorum, vel in peculio caſtrẽſi. Secundò de teſtamento in quaſi caſtrenſi Secũda ibi, Sciendum. Itẽ prima ſubdiuiditur. Nã primò ponit continuationem per modum remotionis ſiue exceptionis cum poſitione noui ſtatuti. Secundò qualiter priuilegium conceſſum militibus, quod poſſunt teſtari quomodo volunt, intelligatur. Tertiò, quod etiã miles mutus & generaliter defectiuus poteſt teſtari. Quartò, qualiter poſt miſſionẽ teſtatur. Quintò, quod mutatio ſtatus ipſius militis, dũmodo interueniat noua voluntas, nõ vitiat teſtamentum factũ. Secunda ibi, Plane. Tertia ibi, Quinimo. Quarta ibi, Sed hactenus. Quinta ibi, Sed & ſi quis.

CASVS. Acceſſi ad Iuſtinianũ, & ita propoſui corã eo: Dñe, iam viden, quod vultis tractare de militari teſtamẽto, pro Deo dicatis mihi, quæ ratio mouet vos ad tractandũ ſeparatim de militari teſtamento, nunquid illa quæ ſunt à vobis tradita, in omni teſtamento poſſunt ſufficere? Ad hoc reſp. Amice, quoniã ſupradicta diligens obſeruatio, quã de ordinandis priuatorũ teſtamẽtis ſupra expoſuimus, authoritate principaliũ conſtitutionum militibus ꝓpter eorũ imperitiã remiſſa eſt: ideo hic ſpecialiter, de priuilegiatis militũ teſtamentis tractare intendimus. Quãuis enim milites neque legitimũ numerum teſtiũ in ſuis teſtamẽtis adhibuerint, neque aliã teſtamentorum ſolennitatem obſeruauerint: nihilomin⁹ rectè teſtãtur. & hoc verũ eſt, quando in expeditiõe militari occupati ſunt, ita vt ita demũ gaudeãt priuilegio militari cũ in expeditiõe armorũ fuerint occupati, non immerito noſtra introducta eſt cõſtitutio. Quocũque enim modo volũtas ſuprema militis in expeditiõe occupati, ſiue i ſcriptis ſiue ſine ſcriptis inueniatur, valet eius teſtamentũ ex voluntate eius. Secus tamẽ eſt, quãdo nõ eſt in neceſsitate militaris expeditionis. In illis enim tẽporib⁹ quibus milites in alienis vel ſuis ædibus degũt: ad vendicãdũ ſibi tale priuilegiũ nequaquã poteſũt adiuuari. Et hæc dicũtur vſq; ad illũ §. Sed teſtari Sed pone: Dicit Iuſt. ꝙ quanquã priuilegiũ militib⁹ cõceſſum circa ſolennitatẽ teſtamẽti poſt miſſionẽ ab expeditiõe militari finiatur: aliud tñ priuilegiũ cõceditur eis circa ſubſtantiã teſtamẽti duntaxat: nã teſtari poſſunt milites extra caſtra militaris expeditiõis exiſtẽtes, quãuis filii fa. ſint: iure tñ cõmuni in hoc caſu, quãdo morãtur extra caſtra, eadem obſeruatio in eorũ teſtam. adhibẽda eſt, quã ſ. in teſtam. paganorũ expoſuim⁹ Et hæc dicũtur vſq, ad illũ §. plane. Frã.

a ¶*Obſeruatio.* que conſiſtit in quatuor, vbi eſt in ſcriptis teſtam. conditũ, vel in ſola nũcupatione hæredis corã ſeptem teſtibus: vt. ſ. ti.j.§. ſed cum paulatim. & §.fi.& ff.de hær.inſti.l.j.§. qui neq;.

b ¶*Imperitiam*. C.de iu.del.l.fi.§.j.&.C. de iu.& fa.ig.l.j.

c ¶*Solennitatem*. ſ. circa ſigilla & ſubſcriptiones.

d ¶*Introduxit*. ſed tunc demum cum in militia ſunt, habent priuilegium: vt. C. eo.l.penulti. & hic ſubiicit.

A D D. *Eſt aũt Expeditio, militaris apparatus ad profectionem in bellũ. inde dicta, quòd milites aliis ſe negotiis expediant.*

e ¶*Autem*. pro ſed.

a ¶*Adiuuan*

poribus, per quæ citra expeditionum neceſsitatem, in aliis locis, vel ſuis ædibus degunt: minimè ad vendicandum tale priuilegium adiuuantur[a]. Sed teſtari quidem, & ſi filij familiarum[b] ſint, propter militiam cõceduntur: iure tamen communi[c] eadem obſeruatione & ĩ eorum teſtamẽtis adhibenda, quam in teſtamentis paganorum[d] proximè expoſuimus.

¶ *Licet remittatur ſolennitas in re agenda, non tamen remittitur cõgrua probatio rei geſtæ. Et licet lex priuilegietali quod factũ: intelligitur tamẽ inquãtũ de facto legitimè appareat, & conſtet. Aret.*

¶ Planè de teſtamentis militum diuus Traianus Statilio Seuero ita reſcripſit[e]: Id priuilegium, quod militantibus datũ eſt, vt quoquo modo facta ab his teſtamẽta, rata ſint: ſic intelligi debet, vt vtique prius conſtare debeat, teſtamentũ factum eſſe: quod & ſine ſcriptura à non militãtibus quoque fie

a ¶ *Adiuuantur.* Et no. ꝙ ceſſante cã ceſſat & effectus. & pot hic ſumi, arg. ꝙ ceſſante clerico ab eccleſia: ceſſat præbẽda. ſic. C. de epiſ. & ele. l: generaliter. ij. in gl. fi. Sed arg. cootra ff. de poſt. l. j. §. ij. loco. verſi. ſexũ. qa Calphurnia dedit cãm edicto vnde ceſſaote cã ceſſare debet edictũ, qđ nõ eſt verum. Sed hoc vltimum generale de cauſa impulſiua dicit: ꝓrimũ de finali ſine qua res eſſe oõ poteſt.

b ¶ *Et ſi filii familiarum.* licet hi alias ꝓhibeaotur: vt. ĩ. ti. j. in prin. & ff. de do. cau. mor. l. tã is. §. j.

c ¶ *Iure tamẽ communi.* ſ. quãtum ad ſolẽnitatem, nõ quo ad hoc, vt detur querela cõtra eius teſtamẽtum, ſicut in alio vetera no, q ſui iuris eſt: vt C. de inoffic. teſt. l. ſio. §. in his. & ff. de inof. te. l. Papinianus. §. ſi quis militia. Itẽ hoc eſt verũ, quãdo eſt domũ reuerſus: ſicut. ſ. ꝓxi. dixit. alias ſicut miles alius vtitur ſpeciali iure, ſic iſte. arg. ff. eod. l. ex militarĳ. §. j. & l. teſtameota eorum. §. ſi. 𝔳

d ¶ *Paganorum.* à pago, quod eſt villa, dicitur. quaſi dicat non militum.

ADD. *Pagani à pagis dicti videntur, quòd illi rei ruſticæ agriſque colendis relinquerentur. nã auctis populi Ro. opibus cœpit rei ruſtica ſtudium tenuiſſimis relinqui.*

¶ *Plane.* CASVS. Domioe, iam video, quod teſtameotum de militibus mirabiliter eſt priuilegiatũ. licet enim iuris ſolennitatem uoo ſeruauerit miles, tamen teſtamentum eius io caſtris cõditum valet. Pone igitur, quòd aliquis dicat aliquem militem in expeditione militari occupatũ, ipſum in ſuo teſtamẽto hæredẽ inſtituiſſe: hoc tñ neq; ꝑ miniſtrũ, neque ꝑ teſtes ad hoc eõuocatos ꝓbare poterat. nũquid creditur eius aſſertioni: ita vt ad hæreditatẽ militis valeat admitti? Et reſpondet quod nõ. De militaribus enim teſtamẽtis diuus Traianus Statilio Seuero ĩ cõſimili caſu quæreti reſcripſit ſic, O Statili Seuere, illud priuilegiũ qđ militaribus teſtamẽtis datum eſt, vt videlicet ea teſtamenta quocunque modo facta, rata ſint, ſic debet ĩtelligi vt omnino prius conſtet eũ teſtamentum feciſſe, quod etiam ſine ſcriptura nõ ſolum à militantibus, ſed etiam à nõ militantibus fieri poteſt. Vnde ſi is miles de cuius bonis quæſtio apud te vẽtilatur, ad hoc cõuocauit ſaltem duos homines, vt cauſa teſtandi coram eis voluntatem ſuã exprimeret. & ita coram eis locut⁹ eſt, vt declararet io pſẽtia eorũ, quem vellet ſibi hæredem eſſe, & cui vellet libertatẽ tribuere: poteſt videri etiã ſine ſcripto hoc modo recte feciſſe teſtamẽtũ, & voluntas ei⁹ ſupra oĩbus modis rata habẽda eſt. Cæterũ ſi cauſa ludẽdi, vel demõſtrandi alicui iocoſe dixerit, Ego te hæredẽ facio: vel, Bona mea tibi reliquo ſicuti plerũq; ſermonib⁹ iocoſis fieri ſolet. nõ oportet hoc ꝓ teſtamẽto obſeruari. Nec videmur in hoc priuilegio militari in aliquo derogare. Nec enim vllorũ magis intereſt, quã ipſorũ militũ, quib⁹ hmõi priuilegiũ datũ eſt, hmõi exẽplũ ꝓ teſtamentis oõ admitti alioqui ſi tale teſtamẽtũ admitteretur, oõ difficulter poſt mortẽ alicui⁹ militis exiſtereot teſtes, q dicerẽt ſe audiſſe militẽ reliquere bona ſua alicui, ꝓut eis videretur expedire: & ita vera militũ iudicia frequẽter ſubuerterẽtur. Et hæc vſque ad illũ §. quinimo. io quo reuertitur ad ſecundum caſum, determinando pleoius de priuil. mili. quod circa ſubſtantiã teſtamenti conceditur militibus, videlicet vt quanuis ſint filijfamilias, teſtari poſſint. ſic & hic vt miles, ſurdus, & mutus teſtamentum facere poſſit. Et hæc vſque ad illum §. ſed hactenus. Franciſcus.

e ¶ *Reſcripſit.* vt ff. eod. l. diuus. & iſte §.

ri poteſt. Si ergo miles, de cuius bonis apud te quæritur conuocatis ad hoc hominibus[a], vt voluntatem ſuā teſtaretur, ita locutus eſt, vt declararet, quē vellet ſibi hæredē eſſe, & cui libertatem tribueret: poteſt videri ſine ſcripto hoc modo eſſe teſtatꝰ: & voluntas eius rata habēda eſt. Cæterùm ſi (vt plerū-que ſermonibus[b] fieri ſolet) dixit alicui, Ego te hæredem facio: vel, Bona mea tibi relinquo: non oportet hoc ꝑ teſtamento ſeruari.

¶ Nec vllorū[c] magis intereſt, quam ipſorū, quibus id priuilegium datū eſt, hmōi exemplū non admitti: alioqui non difficulter poſt mortē alicuiꝰ militis teſtes exiſterēt, qui adfirmarent ſe audiſſe dicentē aliquē ſe relinquere bona cui viſum ſit: & per hoc vera iudicia ſubuerterentur.

¶ *Miles licet ſit mutus vel ſurdus, tamē teſtatur.*

¶ Quinimo[d] & mutus[e] & ſurdus miles, teſtamentum facere poteſt.

¶ *Miles poſt miſſionē, vel extra caſtra exiſtens debet iure cōmuni facere teſtamentū. Si in caſtris fecerit, per annū priuilegium retinet: licet conditio adiecta poſt annū cōtingat.*

¶ *Annotato, Conditionē in teſtamentis ad diem mortis teſtatoris retrahi.*

¶ Sed hactenꝰ[f] hoc illis[g] à principalibus conſtitutioni-

eſt ibi lex ſub eadem verborum forma, & incipit, & Diuus Traianus.

a ¶ *Hominibus.* ſaltē duobus: vt ff. eod. l. Lucius. & ff. de teſtibus. le. vbi. & hoc eſt qn̄ in tērorio. ſi aūt in cōflictu belli, nullo etiā teſte vocato: vt C. eo. l. milites: ſi autē eſt domi, iure cōmuni vt. ī eo. §. illis.

b ¶ *Sermonibꝰ.* forte cauſa demonſtrādi, vt magiſter diſcipulo, vel ludi cauſa: vt ff. de act. & obliga. l. obligationum ſubſtantia. §. fi. vel affectionis vt ff. de iur. codicil. l. literæ.

A D D. *Tu dic, quod nulla verba ſperantur teſtamentum, niſi appareat, quod voluerit teſtari, & ad hoc ſe diſpoſuerit: ſecus in contractibus, vbi in dubio verba præſumuntur obligatoria: niſi aliud ex coniecturis appareat.*

c ¶ *Nec vllorū.* ſic. ī. ad legem Falci. circa prin. ibi, idq; ipſorum. ſic C. de reſc. ven. l. ratas.

d ¶ *Quinimo.* habet priuilegium circa ſolēnitatē: quinimo & circa ſubſtantiam teſtamētū: vt qui alias teſtari nō poſſet, hic tamen poſſit: vt ff. eo. le. iiij.

e ¶ *Mutus.* ſiue natura, ſiue caſu, vt ſit priuilegium aliquod: vt C. qui teſta. fa. poſ. l. diſcretis. & hoc iure militari: vt ff. eodem. l. iure militari.

A D D. *Dummodo appareat ipſum ſic voluiſſe teſtari per ſigna ſua, quæ per notas poterunt interpretari.*

¶ *Sed hactenus.* C A S V S. Dn̄e, dicatis ergo mihi, quādiu durat priuilegiū militare circa ſolennitatē teſta? Ad hoc reſpon. Amice, hoc priuilegiū circa ſolennit. teſta. tandiu ex principalibus cōſtitutionibus militibus indulgetur, quandiu militāt, & in caſtris degunt. Poſt miſſionem vero à caſtris ſiue veterani, ſiue adhuc militantes extra caſtra fecerint teſtamentū, id cōmuni iure omnium ciui. Ro. facere debent. Veruntamē illud teſta. quod ī caſtris factū eſt, intra annū tantū valet. Pone igitur, ꝙ aliquis miles ī caſtris fecerit teſta. iure militari, & hæredē ſub cōditione inſtituit: & poſtea iſte miles iam deceſſit: & cōditio ſub qua erat hæres inſtitutus, diu poſt annū, vel forte poſt bienniū extiterit: nunquid valebit illud teſtamentū militis? Et reſpō. quod ſic. Nā placet hoc teſtamentū, quaſi militis valere. Cōditio enim retrotrahitur, & perinde habetur, ac ſi hæres pure inſtitutꝰ ſtatī poſt mortem militis adiiſſet. Et hæc dicūtur vſque ad illū §. ſed & ſi quis ante militiam. Frācis.

f ¶ *Sed hactenus.* Quidā dicunt hic nō eſſe §. & aſſerunt. ꝙ omne priuilegiū quod habet miles, perdit cū redit de militia. Sed nos dicimus. §. hic eſſe: & diſtinguimus inter priuilegiū quod habet, vt teſtetur, qui alias teſtari non poteſt, vt filius familias, & mutus, vt illud daret poſt reuerſionē: vt. ī. proxi. §. & §. ſed teſtari. & ff. eod. l. Titius. in prin. Alia vero priuilegia, quę habet in teſtando, finiantur: vt hic, & ī. eod. §. illis autem.

g ¶ *Illis.* ſcilicet. militibus: vt reliqua priuilegia. ſcilicet de numero teſtium, habeant in teſtando. & ſic non refertur ad proximum. §. Accur.

Poſt

b' cōceditur, quatenus militant, & in caſtris degunt. Poſt miſsionem[a] verò veterani, vel extra caſtra alij, ſi faciant adhuc militantes teſtamentum: cōmuni omniū Ciuiū Romanorū iure id facere debēt. Et quod in caſtris fecerint teſtamentum, non cōmuni iure, ſed quomodo voluerint, poſt miſsionē intra annū tantū valebit. Quid ergo ſi intra annum quis deceſſerit, cōditio autem hæredi adſcripta, poſt annū extiterit: an quaſi militis teſtamentū valeat? Et placet, valere[b] quaſi militis.

¶ *Teſtamentum factum ante militiam ſine ſolennitate valet, ſi poſt militiam apparet de militis voluntate. Et idem ſi miles poſt teſtamētum fuerit capite minutus. Are.*

¶ Sed & ſi quis ante militia non iure fecit teſtamentū, & miles factus, & in expeditione degēs reſignauit[c] illud, & quædā adiecit[d], ſiue detraxit, vel alias manifeſta eſt militis voluntas hoc valere volētis: dicendum eſt, valere hoc teſtamentū quaſi ex noua[e] militis volūtate. Deniq; etſi in arrogationem datus fuerit miles, vel filius familias emācipatus eſt: teſtamētū eius quaſi ex noua militis volūtate valet: nec videtur[f]

a ¶ *Poſt miſsionem honeſtam.* ſcilicet finito tempore militiæ, vel cauſariam, ſi ante tempus ex neceſsitate receſsit. ſi autem ignominioſa eſt miſsio, deſinit ſtatim valere: vt ff. eod. le. teſtamenta eorum & C. eod. l. ex teſtamento. Sed ſi miles de capitali crimine damnatus fuerit: ſi quidem de cōmuni, vt homicidio, & ſimili. non poterit amodo teſtari. ff. de vet. ſuc. l. j. in fi. Si autem militari, vt quia aliena uit arma vel ſimilia, que numerantur. ff. dere mi. l. ij & iij. (& idem etiam de fide rupta) no poteſt teſtari: vt ff. e. l. ex militari. alias poterit in caſtrenſibus tm̄, ſi ei in ſententia pmiſſum fuerit, alias no vt. ff. de iniuſt. rup. &c. l. ſi quis filio. §. irritum ſit ver. ſed & ſi quis capite. & de leg. iij. in. l. ſi onis. in prin. §. miles.

b ¶ *Valere,* q̄a conditio retro trahitur: vt ff. de peric. & cō. rei ven. l. c. neceſſario. §. q̄ ſi pendente. & ff. qui pot. in pig. hab. l. vlti. & facit. ff. eod. l. quod dicitur. & l. quod conſtitutum. Accur.

¶ *Sed & ſi quis.* CASVS. Acceſsi ad Iuſti. & ita propoſui coram eo: Domine, quidam ante militiam fecit teſta. iuris ſolen. non adhibita: quia ſorte non adhibuit niſi tres teſtes. ita teſta. non valuit propter defectum ſolēnitatis. poſtea idē miles factus, & in expeditione militari occupatus illud teſta. reſignauit. i. aperuit: & quædam adiecit ſiue detraxit, vel alio modo manifeſtauit ſe velle valere hoc teſta. iure militari: modo quæro, vtrum hoc teſtamen. quod ab initio non valuit: ex voluntate militis conualeſcere poſsit? Reſpond. quod ſic. nam in hoc caſu teſtamentum valere dicendum eſt, quaſi ex noua militis voluntate. Sed pone, Quidam miles fecit teſtamentum: & poſtea dedit ſe in arrogationem: & ita poſt teſtamentum paſſus eſt capitis diminutionem, vel quidam filius familias in caſtren. peculio condidit teſtamentum. & poſtea a patre emācipatus eſt, & ita capite dimi. eſt. nūquid in his caſibus per capitis diminutionē irritatur teſta. Reſpon. quod non: imo in vtroque caſu valet teſtamē. quaſi ex noua militis volun tate: & non videtur capitis diminutioe irritū fieri: quia ſicut de nouo capitis diminutio iure ciuili, etiam primū teſtamētū facere pōt: ita vet' teſta. capit. diminu. nō euaneſcit. Hęc dicūtur vſq; ad ult. §. ſciendū eſt tā. Fran.

c ¶ *Reſignauit.* i. ſigilla aperuit & remouit: contrariū ſ. ſuo ſimplici.

d ¶ *Adiecit.* vt. ff. de iure cod. l. cōficiūtur. §. ſi miles.

e ¶ *Ex noua.* no. q̄ ab initio nō valuit, ex poſtfacto tamen conualeſcit.

f ¶ *Nec videtur.* q̄d reſignauit poſtea. Vel dic: ſicut nūc de nouo facere pot, ſic vet' nō reſcinditur. & ſcd̄m hoc dic de noua volūtate. ſ. tacita. Aliud in pagano: vt J. quib mo. teſt. infir. §. alio.

¶ *Sciendū tamē eſt.* CASVS. Dñe, iam video qualiter milites priuilegiati ſunt circa factionē teſta. & qualiter intelligēdū ſit priuilegiū datū militib': & inquantum durat: vn videtur mihi, q̄ de exercito poſſetit quieſcere? Ad hoc rn̄. Amice, ad huc nō eſt loc' quieti: imo certe ī hoc loco ſciendū eſt, quo ad exēplū caſtrē. peculij, tā anteriores, quā principales cō-

capitis diminutione irritum fieri.

¶Qui de quaſi caſtrenſibus teſtantur, iure communi teſtari debent.

¶Sciendum tamē eſt, quòd ad exēplum caſtrenſis peculii, tam anteriores leges[a], quàm principales conſtitutiones[b] quibuſdam[c] quaſi caſtrenſia dederunt peculia: & horum quibuſdā permiſſum fuerat, etiam in poteſtate degētibus, teſtari: Quod noſtra cōſtitutio[d] latius extendens, permiſit omnib⁹, in his tantummodo peculiis teſtari quidem, ſed iure communi[f]. Cuius conſtitutionis tenore perſpecto, licentia eſt, nihil eorū, quæ ad præfatum ius pertinent, ignorare.

TITVLVS XII.

QVIBVS NON eſt permiſſum facere teſtamentum.

¶In parentum poteſtate conſtituti etiā ſi paternus accedat conſenſus iure teſtari nequeunt: his tamen ademptis, qui caſtrenſe & quaſi caſtrenſe peculium habent, id eſt, qui vel in caſtris vel bonis literis militant: quib⁹ ſuper eo (haud ſecus quàm ſi ſui iuris eſſent) etiam inuito patre, teſtandi libertas data eſt.

¶Annotato, Caſtrēſia aut quaſi mortuo patre non cōmunicanda fratribus.

NOn tamē[g] omnibus licet facere[l] teſtamentum. Statim[h] enim ij, qui alieno iuri ſubiecti ſunt, teſtamenti faciendi ius nō habent: adeò quidē, vt quamuis parentes eis permiſerīt[i], nihilò magis[k]

ſtitutiões qbuſdā pſonis in dignitate cōſtitutis ī qnaſi caſtrēſi peculio ſpecialiter cōceſſerūt teſtari, qđ quidē noſtra cōſtitutio lati⁹ extēdens generaliter omnib⁹ quaſi caſtren. pec. habentibus in hoc permiſit teſtari iure tn̄ cōmuni obſeruato. cuius tenore perſpecto. licitum eſt, nihil eorum quæ ad præfatum ius pertenēt, ignorare. Et hæc dicuntur vſq; ad fi. ti. Fran.

a ¶*Leges*. ſcilicet. digeſtorū: vt ff. de col. bon. l. j. §. nec caſtrenſe.

b ¶*Conſtitutiones*. vt. C. de aſſeſ. l. velnt. &. C. de aduo. diuer. iud. l. fori. & aliæ plures.

c ¶*Quibuſdā*. vt conſulibus & præfectis legionū, & præſidibus prouinciatū, qui ſunt filij familias: vt C. de inoffi. teſt. l. fi.

d ¶*Cōſtitutio*. C. de inof. teſt. l. fi.

e ¶*In his*. ſ. caſtrenſi & quaſi, nam in aduentitio non pōt, licet habeat ꝓprietatem: vt C. de bo. quæ lib. l. fi. §. filiis autē familias. in glo. j.

f ¶*Iure cōmuni*. niſi ſit miles in caſtris: vt ſ. eo. ī princi. Item tale teſta. non expugnatur per querelam inoffi. teſta. vt C. de inoffic. teſta. l. fina.

QVIBVS NON EST permiſſum &c.

¶Dictum eſt ſuprà qualiter teſtamenta fiant, ſequitur videre de perſonis, quæ teſtari poſſunt: & quæ non. quamuis fuerit ordo præpoſterus: quia ſi quæramus an valeat teſtamētum, prius videndum eſt an perſona teſtantis potuerit teſtari. l. ſi quæramus. ff. de teſta. Ang. Aretinus.

NOn tamē. Iſte ti. diuiditur in ſeptem partes: qa enumerātur ſeptē gradus perſonarū. Et primo ponit de filiofami. Secūdo de impubere. Tertio de furioſo. Quarto de prodigo. Quinto ponit de ſurdo & muto. Sexto de cæco. Septimo de capto ab hoſtibus. Secūda ibi, Præterea. Tertia ibi, Item furioſi. Quarta ibi. Item prodigus. Quinta ibi, Item ſurdus, & mutus. Sexta ibi. Cæcus. Septima ibi, Ei⁹. Iſte tit. eſt facilis ī caſus poſitiōe: ideo vide per teipſum.

g ¶*Non tamē*. videbatur quilibet ſeruantē ſupradicta poſſe teſtari: ſed cōtrarium eſt in tredecimo lib⁹ q in ti. iſto ꝑ parte dicuntur. Et hoc eſt qđ dicit, nō tn̄ &c. & no. ī. eo. §. fina.

h ¶*Statim*. i. in primis. vel ſtatim; id eſt, eo ipſo.

i ¶*Permiſerint*. ſed cā mortis fili⁹ donare pōt patre conſentiente: vt ff. de do. cā mort. l. tam is. in fin. Et ratio diuerſitatis eſt: quia teſtamentum ex libero, non alieno arbitrio debet procedere: vt ff. de hære. inſti. l. illa inſtitutio.

k ¶*Nihilo magis*. i. nō ideo magis. habet enim

Filius familias, licet teſtari non poſſit, bene tamē poteſt donare cauſa mortis.

Nihilo magis & nihilo minus, differunt. enim in ſe negatiuam: ſicut nihilominus affirmatiuam.

a ¶*Iis.* ſcilicet caſtrenſe, vel quaſi caſtrenſe peculium habentibus: vt ſ. titul. proxi. §. fin.

tur tanquam hæreditas: vt infra proxi.

h ¶*Iure communi.* non hæreditario: ſed tanquam occupanti peculium profectitium vel aduentitium: vt ff. de caſtr. pec. l. ij. hodie videtur etiam iure hæreditario: vt in auth. de hære. ab inteſt. ve. §. ſi igitur defunctus decedẽtes. col. ix. Accurſius.

iure teſtari poſſint: exceptis iis[a], quos antea enumerauimus, & præcipuè militibus, qui in poteſtate parentum ſunt: quibus de eo, quod in caſtris acquiſierunt, permiſſum eſt ex conſtitutionibus[b] principũ teſtamentum facere. Quod quidem ius[c] ab initio tantùm militantibus datum eſt, tam ex authoritate diui Auguſti, quàm Neruæ[d], necnon optimi Imperatoris Traiani: poſtea verò ſubſcriptione[e] diui Hadriani, etiã dimiſſis à militia, id eſt, veteranis[f] conceſſum eſt. Itaque ſi quidem fecerint de caſtrẽſi peculio teſtamẽtum: pertinebit hoc ad eum, quem hæredem reliquerunt. Si verò inteſtati deceſſerint, nullis liberis vel fratribus ſuperſtitibus[g]: ad parentes eorum iure cõmuni[h] pertinebit. Ex hoc intelligere poſſumus, quod in caſtris acquiſierit miles, qui in poteſtate patris eſt, neque ipſum patrem adimere poſſe, neque patris creditores id vendere, vel aliter inquietare, neque patre mortuo cum fratribus commune[i] eſſe: ſed ſcilicet proprium eius eſſe, qui id in caſtris acquiſierit: quanquam iure ciuili[k], omnium qui in poteſtate parentum ſunt, peculia[l], perinde in bonis parentum computãtur, ac ſeruorum peculia in bonis dominorum numerantur: exceptis videlicet iis, quæ ex ſacris conſtitutionibus, & præcipuè noſtris[m], propter diuerſas cauſas nõ acquirũtur[n]. Præter hos igitur, qui caſtrẽſe peculiũ, vel quaſi caſtrenſe habet, ſi quis alius filiuſfamilias teſtamẽtum fecerit, inutile[o] eſt: licet ſuæ poteſtatis factus deceſſerit[p].

¶*Impubes non poteſt facere teſtamentum, nec etiam furioſus: nec factum conualeſcit, licet efficiatur*

b ¶*Conſtitutionibus.* extrauagantibus.

c ¶*Quod quidem ius.* ſcilicet poſſe teſtari in caſtrenſibus.

d ¶*Augusti quàm Neruæ, &c.* quorũ dicta non habemus.

e ¶*Subſcriptione.* cuius verba non habemus.

ADD. *Traianum autem Optimum appellat, eo cognomento, quod ei iure optimo à Senatu populoque Ro. conſenſu omnium tributũ eſt, vt Dion teſtatur in hiſt. & Plin. in panegy.*

f ¶*Veteranis.* ſcilicet filiuſfamilias: de quibus hic loquitur.

g ¶*Nullis liberis vel fratribus ſuperſtitibus.* nam liberi defuncti militis & fratres patrem excludentes vt C. cõ. de ſuc. l. fin. Hodie ſoli liberi militis: vt in authent. de hære. ab inteſt. ve. circa prin. ibi, ſi quis igitur. colla. ix.

ADD. *Quibus non extantibus ſuccedit pater vna cum fratribus, vt in eo. ti. §. ſi igitur defuncti decedentes. ver. ſi vero cum. dummodo defera-*

i ¶*Commune.* ſic ſ. per quas perſo. nob acqui. § j.

k ¶*Iure ciuili.* ſcilicet antiquo. ſic ſ. per quas perſ. nob. acquir. §. j.

l ¶*Peculia.* ſcilicet aduentitia & profectitia. nam caſtrẽſia vel quaſi etiam iure veteri non acquirebãtur patri vt ff. de colla. bo. l. j. §. nec caſtrenſe.

m ¶*Noſtris.* & alienę & noſtrę ſunt: vt C. de bo. mater. & C. de bo. quæ lib. per totum.

n ¶*Non acquiruntur.* ſcilicet nobis patrib9.

o ¶*Inutile eſt.* quia quod ab initio non valet, ex tractu temporis non conualeſcit. argu. ĩ. tit. j. circa princ. ibi, alioqui. Argu. contra. C. de nupt. l. & ſi contra. Sol. ibi non valuit matrimoniũ ex primo, ſed ex nouo poſt matrimoniũ conſenſu.

p ¶*Deceſſerit.* nõ idem de ſeruo teſtante, ſi fideicommiſſum ſit relictũ: quia valet, ſi durat volũtas:

pubes, vel ſanæ mentis. Are.

¶Præterea teſtamentú facere non poſſunt impuberes[a]: quia nullum eorum animi iudicium[b] eſt. Item furioſi[c]: quia mente carent. nec ad rem pertinet, ſi impubes poſtea pubes, aut furioſus poſtea compos mentis factus fuerit, & deceſſerit. Furioſi[d] autē ſi per id tempus fecerint teſtamentum, quo furor eorum intermiſſus eſt, iure teſtati[e] eſſe vidētur: certè eo, quod ante furorem fecerint, teſtamento valēte. Nam neq; teſtamentum rectè factum, neq; vllū aliud negotium[f] rectè geſtum, poſtea furor interueniens perimit.

¶Nō valet teſtamentum prodigi factum poſt interdictum: ſed prius factū ſic. Are.

¶Item prodigus[g], cui bonorum ſuorum adminiſtratio interdicta eſt[h], teſtamentum facere non poteſt: ſed

vt ff. de leg.iij.l.j.§.j.

a ¶*Impuberes.* ſed ex quo tetigerunt de vltimo die xiiij. vel xij. anni. ſatis eſt, fauore teſtamenti: vt ff eo. de teſt. & qui teſta. facere poſſ. l. qua ætate. Idem in vſucapione: vt ff. de vſucap. l. in vſucap. Secus in præſcriptionibus odioſis: vt ff. de act. & obl. l. in omnibus temporalibus. Item ſecus, vbi eſt fauor eius, qui vult prorogare, vt ī cōtractib' à minore factis: vt ff. de min. l. iij. §. minorem.

b ¶*Iudicium.* id eſt, diſcretio: vt ff. de iudi. l. cum prætor. § non autem. verſic. lege. Quandoq; ponitur p ſententia, vt rei iudicatæ ſtandum eſt: vt C. de re. iudic. l. j. Quandoq; pro inſtantia cauſæ triennij. vt C. de iudi. l. properandum. per totum. Quandoque pro actione: vt iudicium familiæ erciſcundæ, vel communi diuidundo: vt C. de offic. iudic. §. ſi familiæ erciſcundæ. & §. fina. Quandoque pro lite ſiue controuerſia: Vt iudicium pendet ſuper hæreditate: vt ff. ad Treb. l. j. ſecundo reſponſo. Quandoque pro authoritate, vt negotia eccleſiaſtica non ſunt diſponenda laicorum iudicio, id eſt, authoritate. extra de iudic. c. decernimus. Quandoque pro foro, vt cauſa iuriſpatronatus definiri debet eccleſiaſtico iudicio, id eſt, foro. ca. quāto extra de iudi. Quandoque pro arbitrio. ff. qui ſatiſda. cog. l. arbitrio. Si enim arbiter eſt iudex: ergo arbitrium eſt iudicium. Quandoque pro vltima voluntate, vt iudicium teſtatoris caſſum eſſe nō debet. C. de ſacroſan. eccl. l. j. Quandoq; pro queſtione, vt ciuilis cauſa in iudicium, id eſt, in quæſtionem deducta cū criminali, poſt criminalē eſt diſtinguēda. C. de ord. iudi. l. fi. Quandoq; pro diſcuſſione ſiue iuris diſcuſſione: vt in tit. de indi. ff. & C. Quandoque pro poteſtate iudicandi: vt ff. de iudi. l. iudicium ſoluitur vetante eo, qui iudicare iuſſerat. Quandoque pro pernicie ſiue damnatione, vt ibi, Qui manducat & bibit indigne corpus & ſanguinem Domini, iudicium ſibi manducat & bibit. Quandoque pro pœna, vt ibi, Qui bona egerūt, ibunt in vitam æternam: qui vero mala, in reſurrectionem iudicij & pœnæ æternæ. Quandoq; pro proceſſu iudiciali: vt c. j. de iudic. lib. vj. Ec iſta xv. ſignificata iudicij poſſunt hiis verſibus cōprehendi. Actio, lis, author, forus, arbiter, vltima velle: Quæſtio diſcret. ſen. inſtāt. diſcuſſio, poſſe: Pernicies, pœna, proceſſus iudicialis.

Temporis tractus nō conualidat inualidū.

1. Cor. 11.

Ioan. 5.

Verſus.

c ¶*Item furioſi.* repete, non poſſunt teſtamentū facere.

d ¶*Furioſi.* hac ratione idem in mēte capto dicam: vt argu. ff. de verbo. oblig. l. a Titio. in fine.

e ¶*Teſtati.* vt C. eodem. qui teſta. fa. poſſ. l. furioſum. in principio.

ADD. *Idem in dubio, ſi tempus teſtamenti erat remotum a tempore furoris, ſed ſi vicinum tunc ex qualitate ipſius actus præſumitur fuiſſe ſana mentis, vel non. Et qualiter probetur furor. vide Angel. hic.*

f ¶*Negotium.* vt vſucapionem inchoatā: vt ff. de vſucap. l. iuſto. §. eum. vel poſſeſſionem quæſitam: vt ff. de acquiren. poſſeſſ. l. ſi is qui animo. ſic ff. de pecu. l. quā Tuberonis. in princ.

g ¶*Prodigus.* prodigus eſt, qui neque finem, neque modum habet in expenſis: vt ff. de cur. fur. l. j. Nam prodigus dat danda, & non danda: auarus tenet tenenda & non tenenda: largus medium tenet inter vtrunque.

Prodigus quis eſt.

h ¶*Adminiſtratio interdicta eſt.* ſi dicas à iudice, planum eſt. ſi dicas à lege, vt quia crimen lege Iuliæ maieſta. commiſit: multo minus teſtatur: ſed & tūc prius factum rumpitur: vt C. ad legem Iuliam maieſta. l. fin.

ADDITIO. *Et ſufficit, quod fiat præconium publice cum cauſa cognitione, quòd nemo contrahat cum eo, vel quod iudex declaret eum eſſe prodigum, vel det ei curatorē tanquā prodigo, ſeu aliter notorie prodigus exiſtat.*

a ¶*Ratum*

id, quod antè fecerit, quam interdictio bonorū ſuorū ei fiat, ratum eſt[a].

¶ *Mutus & ſurdus poſſunt certis caſibus condere teſtamētum: ſed non ſemper .h.d. primò. Et vitium ſuperueniens poſt teſtamentum perfectum, non nocet. Aret.*

¶ Item ſurdus & mutus nō ſemper[b] teſtamentum facere poſſunt. Vtique autem de eo ſurdo[c] loquimur, qui omnino non exaudit, non qui tardè exaudit. Nam & mutus is intelligitur, qui eloqui nihil poteſt, non qui tardè loquitur. Sæpè enim etiam literati & eruditi[d] homines variis caſibus & audiendi & loquendi facultatem amittunt[e].

¶ Vnde noſtra conſtitutio[f] etiam his ſubuenit, vt certis[g] caſibus & modis ſecūdum normam eius poſſint teſtari, aliáque facere, quæ eis permiſſa ſunt. Sed ſi quis[h] poſt teſtamentum factum, aduerſa valetudine, aut alio quolibet caſu mutus, aut ſurdus eſſe cœperit: ratū nihilomin⁹ manet eius teſtamentum.

¶ *Cæcus cum ſolennitate communi non poteſt facere teſtamentum, ſed ſeruādo quādam ſolennitatem ſpecialiter ad hoc aſſignatam. Aret.*

¶ Cæcus[i] autē non poteſt facere teſtamentum, niſi per obſeruationem[k], quam lex diui Iuſtini patris noſtri[l] introduxit.

¶ *Captus apud hoſtes teſtamentum facere non poteſt, ſed ſi prius factum, ſi ibi moriatur ex lege Cornelia valet: ſi redeat, ex poſtliminio. Aret.*

¶ Eius, qui apud hoſtes[m] eſt: teſtamentum quod ibi fecit, non valet[n], quamuis redierit.

a ¶ *Ratum eſt.* Quid ſi fiat interdictio, cum tamen non ſit prodigus? Reſpond. forte non valet interdictio: argu. ff. de tuto. & curator. dat. ab his. l. Seia. Sed contrarium verum eſt, cum ſit facta contra ius litigatoris tantum: non contra ius legis. ff. quæ ſenten. ſine appellat. reſcind. l. j. in princ. & §. j. & C. quando prouoc. nō eſt neceſſ. l. ij.

b ¶ *Nō ſemper.* ſed quandoque poſſunt, ſecundum diſtinctionem ſequentē.

c ¶ *De eo ſurdo.* ſic ĩ. de inutil. ſti. §. mutū.

d ¶ *Eruditi.* ſ. ĩ minoribus.

ADDITIO. *Hic literatos & eruditos dici puto peritos verum, contraria ſignificatione atque in §. ſimiliter. ĩ. de excuſ. tutor. neſcire literas dixit, pro verū imperitum eſſe. Vide ibi Æmyl. Ferret. Mirum eſt autem quod Rodolp. Agric. lib. de inuent. 2. c. vlt. narrat, ſe vidiſſe, qui cum ſurdus à puero fuiſſet, & quod conſequens eſt, mutus, didicerat tamen & quæcunque ſcriberet aliquis, intelligere: & ſua quoque ipſe cogitata perſcribere.*

e ¶ *Amittunt.* & maxime impij aduocati, vt in eo puniātur, in quo deliquerunt. e. literas. de tempor. ordin. capi. paſtoralis. de iure patro. & cap. ſi. de immunit. eccel. cū ſimil. quia per quæ quis peccat, per hæc torquetur.

f ¶ *Conſtitutio.* vt C. qui teſta. fa. poſ. l. diſcretis.

g ¶ *Certis.* vt mut⁹ & ſurdus caſu, vel mutus tantū, ſiue natura, ſiue caſu, ſi ſcribere nouit, ſua manu ſcribat teſtamentū. Si autem per aliū ſcribere velit, impetret hoc à pricipe: vt ff. e. de teſt. & qui teſt. fa. poſ. l. ſi mutus. Itē ſi ſurdus tantū caſu eſt, vel etiā natura, teſtetur ſi vult, ſi poteſt loqui articulate: vt C. qui teſt. fa. poſ. l. diſcretis. ſi autem natura eſt ſurd⁹ & mut⁹, non poteſt niſi ſit miles: vt ſ. titu. j. §. quinimo.

ADD. *Quidā dicūt debere intelligi de muto & ſurdo à caſu: & tūc miles teſtabitur de licentia principis ĩ iis caſibus, in quibus pagan⁹ nō poſſet.*

h ¶ *Sed ſi quis.* ſic. ſ. e. §. præterea. & §. ſi furioſi.

i ¶ *Cæcus.* naturaliter, vel caſu: & orbat⁹ vtroq; lumine. ſecus ſi vno tm̄: vt C. de excuſ. tut. l. frater.

k ¶ *Per obſeruationē.* ſ. vt corā ſeptē teſtib⁹ & tabellione, vel alio loco eius, ſi nō ĩueniatur tabellio diluci dius voluntatē ſuā declarat & ĩ hæreditatib⁹ & in legatis: & oĩa in ſcriptis referātur. vt C. eod. l. hac conſultiſſima.

l ¶ *Patris noſtri.* alias mei, ſic ĩ. de don. §. eſt & aliud.

AD. *Dic quod patrem adoptiuū ſignificat. nā Iuſtini nepos erat ex ſorore: ſed ab eo adoptatus.*

m ¶ *Apud hoſtes.* ſcilicet vt captus vel obſes: vt ff. eo. de teſtamen. l. obſides.

n ¶ *Non valet.* quia ſerui ſunt, vel quaſi: vt ĩ. de iure perſon. §. ſerui. & ff. de libe. homi. exhib. l. ij.

Sed quod dum in ciuitate fuerat[a], fecit: ſiue redierit, valet iure poſtliminij[b]: ſiue illic deceſſerit, valet ex lege Cornelia[c].

TITVLVS XIII.

DE EXHAEREDATIONE liberorum.

¶ *Quiſquis filium habens in poteſtate, ritè teſtari vult, operæ pretiũ eſt, vtrum aut inſtituat, aut nominatim exhæredem faciat: illius etenim præteritione vſque adeò nullum fit teſtamentum, vt etiam ſi viuo patre deceſſerit, non conualeſcat. In filiabus autem cæteriſque per virilem ſexum deſcendentibus, longe diuerſam rationem tenuit antiquitas: vt ex hoc textu deguſtare potes.*

N On tamen

a ¶ *Fuerat.* ante captiuitatem.

b ¶ *Poſtliminij.* quod fingit eum ſemper in ciuitate fuiſſe: vt ȝ.quib. mod.ius pat. pote.ſol.§.ſi ab hoſtibus. non autẽ.l.Cornc. ita fingitur, & quod dicitur.C.de cap. l.j. & l. captũ. impropriè ponitur lex Cornelia pro iure poſtliminij.

c ¶ *Ex lege Cornelia.* quæ fingit eum prima hora captiuitatis mortuum, & ſic liberum: vt ff.eo.de teſt. l. lege Cornelia. Aliud eſſet ſi nulla eſſet fictio, vt in ſeruo pœnæ facto: vt ȷ.quib.mod. teſt.infir.§.non tamen. Vltimo nota, ꝙ xiij. ſunt perſonæ & plures quæ teſtari non poſſunt. Filiusfamilias. Item ſeruus: vt ȝ.eo.in prin.& ff. eo.de teſta.l.ſi filius. Item impubes. Item furioſus. Item mente captus. Item prodigus. Item mutus. Item cæcus. Itẽ ſurdus. vt ȝ.eo.§.præterea.& §.Item furioſi.§.Itẽ prodigus.& §.Item ſurdus.& §.cæcus. Itẽ dãnatus ad mortem naturalem vel ciuilem: vt ff.eo.de teſta.l.eius qui.§.j.vſque ad fin. Item obſes: vt ff.eo.l.obſides. Item de crimine famoſo damnatus: vt ff.eo.l. is cui.§.ſi.& l.eum lege. Item de ſtatu ſuo dubitantes: vt.ff.de teſta.l.qui in domini.& l.de ſtatu. Item monachus: vt in auth.de mona. §. illud quoque. colla.j. ſed hodie ſecundum quoſdam corrigitur: vt in auth.de ſanctiſ.epiſ.§ ſi qua mulier. colla.iiij. Item is cui interdicitur bonis à lege: vt C. de hæret.& manichæ. l.manichæos.& ad legem Iuliam maieſt. l.vltima. Vnde verſus.

Teſtari nequeunt, impubes religioſus,
Morti dãnatus: & ſub patre filius obſes.
Prodigus, & ſtultus, dubius, ſeruus, furioſus.
Crimine damnatus, cum muto, ſurdus & illum
Qui maieſtatem læſit, cæcum quoque iungas.

DE EXHAEREDATIONE liberorum.

¶ *Iſte titulus continuatur per gl.t.infrà in ni gro. Ang. Vel ſic, Dictum eſt ſuprà, de teſtamentis, & eorum ordinatione: verum quia in teſtamentis quandoque liberi exhæredantur: ideo ſequitur titulus de exhæredatione liberorũ.*

N *On tamen.* Exequitur ſeparatim aliud quiddam, quod teſtari volentibus obſeruandũ eſt præter ſupradicta. Nam qui teſtatur, liberos ſiue in poteſtate eos habeat, ſiue emancipatos, ſiue poſthumus, ſilẽtio præterire non debet, ſed nominatim exhæredare vel inſtituere: niſi forte ſit miles in expeditione occupatus, cuius ſilentium pro exhæredatione habetur: quod & in matre auo proauóque materno ſimiliter obſeruatũ eſt, partim ex iure ciuili vetuſtiore, partim ex iure prætorio, partim ex conſtitutionibus. E. B.

CASVS. Domine, iam video de hac obſeruatione ſolenni obſeruanda in teſtamẽto: nunquid ſufficit huiuſmodi obſeruatio ad hoc, quod teſtamentũ inexpugnabiliter valeat? Reſpondet ꝙ non. Non enim vt omnino valeat teſtamentũ, ſufficit prædicta obſeruatio, quam ȝ.de teſta.ord.expoſuimus: ſed teſtator qui filium in poteſtate habet: eum, vel hæredẽ in teſtamento inſtituere, vel nominatim exhæredare neceſſe habet. Si enim eũ ſub ſilentio præterierit, inutile erit teſtamentum: & in tãtum erit inutile, vt licet iſte filius præteritus viuente teſtatore mortuus fuerit, nemo tamen ex eo teſtamento hæres exiſtere poſſit. & hoc ea ratione: quia præterito filio in poteſtate tempore facti teſtamenti exiſtente, teſtamentum ipſo iure nullum fuit. & hoc verum fuit in filiis maſculis primi gradus, ſed ſecus erat in filiabus. Nam non ita de filiabus vel aliis liberis vtriuſque ſexus in remotiori gradu cõſtitutis apud veteres obſeruabatur. Neque enim exhæredãtur, & tamen teſtamentum propter hæredis præteritionem non infirmabatur: ſed ius accreſcendi vſque ad certam portionem, id eſt, dimidiã illius portionis, quam habituri eſſent ab inteſtato eis præſtabatur. Nec ſolum fuit huiuſmodi differẽtia inter filios

vt omnino[a] valeat teſtamentum, ſufficit hæc obſeruatio, quam ſuprà[b] expoſuimus: ſed qui filium[c] in poteſtate[d] habet, curare debet, vt eum hæredem inſtituat vel exhæredem nominatim faciat. Alioqui, ſi eum ſilentio præterierit[e], inutiliter teſtabitur: adeò[f] quidem ut ſi viuo patre filius mortuus ſit, nemo hæres[g] ex eo teſtamento exiſtere poſſit: quia ab initio non conſtiterit[h] teſtamentum. Sed non ita[i] de filiabus & aliis per virilem ſexum deſcendentibus liberis vtriuſque ſexus antiquitati fuerat obſeruatũ. ſed ſi nõ fuerant ſcripti hæredes ſcriptæve, vel exhæredati exhęredatæve teſtamentũ quidẽ non infirmabatur[k]: ius tamen accreſcendi eis ad certã portionem[l] præſtabatur. Sed nec[m] nominatim eas perſonas exhæredare parentibus neceſſe erat: ſed licebat inter cæteros[n] hoc facere.

¶ *Exhæredatio nominatim fit dupliciter. Aretinus.*

¶ Nominatim autem quis exhæredari videtur: ſiue ita exhæredetur: Titius filius meus exhæres eſto, ſiue ita: Filius meus exhæres eſto, non adiecto proprio nomine: ſcilicet, ſi alius filius non extet[o].

Aliàs, omnimodo.

ter filios maſculos & huiuſmodi perſonas, ſed etiã alia: quia licet filij maſculi nominatim debeant exhæredari, non tamen ſupradictas perſonas nominatim exhæredare parentibus erat neceſſe: ſed licebat eis illas perſonas inter cæteros exhæredare. Sed domine dicatis mihi, quid eſt exhęredare nominatim? Ad hoc reſp. Amice, exhæredare nominatim, videtur qui proprio nomine expreſſo exhæredat. veluti ſi teſtator dicit, Titi[a] filius me[a] exhæres eſto. vel non addito proprio nomine: ſed appellatione tantũ: vt puta, ſi teſtator vnum ſolũ filium habuit. Et hæc dicuntur vſque ad illum §. poſthumi quoq;. Frã.

a ¶ *Non tamen vt omnino.* licet dicta obſeruatio. ſ. de teſta. or. ſolennis ſit: non tamẽ, &c. Vel ſic. ſ. de ea obſeruatione, quæ eſt circa fidem & probationem, ſatis dictum eſt: nunc de ea, quæ eſt circa pietatem, dicendum eſt: & licet ea obſeruatio. quæ circa fidem eſt, ſatis diligens ſit: non tamen, &c.

b ¶ *Supra.* ſcilicet in tit. de teſta. ord.

c ¶ *Filium.* etiam militem: vt ff. de li. & poſt. l. filiusfamilias.

d ¶ *In poteſtate.* ſecus in emancipato iure ciuili: ſed idem iure prætorio: vt ſ. eo. l. emancipatos.

A D D. *Imo hodie præteritus dicit nullum etiam de iure ciuili, ſicut in poteſtate conſtitutus: vt per glo. in §. exhæredatos. in glo. voluit. in auth. de hære. & fal. Angel.*

e ¶ *Præterierit.* ſcilicet nec inſtituendo, nec exhæredando: vt ſ. de hæred. quæ ab inteſt. §. eadem. nec ipſo iure valet: vt C. de lib. præte. l. maximum.

f ¶ *Adeo.* ſcilicet inutiliter teſtabitur.

g ¶ *Nemo.* ff. de iniu. rup. teſt. l. filio. §. ſi cõtra. Sol. ibi, filius fuit, hic non. Vel hic iure ſtricto, ibi æquo. Accurſius.

h ¶ *Non conſiſtit.* aliud ſi conſtitit: licet poſtea rũpatur: puta agnatione poſthumi, q poſtea moritur: quia tunc reconualeſcit teſtamẽtũ: vt ff. de iniuſt. rup. teſt. l. poſthumus. in prin. & ſ. eo. §. poſthumi. ibi, quod & filio, &c. Nec eſt mirũ: quia ſi ab initio rũpitur agnatiõe poſthumi: eo mortuo cõualeſcit arg. ff. de regu. iur. l. quod ab initio.

i ¶ *Sed nõ ita.* no. ex vna parte ponit filios tantũ, ex alia filias, & omnes ex maſculis vel fœminis deſcẽdentes.

k ¶ *Non infirmabatur.* cõtra ſ. eo. §. ſed fœminini. Sol. vt ibi.

l ¶ *Ad certam portionem.* ſcilicet dimidiam eius, quod ab inteſtato habituri eſſent: vt C. de lib. præt. l. maximum. circa me. ibi, cum enim per contra tabulas, &c.

m ¶ *Sed nec.* hæc eſt ſecunda differentia inter prædictas perſonas.

n ¶ *Inter cæteros.* ſcilicet hoc modo: vnũ de filiis meis exhæredo, vel vno inſtituto, ſic dico, reliquos exhæredo. nam niſi diceret, cæteros exhæredo: licet dicat, filium meũ exhæredo, cum plures habeat nemo exhæredatus videtur: vt ff. de libe. & poſthu. l. ij. ſed ſecus erit in iſtis. nam bene valet, vt hic dicitur.

o ¶ *Non extet.* item aliis modis: vt omnes liberi mei ſint exhæredati: & ſi ſit vnus tantũ: vt ff. de li. & poſth. l. Titius. in prin. Item ſi dixerit alia verba quæcunq; dummodo certa: vt ff. ſi cer. pet. l. certũ.

de iniuſt. rupt. teſta.l.poſthumi.§.nominatim.& ff.de lib.& poſth.l.j.& ij.ſed ſecus ſi dicat filium meum inſtituo : cæteros liberos exhæredo. vel Seium extraneum inſtituo :liberos autem exhæredō. & hic nō dicit oēs,vt nō contradicat princ. glo.Nam dicor exhæredare filium inter cæteros: quia mi ſtio fit cum cæteris in remotioribus gradibus conſtitutis, vnde non valet, cum debeant exhæredari nominatim, vt hic dicitur.

A D. *Nominatim autē eſt,cùm quid ſuo nomine, vel demonſtratione, quæ nominis vice eſſe poſſit, oſtēditur:nec generali nomine duntaxat , ſed ſpeciali & proprie comprehenditur.patet ex l. poſthumi.§.nominatim.de in.rup.*

¶*Poſthumi præteritione nō protinus ab initio infirmatur teſtamentum, ſed ita demum cùm natus fuerit poſthumus:quo non naſcente firmū manet teſtatoris iudicium.*

¶Poſthumi quoq; liberi vel hæredes inſtitui [a] debent, vel exhæredari. Et in eo[b] par omnium[c] conditio eſt, quòd & filio poſthumo, & quolibet ex cæteris liberis, ſiue fœminini ſexus ſiue maſculini[d] præterito , valet quidem teſtamentum : ſed poſtea agnatione[e] poſthumi , ſiue poſthumæ rumpitur[f],& ea ratione totum infirmatur[g]. Ideóque ſi mulier ex qua poſthum' aut poſthuma ſperabatur, abortum[h] fecerit: nihil impedimēto eſt ſcriptis hæredibus ad hæreditatē

¶*Poſthumi quoque.* C A S V S. Dn̄e, iam video quid iuris eſt circa exhæredationē liberorum iam natorum, ſed quid domine,ſi teſtator reliquerit vxorem prægnantem : nunquid neceſſe habet exhæredare vel inſtituere vterum? Reſpon. quòd ſic. nam non ſolum nati liberi,ſed etiā poſthumi exhæredari debent , vel hæredes inſtitui:& in eo par omnium poſthumorum conditio eſt,quòd quocunque poſthumo ſiue maſculini ſexus, ſiue fœminini præterito,non valet teſtamentū: quia ſi naſcatur poſthumus vel poſthuma, natiuitate eius rumpitur teſtamentum.vnde ſi mulier prægnans de qua ſperabatur poſthumus naſciturus,ediderit abortiuū: nihil erit impedimento hæredibus inſtitutis ad hæreditatem ex teſtamento adeundam.Nam iſte abortiuus,qui mortu' natus eſt, vel contra formam humani generis editus,pro non nato habetur. Sed licet in hac particula ſit cōtradictio omnium poſthumorum parificata:in alio tamen differunt. n.á fœminini ſexus poſthumæ vel noīatim vel inter cæteros ſolebāt exhæredari: ꝓut placuerat teſtatori: ita tamē vt ſi teſtator huiuſmodi ꝑſonas inter cæteros exhæredaret,aliquid eis legaret, ne viderentur huiuſmodi poſthumæ per obliuionē à teſtatore præteritæ eſſe : ſed ſecus erat in maſculis poſthumis.Poſthumos enim maſculos, puta filiū, & deinceps, ſtatutū eſt nō poſſe aliter recte exhæredari,niſi nominatim exhæredētur. Sed dn̄e, ꝓ Deo,qualiter poteſt poſthumus nominatim exhæredari, ſi teſtator de ſexu faciat mētionem? Reſp. quod hoc modo. Quicunq; mihi filius maſculus genitus fuerit:exhæres eſto. Et hæc dicūtur de veris poſthumis vſque ad illū.§. poſthumorū. Fran.de Arē.

a ¶*Inſtitui.* iſta īſtitutione ex præſenti matrimonio naſcituri,& ex futuro īſtitui videntur:vt ff.de lib. & poſthu. l.placet.& l.ideóq;.Quid in exhæredatione poſthumorū, an oēs ſiue ij,qui ſunt in vtero tantum, an alij qui ſunt naſcituri ex præſenti matrimonio vel futuro, intelligūtur exhæredati?Reſp. non : cum maſculi debeant nominatim exhæredari:vt j.eod.§.maſculos.Accurſius.

A D D. *Et hac vera : licet glo.teneat contrarium in d.l.placet.quam ſaluat Ioan.Fab.vbi eſſent appoſita verba multiplicatiua vel vniuerſalia,quiſquis,quicunque,& ſimilia,ſecus, ſi indefinita tantum,vt hic.*

b ¶*In eo.* ſcilicet quod ſequitur: quod & filio,&c.

c ¶*Omnium.* ſcilicet poſthumorum ex ſe naſciturorum, & ex filiis ſuis: licet in iam natis non ſit par conditio: vt ſ.eo.§. ſed non ita.

d ¶*Maſculini.* ſiue ex maſculo, ſiue ex fœmina.

e ¶*Agnatione* id eſt,natiuitate.ſic j.quibus mod.teſt.infir.§.j.

f ¶*Rumpitur.* ſi vero exhæredabatur, de inofficioſo agebatur: vt j.de inoffic.teſt. §.poſthumi. Hodie vero exhæredari non poſſunt:vt C.de inoff.teſt.l.ſi quis.§.legis *Poſthumi hodie exhæredari non poſſunt.*

g ¶*Infirmatur.* Hic adde quod eſt. ff. de milit.teſt.l.ſi filiuſfamil.j.

h ¶*Abortum.* qui eſt pro non nato : vt ff.de verb.ſign.l.qui mortui.& C.de poſthu.hære.l.j.Accurſius.

A D D. *Idem in ſeminato mortuo ante, quam perfecte extrahatur. Secus tamen in nato ex ſecto ventre,qui nō declinat ad monſtrū, dummodo*

adeundam. Sed fœminini quidem sexus perſonæ[a] vel nominatim, vel inter cæteros exhæredari ſolebant: dum tamen ſi inter cæteros[b] exhæredarētur, aliquid eis legaretur, ne viderentur præteritæ eſſe per obliuionem. Maſculos verò poſthumos, id eſt, filios & deinceps placuit non aliter recte exhæredari, niſi nominatim exhæredarētur: hoc ſcilicet modo: Quicunque mihi filius genitus fuerit, exhæres eſto.

¶*Ex filio nepos viuo patre, ſuus hæres auo non eſt, quamuis in eius ſit poteſtate, ſed viuo auo ſi patrem mori contingerit, eius patris locū ſub intrans, quaſi agnaſcendo ſuus hæres fit: idcirco inſtitui vel exhæres fieri debet, ne illius præteritio aui teſtamentum infirmet.*

¶Poſthumorū[c] autem loco[d] ſunt & ij, qui in ſui hærēdis[e] locum ſuccedēdo, quaſi agnaſcendo[f] fiunt parētibus[g] ſui hæredes. vt ecce ſi quis filium & ex eo nepotem neptémve in poteſtate habeat: quia filius gradu præcedit, is ſolus iura ſui hæredis habet: quanuis nepos quoque & neptis ex eo in eadē poteſtate ſint. Sed ſi filius eius viuo eo moriatur, aut qualibet alia ra-

modo habeat pulſum, etiam ſi vocem non emiſerit. Vide Angel. hic.

a ¶*Perſonæ.* ſ. poſthumæ. nam iam natis fœminis nō erat neceſſe legari: vt C. de li. præt. l. maximū. in fi. & ſ. eo. §. ſed nō ita.

b ¶*Inter cæteros.* Hodie qui cōſtitutionem omnes nominatim: vt ſ. eo. §. ſed hæc. verſ. noſtra: Sed nouiſſimo iure non, cū nō ſint ingrati: vt in auth. vt cū de ap. cog. §. aliud colla. viij.

ADDI. *Quæ cau. debet exprimi, & per hæredem probari: vt in authen. ex cauſa. C. de lib. præteri. Angel.*

¶*Poſthumorum.* CASVS. Domine, iā video & patet mihi qualiter exhæredentur liberi nati, & etiā poſthumi, nūquid ſunt plures modi exhæredandi vel inſtituēdi? Et reſpon. quod ſic. Nam ſicuti dictum eſt veros poſthumos debere exhæredari vel inſtitui. ita & ij, q loco poſthumi ſunt. Sed dñe dicatis mihi, qui ſunt ij, q loco poſthumi ſunt? Ad hoc reſp. Amice loco poſthu. ſunt ij, qui tēpore teſta. nō erāt immediate adiuncti teſtatori: poſtea tamē adhuc viuēte teſtatore in locum ſui hæredis ſuccedūt: & ita quaſi agnaſcēdo immediate adiūguntur teſtatori, & ſui efficiūtur, vt patet in tali exēplo, Titius habet filiū in poteſtate ſua: & ex eodē filio nepotē hoc caſo: quia filius ſuo gradu præcedit nepotē, ſolus filius iura ſui hæredis habet, licet nepos & neptis ex eo in eius poteſtate ſint. vnde ſi Titius filius viuēte adhuc Titio mortuus fuerit, aut de poteſtate eius exierit, incipit nepos ex filio natus in locū patris ſui mortui ſuccedere & eo modo quaſi agnatione ſuus hæres efficitur: cū nullus in poteſtate exiſtens eū præcedat: & ideo ſic teſtator ipſum filiū vel hæredē inſtituere, vel nominatim exhæredare debet, ita nepotē vel neptem ex illo neceſſe habet exhæredare, vel hæredē inſtituere ne forte viuo adhuc teſtatore, filio eius, qui immediate erat ei adiunctus mortuo vel emancipato, vel alio modo patria poteſtate liberato, nepos ex filio in locū patris ſui ſuccedens, quaſi agnatione eius rumpat teſtamentū. Et iſta prouiſio ad ſecuritatē teſtatorū per legem Velleiā introducta eſt, ſi qua quidē lege ſimilis modus exhæredatiōis ad exēplū verorū poſthumorū demōſtratur. Et hæc dicuntur vſque ad illū §. emancipatos, & caſus eius eſt planiſſimus vſque ad §. ſed hæc quidem. Franciſcus de Are.

c ¶*Poſthumorum.* ſic ff. de iniuſt. rup. teſt. l. poſthumorū. vbi omnino habetur iſte §.

d ¶*Loco.* nō tamen veri poſthumi ſunt: vt ſ. eo. §. hoc in fine.

e ¶*In ſui hæredis.* infra de hæredum qualit. & differen. § ſui.

f ¶*Agnaſcendo.* id eſt, ſubtus vel poſtea naſcendo, ſicut poſthumus verus. non enim naſcitur, cum natus ſit: vt ſupra de adoptionibus. §. j. Vel dic agnaſcendo. id eſt, incipiendo eſſe agnati, quo ad effectū ſuccedendi.

g ¶*Parentibus.* ſcilicet maſculis. nam teſtamentum fœminæ non rumpitur per legem Velleiam: vt ff. de lib. & poſthum. l. Gallus. §. nunc de lege. ibi. nam & ſi ita verba ſunt. ſed per querelam irritatur: vt C. de inoff. teſt. l. iij. & ſ. eodem. §. mater.

[...] tione exeat de poteſtate eius: incipit nepos, neptíſve in eius locum ſuccedere: & eo modo iura ſuorum hæredum quaſi agnatione nanciſcitur. Ne ergo eo modo rumpatur eius teſtamentum: ſicut ipſum filium vel nominatim exhæredare debet teſtator, ne non iure faciat teſtamentum: ita & nepotem neptémve ex filio neceſſe eſt[a] ei, vel hæredem inſtituere, vel exhæredare: ne fortè eo viuo[b] filio mortuo, ſuccedēdo in locum eius nepos, neptíſve, quaſi adgnatione rumpat teſtamentum. Idque lege Iulia Velleia[c] prouiſum eſt: in qua ſimul[d] exhæredationis modus ad ſimilitudinem poſthumorum demonſtratur.

¶*Emancipati quoque liberi inſtitui, vel exhæredari debent: alioqui eis præteritis (quamuis iure ciuili ſuccurſum non ſit) iure prætorio bonorū poſſeſſio contra tabulas datur.*

¶Emancipatos liberos iure ciuili[e], neque hæredes inſtituere, neque exhæredare neceſſe eſt[f], quia non ſunt ſui hæredes[g]. Sed prætor omnes tam fœminini[h] ſexus q̃ maſculini, ſi hæredes non inſtituantur, exhæredari iubet: virilis ſexus, nominatim: fœminini verò, inter cæteros: quia ſi neq; hæredes inſtituti fuerint, neque ita (vt diximus) exhæredati[i]: permittit eis prætor, contra tabulas teſtamenti bonorum poſſeſſionem.

¶*Adoptiui quandiu in adoptantis nexibus conſtituti ſunt: haud ſecus quàm naturales liberi inſtituendi vel exhæredādi ſunt: adoptione vero ſoluta impune ab*

a ¶*Neceſſe eſt.* cauſatiue, ſcilicet ne rumpatur teſtamentum, vt ſequitur, nō præciſe: vt C. de adop. l. pen. §. quæ in filio.

b ¶*Eo viuo.* ſecus ſi poſt: vt ff. de iniuſt. rup. teſta. l. ſi quis filio: & in hoc differt à vero poſthumo. Itē differt ab aſcendentibus: vt ff. de inoffi. teſta. l. patr filium.

c ¶*Velleia.* nomen eſt cuiuſdam nouæ legis ſed ius Galli Aquilij antiquius eſt: & loquitur in vero poſthumo, vt ſtatim dicā: vt ff. de libe. & poſthum. l. Gallus §. ſi ci⁹ qui filium.

d ¶*Similis.* In veris poſthumis talis erat modus: ſi me mortuo naſcetur mihi filius intra x. mēſes: vt ff. de libe. & poſthum. l. Gallus. j. reſpon. & §. j. ij. iij. & iiij. ſic ergo & hic p leg. Velleiā, ſi ſuus hæres ſu⁹ eſſe deſierit viuo teſtatore: vt ff. de libe. & poſthu. l. Gallus. §. videndū eſt num. & in hoc habes locum ley Velleia. ſic etiam eſt paritas ab inteſtato: vt j. de hær. quæ ab inteſta. §. cum autem.

In F. F. vbique ſcri ptum eſt, Iulia Velleia.

A D D. *Pro Similis. Æ Emyl. Ferr. Simul. quis enim (ait) ſic loquitur ſimilis ad ſimilitudinem? Eſt autem ſenſus non ſolum lege Velleia ex ea pite fuiſſe conſtitutum, quemadmodum nepotes, quaſi noui, vt ita dicam, ſui agnaſcendo, non rumperēt teſtamentum: ſed ſimul idem modus exhæredationis, qui de poſthumis traditus eſt obſeruetur, ſcilicet vt hi nominatim exhæredandi ſint, ſi fuerint maſculi, fœmina vero ſaltem inter cæteros, dummodo ex legatis oſtendatur non fuiſſe præteritas per obliuionem.*

e ¶*Iure ciuili.* ſic j. de hære. quæ ab inteſt. §. emancipati.

f ¶*Neceſſe eſt.* nam nihilominus tenet teſtamentum. aliud in eo, qui eſt in poteſtate: vt ſupra eodē. in princip.

g ¶*Sui hæredes.* ſupple: & quia deſierunt eſſe hæredes ſui: alias nō eſſet bona ratio, cum filij neceſſe habeāt patres inſtituere: licet non ſint patres ſui hæredes ad filios. Filius autem emancipatus per capitis diminutionem deſinit agnatus eſſe, & remanet cognatus, qui non cognoſcitur à iure ciuili: vt infra de hæred. quæ ab inteſt. defer. §. emancipati. & ſupra de legi. agnat. ſuce. §. finali. & ff. de bon. poſſeſſ. l. ſed cum patrono. §. j. Accurſius.

h ¶*Fœminini.* licet in ſuis eſſet differentia inter maſculos & fœminas iure ciuili vt ſupra eodē. §. j.

i ¶*Exhæredati.* ſcilicet rite. alias autem exhæredato datur contra tabul. vt ff. de bono. poſſeſſ. contra tabul. l. non putauis. §. non quæuis. Item etiam inſtitutis datur contra tabu. ſi alius committas eis edictum: vt ff. de contra tab. l. iij. §. ſi pater. ver. planc. & ff. de leg. præſtan. petita bon. poſſ. contra tab. l. ſi duo.

a ¶*Habentur.*

adoptante patre prætereuntur: quo tamen ad naturalem patrem tanquam ab eo emancipati haberi incipiunt.

¶Adoptiui liberi quandiu ſunt in poteſtate patris adoptiui, eiuſdem iuris habentur[a], cuius ſunt iuſtis nuptiis quæſiti. Itaq; hæredes inſtituendi[b], vel exhæredandi ſunt, ſecundum ea, quæ de naturalibus expoſuimus. Emancipati verò à patre adoptiuo, neque iure ciuili[c], neq; eo iure, quod ad edictum Prætoris attinet[d], inter liberos connumerantur. Qua ratione accidit, vt ex diuerſo (quod ad naturalem parentem attinet) quandiu quidem ſunt in adoptiua familia, extraneorum[e] numero habeantur: vt eos neque hæredes inſtituere, neque exhæredare neceſſe ſit. cum verò emancipati fuerint ab adoptiuo patre[f], tunc incipiunt in ea cauſa eſſe, in qua futuri eſſent, ſi à naturali patre emancipati fuiſſent.

¶*Sublata veteri differentia, recentiori Iure ſancitum eſt: vt iſdem teſtamēto modis & mares & fœminæ inſtituantur, vel exhæredes fiant, idque in reliquis liberis, vtputa nepotibus, neptibus, & deinceps, necnon & in poſthumis & emancipatis filiis obſeruare conuenit.*

¶Sed hæc[g] quidem vetuſtas[h] introducebat, noſtra verò conſtitutio[i] inter maſculos & fœminas in hoc[k] iure nihil intereſſe[l] exiſtimans: quia[m]

a ¶*Habentur.* quoad adoptiuum patrē.
b ¶*Inſtituendi.* ab adoptiuo patre. Acc.
c ¶*Iure ciuili.* quod ſcilicet ius ciuile (ſcilicet adoptionis) quo vocantur ſui adoptiui ad hæreditatē, alio iure ciuili, ſcilicet per emancipationē ſublatum eſt, quod eſſe poteſt: vt ſ. de legi. agn. tut. §. fi.
d ¶*Attinet.* quod vocat emancipatos: vt ſ. proxi. §. & eſt ratio: quia deſinūt eſſe filij. Sed naturales nō poſſunt deſinere eſſe filij per emancipationem. vt j. de hæred. quæ ab inteſt. §. minus ergo. ibi, nec quia.
e ¶*Extraneorum.* ff. de contra tabul. l. j. §. & ſui iuris.
f ¶*Patre.* ff. de bon. poſſ. contra tabul. l. ſi emancipatus. §. penul. in fi.
¶*Sed hæc quidē.* CASVS. Dicit Iuſtinia. quod huiuſmodi differentias ſexus & modi exhære. de quibus dictum eſt hucuſque, vetuſtas, id eſt, media iuris prudentia introducebat: ſed nſa cōſtitutio differentias amouet, & nihil inter maſculū & fœminā, quantum ad modum exhæredandi vel inſtituendi intereſſe exiſtimauit: & hoc tripliCi ratione. Prima, quia vtræq; perſonæ in procreatione hominū ſimili naturæ officio funguntur. Secūda ratio, quia lex antiqua xij. tab. omnes tam maſculos, q̃ fœminas pariter ad ſucceſſiones parentum ab inteſtato vocabat. Tertia ratio eſt, quia prætores ſecuti ſunt. l. xij. tab. dando. ſ. filiabus ſicuti & filiis præteritis bon. poſſ. contra tab. in totū: vnde nos his rationibus moti, ſimile ac ſimplex ius antiquū differentiis exploſis, in filiabus & filiis & omnibus aliis per virilem ſexum deſcendentibus, nō ſolū iam natis, ſed etiā poſthumis, introduximus & ſtatuimus in conſtitutione noſtra: vt oēs ſiue ſint ſui, ſiue emancipati, aut inſtituātur hęredes, aut nominatim exhęredentur oēs, ſiue ſint iam nati, ſiue adhuc in vtero cōſtituti, & poſtea nati ſunt, eundē habeant effectum circa parentū ſuorum teſtamentū infirmandū, & hęreditatē à ſcriptis hæredibus auferendā, quē quidem effectū filij ſui, vel emācipati præteriti, vel exhæredati habere poterūt. Et hæc dicuntur vſq; ad illum. §. circa adoptiuos. & caſus planus eſt vſq; ad fi. Franciſcus.
g ¶*Sed hæc.* ſ. ſupradicta à principio titu. vſq; ad §. emācipatos. Et dic hæc. ſ. differentiam ſexus & gradus, & modi exhęredationis: vt ſ. eo. §. j. & § poſthumi. & §. ſed fœminini. non autē dicit de iis, q̃ poſtea vſq; modo dicta ſunt à §. illo, emancipatos.
h ¶*Vetuſtas.* id eſt, media iuris prudentia, vt ſtatim ſequitur.
i ¶*Conſtitutio.* C. de lib. præt. vel exhær. l. maximum.
k ¶*In hoc.* alias enim multæ differentię ſunt: vt ff. de ſtatu ho. l. in multis.
l ¶*Nihil intereſſe.* vt in authent. quibus modis nat. effic. ſui. §. non autem. collatio. vij.
m ¶*Quia.* prima ratio.

vtraque perſona in hominum procreatione ſimili naturæ officio[a] fungitur: & lege antiqua[b] duodecim tabularum omnes ſimiliter ad ſucceſſionem ab initio vocabantur: quod & Prætores poſtea ſecuti eſſe videntur[c]: ideo ſimplex[d] ac ſimile ius, & in filiis, & in filiabus, & in cæteris deſcẽdentibus per virilem ſexum[e] perſonis, non ſolùm iam natis, ſed etiam poſthumis introduxit: vt omnes ſiue ſui, ſiue emancipati ſint, vel hæredes inſtituantur, vel nominatim exhæredentur, & cũdem habeant effectum[f] circa teſtamenta parentum ſuorum infirmanda, & hæreditatẽ auferẽdam, quam filii ſui vel emancipati habent: ſiue iam nati ſint, ſiue adhuc in vtero cõſtituti, poſtea nati ſint[g]. Circa adoptiuos autem filios certam induximus diuiſionem, quæ in noſtra conſtitutione[h], quam ſuper adoptiuis tulimus, continetur.

¶ *Præteritio militis in expeditione teſtãtis, ſi ſcit ſe habere liberos, pro exhæredatione habetur. Aretinus.*

¶ Sed ſi in expeditiõe occupatus[i] miles teſtamentũ faciat, & liberos ſuos iam natos, vel poſthumos nominatim non exhæredauerit, ſed ſilẽtio præterierit, non ignorans[k], an habeat liberos, ſilentium eius pro exhæredatione[l] nominatim facta valere, cõſtitutionibus principum cautum eſt.

¶ *Matris aliorumve per lineam maternam aſcendentium præteritio: vim exhæredationis obtinet: idcirco ad eorum ſucceſsionem citra querelam aſpirare non poteſt præteritus filius.*

¶ Mater[m] vel auus maternus neceſſe non habent liberos ſuos, aut hære

a ¶ *Officiis.* id eſt. ſimili officio. vna enim indiget altera ad procreationem ſobolis, & hæc eſt prima ratio. l. xij. tabul. vt. C. de leg. hæred. l. legem.

b ¶ *Lege antiqua.* argumentatur ex iure antiquo. ſic. ſ. qui manumit. non poſ. §. fi. & hæc eſt ſecundà ratio.

c ¶ *Videntur.* ſ. dãdo finæ bonorum poſſ. contra tabu. in totũ, licet nõ poſsit dicere nullum vt. Co. de lib. præte. l. maximũ. ibi & ſi præteritus &c. & hæc eſt tertia ratio. Accur.

d ¶ *Simplex.* ad differentiã antiquæ diſtinctionis: vt ſ. e. §. j.

e ¶ *Per virilẽ ſexum.* Quid de deſcendentibus per fœmininũ? Reſpond. admittuntur, ſed cum diminutiõe tertiæ partis: vt. j. de hæredib. quæ ab inteſta. §. item vetuſtas. verſi. cu. diu. & C. de collat. bono. l. illam.

f ¶ *Eundem habeant effectum.* quo ad cõmodum, diuerſo tamen iure, nã ſuus præteritus & dicit nullum, & contra tab. habet, ſi non vult dicere nullũ, quando præteritus eſt. Sed emãcipatus tantum habet contra tabu. vt. C. de lib. præte. l. maximũ. § ſancimus itaq; &c. & ff. de le. præſtan. l. is, qui. Si autem exhæredentur, habent querelã omnes. vt ff. de contra tabu. l. non putauit. §. non quæuis. & de inoffi. teſta. l. Papinianos.

g ¶ *Poſtea nati ſint.* qui exhæredari non poſſunt. vt diximus. ſ. eod. §. poſthumi.

h ¶ *Conſtitutione* C. de adopt. l. cum in adoptiuis. & recitatur ſupra de adoptioni. §. ſed hodie.

i ¶ *Occupatus.* quid ſi nõ eſt in expeditione? Reſpond. ius comune obtinet. vt. ſ. de mili. teſt. §. illis.

k ¶ *Non ignorans.* ſi enim ignorat, non valet teſtamentũ vt. C. de teſta. mili. l. ſicut certi iuris. niſi fuerit eius animi, vt ſi filium haberet, eſſet exhæres: vt ff. de mil. teſt l. qui iure militari.

l ¶ *Pro exhæredatione,* ideoq; querela inofficioſi teſtamenti agitur, ſed hoc cum miles eſt pater familias: nã tũc non poteſt habere locũ. caſtrenſe peculium, ſi enim eſſet filius familias, non haberet locũ querela: vt C. de inoffi. teſta. l. e. fi. §. fi.

A D D. *Iſta gl. hodie eſt falſa: vt not. ſ. de mil. teſt §. illis autẽ, in gl. ſuper verbo, iure tamẽ cõmuni.*

m ¶ *Mater.* idem intelligo in ſilentio liberorum ad maternam lineã: vt. C. de inoffi. teſtamen. l. cum filium. Accurſius.

Hæres ſuus præteritus habet duo remedia, emancipatus vnicũ.

Querela datur emãcipatis.

Præteritio an habeatur pro exhæredatione.

A D D.

A D D. *Et hac vera quando fuit inſerta cauſa, & tunc hoc quo ad matrem vel eius lineā habetur pro exhæredatione, & habet locū querela, vt hic. Quo autem ad patrem & eius lineam ſi ſit facta preteritio à filio in poteſtate, competit ius dicendi nullum: ſi ab emancipato, datur contra tabulas. Sed hodie non expreſſa cauſa teſtamētum eſt nullum: vt.§.j. in auth. vt cum de appel. cog.*

des inſtituere, aut exhæredare, ſed poſſunt eos ſilentio omittere: nam ſilentium matris, aut aui materni, & cæterorum per matrem aſcendentium, tātum facit, quantum exhæredatio patris: Neq; enim matri filiū, filiámve, neque auo materno nepotem neptémve ex filia, ſi eum eámve hæredem non inſtituat, exhæredare neceſſe eſt: ſiue de iure ciuili[a] quæramus, ſiue de edicto[b] Prætoris, quo Prætor præteritis liberis contra tabulas bonorū poſſeſſionem permittit, ſed aliud eis[c] adminiculum ſeruatur, quod paulò poſt[d] vobis manifeſtum fiet.

a ¶*De iure ciuili.* quia nō habet eos in poteſtate: vt j. de hær. qualit. & diffe §. cæterum.

b ¶*Edicto.* quo emancipati vocantur: vt.§.e. §. emācipatos. quia eos nō poteſt emancipare, vñ contra tabulas locum non habet: vt hic. &.ff. de cō tra tabu. l. e. illud.§. teſtamenta.

c ¶*Eis.* ſcilicet deſcendētibus per lineā fœmininam, datur tamen & aliis, ſed his maxime: vt C. de inoffi. teſta. l. filiam.

d ¶*Paulo poſt.* vt. J. de inoffic. teſta. per totum.

DE HAEREDIBVS inſtituendis.

¶*Continuatur hoc modo: Vidimus de ordinatione teſtamentorū in tit. de teſta. ordi. Verùm quia cauſa efficiens fuit neceſſaria: ideo poſtea poſuit de perſona teſtantium: vt in tit. de mili. teſta. & qui teſtari non poſſunt. in titu. quibus licet facere teſtamenta vel non. alias eſt titu. quibus non eſt permiſſum facere teſtamentum. Verùm quia in teſtamentis hæredes inſtituuntur: videndum eſt ergo de hoc titu. Aretinus.*

e ¶*Inſtituendis.* id eſt. qui poſſunt inſtitui: vt. J. ep. vſque ad.§. ſi plures. &. §. fina. Item & qualiter debeant inſtitui: vt. J. eo.§. ſi plures. vſque ad.§. fina.

A D D I T I O. *Inſtituere autem, eſt hæredem in eo iure quod teſtator habet, ſtatuere. Subſtituere verò, ſequenti gradu in eodem iure ſtatuere.*

HAeredes. Totus iſte titulus diuiditur in ſeptem partes. Primo ponit regulam generalem, quod non ſolum liberi, ſed etiam ſerui. & non tantum proprij, ſed etiam alieni poſſunt hæredes inſtitui. Secundo declarat qualiter proprius ſeruus poteſt inſtitui, & quis dicatur proprius ſeruus. Tertio quis dicatur alienus, & quo modo poteſt inſtitui. Quarto quod non tantum vnus, ſed etiam plures poſſunt hæredes inſtitui. Quinto ponit diuiſionē portionum hæreditatis, & de effectu ipſius. Sexto de inſtitutione ſub cō ditione. Septimo, quod etiā ignotus teſtatori poteſt hæres inſtitui. Secunda ibi, Proprios autē. Tertia ibi, Alienus ſeruus. Quarta ibi, Et vnum hominem. Quinta ibi, Hæreditas plerunque. Sexta ibi, Hæres & pure. Septima ibi, Hi quos. Vel diuidas vt diuidit hic gloſ. tit.

ª Alias promittit.

TITVL. XIIII.

DE HAEREDIBUS inſtituendis[e].

¶*Liber homo vel ſeruus proprius, vel alienus: poteſt hæres inſtitui ſine mentione libertatis. Et etiā intelligitur propri⁹, in quo quis habet nudā proprietatē. Are.*

HAeredes iſti

C A S V S. Domine, vos vultis tractare de hæredibus inſtituendis. dicatis igitur mihi, qui poſſunt hæredes inſtitui? Ad hoc respondeo. Amice, hæredes inſtitui poſſunt tam liberi homines, quam ſerui, & tam proprij ſerui, quam alieni. ſed olim ſecundum ſententias plurium non licebat proprios aliter inſtituere hæredes quam cum libertate expreſſe data. ſed hodie ſecus eſt, nam authoritate noſtræ conſtitutionis, licet dominis nulla mentione facta de libertate, proprios ſeruos in teſtamento ſuo hæredes inſtituere, hoc tamen de nouo non induximus: nam antiquitus Attilicinus Iuriſconſultus hoc induxerat. Paulus etiam in libris ſuis, quos tam ad Maſuriū Sabinū, quam ad Plautium ſcripſit refert hoc idem Attilicino antiquo Iuriſ

conſulto placuiſſe. vnde quod antiquitus Attilicino & Paulo placuit, noſtra conſtitutio in legis neceſſitatem introduxit. Franciſcus de Aretio.

ditionis euẽtus: vt ff. eo. l. ſeruus. §. j. & l. quoties. §. ſi, & l. qui filio. §. j. Reſpon. non: quia iſtud locũ habet, quod hic dicitur, quádo libertas nec eſt data expreſſe, nec fuit retardata: at ibi expſſe fuit retardata.

tuere[a] permiſſum eſt[b], tã liberos homines, quàm ſeruos: & tam proprios[c], quàm alienos[d]. Proprios autem olim quidem ſecũdum plurium ſententias non aliter, quàm cum libertate rectè inſtituere licebat. hodie verò etiam ſine libertate ex noſtra conſtitutione[e] hæredes eos[f] inſtituere permiſſum eſt. Quòd non per innouationem[g] induximus: ſed quoniam æquius erat: & Attilicino placuiſſe Paulus ſuis libris, quos tam ad Maſurium Sabinũ, quàm ad Plautium ſcripſit, refert. Proprius autem ſeruus etiam is intelligitur, in quo nudam proprietatem[h] teſtator habet, alio vſumfructũ habẽte.

¶ *Seruus accuſatus de crimine adulterij commiſsi cum domina ſua nõ poteſt ante ſentẽtiam manumitti, nec ab ea hæres inſtitui. Aret.*

¶ Eſt tamen caſus, in quo nec cùm libertate vtiliter ſeruus à domina hæres inſtituitur: vt conſtitutione[i] diuorum Seueri & Antonini cauetur: cuius[k] verba hæc ſunt[l]: Seruum adulterij maculatũ[m]

a ¶ *Hæredes inſtituere.* quaſi dicat dominos ipſi: in bonis ſuis facere. nam hæres, id eſt, dominus: vt j. de hæred. quali. & diffe. §. ſi. ibi, pro hærede. Item adeo dixi: ipſi, quia tunc ſubintrat hæres in dominium rerũ defuncti, acſi eadem perſuna eſſet: vt in authen. de iureiuran. à mori. §. j. ibi, cũ vtique. colum. v. & ff. q ex cau. ma. l. cum miles. in fi. j. reſpõ. Accurſius.

Poſſeſsio hæredis an ſit eadem cũ poſſeſsione defuncti. A D D. *Non tamen eſt idem dominium, quod erat penes defunctum: ſed fingatur eſſe idem. Secus autem in poſſeſſione, quam volẽs perdere: & in alium transferre, ſtatim perdit, & noua renaſcitur ſtatim, quod eſt apprehẽſa: & intelligitur ſemper fuiſſe cõtinua ta, ſi iterum à nemine fuit occupata. Angel.*

b ¶ *Permiſſum eſt.* ſcilicet à iure.

c ¶ *Proprios.* ſcilicet ſeruos.

d ¶ *Alienos ſic.* ff. eo. l. non minus.

e ¶ *Conſtitutione.* vt C. de ne. ſer. hære. inſtit. l. cum quidam.

f ¶ *Eos.* ſcilicet proprios ſeruos.

g ¶ *Non per innouationem.* q. d. non induximus hoc de nouo ſed apud antiquos hoc idem dixerat Attilicinus, vt ſubiicit. Sed contra. ſ. quib. ex cau. ma. non licet. §. idémque iuſsis. ibi, Noua humanitatis, &c. Sol. iſte Iuſtin. non inuenit, ſed rationem reddit cum nõ ſit veriſimile, &c. vt ibi, vel aliter. Attilicinio placuit & Paulo, ſed in legis neceſſitatem non deduxerunt. ſic & ſ. de teſt. §. ſed neque hæres. Iuſtin. vero in legis neceſſitatem induxit: vt ex ipſa inſtitutione liber eſſe videatur. Item nunquid corrigitur quod alias dicitur. ſ. quod pure inſtitutus, & ſub conditione liber: quia expectatur cõ

A D D. *Quod autem dicitur in textu, ad Sabinum, ad Plautium: ſic accipe, Annotationes ad libros Sabini & Plautii.*

h ¶ *Nudã proprietatẽ.* vt iſte liber & hæres neceſſarius ſit: vt ſ. eo. j. reſp. ſed tamen vſufruct. perinde videtur, ac ſi eſſet ſeruus adhuc: vt C. communia de ma. l. j. §. ſin autem proprietarius.

¶ *Eſt tamẽ.* C A S V S. Dñe, vos dixiſtis mihi ſupra, quod dominus poteſt ſeruũ ſuum in teſtamento hæredẽ inſtituere. nunquid eſt hoc generaliter verũ, quod liceat cuilibet domino ſeruũ ſuũ hæredẽ inſtituere? Et rñ. q non. Eſt enim caſus, in quo nõ licet domino ſeruũ ſuũ hæredem inſtituere, quis libertatẽ eidẽ ſeruo ſe dediſſe ĩ teſtamẽto ſuo expreſſerit: & ita cauetur conſtitutione diuorũ Seueri & Antonini cuius conſtitutionis verba ſunt hæc. Rationis eſt ſeruum maculatũ, id eſt, accuſatũ de adulterio cũ domina ſua cõmiſſo, non videri iure manumiſſum ante ſententiá ab eadẽ domina ſua, quæ fuerit rea poſtulata eiuſdem criminis. vnde ſequitur, quod ex quo manumiſſio in teſtamẽto ſuo nõ valet: nec cũ inſtitutione valere poſſit. Manifeſtum eſt igitur, quod inſtitutio hæredis in eũdem à domina collata nullius momenti habeatur. & hæc vſque ad illũ. §. alienus ſeruus. Franc. de Aret.

i ¶ *Conſtitutione,* ſcilicet Græca, quam non habemus. Accurſius.

k ¶ *Cuius.* ſcilicet conſtitutionis.

l ¶ *Verba hæc ſunt.* quæ ſequuntur.

m ¶ *Maculatum.* id eſt, accuſatum. Nam alias eſt in litera, accuſatum: vt ff. eo. l. his verbis.

verbis.§.interdum. vbi de verbo ad verbũ ſunt iſta, quę hic dicuntur, excepto quod non ſcribitur maculatum vt hic, ſed accuſatũ. ſimilis expoſitio dicitur in libro Sapientiæ de Ioſeph: Maculauerunt me impij. Et alibi in diuina ſcriptura mendaces oſtendit, qui maculauerunt eum, id eſt, accuſauerunt eum.

non iure teſtamento manumiſſum [a] ante ſentẽtiam ab ea muliere videri, quæ rea fuerat eiuſdem crimnis poſtulata, [b] rationis eſt. Quare ſequitur, vt in eundem à domina collata hæredis inſtitutio, nullius momenti habeatur [c].

¶ Seruus in quo quis habet vſumfructum dicitur alienus, & ideo inſtitutus cum libertate ab vſufructuario nõ conſequitur libertatẽ ipſam. Aretinus.

a ¶ *Manumiſſum.* ſcilicet videri: vt poſtea ſubiicit & dicit manumiſſum ſimpliciter, nõ inſtitutum, & ex hoc infert quod ſequitur, quod nec cum inſtitutione ſic ei poteſt liber, vt ſubiicit: quare ſequitur, &c. Aretinus.

b ¶ *Poſtulata.* id eſt, accuſata de eodem adulterio cũ ſeruo proprio commiſſo, pro quo grauiter punitur vterque: vt C. de muli. quæ ſer. pro. ſe iuo. l. j. in princ. Quid ſi cum extraneo commiſit adulterium? Reſpon. nec tunc manumittitur vſq; ad lx. dies: vt C. de adult. l. iij. & ff. de adul. l. ſi poſtulauerit. §. iubet. Item quid ſi adulteriũ tale cõmiſit, nõ tamẽ accuſatur adhuc? Reſp. bene poteſt manumittere, ſed in crimine læſæ maieſtatis eſt ſpeciale, vt poſt cõmiſſum crimen tale, non poſſit manumittere vel teſtari: vt C. ad legem Iul. maieſt. l. ſi. & ff. de do. l. poſt cõtractũ. & l. donationes. §. ſi.

c ¶ *Nullius momenti habeatur.* quia ſi valeret inſtitutio valeret libertas: vt ℥. eod. §. j. reſpon. & ℥. qui ex cau. manu. non lic. §. j. & ita nota arg. quod vbi aliquid prohibetur fieri directo, ſimiliter & per obliquum prohibetur. ſic ff. de condit. inſtitu. l. quæ ſub conditione. §. ſed ſi ſub. ibi, ſed eſt verius. Item arg. quod caſſato principali, caſſatur quicquid ſequitur ex eo, vel ex his: vt C. de legibus & conſtitutionibus. l. non dubium.

¶. *Alienus ſeruus.* CASVS. Vt proprius ſeruus dicitur, in quo alius vſumfructum habet, ita alienus eſt, in quo alius habet ius proprietatis. Ergo hoc caſu inſtitutus ſeruus, domino proprietatis acquiret. nam nõ ex re fructuarij hic acquirit, ſed rem fructuarij quærit domino proprietatis. ℥. per quas perſ. E. R.

d ¶ *Teſtator.* & ideo nõ poteſt eum cum libertate inſtituere: vt ff. l. ſi alienum: in princ. Sed contradicit ad hunc. §. ff. de bo. autho. Iud. poſ. l. in venditione. Sed certe quo ad alia eſt loco domini, non quo ad

¶ Alienus ſeruus etiã is intelligitur in quo vſum fructũ teſtator [d] habet.

¶ Simplex proprij ſerui inſtitutio eum & liberum & domino neceſſarium hæredem facit: qui ſi viuo adhuc teſtatore libertate donetur, voluntarius efficitur: ſin autem à domino alienetur, nec liber, nec hæres fit, ſed nouo domino hæreditatem quærit.

hoc vt poſſit fieri liber. Sed cũ alias manumiſſus eſſet à fructuario ſimpliciter ſine inſtitutione, erit tamquã liber quandiu duraturus erat vſuſfructus: vt C. com mu. de manu. l. j. §. ſi autem fructuarius. Nunquid & hic ſeruus alienus hæres inſtitutus erit tanquam liber, licet vere liber nõ ſit? Reſpond. non: quia ex morte teſtatoris protinus erat futurus quaſi liber, ſi valeret hoc quod ageretur. vt arg. ℥. de hæredũ quali. & diffe. in prin. Itẽ & tunc erat vſuſfructus perdendus: vt ℥. de vſufr. §. finitur. vnde etiam ſic eſſet quaſi liber, donec duraret vſuſfructus: qua niſi duraret poſt mortẽ teſtantis, nihil valet talis inſtitutio, vt ſit liber. ſed domino ſuo hæreditatẽ quærit: vt ℥. eo. §. alienus. Sed quid ſi erat vſuſfru. reponitur in perſona primi hæredis, vel etiã vlterius, quod poteſt: vt ff. quib. modis vſuſfru. amit. l. reperti. in princ. Reſpon. tunc erit quaſi libee toto illo tẽpore: vt in dicta. l. cõmunia. de ma. l. j. §. ſi autẽ fructuarius.

¶ *Seruus autem.* CASVS. Domine, iam video, quod proprius ſeruus à domino in teſtamento hæres inſtitui poteſt: ꝑ Deo dicatis modo mihi quis eſt effectus illius inſtitutionis? Ad hoc reſp. Amice, inſtitutio proprij ſerui à domino facta, glorioſum habet effectũ. Proprius enim ſeruus à domino ſuo hæres inſtitutus: ſi in eiuſdem domini dominio vſq; ad mortẽ eius perſeuerauerit, mortuo teſtatore fit ex teſtamento liber & hæres. ſ. neceſſarius, ſed ſi teſtator viuus manumiſerit, tunc poſt mortẽ teſtatoris adire hæreditarem ſuo arbitrio poterit: nam in hoc caſu, quando à viuo teſtatore manumiſſus fuerit, non cogitur hæres neceſſarius eſſe: quia non conſequitur hæreditatem & libertatem ex teſtamento domini. Ad hoc enim vt hæres neceſſarius ſit, neceſſe eſt

¶Seruus autem à domino ſuo hæres inſtitutus, ſiquidem in eadem cauſa[a] manſerit: fit ex teſtamento liber[b], hæréſq; ei neceſſarius: Si verò à viuo teſtatore manumiſſus fuerit: ſuo arbitrio adire hæreditatem poteſt: quia non fit hæres neceſſarius: quum vtrunque[c] ex domini teſtamento non conſequatur. Quòd ſi alienatus fuerit: iuſſu noui domini adire hæreditatem debet: & ea ratione per eum dominus fit hæres. nam ipſe alienatus, neq; liber[d], neque hæres eſſe poteſt, etiam ſi cũ libertate hæres inſtitutus fuerit. Deſtitiſſe enĩ à libertatis datióe videtur dominus, qui eũ alienauit[e].

¶Seruus alienus hæres inſtitutus quærit domino ſuo hæreditatem, ſi iuſſu ſuo hæreditatem adit. Si verò fuerit alteri alienatus, debet iuſſu noui domini adire. Si verò ante, quàm adeat, fuerit manumiſſus: poteſt ſuo arbitrio adire. Areti.

¶Alienus[f] quoque

eũ tam libertatem, quam hæreditatẽ ex domini teſtamento habuiſſe, & hæc obtinent, quando dominus viuus ſeruum inſtitutum manumiſit. Sed pone, quod dominus ſeruum proprium inſtituit, & poſt inſtitutionẽ alienauerit, vel quolibet alio modo in aliũ tranſtulerit, certe in caſu iſto mortuo teſtatore iuſſu noui domini debet iſte ſeruus adire hæreditatem, & eam nouo domino acquirere. & ea ratione per eius aditionẽ iuſſu noui domini factã nouus dominus hæres efficitur. Nã ipſe ſeruus poſt inſtitutionem alienatus nec liber, nec hæres eſſe poteſt: licet etiã cum libertate in teſtamento expreſſa hæres fuerit inſtitutus. Dominus enim poſt inſtitutionem eũ alienando à libertatis datione videtur deſtitiſſe. Et hæc dicuntur vſq; ad illum §. alienus quoq;. Franc.

a ¶*In eadem cauſa*. id eſt, ſeruus eiuſdem dñi. ſcilicet. vt ff. ſi ex noxa. cau. aga. l. j. §. j.

b ¶*Liber*. niſi aliqua lex impediat libertatem: vt ff. e. l. ſi non lex. ad fi. ti. vel cõditio: vt ff. eo. l. quoties. §. fi. vel quia ex lege peruenit ad libertatem: vt ff. eod. l. teſtamento. ad fi. ti. ſecundũ Io. Item fit liber à ſemetipſo, niſi inſtitutus fuerit ita: cum quis mihi hæres erit, Stichus liber & hæres eſto. nam tunc à cohærede accipit libertatem: vt ff de acqui. hære. l. ex parte. Item & ignorans fit hæres & liber: vt ff. ſi cer. peta. l. eius qui.

c ¶*Vtrunq;*. i. hæreditatem & libertatẽ. nam vt liber fit hæres neceſſarius, hæc duo conſequi debet ex teſtamento domini: vt. j. de hære. qual. & diffe. §. j.

d ¶*Neq; liber*. Directe enim libertas in ſeruo alieno non poteſt habere locum: ſed inſtitutio poteſt habere effectum, vt hic. ſed aliud in legatis, quæ adimuntur hoc ipſo quod alienantur ſerui: vt ff. de adi. leg. l. ſeruo cũ libertate. & eſt ratio: quia in legato ſpectatur dies quo cedit, an ſit manumiſſus: vt ff. quan. di. leg. ced. l. ſi poſt. §. ſi cum.

A D D. *Hæc ratio non eſt bona: quia ſiue inſpiciamus diem cedentis legati, ſiue diem aditæ hæreditatis: vtroq; caſu reperitur alienus. vnde quemadmodũ etiam hæreditas venit acquirẽda nouo domino, ita & legatum. & propterea noua redditur ratio: quia facilius legata reuocantur, quam hæredum inſtitutio. le. ex parte. ff. de adimen. lega. cum enim facilius legata inſtituantur, facilius deſtruuntur: l. vt in auth. ex cauſa. C. de lib. præte. Chriſtoph.*

e ¶*Alienauit*. ſ. alicui habenti factionẽ teſtamenti: vt. ff. en. le. ſeruum meum. in fi. j. reſpon. & hoc niſi redimatur ab eodem teſtatore, qui eũ inſtituit, & poſtea eũ alienauit. tũc enim reuiuiſcit libertas: vt ff. de ma. teſt. l. verum & ff. eo. l. quoties. §. fi. & l. ſi non lex. & l. penul.

¶*Alienus quoq;*. C A S V S. Domine, nõ video quis ſit effectus inſtitutionis alieni ſerui? Ad hoc reſ. Amice, alienus ſeruus hæres inſtitutus, ſi durauerit in eadem cauſa: debet iuſſu domini ſui adire hæreditatem, & eidem per aditionẽ hæreditatem acquirere. Si vero alienatus fuerit à domino ſuo viuente adhuc teſtatore: aut etiam poſt mortẽ teſtatoris: tamen ante, quam hæreditatem adierit: in hoc caſu iuſſu noui domini debet adire hæreditatem, & hæc ſunt vera, quando iſte ſeruus in ſeruitute remanſerit. ſed ſi à primo domino vel à nouo viuente teſtatore, vel mortuo ante aditionem hæreditatis manumiſſus fuerit: tune liber factus ſuo arbitrio hæreditatem adire, & ſibiipſi acquirere poterit. Et hæc dicuntur vſque ad. §. ſeruus aũt alienus. Frãc.

Dies ceſſionis ſpectatur in legatis.

f ¶*Alienus*. qui ſic inſtitui poteſt, cum liber erit: prius non: vt ff. de condi. inſtit. l. ſeruus alienus. & l. quia.

a ¶*Iuſſu*.

ſeruus hæres inſtitutus, ſi in eadem cauſa durauerit: iuſſu [a] eius domini adire hæreditatẽ debet. Si verò alienat⁹ fuerit ab eo, aut viuo teſtatore, aut poſt mortem eius [b] ante, quàm adeat: debet iuſſu noui domini [c] adire. at ſi manumiſſus eſt viuo teſtatore, vel mortuo ante, quàm adeat: ſuo arbitrio [d] adire poteſt hæreditatem.

¶ Serui alieni poſt domini mortem collata inſtitutio non modo efficax eſt, ſed eius quoque qui vel hæreditarius eſt, vel eius, qui naſciturus nondum natus eſt.

¶ Seruus etiam alienus poſt domini mortem [c] rectè hæres inſtituitur. quia & cum hæreditariis ſeruis eſt teſtamẽti factio [f]. Nondum [g] enim adita hæreditas perſonæ vicem ſuſtinet, non hæredis futuri, ſed defuncti [h]: cum etiã eius, qui in vtero eſt [i], ſeruus rectè hæres inſtituatur.

¶ Seruus pluriùm

a ¶ *Iuſſu*. præcedente aditione: vt ff. de acqui. hære. l. ſi quis mihi bona. §. iuſſum. & ita domino quæritur. alias ſi ſeruus non ſic adire (quod poteſt eſſe etiã domino iubente) non quærit. vt. C. eo. l. cum proponas.

ADD. *Si tamen coactus adeat, valet aditio. Vel pater filia recuſante, itẽ monaſterium ms vaſſeris recuſante adire, vel ante aditionẽ mortuo teſtatore poſſunt adire ſuo iure: vt per Ange. Are. luc.*

b ¶ *Poſt mortẽ eius*. etiã poſt iuſſum eius ante, quàm tamẽ adiret: vt ff. de acqui. hære. l. Antiſtius. §. j. Accurſius.

c ¶ *Noui domini*. hoc eſt enĩ in hæreditate, vt illi acquiratur, qui tẽpore aditiõis eſt dominus, vel ſibi, ſi liber eſt tunc. ſed in legato ſpectatur dies ceſſionis: vt ſi tẽpore mortis legantis ſit meus: licet alienem, tamen mihi debeatur legatũ: vt ff. quãdo dies leg. ce. l. fi. poſt §. 13. & ibi gloſſ. in verb. ſtatim.

d ¶ *Suo arbitrio*. ſic. j. eo. §. ſi vero. Accor.

¶ *Seruus etiam alienus*. CASVS. Domine, iam video, quòd ſeruus alienus viuente domino, poſſit hæres inſtitui: nũquid poterit inſtitui poſt mortẽ domini? Et reſpond. quod ſic. Seruus enim alienus poſt mortẽ domini hæres poteſt inſtitui: & cũ hæreditariis ſeruis eſt teſtamenti factio. Nã hæreditarij ſerui acquiruntur hæreditati, & per cõſequens hæredi futuro. Hæreditas enim nondum adita ſuſtinet vicem perſonæ defunctæ, non hæredis futuri: vnde ſicuti, ſi defunctus viueret, ex teſtamẽto capere poſſet, ita eo mortuo capere poſſet hæreditas: cũ hæreditas quãtum ad hoc vicem perſonæ defunctæ repræſentet. Item non ſolum ſeruus alienius iam nati inſtitui poteſt, ſed etiam ſeruus eius, qui in vtero eſt, rectè, hæres inſtitui poterit: quia quantum ad hoc, qui in vtero eſt, pro iam nato habetur: cum in hoc caſu de commodo eius tractetur.

Et hæc dicuntur vſque ad. §. ſeruus autẽ plurium. franc.

c ¶ *Poſt domini mortem*. verba legis ſunt omnia, & ſecundum hoc planum eſt, vel teſtatoris: quia ſic dicat, inſtituo ſeruum hæredem poſt mortem domini. & probatur hæc iect. 13. ff. eo. l. qui hũo. j. reſpon. nec obſtat, quod videatur in diem fieri hæc inſtitutio: vt. j. eo. §. hæres. quia incert⁹ eſt dies mortis: vt. ff. de condit. & demonſt. l. j. §. dies autem. vnde valet. & ff. eod. l. tempus. in princip.

f ¶ *Teſtamenti factio*. ſ. paſſiue non actiue: vt j. de hære. qua li. & diffe. §. teſtamẽti. & iuſſio hæredũ ſpectatur, ſi modo cum defuncto ſuit, licet cũ hærede inſtituto non ſit teſtamenti factio: vt. ff. eo. l. ſeruus hæreditarius.

g ¶ *Nondum*. bene dico ſeruum hæreditarium poſſe inſtitui: quia non eſt nullius, ſed alicuius. ſ. hæreditatis, quæ vicem defuncti obtinet.

h ¶ *Defuncti*. & eſt forte ratio: quia defunctus eſt certus quis fuerit, ſed non ſic de hærede: quia & ſi certus ſit inſtitutus, poterit eſſe quòd non adeat hæreditatem: quia poteſt deſiſtere multis de cauſis: vt. j. quib. mod. teſt. infir. §. poſteriore. & facit ad hunc. §. j. de ſtip. ſer. in princ. & ff. de acqui. re. do. l. in eodem. in fi. & l. ſeq.

i ¶ *Eius qui in vtero eſt*. cum pro nato ſit habendus, quo ad commodum: vt ff. de ſta. ho. le. qui in vtero. & ff. eodem. le. eius in princ.

¶ *Seruus autem plurium*. CASVS. Dñe, iam video quis ſit effect⁹ inſtitutiõis, quã ſeruus vnius alij inſtituitur. Sed pone, quòd aliquis inſtituat ſeruũ pluriũ dominorũ: dicatis mihi, quis ſit effect⁹ huiuſmõi inſtitutionis? Rñ hoc reſpõ. Amice, ſeruus plurium dominorũ cum quibus teſtamenti factio eſt, ab extraneo hæres inſtitutus, vnicuique dominorum cuius iuſſu

adiit hæreditatem, acquirit pro portione dominij, quam in ſeruo habet, & efficitur hæres. Sed pone: Domine, iam video quod per inſtitutionem ſerui pluriũ dominorum plures hæredes inſtitui poſſunt: et ne hoc verũ? Et reſpõ. quod ſic. nam & vnum hominem & plures vſque in infinitum, quot teſtator voluerit hæredes facere poteſt. Et hæc dicuntur vſq; ad §. hæreditas. Franc. de Aret.

Hæreditas iacent, defuncti, & non hæredẽ repræſentat.

a ¶ *Cum quib'.* ſ. dominis.

b ¶ *Ab extraneo.* ſi vero ab altero ex dominis ſit inſtitutus. acquiritur cæteris ſociis hæreditas: quod dic, vt ff. pro ſoc. l. verũ. §. ſi ſeruo communi.

c ¶ *Iuſſu.* dic quod ſufficit vna iuſſio, licet ſint plures domini: vt ff. de acquir. hęr. l. ſeruus duorum.

ab extraneo inſtitutus, acquirit vnicuique pro parte dominica. Aretinus.

¶ Seruus autem plurium cum quibus[a] teſtamenti factio eſt, ab extraneo[b] inſtitutus hæres, vnicuique dominorum, cuius iuſſu[c] adierit, pro portione dominij acquirit hæreditatem.

¶ *Hæredes quot volumus, facere poſſumus.*

¶ Et vnum hominem, & plures vſq; in infinitũ[d], quot quis hæredes velit[e] facere, licet.

¶ *Vniuerſa quæuis hæreditas in vncias xij. (quæ aſſis appellatione continentur) ſcinditur: quarum quælibet certum nomen à lege ſortita eſt: poteſt tamen in plures pauciorésve vncias (prout teſtatori libitum erit) diſtribui.*

¶ Hęreditas plerũque[f] diuiditur in duodecim vncias, quæ[g] aſſis appellatione[h] cõtinentur. Habent autem & hæ partes[i] propria nomina ab vncia vſque ad aſſem, hæc: ſeſcunx[k],

d ¶ *In infinitum.* quid ergo ſi inſtituam omnes homines quicunque ſunt in mundo? Videtur nullũ eſſe, cum effectũ habere non poſſit: puta tamen valere, vt hic, ſed tamen non poterit cõfirmari aditione, proptee nimiam difficultatem, vel impoſſibilitatem.

Voluntas teſtatoris eſt lex.

e ¶ *Velit.* cum ſua voluntas ſit lex: vt in auth. de nupt, §. diſponat. colla. iiij.

¶ *Hæreditas.* CASVS. Dñe, iam video qui poſſunt hæredes inſtitui: & quis ſit effectus inſtitutionis. pro Deo dicatis mihi, qualiter diuiditur hæreditas? Ad hoc reſp. Amice, hæreditas plerunque diuiditur in xij. vncias, quæ aſſis appellatione continentur. Habent autẽ hæ partes hæc nomina ab vncia vſque ad aſſem: vtputa hæc, ſeſcunx, &c. prout in litera continetur. Et hæc dicũtur vſq; ad §. non aũt. in quo pone ſic caſum: Dñe, vos dixiſtis mihi, ꝙ hæreditas diuiditur in xij. vncias: & propria noĩa vnciarũ mihi expreſſiſtis: nunquid generaliter oportet eſſe xij. vncias in hæreditate? Et reſp. ꝙ nõ ſemper xij. vncias in hæreditate oportet eſſe. Nã tot vnciæ aſſem cõſtitutũ, quot teſtator voluerit. Si enim teſtator vnũ tantũ hæredem ex ſemiſſe inſtituerit: totus as in ſemiſſe cõtinebitur. & hoc ideo: quia idẽ ex parte teſtatus, & ex parte inteſtatus decedere non poteſt. & hoc eſt verũ, niſi ſit miles, qui in caſtrenſibus teſtari poteſt, & in paganicis inteſtatus decedere. Sola enim voluntas militis in teſtando ſpectatur. Cũ igitur aliquis in ſemiſſe vnũ tantũ inſtituerit, & alium poſtea nõ inſtituerit: præſumitur in totũ aſſem inſtituiſſe. & ſimiliter in caſu conuerſo: quia ſicut ego tibi dixi, nõ ſemper eſſe neceſſe xij. vncias cõtineri in aſſe. ita & in quãtaſcunque voluerit plurimas vncias poteſt qs hæreditatẽ diuidere. Et hæc dicuntur vſq; ad §. ſi plures inſtituantur. Fran. de Aret.

f ¶ *Plerunque.* ideo dicit plerũque: quia quandoq; in plures: vt j. eod. §. ſi plures. quandoq; in pauciores diuiditur: vt j. eo. §. non autem.

g ¶ *Quæ ſcilicet vnciæ ſimul collectæ.*

h ¶ *Appellatione.* id eſt ſignificatione.

i ¶ *Hæ partes.* j. vnciæ, in quãtitate differentes. vel dic melius hæ partes, ſcilicet. vnciæ xij. ad partes redactæ. eſt enim ad ſuperiora facienda relatio.

k ¶ *Seſcunx.* id eſt, vncia & dimidia: vt ff. de inoff. teſt. l. Papinianus. §. quoniã autẽ quarta. in fi. Sed quære nõ poſuit nomen, qđ vnciã ſignaret? Reſp. quia pluta ſunt negotia, ꝙ vocabula: vt ff. de præſc. verb. l. natura. Et not. ꝙ primũ & ſecundum & tertiũ. & quartũ nomẽ interpretationem ſumit, ex eo quod quotã deſignat hæreditatis portionẽ. Seſcũx enim dicitur quaſi ſemiuncia & vncia. & eſt tertia eius litera. ſ. nõ x. Sextãs, quia ſextã partẽ ſignat. i. duas vncias. Quadrans, quia quartã: & ita tres vncias ſignat. Triens, quia tertiã partẽ: & ita quatuor vncias ſignat. Sequẽtia vero

tia vero no[illegible] etymologiã habent ex eo, quod certũ numerũ vnciarũ ſignant. Dicitur enĩ quincunx, nõ quia quintã partẽ habet: ſed quia quinque denotat vncias. Semis, quia ſex: & ſic de ſingulis per ordinem. Itẽ not. q nõ omnes vnciæ, q̃ ſignantur per iſta nomina, cõtinentur ĩ aſſe: licet hoc iniqui videatur. Sic enĩ contineret as. lxxviij. vncias & dimidiam. Ideo ait ponit has partes: quia quęlibet poteſt in aſſe cotineri. hac ratione, & homo dicitur riſibilis: & actio legis Aquiliæ pœnalis dicitur: vt j. ad leg. Aqu. §. his verbis. Item no. iſta tria nomina as, pondus, libra, idẽ [illegible], Itẽ quandoq; as ponitur pro obolo: vnde illud. Nõne duo paſſeres aſſe væneũt? vnde verſus as, obolus, põdus, as eſt poſſeſſio tota. i. hæreditas: vt hic. ſed & pondus large dr̃ omne, quod eſt in ſtatera poſitũ. ſed hic ſtricte accipitur pro põdere xij. vnciarũ. vnde dupodium, quaſi duplex pondus. ſ. xxiiij. vnciarum: vt j. eo. §. & ſi plures. & facit adhuc. §. ff. eo. l. ſeruum meum. §. fin.

ſextans[a], quadrãs[b], triens[c], quincunx[d], ſemis[e], ſeptunx[f], bes[g], dodrãs[h], dextans[i], deunx[k], as[l]. Non autem vtique ſemper duodecim vncias eſſe oportet. nam tot vnciæ aſſem efficiunt, quot teſtator voluerit: & ſi vnum tantum quis ex ſemiſſe (verbi gratia) hæredem ſcripſerit: totus as[m] in ſemiſſe erit. Neq; enim idem ex parte teſtatus, & ex parte inteſtatus,[n] decedere poteſt, niſi ſit miles[o]: cuius ſola voluntas in teſtando ſpectatur. Et econtrario poteſt quis in quotcũque[p] voluerit plurimas vncias ſuam hæreditatem diuidere.

iij. §. nam. niſi quod hic ſequitur, nõ ad ſuperius proxi. ſeipõſum, ſed ad hoc quod ſequitur, referrus. ſ. neque enim, &c. Sed ſi miles fecit teſtamentũ in caſtrenſibus, poteſt decedere inteſtatus in paganicis: vt C. de teſta. mil. l. ij.

n ¶ *Inteſtatus decedere.* imo videtur quod ſic: vt ff. de inoffi. teſt. l. nam & ſi parentibus. §. pe. & fi. q̃ eſt cõtra. Sed hoc verũ ab initio: ſed ex poſtfacto poteſt: vt C. de inoffic. teſta. l. cũ duobus. Et no. hic idem iuris nõ eſſe in parte quo ad partem, quod eſt in toto quo ad totũ: vt ff. fa. erciſc. l. in hoc iudicio. Argum. contra. ff. de pact. l. iuriſgentium. §. adeo. & §. ſequent. & facit ad hunc §. ff. de regu. iur. l. in teſtamentis.

A D D. *Et militis. l. ius noſtrum. eodem tit. Et procedit iſte text. indiſtincte ſiue ſimpliciter ſit facta inſtitutio in re certa, vel parte, de reliquo non facta mentione: ſiue dixerit teſtator in reſiduo ſe velle inteſtatum decedere. Ioan. Fab. & Angel. Aret.*

o ¶ *Niſi ſit miles.* nam miles bene poteſt pro parte teſtatus decedere, & pro parte inteſtatus: vt C. de teſt. mil. l. ij.

p ¶ *Quotcunque.* & facit ff. eodem. l. interdum. §. paterfamilias. & l. ſequent. vſque ad l. ex facto.

¶ *Si plures.* C A S V S. Domine, pone quòd aliquis plures inſtituit hæredes: nunquid neceſſe eſt, quòd teſtator exprimat partes in quibus eos inſtituit? Reſpond. quòd non: niſi voluerit eos ex diſparib⁹ partibus hæredes eſſe. Si enim plures hæredes inſtituuntur: ita demum neceſſaria eſt partium diſtributio, ſi voluerit teſtator hæredes inſtituendos ex inæqualibus portionibus ſuccedere. Satis enim manifeſtum eſt, quod ſi eos ſimpliciter inſtituat, partibus hæreditatis in inſtitutione non expreſſis: omnes inſtitutos ex æqualibus portionibus hæredes eſſe intelligendum eſt. Sed pone, quòd teſtator quoſdam inſtituit in certis portionibus: puta Titium in triente, & Mæuium in ſextante: & poſtea Semproniũ inſtituit ſimpliciter, nulla portione in eius perſona expreſſa: dicatis mihi, quid iuris erit in caſu iſto? Ad hoc reſp. Amice, ſi plures inſtituantur certis partibus in quo.

A D D. *Vox ſeſcunx abundat in quibuſdã codicibus: itaque vertiſſe Theophilum, neque ad rem pertinere, Æmyl. Fer. tradit. Antonius vero Auguſt. lib. 2. c. 8. à Tuſco libro abeſſe affirmat: & ſeſcuncia dicendũ, auctore Metiano, non ſeſcunx, quod nomen ab Accurſianis dictum putat.*

Aſſis partes declarantur.

a ¶ *Sextans.* id eſt, duæ vnciæ, quaſi ſexta pars aſſis.

b ¶ *Quadrans.* id eſt, tres vnciæ, quaſi quarta pars aſſis.

c ¶ *Triens,* id eſt, quatuor vnciæ, quaſi tertia pars aſſis.

d ¶ *Quincunx.* id eſt, quinque vnciæ.

e ¶ *Semis.* i. ſex vnciæ. ſ. dimidium aſſis.

f ¶ *Septunx.* id eſt, ſeptem vnciæ.

g ¶ *Bes.* id eſt, viij. vt olim des, quaſi dempto triente.

h ¶ *Dodrans.* i. ix. quaſi dẽpto quadrãte.

i ¶ *Dextans.* i. x. quaſi dempto ſextante.

k ¶ *Deunx.* id eſt, xj. quaſi dẽpta vncia.

As tria ſignificat.

l ¶ *As.* id eſt, xij.

m ¶ *Totus as.* uam in totum præſumitur inſtituiſſe defunctus, cũ aliũ nõ inſtituit, vt hic, & ff. eo. l. interdũ. §. j. Idem quoq; præſumitur in milite: vt C. de teſt. mil. l.

rundã perſonis expreſſis: & aliquis poſtea ſine parte inſtitutus fueritalle, qui ſine parte inſtitutus eſt: ſi aliqua pars aſſi deeſt, ex ea parte inſtitutus intelligitur. vnde in caſu prædicto ille, qui ſine parte inſtitutus eſt, in ſemiſſe erit hæres. & idem iuris eſt, ſi plures ſine parte inſtituti ſunt. nam omnes in eam partem, quæ aſſi deeſt, concurrunt. & hæc ſunt vera quando aliqua pars deeſt aſſi. ſed pone quod totus as completus ſit: quia inſtituit Pub. in ſemiſſe, & Mæuium in alio ſemiſſe: poſtea vnum vel plures ſine parte inſtituit: quid iuris eſt in caſu iſto? Ad hoc reſpõ: Amice, ſi totus as ſit completus, omnes inſtituti vocantur in dimidiã partem hæreditatis: & ille ſolus, qui ſine parte inſtitutus fuerit, vel etiam ſi plures ſine parte inſtituti fuerint, in alterã partem vocabuntur. Nec etiam intereſt in eo caſu, quando aliqui ſunt inſtituti in certa portione, & poſtea alius ſine portione inſtitutus eſt: vtrum primus vel medius an nouiſſimus ſine parte inſtitutus fuerit. nam ſemper illa pars, quæ vacat, intelligitur data ei, qui ſine certa portione inſtitutus eſt. & hæc dicuntur vſq; ad § videamus. Franc.

¶ *Qui partibus non deſignatis hæredes ſcripti ſunt, æquis portionibus ſcripti videntur: qui vero iam aliquot in certis partibus inſtitutis, ſimpliciter inſtituuntur, quotquot ſint, in reſiduo aſſis hæredes ſiunt: aſſe autem toto diſtributo, qui ſine partibus ſcripti ſunt ſemiſſem hæreditatis conſequuntur.*

¶ Si plures inſtituantur hæredes: ita demum [redacted] partiũ diſtributio[a] neceſſaria eſt, ſi nolit teſtator eos ex æquis partibus[b] hæredes eſſe: ſatis enim conſtat, nullis partibus nominatis, ex æquis partibus eos hæredes eſſe. Partibus autem in quorundam perſonis expreſſis, ſi quis alius ſine parte nominatus erit: ſi quidẽ aliqua pars aſſi deerit, ex ea parte hæres fit[c]. Et ſi plures ſine parte ſcripti ſunt: omnes in eandem partem concurrunt. Si verò totus as completus ſit: ij, qui nominatim expreſſas partes habent, in dimidiam partem[d] vocantur[e]: & ille vel illi omnes[f] in alteram dimidiã. Nec intereſt[g], primus, an medius, an nouiſſimus, ſine parte hæres ſcri-

a ¶ *Diſtributio.* id eſt, aſſignatio partium quam ſcilicet partem velit teſtator quẽlibet habere.

b ¶ *Ex æquis partibus.* facit ff. eo. l. quoties. § hæredes.

c ¶ *Hæres fit.* eadem eſt ratio in dupondio vt ff. eodem. l. item quod Sabinus. & infra eodem. §. & ſi plures. Item eſt hoc verum, ſi teſtator non ignorat: vt ff. eo. l. quo loco. §. j. quæ eſt contra.

d ¶ *In dimidiam partem* aliter enim ſi aſſe expleto ſcripſit, ex reliqua parte hæres eſſe. tunc enim cum nihil reliquum ſit: ex nulla parte hæres inſtitutus eſt: vt ff. eod. l. item quod Sabinus §. vnde. verſi. ſeu ſi aſſe.

e ¶ *Vocantur.* ſcilicet illi, qui erant inſtituti in tota hæreditate partibus expreſſis.

f ¶ *Omnes,* qui erant inſtituti ſine partibus.

g ¶ *Nec intereſt.* hoc refertur non ad proximum caſum, ſed ad ſuperiorem, ſcilicet quando pars vacat: idem tamen in ſecundo: ſed non haberet locũ ratio quæ redditur. Ea enim, &c. vel dic quod ad proximum. §. & ſtatim cũ ſic fit inſtitutio, intelligitur pars vacare: & facit ad hoc. ff. eodem. l. quo loco. j. reſpon.

¶ *Videamus.* CASVS. Domine, iam video quid iuris eſt, quando aliqua pars deeſt aſſi, & aliquis inſtituitur ſine parte, ſed pone, quod aliqua pars prævalet: & nemo ſit inſtitutus ſine parte: vt in tali exemplo: teſtator inſtituit Publium in quadrante: & Mæuium in alio quadrante: & Titiũ in quadrante, & ita tres inſtituit ex quartis partibus. modo manifeſte liquet, quod quarta pars hæreditatis vacat, dicatis mihi quid iuris eſt in caſu iſto? Ad hoc reſpondet: Amice, ſi tres ex quartis partibus hæredes inſtituti ſunt, in hoc caſu conſtat vacantem partem ſingulis tacita voluntate teſtatoris pro hæreditaria portione accedere: & perinde erit ac ſi ab initio ſinguli ex certis portionibus fuiſſent inſtituti. Idem iuris erit in caſu conuerſo. Nam ſi plures in portionibus inſtituti fuerint, ſingulis pro hæreditariis portionibus decreſcet: vt puta ſi plure in certis portionibus inſtituti ſunt, nã ſi teſtator P. inſtituit in triente, & Mæuium in alio triente, &. Titium in alio triente, & Caium in

ium in alio t[illegible]nte, in hoc caſu perinde erit, ac ſi v[illegible]uſquiſque in quadrante inſtitutus [illegible]uiſſet. Et hæc dicuntur vſque ad illu[illegible].§.& ſi plures vnciæ. Franc.

a ¶ *Videamus.* vt ff.eo.l. interdum.§.paterfamilias. vſque in finem legis.

¶ *Et ſi plures vnciæ.* CASVS. Quidam inſtituit P. in ſemiſſem, & M. in beſſem: & ita plures [v]nciæ, quam duodecim ſun[t] diſtributæ. & poſtea inſtit[u]it Titium ſin[e] parte, modo quæro qui[d] iuris ſit in h[o]c caſu? Ad hoc reſpõ. Amic[e] ſi plures vn[ci]æ, quã duodecim à teſtatore diſtributæ [ſ]unt, & poſtea aliquis ſine pa[r]te inſtitutus f[u]erit: in hoc ca[ſu] ad dupondiu[m] tranſeundu[m] erit: & qui [i]nſtitutus eſt [ſi]ne parte, quo[d] deeſt dupond[i]o habebit. & idem iuris eſt [ſ]i dupondius fuerit completu[s]: nã tunc tra[n]ſeundum eſt a[d] tripondium & ſic deincep[s]: nec propter h[o]c au[g]etur h[æ]reditas, licet [i]n plures vnci[æ] diſtribuãtur: quia omnes partes diſtr[ib]utæ poſtea ad aſſem reuocantur: qu[am]uis ſint plurium vnciarum. Et hæc dic[un]tur vſque ad illum §. hæres. & pure. Fra[n]ciſcus.

b ¶ *Dupondio.* dicitur autem dupondiũ, pondus ſiue hæreditas in xxiiij. vncias diuiſa. ſic enim pondus dicitur ea. quæ in xij. diuiditur: & tripondium quod in xxxvj. & quadripondium, quod in xlviij. & ſic de ſingulis.

ADDITIO. *Dupondius ex duo, & pondo dictus. pondo autem idem eſt, quod As. Dupondius enim, vt ait Varro, duos aſſes pendebat.*

ptus ſit: ea enim pars data intelligitur quæ vacat.

¶ *Pars hæreditatis per teſtatorem non diſtributa, accreſcit hæredibus pro portionibus hæreditariis. Item è contra, ſi teſtator plus diſtribuit, quàm ſit in hæreditate: tunc enim cuilibet hæredum decreſcit pro rata. Aretinus.*

¶ Videamus,[a] ſi pars aliqua vacet, nec tamen quiſquam ſine parte ſit hæres inſtitutus, quid iuris ſit: veluti ſi tres ex quartis partib⁹ hæredes ſcripti ſunt. Et conſtat vacantem partem ſingulis tacitè pro hæreditaria parte accedere: & perinde haberi acſi ex tertiis partibus hæredes ſcripti eſſent. Et ex diuerſo, ſi plures hęredes ſcripti in portionibus ſint, tacitè ſingulis decreſcere: vt ſi (verbi gratia) quatuor ex tertiis partibus hæredes ſcripti ſint: perinde habeantur, acſi vnuſquiſq; ex quarta parte ſcriptus hæres fuiſſet.

¶ *Si plures vnciæ q̃ duodecim ſint diſtributæ, & alius ſit inſtitutus ſine parte, tranſit ad dupondiũ. Aretinus.*

¶ Et ſi plures vnciæ quam duodecim diſtributę ſint: is, qui ſine parte ĩſtitutus eſt, quod dupondio[b] deeſt, habebit. Idémque erit[c], ſi dupondius expletus ſit, quæ omnes partes ad aſſem poſtea

c ¶ *Idémque erit.* i. quod diximus ſi quis expleto aſſe fuit inſtitutus hæres, in dimidiam vocatur: vel non expleto aſſe in vacantem partem vocatur, vt §. eodem. §. partibus autem: vel tranſceuuente in vacantem vſq; ad dupondiũ: vt §. proxi. reſpon. Idem eſt etiam ſi dupondius ſit expletus. Sed contra ff. eod. l. item quod Sabinus. in fin. l. vbi dicit, expleto dupondio inſtitutum non habere partem vacantem vſque ad tripondiũ. Sed certe, imo dicit, quod ſi ſi ll recte illa litera intelligitur: & ita concordat. Item videtur contra. ff. eod. l. ex vnciis. vj. Sed certe, & illa eſt concordantia, ſi recte ibi fiat cõputatio vnciarum. Sed magis videtur contra. C. de leg. l. cũ quæſt. vbi dicit non fieri tranſitum ad dupondium vel tripondiũ: ſed tantum videtur adimi primo, quantũ confertur ſecundo. Sed diſtingue aut voluit teſtator excedere aſſem vel dupondium: quod poteſt, vt §. eo. §. non antẽ. & ita hic intelligitur. Aut noluit: & tunc habeat locum lex contraria. Itẽ & tunc, quandõ dubium eſt ſimiliter locũ habeat. l. cũ quæſtio. quæ eſt contra. Alij dicunt hanc corrigi per illam. Accurſius.

ADD. *Aduerte diligenter, quòd ſi nominatim aſſem expleuit, videtur tranſire ad dupondium, alias non: vt l. qui nõ militabat. §. filiis. ff. eodem. Et de effectu an fiat tranſitus ad dupondium, vel non, vide Ioann. Fab. hic, qui infert, quod ſi papa ex certa ſciẽtia prouideat duobus de eadẽ præbẽda: quod vterq; admittatur.*

extra de reſcript. c. duobus. in fi. lib. vj.

a ¶ *Reuocantur.* Hæreditas enim nõ ideo augetur quòd in plures diuiditur vncias, ſicut nec libra, licet per ſolidum vel aliũ numerum diuidatur: & ideo quotam partem, quis debet habere in dupondio, totam poteſt partem habere de aſſe: vt hic, & ff. e. l. ex vnciis.

reuocantur[a], quãuis ſint plurium vnciarum.

¶ *Hæres poteſt inſtitui purè & ſub conditione, non autẽ ex certo tempore, vel ad certum tempus. Si tamẽ ſic inſtituatur: valet inſtitutio tanquam pura, vitiata tali adiectione.*

¶ Hæres & purè, & ſub conditione inſtitui poteſt: ex certo tempore[b], aut ad certum tempus non poteſt: veluti Poſt quinquẽniũ, quàm moriar: vel, ex calendis illis: vel vſque ad calendas illas hæres eſto. Deniq; diem adiectum haberi pro ſuperuacuo placet: & perinde eſſe, acſi purè hæres inſtitutus eſſet.

¶ *Impoßibilis conditio adiecta inſtitutioni legato, vel fideicommiſſo vitiatur, diſpoſitione pura remanente.*

¶ Impoſſibilis conditio[c], in inſtitutionibus & legatis, necnon in fideicõmiſſis & liberta-

¶ *Hæres.* CASVS. Domine, quidam inſtituit hæredẽ ſub conditione, nunquid valet talis inſtitutio? Et reſp. quod ſic. Nam hæres pure, & ſub cõditione inſtitui poteſt: ex certo tamẽ tempore, vel vſque ad tempus non poteſt inſtitui: veluti ſi quis ita inſtituerit, Titium poſt quinquennium quã moriar, hæredem inſtituo. In hoc enim caſu nõ valet inſtitutio eo modo quo facta eſt. Dies enim in inſtitutione adiectus, pro ſuperuacuo ſiue pro non adiecto habebitur: & perinde erit, ac ſi Titius pure & ſine diei adiectione inſtitutus fuiſſet. Et hæc dicuntur vſque ad illum. §. impoſſibilis conditio. Franciſcus de Aretio.

b ¶ *Ex certo tempore.* ſed in diem incertum, quis poteſt inſtitui hæres: puta cum ipſe poterit capere ex teſtamento, vel cum ipſe morietur: vel cum Titius morietur: vt ff. eodem. l. in tempus. & l. qui ſi lio. primo reſpon. & ff. de liberis & poſthu. l. filius à patre. j. reſpon. & C. eodem. l. extraneum. Miles autem poteſt etiam extraneum ex certo tempore, vel in certum tempus inſtituere: vt ff. de militari teſtamento. l. miles. & facit ad hunc §. ff. eodem. l. hæreditas. argumentum tamen eſt contra. ff. de regulis iuris. l. actus. ſed ibi non loquitur de hoc actu, ſcilicet factionis teſtamenti: vnde interpretandum eſt, vt magis valeat quam pereat: vt ff. de regu. iur. l. quoties.

¶ *Impoßibilis.* CASVS. Quidam Titiũ hæredem ſic inſtituit, Titium hæredem inſtituo, ſi cælum digito tetigerit: quæro à vobis, vtrum valeat inſtitutio iſta? Et reſp. quod ſic. Nam in hoc caſu impoſſibilis conditio non vitiat, ſed vitiatur. & inſtitutio pro pura habetur. Impoſſibilis enim conditio in inſtitutionibus & legatis & fideicommiſſariis libertatibus adiecta, pro non ſcripta habetur, & perinde eſt, ac ſi nulla conditio fuiſſet appoſita. Sed pone: quidam inſtituit hæredẽ ſub pluribus cõditionibus, nunquid oportet omnes conditiones adimpleri ante, quã poſſit adire? Ad hoc reſpõ. Amice, ſi plures inſtitutioni adſcriptæ ſunt conditiones, diſtingue vtrum per coniunctionem copulatiuam vel disiũctiuam illę conditiones ſunt appoſitæ. nam ſi per coniunctionem copulatiuam: vt puta ſi illud & illud factũ fuerit, Titium hæredem inſtituo: neceſſe habet hæres in hoc caſu omnes conditiones adimplere. Si vero ſub disiunctiua cõiunctione plures conditiones appoſitæ ſunt: vt puta ſi illud aut illud factum fuerit, Titium neceſſarium meum hæredem inſtituo. in hoc caſu tantum alteri obtẽperare ſatis eſt. Et hæc dicuntur vſq; ad illum §. ij. quos nunquam. Franciſcus.

c ¶ *Impoßibilis conditio.* Tribus modis poteſt dici conditio impoſſibilis. Vel de natura: vt, ſi cælum digito tetigeris, hæres eſto: vt j. de inutil. ſtip. §. ſi impoſſibilis. Item de iure: vt ſi patrem ab hoſtibus nõ redemeris, vel ſimilis. nã hoc facere nos non poſſe præſumimus: vt ff. de condi. inſtit. l. conditiones. in glo. j. & l. filius. & in his duabus habet locum iſte. §. impoſſibilis. Item de facto: vt ſi mõtem aureũ dederis, hæres eſto. Et hoc caſu nõ valet inſtitutio, vel libertas: cum nec animus dandi fuerit, iuris præſumptione: vt ff. de ſta. lib. l. cum hæres. §. j. Itẽ eſt quædam quarta impoſſibilitas propter perplexitatem, quæ vitiat: vt hæc, ſi Titius hæres erit, Seius hæres eſto: vt ff. de conditio. inſtit. l. ſi Titius. quæ. l. eſt huic contra. Sed certe hic de impoſſibilitate naturæ dicit: vt j. de inutil. ſtip. §. ſi impoſſibilis. Sed certe idem videtur in primis duabus, quod vitietur

Cōditio eſt triplex.

tietur inſtitutio: vt j. de legatis. §. ſioa. in glo. impoſſibilia. quæ eſt cootra. Sed ſolum, vt ibi. Item facit. ff. de lega. j. l. ſi mihi. §. j. & ff. de coodi. inſtit. l. j.

ſi teſtator ignorauerit qui eſſent: ignorantia enim teſtatotir inutilem inſtitutionem oon facit. Et hæc dicuntur vſque in finem tit. Franc.

tibus, pro non ſcripta[a] habetur.

¶ *Ad veritatem copulatiuæ requiritur implemẽtum vtriuſque partis. Ad veritatem vero alternatiuæ ſufficit verificatio alterius.*

¶ Si plures conditiones in inſtitutionibus adſcriptæ ſunt: ſi quidem coniunctim: vtputa, Si illud & illud factum fuerit: omnibus parendum eſt[b]. ſi ſeparatim[c]: veluti, Si illud aut illud factum etit: cuilibet cõditioni obtẽperari ſatis eſt.

¶ *Etiam penitus ignotus, & quẽ teſtator nunquam vidit: poteſt inſtitui. Arc.*

¶ Ij, quos nunquã teſtator vidit, hæredes inſtitui poſſunt: veluti ſi fratris filios[d] peregrinantes[e], ignorans qui eſſent, hæredes inſtituerit. Ignorãtia enim teſtantis inutilem inſtitutionẽ non facit.

TITVLVS XV.

DE VVLGARI ſubſtitutione.

¶ *Poteſt quis plures gradus hæredum facere, & in ſubſidium ſubſtituere ſeruum neceſſarium hæredẽ.*

¶ *Eſt autem ſubſtitutio, vt Caius in Inſt. definit, hæredis ſecundo gradu vel deinceps inſtitutio. Subſtituitur enim res rei, quæ in locum gradúmque alterius ſufficitur. Vulgaris ſubſtitutio eſt, quæ vulgo & promiſcuè omnibus hæredibus tam puberib⁹, quàm liberis impuberibus fieri ſolet ſub conditione, Si hæres priore gradu inſtitutus non erit.*

POteſt autẽ quis

a ¶ *Pro non ſcripta.* ſed cur ſecus in contractibus. vbi vitiat contractum impoſſibilitas: vt j. de inutil. ſtip. §. ſi impoſſibilir. & ff. de act. & ob. l. oõ ſolus? Reſp. hoc ſolũ eſt fauore vltimæ voluntatis.

b ¶ *Parendum eſt.* ſi ſit poteſtatiua: vt hęc. ſi decem dederis. vel miſta: vt ſi iueris Romam: vt ff. eo. l. ſuur quoque. §. puto generaliter. ſi autem caſualir, tunc ſufficit primã exiſtere: vt ff. de cood. inſtit. l. ſi plurer inſtitutiones. Accurſior.

c ¶ *Si ſeparatim.* id eſt, ſub diſiunctiua cõiunctione. Idẽ in legaro ſeruatur, quod hic in ioſtitutiooe dicitur. Sed ſi in diuerſir partibus teſtamenti inſeratur, nouiſſimæ debet obtemperari. Sed in libertate directa cuilibet obtemperari ſufficit: vt ff. de condit & demon. l. ſi ſub diuerſis. in fideicommiſſaria nouiſſimæ: vt ff. de condit. & demon. l. per fideicommiſſum. & l. quod tradirum. ſecundum Ioan. Et facit ad hunc §. ff. de verb. oblig. l. ſi ita qnir ſtipuletur.

¶ *Ii, quos.* CASVS. Domine, quidam inſtituit quoſdam ſibi ignotor hæredes. nunquid valet talis inſtitutio? Et reſpon. ꝙ ſic. Nam ij, quor nunquam vidit teſtator, hæreder inſtitui poſſũt: veluti ſi aliqs fratris ſui filior peregrinantes hæredes inſtituit: non ideo impeditur inſtitutio,

d ¶ *Fratris filios.* vel etiam ſuos ſeruos. vel queocunque alium: vt C. eod. l. extraneum.

e ¶ *Peregrinantes.* aliar peregrinator: puta quia viſitant limina ſancti Iacobi, vel ſancti Petri. aliud ſi eſſet peregrinus, id eſt, deportatur: tunc enim ioſtitui non poteſt: vt C. eod. l. j. quæ eſt huie cõtra. & ff. eo. l. ſed & ſi incõditione. §. ſolemus. Itẽ ſunt & alij, qui nõ poſſunt inſtitui hæreder, vel habere cõmodum ex teſtamento: quos no. j. de leg. §. legati.

DE VVLgari ſubſtitutione.

¶ *Suprà dictum eſt de inſtitutionibus primis: vt ſ. eo. tit. §. j. Nũc de ſecundis: quæ ſubſtitutiones dicuntur, ſiue primo gradu fiant, ſiue alio: vt infra eodem. in princ. Et quia vulgaris eſt magis communis, quia & à quolibet, & cuilibet fieri poteſt. ideo de ea vulgari præmittit. Accurſius.*

POteſt. Totus iſte titulus diuiditur in quatuor partes. Primò ponit quod cuilibet liberum eſt facere pluralitatem graduum hæredum. Secundò quod loco vnius inſtituti poſſunt plures ſubſtitui, & econtra. Tertiò quando parter ſunt in inſtitutione expreſſæ, & non in ſubſtitutione. Quartò quando ſeruus alieour, vt paterfamilias inſtituitur. Secunda ibi, Et plures, Tertia ibi, Et ſi ex diſparibus,

in teſtamento[a] ſuo plures gradus[b] hæredum facere: vtputa, Si ille hæres non erit, ille hæres eſto & deinceps in quantum[c] velit teſtator ſubſtituere poſſit[d]: vt nouiſſimo[e] loco in ſubſidium vel[f] ſeruū neceſſarium hæredem inſtituere poſſit.

¶Poſſunt plures in locum vnius, & vnus in locū plurium: & ſinguli ſingulis, vel omnes inuicem ſubſtitui. Aretinus.

¶Et plures in vnius locū poſſunt ſubſtitui: vel vnus[g] in pluriū, vel ſinguli iu ſingulorum, vel inuicem[h] ipſi[i], qui hæredes inſtituti ſunt.

¶Inſtitutis portionibus non æquis, mutuóque ſubſtitutis, partibus non definitis, eædē partes in ſubſtitutione datæ videntur.

Quarta ibi, Si ſeruū. Et nota, quod iſtud principium textus, cum §.j. habetur fere ſub eadem forma verborum in l. poteſt. ff. de vulga. & pupil. ſubſtit.

CASVS. Domine, vos vultis tractare de ſubſtitutione vulgari: dicatis ergo mihi qualiter ſit vulgaris ſubſtitutio? Ad hoc reſpond. Amice, teſtator in teſtamēto poteſt facere plures gradus hæredum vnde hoc modo habet fieri vulgar. ſubſti. veluti, ſi teſtator primo ita inſtituat. P. hæredem inſtituo. & ſi P. hæres non erit, M. ei ſubſtituo: & ſi M. nō erit hæres, Tit. ei ſubſtituo: & ſic deinceps inquantum teſtator voluerit, ſubſtituere poteſt, per negatiua verba grados ſubſtitutionis multiplicando. & nouiſſimo loco ſi habet hæreditatē ſuſpectam, ſeruum ſuum poteſt hæredem de neceſſitate ſubſtituere: vt ſi forte omnes alij hæreditatem repudiauerint ſaltem ſeruum in ſubſidium hæredem neceſſarium habeat. Et non ſolum vnus in locum vnius ſubſtitui poteſt, ſed etiam plures in locum vnius ſubſtitui poſſunt: & etiam ipſi hæredes inſtituti inuicem ſubſtitui poſſunt: & vnus in locum plurium ſubſtitui poteſt: veluti ſi teſtator ita dixerit, P. & M. hæredes inſtituo; & eos ſibiinuicem ſubſtituo. nam in hoc caſu tacite vulgariter, alter alteri intelligitur ſubſtitutus. Et hæc dicuntur vſque ad illum §. & ſi ex diſparibus. Franc. de Aret.

ᵈ Aliundem, ſubſtituere poteſt.

a ¶*In teſtamēto.* in alia aūt volūtate, quā in teſtamento, vt in codicillis, vel aliqua alia non fit, ſcilicet huiuſmodi ſubſtitutio vt directo valeat, ſicut nec inſtitutio fieri poteſt: vt j. de codic. §. pe. & C. de codic. l. hæreditatem. fit tamen in codicillis ex certa ſcientia: vt per fideicommiſſum ſaltē directo ſubſtitutus per hæc verba, ſubſtituo, admittatur: vt ff. ad Treb. l. Scæuola reſpō. niſi teſtator putaret ſe facere teſtamentom, & facere codicillos non deſtinaſſet, licet poſſet. Nam tunc ſubſtitutus in his, nec directo, nec per fideicommiſſ. admitteretur, licet poſſet: vt C. de codic. l. fina. §. illud quoque. & facit ff. eod. l. poteſt.

b ¶*Gradus.* ad ſimilitudinem enim graduum ſic dicuntur, qui faciunt ſcalas: ſic & dicitur gradus conſang. vt ff. de grad. l. iuriſconſultus. §. gradus.

ADD. *Gradus hæredū dicimus, vt cognatorum: quòd remotior in locum propioris deficientis iure dati, & à teſtatore ſubſtituatur.* E. B.

c ¶*Inquantū.* id eſt, quot.

d ¶*Subſtituere.* ſ. poteſt.

e ¶*Nouiſſimo.* id eſt, vltimo: ſic j. de ſuſp. tu. §. nouiſſime. Sed nunquid in alio nisi in vltimo fieri poteſt? Reſpon. non, cuoi enim ipſe ſeruus omnino eſſe hæres compellatur: vt hic ſubiicit. & j. de hære. quali. & diffe. §. j. patet alium, qui eſſet ei ſubſtitutus, non admitti: vt C. eodem. de impube. & ali. ſubſtit. l. poſt aditam.

ADD. *Et ſic licet datio ſubſtituti vulgaris tollat ſuitatem in filio, non tamen tollit neceſſitatē in ſeruo: & intelligitur tunc collata ſubſtitutio in caſu impotentiæ. Angelus.*

f ¶*Vel.* pro ſaltem.

g ¶*Vel vnus.* ſcilicet ſubſtitui poteſt in locum plurium.

h ¶*Inuicem.* ſic j. tit. j. §. ſubſtituitur. & per talia verba ſit ſubſtitutio compendioſa.

i ¶*Ipſi.* ſcilicet poſſunt ſubſtitui.

¶*Et ſi ex diſparibus.* CASVS. Quidā fecit teſtamentū, & in teſtamento ſuo inſtituit tres hæredes ex diſparib9 partib9. puta P. in ſex vncias, M. in quatuor, & Titiū in duas: & poſtea adiecit vos inuicē ſubſtituo: & nullas partes in ſubſtitutione expreſſit mortuo teſtatore, P. in ſex vncias inſtitutus ante, quam adiret, deceſſit: vel forte vnus portionem ſuam repudiauit. modo quæro in quas portiones ſubſtituti. P. debeāt ſuccedere? Ad hoc reſpondet: Amice, ſi ex diſparibus partibus hæredes inſtitotos teſtator inuicē ſubſtituerit, & nullam mentionem partium in ſubſtitutione fecerit: eaſdem partes videtur in ſubſtitutione dediſſe, quas in inſtitutione expreſſit. & ita diuus Pius reſcripſit: vt

pſit: vnde dico tibi, quod in caſu propoſito M. inſtitutus in quatuor vncias, quatuor vncias ex ſubſtitutione habebit: & Titius inſtitutus in duas, ex ſubſtitutione ad duas ſimiliter vocabitur. Eodem enim modo quo eos teſtator dilexit in inſtitutione, videtur eos in ſubſtitutione dilexiſſe. Et hæc dicuntur vſq; ad illum §. ſed ſi inſtituto. Franc.

a ¶ *Diſparib' partibus*. puta vnum in ſex vncias, alium in quatuor, aliū in duas inſtitutum ponas. nā ſi nō adeat inſtitutus in ſex vncias, quatuor accreſcūt habēti quatuor, & duæ habēti duas vt hic. & ff. eodem. l. ſi in teſtamento. & l. ſi plures. & C. eo. l. j.

b ¶ *Expreſſit*. contra ff. ad Trebel. l. quoties. & l. nonnunquam. ſed hic loquitur, cum non expreſſit propria nomina: nam pec. ex æquis partibus ſubſtitutos dare iuſſit.

pillaris, vel vulgaris ſubſtitutionis quaſi dicat, nō diſtinguitur, ſi fuerit pupillaris, vel vulgaris ſubſtitutio: & quæ fuerit primo facta, vel inſtitutio, vel ſubſtitutio. & idē in vulgari. Sed hanc probant quidam quia debet ibi eſſe ordo: vt primo principalis inſtitutio, & poſtea ſubſtitutio fiat: vt ff. de vulg. & pup. ſubſtit. l. ij. §. prius. Sed certe ille §. prius corrigitur per ſequ. §. vſq. in fin. dictæ legis. Sed ego hoc reprobo: quia nō eſt hæc huius literæ intētio, ſed hæc: quia ſic fuit de facto, & non diſtinxerūt eum ab eis quærentibus. Eſt tamē diſtinguendum à nobis, ſicut & alias. ff. de iudi. l. non poteſt. in fin. & de poſthum. l. Imperator. in fine. gloſ. § ij. Item non dicitur hic de pupillari, ſed de vulgari tantum: vt patet ex ſerie tit. per quod etiam reprobatur ſuperior ſententia, ſcilicet quia in princip. gloſ. fuit dictum, ſecundum quoſdam non diſtinguitur, an fuerit pupillaris, an vulgaris ſubſtitutio. Diſtingue ergo, vtrum inſtitutus adierit, vel cohæres, vel ambo, vel null'. ſi enim vterque adiuit, ſubſtitutus repellitur. ſi cohæres tantū ſ. Seius, idemquia Mæui' repellitur. Itē ſi neuter, habet locū qđ hic dicitur, ſcilicet q Mæuius habeat totum. ſi autem Titius tantum, ſcilicet primus hæres adeat, & Seius non: in partem repellitur, ſcilicet Mæuius. nam in partem repellitur quam adiit Titius: vt C. eodem. l. poſt aditam. & ff. de vulgar. ſubſtitut. l. qui habebat filium. j. reſpon.

¶ Et ſi ex diſparibus partibus[a] hæredes ſcriptos inuicē ſubſtituerit, & nullam mentionem partium in ſubſtitutione habuerit: eas videtur in ſubſtitutione partes dediſſe, quas i inſtitutione expreſſit[b], & ita diuus Pius reſcripſit.

¶ *Quum ſubſtituto ſubſtitutus datur, & hæredis & ſubſtitutus ſimul atque ſeorſum hæres eſſe poterit: prout cuiuſque pars vacabit.*

¶ Sed ſi inſtituto hæredi[c] & cohæredi ſuo[d] ſubſtituto dato, alius[e] ſubſtitutus fuerit: diui Seuerus & Antoninus ſine diſtinctione[f] reſcripſerunt, ad vtranque partem ſubſtitutū admitti.

¶ *Vulgariter ſubſti-*

¶ *Sed ſi inſtituto.* C A S V S. Quidam fecit teſtamentum, & in teſtamento ſuo Titium & Seium hæredes inſtituit: & poſtea adiecit, ſi Titius hæres non erit, Seiū cohæredem ſuum ſubſtituo: & ſi Seius hæres non erit, Mæuium ſubſtituo. Mortuo teſtatore, Titius primo repudiauit, Seius ſecundo: modo Mæuius qui fuit ſubſtitutus Seij, vult admitti ex ſubſtitutione: modo vertitur quæſtio, vtrum debeat admitti Mæuius ad totam hæreditatem, vel ad partem dimidiam? Et certe reſpondet, quòd ad vtranque partem admittitur. & ita diui Seuerus & Antoninus, in hoc caſu requiſiti, ſine diſtinctione reſcripſerunt. Et hæc dicuntur vſque ad §. ſi ſeruum alienum. Franciſcus.

¶ *Sed ſi inſtituto.* Titius & Seius inſtituti ſunt hæredes: & Titio Seius ſubſtitutus, & Seio fuit ſubſtitutus Mæuius. primo Titius, ſecundo Seius repudiauit: admittitur Mæuius in partem vtriuſque hæredis: vt hic, & ff. eodem. l. ſi Titius. & l. cohæredi. in principio. Accur.

c ¶ *Hæredi*. ſcilicet Seio.

d ¶ *Cohæredi ſuo*. ſcilicet Titio,

e ¶ *Alius*. ſcilicet Mæuius.

f ¶ *Sine diſtinctione*. ſcilicet vtrum pupillaris, vel vulgaris ſubſtitutionis quaſi dicat, ...

¶ *Si ſeruum alienum.* C A S V S. Quidam fecit teſtamentum, & in teſtamento ſuo ſeruum P. quem credebat liberum hominem, hæredem inſtituit, & poſtea adiecit, & ſi inſtitutus hæres non erit, Mæuium ei ſubſtituo. mortuo teſtatore apparuit, quod ille quē teſtator errore deceptus credebat fuiſſe liberum, & tanquā liberum hæredem inſtituit, ſeruus erat P. & ita iuſſu P. domini adiuit hæreditatem, quā eā dicebat ſibi acquiſitā: ex aduerſo Mæuius ſubſtitutus viriliter ſe P. opponebat, & allegabat in hunc modū: Ego domine P. dico, q per aditionem ſerui

tutus alieno ſeruo, quem teſtator liberũ opinabatur, quãuis domini iuſſu ſeruus hæreditatẽ adierit, ad partem hæreditatis admittitur, Qualis autem ſit horum verborum, Si hæres non erit, interpretatio, hic traditur.

qui in caſu iſto nõ poteſt tibi aequiri hæreditas:quia teſtator errore deceptus credebat liberũ ſeruum tuũ,quem ſibi hæredem inſtituit: vnde cũ in rei veritate nõ tenuerit inſtitutio facta : ideo deficiente inſtitutione,dico me ex ſubſtitutione ad totá hereditatem admittendum,& te omnino repellendum.Sed in cõtrariũ P. videbatur ſibi poſſe defendere hæreditatẽ, in hunc modum allegando contradicens: Domine Mæui,ego dico, quòd veritas præferenda eſt opinioni. vnde cum in veritate ſeruus meus fuerit inſtitutus,& ſi hæres non eſſet, tu ei futurus eras ſubſtitutus: & ipſe ſeru⁹ iuſſu meo adierit hanc hæreditatem, mihi per traditionem totam hæreditatem acquiſiuit: & vulgaris ſubſtit.expirauit: & ſic ex virtute vulg.ſubſtit.nihil iuris in hac hæreditate poteris vendicare, cũ per traditionẽ ſubſtitutio penitus ſit extincta. & ita magis creſcebat contentio inter P. dominũ ſerui inſtituti, & Mæuium ſubſtitutum : & ideo ſupplicauit Imper.dicens,pro Deo domine, ſi placet terminetis iſtam contentionem, & dicatis quid iuris eſt in caſu iſto propoſito? Ad hoc reſp. Amice,ſi quis alienum ſeruũ patremfa.arbitratus,hæredem inſtituerit,& ſi hæres non eſſet. Mæuium ſubſtituerit:licet iſte ſeruus per errorem inſtitutus,iuſſu domini adierit hæreditatẽ, non tamen ſubſtitutio vulg.penitus euanuit : imo Mænius vulgariter ſubſtitutus in partẽ hæreditatis acquiſitæ admittendus eſt.Sed domine,qualiter reſpond.ad allegationes hincinde propoſitas? Ad hoc reſp. Amice, Allegatio domini pro ſeruo inſtituto,locum habet in eo ſeruo,quem teſtator ſciens eſſe ſeruũ hæredẽ inſtituit.Illa enim verba,quæ ponũtur in vulgari. Sed ſi hæres nõ erit in eo, quem teſtator in rei veritate ſcit eſſe ſeruum, intelliguntur, ſi neque ipſe ſeruus inſtitutus acquiſierit ſibi hæreditatem, neque domino præſenti, neque futuro: quia tũc demum admittitur ſubſtitutus, ſi in hoc caſu primo ignorabat ipſum eſſe ſeruum:& ita non omnino obtinet allegatio domini. Allegatio vero Mæuij ſubſtituti locum habet in eo ſeruo, quẽ teſtator ſciens hominem liberum inſtituit,& ei vulgariter ſubſtituit. Iſta enim verba, ſcilicet ſi hæres nõ erit in eo ſeruo,quẽ teſtator ſcit eſſe patremfa.hoc ſignificant,ſi neque ipſe ſibi acquirit hæreditatem:neque illi,cuius iuri poſtea ſubiectus erit : tunc enim demum ad hæreditatem admittitur ſubſtitutus. ſed certe ſecus erat in caſu propoſito. nam teſtator credebat ipſum eſſe liberum, & in rei veritate ſeru⁹ fuit: vnde non eſt mirum, ſi aliud in primo reſpon. quàm in ſecundo,vel tertio ſtatutũ ſit.Nec videatur alicui nos aliquid durum in hoc caſu ſtatuiſſe.Nam ita Tiberius Cæſar in perſona Parth.ſerui ſui quondam à teſtatore per errorem inſtituti conſtituit.Franc.de Aret.

¶Si ſeruum alienum quis patrem familias[a] arbitrat[9] hæredem ſcripſerit: & ſi hæres non eſſet, Mæuium ei ſubſtituerit, iſque ſeruus iuſſu[b] domini adierit hæreditatem: Mæuius ſubſtitutus, in partẽ[c] admittitur. Illa e-

a ¶Patremfamilias. id eſt,liberũ hominem.Accurſius.

ADD. *Et hoc verum, niſi error eſſet in ea perſona qualitate,quæ præſumeretur cauſa fin. ipſius inſtitutionis,puta in conſanguinitate: vt l.ſi pater.C.de hæred.inſtit. Angel.*

b ¶*Iuſſu.* quem iuſſum neceſſario oportet præcedere:vt ff. de acquiren.hære.l.ſi quis mihi.§.iuſſum.

c ¶*In partem.* ſed in quam? Reſpon. hæreditas in duas partes diuiditur : & iterũ vnus ſemis diuiditur in duas partes: quæ ſunt duæ quartæ totius : & vnam harum particularum habet dominus inſtituti,aliam ſubſtitutus : vt ff.de hæred.inſtit.l. ſi paterfam.in fi. Sed de alio ſemiſſe quid erit? Reſpond. quidam, quòd ſubſtitutus habet, inſpecta opinione teſtantis, ſcilicet qui credidit inſtitutũ liberũ fuiſſe: & ita per conſequens credit ſubſtitutũ admitti, ſi hæreditatem ſibi inſtitutus non acquiſierit,vel alij,cuius iuri poſtea ſubiectus foret:vt in fin. huius §. ergo ſi aliquod iſtorum duorum non contingit, debet habere ſubſtitutus ſecundum opinionẽ teſtantis totã hereditatẽ: ſed quia non erat liber, vt teſtator credidit, de æquitate datur domino ipſius quarta hæreditatis,& facit pro hoc illud generale, opinionẽ conſiderandam.vt ff.pro empt. l.ij.§. ſi à pupillo.in gloſ. ſi in re. & ff.de acquit. hære.l. is qui putat. Alij dicunt quòd domino datur, conſiderata veritate magis quã opinione:quia vere ſeruus eius domini factus erat ille, qui inſtitutus fuit : quod verius eſſe videtur, veritate magis attenta,vnde facit & illud generale,veritatem

Opinio an ſit veritati anteponenda.

le, veritatem ſpectaodam: vt.j.de le.§. ſi quis rem. Accur.

A D D. *Dic quod vlt. opi. glo. eſt verior. & ita no.glo.& text.in.d.l.ſi paterfa. videlicet, quod dominus ſerui habeat totum alium ſemiſſem. Ang. A-retinus.*

a ¶ *Illa enim verba.* nũc mutat caſum: nã. ſ. dixit, qñ aliud arbitrabatur teſtator, & aliud erat. in his autem duobus reſponſis, quæ ſequũtur, idem eſt id qđ arbitratur teſtator. Accur.

b ¶ *Si hæres nõ erit.* quæ apponontur io ſubſtitutiõib' vulgaribus.

c ¶ *Teſtator ſcit.* & verum ſcit. alias enĩ non diceretur ſcire: niſi eſſet: vt. ff. de aqua plu.ar.l.ij.§. item Labeo ait cumquæritur.

d ¶ *Erit.* ſcilicet, liber factus.

e ¶ *Neq; aliũ.* i. ſi neq; ſibi, ſi liber ficret, vel domioo ſuo præſcoti, vel etiam futuro quærat.

f. ¶ *Effecerit.* nam tunc quando non eſt aliquod iſtorum doorũ, admittitur ſubſtitutus.

g ¶ *Arbitratur.* ſcilicet teſtator, ſubandi, & verum arbitratur. Accur.

h ¶ *Subiectus.* puta, quia vendidit ſe ad prætium participaodum, vel quia dedit ſe in arrogationem, quod poteſt.

i ¶ *Acquiſierit.* ſupple in litera. At ĩ noſtro caſu pri. ſ. hui'.§. aliud eſt. & aliud arbitratur: vnde ibi io partem admittitur, vt ibi diximus. & hæc omnia diſtingueodo ſeruauit princeps, qđ ſeruus ſuus fuit inſtitutus, & alius ſubſtitutus, vt hic dicit, & ff. de hær. inſti l. & hoc Titius. Collige ergo talem diſtinctionem: quia cum hæredem aliquem inſtituo, & ſi hæres nõ erit, ſubſtituo. aut ſcio liberum, aut ſcio ſeruum: & tunc ſeruatur quod in ſecunda, & tertia reſpooſ. huios. §. dicitur. Aut puto liberum falſo, cum ſit ſeruus: & tooc ſubdiſtinguo, aut per eum voluı, aut nolui alium fieri hæredem: quia hoc expreſsit, & tunc ſeruatur mea voluntas: vt C. de hære. inſt. le. cum proponas. in gloſ. pe. ibi, item no. quæ eſt huic contraria. Aut eſt dubium, ao volui, vel oon alium fieri hæredẽ per eum: & tũc ſeruatur, quod in prin. huius. §. dicitur. Si autem puto ſeruum, cum ſit liber: hic caſus ĩdubitabilis eſt ſ. quod erit liber hæres.

k ¶ *Serui.* ſ. inſtituti, cui fuerat alius ſubſtitutus. Nam diuiſa fuit hæreditas inter Tiberium dominum ſerui, & inter ipſũ ſubſtitutum: vt patet in. le. & hoc Tiberius. ff. de hæred. inſtit.

nini verba[a], Si hæres non erit[b], in eo quidem, quem alieno iuri ſubiectum eſſe teſtator ſcit[c], ſic accipiuntur: ſi neque ipſe hæres erit[d], neque alium [e] hæredem effecerit[f]. In eo verò, quẽ patremfamilias eſſe arbitratur[g], illud ſignificant: ſi hæreditatẽ ſibi, vel ei, cui' iuri poſtea ſubiect'[h] eſſe cœperit, non adquiſierit[i]. Idq; Tiberius Cæſar in perſona Parthenij ſerui[k] ſui conſtituit.

TITVLVS XVI.

DE PVPILLARI ſubſtitutione.

¶ *Qui liberos impuberes in ſuis habet ſacris conſtitutos, nõ ſolùm vulgariter, id eſt, ſi hæredes non erunt, ſed etiam pupillariter, ſi hæredes fuerint, & intra pubertatem deceſſerint, eis ſubſtituere poteſt: ideo primo caſu contingente, ſubſtitutus fit teſtatoris hæres: ſecundo verò caſu ipſi pupillo hæres efficitur.*

Liberis[l] ſuis impuberibus, quos in poteſtate

DE PVPILLARI ſubſtitutione.

¶ *Pupillaris ſubſtitutio eſt, quæ à parente, liberis impuberibus, quos in poteſtate habet, fieri ſolet ſub conditione, Si hæres priore gradu inſtitutus non erit.*

¶Sed hæc[d] ita accipienda ſunt, ſi nihil eis penitus à teſtatoribus teſtamento[e] relictū eſt: quod noſtra conſtitutio[f] ad verecundiam naturæ introduxit. Sin verò quantacunque hæreditatis pars, vel res eis fuerit relicta: de inofficioſo querela quieſcente, id quod eis[g] deeſt, vſque ad quartam legitimæ partis repleatur: licet non fuerit adiectum[h], boni viri arbitratu debere eã compleri

¶*Qui officij neceſſitate coactus legatum ex eo, in quo exhæres factus fuerat, teſtamento petiit, nō prohibetur illud inofficioſi querela impugnare: è regione etiam, qui impugnauit legato ſibi in eo teſtamēto facto, minimè priuabitur.*

¶Si tutor[i] nomine pupilli, cuius tutelam gerebat, ex teſtamento patris ſui legatum acceperit, quum nihil erat ipſi tutori relictum à patre ſuo: nihilomin9[k] poterit nomine ſuo de inofficioſo patris[l] teſtamento agere. Sed ſi ecōtrario[m] pupilli nomine, cui nihil relictum fuerat, de inofficioſo egerit: & ſuperatus eſt: ipſe tutor, quod ſibi in teſtamento eodem legatum relictum eſt, non amittit.

¶*Sufficit quòd filius habeat vnam quartam quoquo relicti titulo, ad hoc vt excludatur à querela, ſiue ſit vnus, ſiue plures. Aretinus.*

¶*Quartam dico totius hæreditatis ſi vnus ſit: vel quartam partis hæreditariæ, ſi ſint plures qui quærēt de inofficioſo velint.*

a ¶*Partē.* ſcilicet quartam. ſi autem minus, tunc ad ſupplementum agitur: vt ĩ.§.proximo.

b ¶*Veniunt.* id eſt, venire poſſunt, vt iure legati vel donationis: vt ĩ. eo.§.penul. vel quia eorum filij vel ſerui ſunt inſtituti: vt ff. e.l.nihil.

c ¶*Poſthumi.* ſcilicet exhæredati. nam ſi præteriti, ipſo iure rompitur teſtamentum: vt ĩ de exhær. li.§.poſthumi. ſed hodie non poſſunt exhæredari: vt C.eo. l.ſi quis in ſuo. §.legis.

d ¶*Sed hæc.* hoc refertur ad ſupradicta à prin. vſq; huc.

e ¶*Teſtamento.* ſcilicet iure inſtitutionis cum teſtamentum facit: vt in authent. vt cum de appell. cog.§. aliud. coll.viij. ſed ſi aliam voluntatem facit, ſufficit quoquo relinquatur tit. vt in authent. de triente & ſemiſſe.§. j.collat.iij.

f ¶*Conſtitutio.* vt C. eod.l.omnimodo. Ac.

g ¶*Eis.* ſcilicet exhæredatis vel præteritis.

h ¶*Non fuerit adiectum.* vt C. eodem.l. ſcimus.in principio.

i ¶*Si tutor.* teſtator extraneum inſtituit, & filium exhæredauit, & cuidam pupillo exiſtenti in tutela filij ſui legatum reliquit: quod petiit filius nomine pupilli ſui: nō tamen ideo repellitur à querela ſuo nomine. Sed contra. ff. eodem. l. fina. primo reſponſo. Sed ibi certe aduocatus, procurator ſpōte faciebat, cū illa officia ſint ſpontanea: vt infra manda.§. mandatum. at hic etiam ex neceſſitate: quia tutela ex neceſſitate ſuſcipitur: vt ff.de tut.& cura.da. ab his.l.necnō. & neceſſario geritur: vt ff. de admini.tut.l.j. in principio.

Aduocati & procuratoris officium eſt ſpontaneū.

k ¶*Nihilominus.* nam videbatur paternū iudicium approbaſſe, & ſic nō poſſe poſtea querela agere: ſed tamen nihilominus poteſt, vt hic dicit.

l ¶*Patris.* ſ.ipſius tutoris, imo erat exhæredatus. Acc.

m ¶*Sed ſi econtrario.* hic teſtator filiū ſuū pupillū exhęredauit, & tutori, quem ipſemet pater filio dabat, legatum dimiſit. licet ergo agat de inoffic. nomine pupilli, & ſuccumbat tamen ad legatum admittitur. Et ita no. argu. ex hoc & ſuperiori reſponſo, quòd quis agit aliquid inter-

dum non vt ipſe, ſed vt alius ſimile.ff.de adopt.l.ſi pater.§. qui duos. & ff. eod.l. is qui.§.ſi hæres.& l.aduerſus.§.j.& C.de admi.tut.l. cum quidam.& ff.de compenſ.l.penult. C.de dolo.l.j.

a ¶*Igitur quartam.* contrarium formatur ex eo, quod habes.ſ. eod.§. Sed hæc ita. vbi dicit etiam ſi minus quarta habet, non agit querela, ſed ad complementum. Solut. hic loquitur ante Iuſtinianum: vt C.eodem.l. cum quæritur. & ff. eodem.l. Papinianus.§. quoniam autem quartam. argu. ſ. ſecundum Iuſtiniani tempora, per legem. C. eodem.l.omnimodo. Et illud igitur, quod eſt hic, ponitur inceptiue, non illatiue. ſic ff de iuſti.& iur.l.ius ciuile.§.hoc igitur. vel illatiue ex eo, quod habes.ſ.eo. §.tam autem.in fin.

¶Igitur quartam[a] [illegible] conſtitutionibus continentur. Quod autem de quarta diximus[e], ita intelligendum eſt: vt ſiue vnus fuerit, ſiue plures, quibus agere de inofficioſo teſtamento permittitur, quarta eis dari poſſit: vt ea pro rata eis diſtribuatur: id eſt, pro virili portione[f].

quis debet habere, vt de inofficioſo, agere non poſſit, ſiue iure hæreditario, ſiue iure legati[b] vel fideicommiſſi: vel ſi mortis cauſa ei quarta donata fuerit, vel inter viuos[c]: in his tantummodo caſibus, quorum noſtra conſtitutio mentionem facit, vel aliis modis[d], qui

b ¶*Iure legati.* ſed hodie iure inſtitutionis ſi facit teſtamentum: vt in authent. vt cum de appellatio. cognoſ.§.aliud collatio. viij. Si vero alia ſit voluntas, ſufficit quoquo relicti titulo: vt in authent. de trien.& ſemiſſ.§.j.colla.iij.

c ¶*Inter viuos.* ſcilicet data ea conditione, vt hæc donatio inter viuos in quartā computetur: vt C eodem.l.ſi quando.§. generaliter. & hic ſubiicit.

d ¶*Aliis modis.* vt dotis cauſa, & donationis propter nupt. vt C.de inoffi.teſt.l. qooniam nouella.

e ¶*Diximus.* ſ.proxi.§.

f ¶*Pro virili portione.* vt ſcilicet quilibet habeat quartam huius partis, quam habiturus erat ab inteſtato: vt C.eodem.l. parentibus.& l.cum quæritur. hoc tamen eſt hodie iure Auth. mutatum. l. vt tertia detur, ſi ſunt quatuor vel pauciores. ſi vero plures ſunt filij exhæredati, habent dimidiam: vt in authen.de trien.& ſemiſſ. §.j.colla.iij. quæ eſt. C.eodem.authen.nouiſſima. Vnde verſus,

Quatuor aut infra, dant natis iura trientem:
Semiſſem vero dant natis quinque vel vltra.

Et no. in fin. huius titu. quòd quidam dicunt hunc tit. hodie non habere locum, niſi inter fratres, turpibus perſonis hæredibus inſtitutis. & hæc fuit ſententia. M. per authen. C.de lib. præte. vel exhæred. authent. non licet. & authent. ex cauſa. Sed nos dicimus, quòd habet locum vt olim: quod plene diximus in authentic. vt cum de appellatio. cognoſc. §. aliud collat. iij. in gloſ. nominatim. in fine. & d. authē. ex cauſa. niſi quòd quædam ea. in d. authē. circa querelam ſunt innouata: vt quia olim non tranſmittebatur ad hæredem etiā ſuum, niſi eſſet præparata: vt ff. eodem. l. poſthumus. §. finali. & l. ſequen. hodie ſic ad ſuum hęredem: vt C.eodem.l.ſcimus. in fine. Item olim quarta dabatur, hodie triens vel ſemis, vt dictum eſt. Item olim filij ſe gratos eſſe probabant: hodie hæredes probant ingratos: vt C.eod.l. omnimodo. in gloſ. arguantur. Item nota hunc titul. loqui de gratis filiis. ſi enim eſſent ingrati, nihil teneretur pater eis dimittere: vt in authent. de hæred. & fal. §. exhæredatos. collatione prima. in gloſ. iuſte. ibi, vt quia. & authent. de immeo. do. in fine. §. fin. Et ſunt cauſæ ingratitudinis quatuordecim, quibus filij exhæredantur: & vij. quibus pater à filiis: vt in authent. vt cum de appellatio. cognoſc. §. cauſas. & tres quibus frater à fratre: vt in authentic. de nupt. §. ingratitudinem. Accurſius.

ADDITIO. *Iſta omnes cauſæ facile habentur per hos verſus, Bis ſeptem cauſis exhæres filius eſto. Si patrem feriat, vel maledicat ei. Carcere detruſum ſi negligat ac fuiſſum: Criminis accuſet, aut paret inſidias. Si dederit grauia ſibi damna, nec hoſte redemit: Teſtari prohibet, aut dat arena iocū. Si prauos ſequitur, vel amat genitoris amicam: Non orthodoxus, filia quando coit. Sed pater ex ſeptem, ſi nati ſpernet honorem, Hunc accuſabit, dira venena dabit. Teſtari vetat, aut vxorem diligit eius: Non redimit captum, dum furit, odit eum: Pellitur à fratre frater cauſis tribus: vt ſi Arguit hūc ſceleris: vel ei vult tollere vitam. Vel ſi iacturam rerum ſibi mouerit vnquam.*

Pater filiū 14. cauſibus, filius patrē ſeptem, & frater fratrem tribus exhæredare poteſt.

ſibi acquiſierit, ipſi reſeruentur[a]. Et quãuis non ſufficiant bona defũcti creditoribus, [redacted] tamen ex ea cauſa res eius, quas ſibi acquiſierit, non vencunt[b].

¶ *Vt quis ſui nomine dignus ſit duo copulatim interuenire neceſſum eſt: vt ſcilicet in poteſtate ſit morientis, & priorẽ locum tunc temporis obtineat: quorum alienum nequaquam ſufficere aperto iure oſtenditur. & quãquam olim qui ſui erant, hi quoque eſſent neceſſarij: iure tamẽ prætorio eis abſtinendi beneficium conceditur.*

¶ Sui autem & neceſſarij hæredes ſunt veluti filius, filia, nepos, neptíſve ex filio: & deinceps cæteri liberi, qui in poteſtate[c] moriẽtis modò fuerint. Sed vt nepos neptíſve ſui hæredes ſint, non ſufficit eum, eámve in poteſtate aui mortis tempore fuiſſe: ſed opus eſt, vt pater eius viuo patre ſuo deſierit[d] ſuus hæres eſſe, aut morte interceptus[e], aut qualibet alia ratione[f] liberatus à patris poteſtate. tũc enim nepos neptiſve in locum patris ſui ſuccedit[g]. Sed ſui quidem hæredes ideo appellantur[h]: quia domeſtici[i] hæredes ſunt & viuo quoque patre quodam modo domini exi-

a ¶ *Reſeruentur.* ſeparatiooe impetrata. ſi bona patroni non attingat, id eſt, non inceperit adminiſtrare: vt ff. de ſepa. l. j. § ſi. alias. i. ſi incepit adminiſtrare, nõ poterit poſtea impetrare ſeparationẽ, niſi ſit minor: vt ff. de minor. l. ait prætor. §. nõ ſolum. quo caſu tantum. i. cum eſt minor, ſeparationem impetrabit etiã ſi iam attigerit hæreditatẽ, nõ autẽ vt ab hæreditate ſe abſtineat: vt ff. de acqui. hære. l. neceſſariis. §. ſi.

b ¶ *Nõ venẽt.* id eſt, non veoduotur.

¶ *Sui autẽ.* Iſte §. diuiditur in quatuor partes. Primo ponit, qui ſunt ſui & neceſſarij hęredes. Secuodo hoc limitat & reſtringit. Tertio rationem reddit, quare dicuntur ſui hæredes. Quarto rationem ponit, quare dicuntur neceſſarij. Secunda ibi, Sed vt nepos. Tertia ibi, Sed ſui quidem. Quarta ibi, Neceſſarij.

c ¶ *In poteſtate.* aliae ſi ſunt emãcipati, extranei ſunt: vt j. eo. §. cæteri.

d ¶ *Deſient.* improprie ponitur: quia viuo patre non fuit hæres: ſed dicitur deſinere quantum ad id, quod futurum erat. ſic & alias: vt ff. vſufruct. quemadmo. ca. l iij. §. deſinere.

e ¶ *Interceptus.* ſcilicet filius. & alias eſt interemptus, alias interceptus, id eſt remotus ab hoc ſeculo.

f ¶ *Alia ratione.* veluti emaocipatione vel deportatione: vt ſ. quib. mod. ius pat. po. ſol. §. præterea. & §. cum autem.

g ¶ *Succedit.* ita vt etiam filius emancipatus repellatur nepos, qui remanſit in poteſtate ex eo vel alio filiò natus, admittatur: & hoc iure ciuili, quod noo cognouit emancipatos: quia erant capite minuti: vt j. de hæred. quæ ab inteſta. §. emaocipati. de iure autem prætorio ſoli filij emancipati admittuntur, non nepotes: vt d. §. emãcipati. ſed per edictum de cõiungendis cũ emancipatu liberis eius. admittũtur ſimul filius & nepos: vt ff. de coniungend. cũ eman. l. j. ij. reſponſ. Quod (id eſt, quod ſimul nepos cum patre vel fratre patris admittatur) locum hodie non habet. cũ ſit ſublata omnis differentia, quæ fiebat occaſione emancipationis: vt in auth. de hære. ab inteſtat. §. j. col. ix. Accurſius.

ADDI. *Quod eſt verum, quando ab inteſtato ſucceditur nullo facto teſtamento: vel facto, ſed non ſolenniter: aut re pee querelam penitus expugnato. ſecus ſi per contra tabulas de iure prætorio filius ſuccedat: quia etiam hodie procedit dictus titu. de coniungendis, &c. Angelus.*

h ¶ *Appellantur.* ſcilicet ſupradicti filij & nepotes.

ADDITIO. *Suus hæres is dicitur, qui patria poteſtati ſubiectus patri morienti ita ſuccedit, vt continuari tantum, non autem mutari dominium videatur. Nam emancipatus filius vxore ducta, item agnati diuerſas familias, quaſque ſeiunctas (vt Cicero in offic. ſcribit) conſtituunt: eóque Extranei §. ſequen appellantur. at filius ſimul penates à patre diuerſos non habet: ſibique ipſi quodammodo hæres videtur eſſe: ſuum dominium, vt dixi, non mutatur, ſed continuatur.*

i ¶ *Quia domeſtici.* Not. filium domeſticũ patri. Sunt & alij multi domeſtici: vt C. de iis, qui ad eccleſ. confu. l. præſenti

ſtimantur[a].

¶Vnde etiam ſi quis inteſtatus moriatur: prima cauſa eſt in ſucceſsione liberorũ[b]. Neceſſarii verò ideo dicuntur[c], quia omnino ſiue velint, ſiue uolint, tam ab inteſtato, quàm ex teſtamẽto ex lege duodecim tabularũ hæredes fiunt.[d] Sed his Prætor permittit[e] volentibus abſtinere hæreditate, vt potius parentis, quàm ipſorum bona ſimiliter à creditoribus poſsideantur.

¶Qui non eſt in poteſtate morientis tẽpore mortis, dicitur hæres extraneus. Aretinus.

¶Cæteri, qui teſtatoris iuri ſubiecti non ſunt, extranei hæredes appellantur[f]. Itaq; liberi quoque noſtri, qui in poteſtate noſtra non ſunt, hæredes à nobis inſtituti: extranei hæredes nobis videntur. Qua de cauſa & qui hæredes à matre inſtituuntur, eodẽ numero ſunt: quia fœminæ in poteſtate liberos non habent[g]. Seruus quoque hæres à domino inſtitutus, & poſt teſtamẽtum factum ab eo manumiſſus, eodem numero habetur[h].

¶Extraneum *hæredem (quo ex teſtamento ſibi delatam aſſequatur hæreditatem) tribus temporibus eſſe capacem iura requirunt, teſtamenti ſcilicet tempore, & mortis teſtatoris, item aditionis: media autem tempora inter prædicta: hæreditatis capeſcẽdæ, eum minimè inhabilem reddunt.*

¶In extraneis[i] hæredibus illud obſeruatur, vt ſit cũ eis teſtamenti factio[k]: ſiue hæredes ipſi inſtituantur, ſiue ij, qui in poteſtate eorũ[l] ſunt. & id[m] duobus temporibus[n] inſpicitur[o]: teſtamenti quidem facti tempore, vt conſtiterit inſtitutio, mor-

§. ſane enim & ibi gloſ. j.

a ¶*Exiſtimantur.* ſcilicet ex artificio iuris ciuilis: quod fingit eandem perſonam patrem & filiũ. vt C. de impu. & al. ſubſti. l. fi. in fine. Item eandem vocem vtriuſq; vt ĩ. de inutil. ſtip. §. ei qui. Item & ideo videtur domin⁹: quia in bonis patris alitur ſicut ipſe pater: ſicut vxor domina dotis dicitur, & habere poſſeſsionẽ: vt. C. de iure do. l. in rebus. ad prin. & in gloſ. iure naturali. & C. qui po. in pig. l. fin. Item & poſſeſſionẽ viuo patre habere videtur filius: vt ff. pro hær. le. ij. in fi. hinc eſt quod ſola adminiſtratio dicitur tranſire ad filium, cum pater moritur: vt ff. de li. & poſth. l. in ſuis.

b ¶*Liberorum.* vt infra, de hę. quę ab inteſta. § j.

c ¶*Dicuntur.* ſcilicet dicti filij.

d ¶*Hæredes fiũt.* ſcilicet iure ciuili inſpecto. aliud de prætorio: vt ſubiicit, quod præualet.

e ¶*Prætor permittit.* ſ. liberis ĩ poteſtate poſitis: non vt habeant neceſsitatẽ adire prætorem: ſed ſufficit ſi ſe non immiſceãt: vt ff. de acqui. hære. l. ei qui ſe. & C. ſi mi. ab hære. ſe abſti. le. j.

f ¶*Appellantur.* ſic C. de rei vxo. act. §. ac

cidit. verſi. extraneum.

g ¶*Non habent.* vt ſ. de adopt. §. fœminæ.

h ¶*Habetur.* ſ. vt ſit hæres extraneus, nã non conſequitur iſte vtrunq;. ſ. libertatem & hæreditatem ex domini teſtamento quod eſt neceſſe, vt ſit hæres neceſſarius vt. ſ. de hære. inſti. §. ſi ſeruo à viuo.

i ¶*In extraneis hæredibus.* iſte. §. habetur ſub eadem verborum forma in. l. ſi alienum ſeruum. ff. de hære. inſtitut. circa princip. vſq; ad finem legis.

k ¶*Teſtamenti factio.* paſsiue accipe. i. vt poſsit capere ex teſtamẽto: quod poteſt quilibet, exceptis quibuſdã quos nor. ĩ. titu. j. §. legari.

l ¶*Eorum.* nã ſeruo inſtituto, domini perſona inſpicitur: vt. ſ. de hære. inſtit. §. ſeruus autem plurium.

m ¶*Id* ſcilicet quod ſit capax.

n ¶*Duob⁹. tem porib⁹.* alias tribus, & alias duobus, ſed tamen tria ſpectãtur tẽpora, vt ſubijcit.

o ¶*Inſpicitur teſtamenti facti.* vt conſtiterit inſtitutio: & mortis teſtatoris, vt effectum habeat, ita eſt textus in le. ſi alienum ff. de hære. inſtitut. & re vera melius & ornatius quam hic.

a ¶*Mutatio*

tis verò teſtatoris, vt effectũ habeat. Hoc amplius, & cum adit hæreditatem, eſſe debet cum eo teſtamenti factio: ſiue purè, ſiue ſub conditione hæres inſtitutus ſit. Nam ius hæredis, eo maximè tempore inſpiciendum eſt, quo adquirit hæreditatem. Medio autem tempore inter factum teſtamentum & mortem teſtatoris, vel conditionem inſtitutionis exiſtentem, mutatio [a] iuris non nocet hæredi: quia (vt diximus) tria tempora [b] inſpici debent.

¶ *Teſtamenti factio eſt facultas teſtamento dandi & accipiendi.*

¶ Teſtamenti autem factionem [c] nõ ſolùm is habere videtur, qui teſtamentum facere poteſt: ſed etiam qui ex alieno teſtamento vel ipſe capere poteſt, vel alij adquirere [d], licet non poſsit facere teſtamẽtum. Et ideo furioſus, & mutus, ~~& poſthumus~~, & infans, & filius familias, & ſeruus alienus teſtamenti factionem [e] habere dicuntur. Licet enim teſtamentum facere nõ poſsint: attamen ex teſtamento vel ſibi [f], vel alij [g] adquirere poſſunt.

¶ *Extraneis hæredibus facultas libera eſt adire vel repudiare, niſi ſemel fuerit hæreditas adita: quia tunc non poteſt repudiari, niſi à minore. Aret inuc.*

¶ Extraneis [a] autem hæredibus deliberandi poteſtas eſt de adeunda hæreditate, vel non adeunda. Sed ſiue is, cui abſtinendi [h] poteſtas eſt, immiſcuerit ſe bonis hæreditatis: ſiue extraneus, cui de adeunda [i] hæreditate deliberare licet [k], adierit: poſtea relinquendæ hæreditatis facultatem non habet, niſi minor ſit vigintiquinq; annis.

a ¶ *Mutatio.* vt quia medio tempore efficiatur non capax: tamen his tribus temporibus bene inuenitur capax: vt hic, & ff. de hæred. inſtit. l. ſed ſi in conditione. §. ſolemus. & l. ſi alienum §. in extraneis. Sed contra. ff. de acqui. hære. l. ſi ſeru⁹ eius qui. Sed certe q̀ ſeruus in ſeruitute nõ dicebatur capax, vt ibi: ex perſona domini principaliter erat: nam dominus erat non capax. vnde eo manumiſſo non nocet ei manumiſsio: cũ præſumatur nunc, q̀ tunc fuerit capax. Itẽ ſunt arg. contra. ff. pro empto. le. ij. in princ. & in authen. vt eum de appella. cogno. §. generalem. coll. viij.

Iſta gloſ. nõ eſt Accurſii. *Iſta glo. etiam non eſt Accur. ſed additio.*

ADD. *Dic prout loquitur ibi in contractu emptionis, concordat: ſed quã loquitur in aliis contractibus, cõtradicit: ſed ibi loquitur in capace, & qui non patiebatur defectũ in perſona ſua, ſed hic ſecus. Ang.*

b ¶ *Tria tempora.* ſcilicet in extraneo hærede: ſed in ſuo & neceſſario exigitur vnũ, ſecundũ Ioan. ſcilicet temp⁹ mortis: vt. ſ. eo. §. ſui. Vel ſecundum Azonem, etiã tempus teſtamenti inſpicitur, tempus autem aditæ hæreditatis non inſpicitur: quia ſtatim ſunt hæredes patre mortuo, ſcilicet de iure ciuili: vt. ff. de ſuis & legi. l. in ſuis. In neceſſariis autem tantum duo tempora inſpiciũtur, ſcilicet teſtamẽti. & tempus mortis: vt ff. de hære. inſti. l. ſi alienum. j. reſpon. & l. ſeruum.

c ¶ *Factionem.* ſcilicet in actiua ſignificatione.

d ¶ *Adquirere.* ſcilicet poteſt.

e ¶ *Factionem.* in paſsiua ſignificatione.

f ¶ *Sibi.* ſi ſũt ſui iuris.

g ¶ *Alij.* ſi ſunt in aliena poteſtate. vt hic, & ff. de teſt. l. filiusfamilias. & facit ff. de flu. l. j. §. fina.

h ¶ *Abſtinendi.* vt eſt ſuus hæres, cui datur abſtinendi facultas p̄ prætorem: vt. ſ. e. §. neceſſarij.

i ¶ *De adeunda.* nota hic quatuor proportionabilia, ſcilicet immiſcere, & abſtinere, quæ duo pertinent ad ſuos hæredes. Item adire & repudiare: quę duo pertinent ad extraneos, vt hic dicitur. Sed quandoque ſuus dicitur adire & repudiare: vt C. de legit. hære. l. defunctis.

Hæredes ſui immiſcent & abſtinent, adeunt & repudiant extranei.

k ¶ *Deliberare.* intra annum deliberatiõis, petito tempore, & indulto & ab Imperiali culmine: à noſtris autem iudicibus intra nouem mẽſes: & non niſi ſemel peti poteſt: vt C. de

ſtato, ſiue etiam contra tab. vt *glo.ſing.in l. fin.§ 2. C.de cu. fu.ia rer. pro antiqua. A n geliue.*

a ¶ *Nuda voluntate.* oportet tamen, quòd extrinſecus declaretur. Si quid ergo pro hærede velut hæres geſſit, vt hic dicit: tunc voluntatem illam declarat, niſi proteſtetur ſe non vt hæredem facere: vt hic, & ff. de acquir. hæred. l. pro hærede. in princi. & l. gerit. Sed contra id quod dicit hic, nuda voluntate, eſt C. de iu del l. potuit. Sed certe eſt neceſſaria voluntas, & actus, ſi ab actu incipias. ſic & alias. ff. de acquir. poſſeſſ. l. quemadmodū. ADD. *Nuda vel hic dicitur, quæ facto aliquo non comitatur, ſigno tamen certo aliquo patefacta ac verbis declarata eſt. vt ſi dixerit ſe velle eſſe hæredem. Pro hærede autem animi eſt & facti. l. pro hærede. ff. de acquirend. poſſeſſ. A Emylius Ferr.*

b ¶ *Pro hærede.* id eſt, factis ipſis gerendo pro hærede.

c ¶ *Obiiſſe.* alias enim niſi hoc ſciat, non præiudicat ſibi aditio. nam non videtur adire. vt hic, & ff. de acquir. hær. l. ſi is. & l. eum qui.

d ¶ *Hæredem eſſe.* etiam pure. nam ſi ſub conditione, non ante exiſtentē conditionem adire: vt ff. de acquir. hære. l. is qui hæres. §. cæterum. Sunt & alia neceſſaria, ſcilicet vt ſit liber & ſui iuris, qui adit, alias non poterit, niſi iuſſu patris vel domini præcedente: vt ff. eo. l. ſi quis mihi. §. iuſſum. & l. quoties. Item oportet quod ſit compos mentis: vt in fine huius titu. Item quod ſit maior quatuordecim ann. alias non poteſt adire: vt C. de iure deli. l. potuit. & l. ſi infanti. in princ. Item quod ſciat mortuum eſſe teſtatorem: alias non poteſt adire: vt ff. de acquir. hære. l. is qui hæres. §. ſi quis dubitet. & l. qui hæreditatem. & l. neminem. & l. qui ſuperſtitis. Item certus de conditione teſtatoris eſſe debet: vt ff. de acq. hære. l. hæres. j. §. fin. & l. ſequen.

da voluntate[a] ſuſcipiendæ hæreditatis hæres fieri. Pro hærede[b] autē gerere quis videtur, ſi rebus hæreditariis tanquam hæres vtatur, vel vendendo res hæreditarias, vel prædia colendo locandóve, & quoquomodo voluntatem ſuam declaret, vel re, vel verbo de adeunda hæreditate: dūmodo ſciat eum, in cuius bonis pro hærede gerit, teſtatum inteſtatúmve obiiſſe[c], & ſe ei hæredem eſſe[d]. Pro hærede enim gerere, eſt pro domino[e] gerere. Veteres enim hæredes pro dominis appellabant. Sicut autem nuda voluntate extraneus hæres fit: ita contraria deſtinatione[f] ſtatim ab hæreditate repellitur. Eum, qui ſurdus, vel mutus natus, vel poſtea factus eſt, nihil prohibet pro hærede gerere, & acquirere ſibi hæreditatem: ſi tamen intelligit[g] quod agit.

e ¶ *Pro domino.* vnde hærus. id eſt, dominus: vt ff. ad legem Aquil. l. item Mela. §. item & cum eod. verſi. legis autem Aquiliæ. Item dicunt Teutonici, her, id eſt, dominus.

f ¶ *Deſtinatione.* dummodo & hoc actu extrinſeco decla retur. argu. tamen contra. ff. de pecu. [illegible] l. non ſtatim.

g ¶ *Intelligit.* non ergo demens vel furioſus.

TITVLVS XX.

DE LEGATIS.

¶ *Quoniam in teſtamentis legata relinquuntur, titulo de teſt. hic conuenienter ſubnectitur.*

Poſt hæc[h] videamus de legatis: quæ pars[i] iuris extra propoſitam[k] quidem materiam videtur: nam loquimur[l] de

DE LEGATIS.

¶ *Textus continuat iſtum titulum.*

Poſt hæc. Totus iſte titulus diuiditur in octo partes. Hæc enim fere explicat. Cur hoc loco de legatis, Quid ſit legatū, Quotuplex olim fuerit, Quid differat à fideicom. Quæ res legari poſſint, vel contrà, Quibus perſonis ea præſtentur, Quibus actionibus legata perantur, Quænam legata deficiant, extinguantur, inutilia ſint, vel contrà.

h ¶ *Poſt hæc.* ſcilicet q̄ diximus. ſ. de teſta. ordi. hucuſque.

i ¶ *Pars.* ſcilicet quæ eſt circa legata. & longa eſt: vt patet. ff. eo. per multos tit.

k ¶ *Propoſitam.* ſ. per quas perſo. no. acqui. §. fi. Accurſius.

l ¶ *Loquimur.* id eſt locuti ſumus. Et ſic tempus pro tempore ponitur: vt Cod. de iis, qui not. infam. l. ſi Poſſidonium.

tribus actionibus.

¶Noſtra autẽ conſtitutio[a], quàm cũ magna fecimus lucubratiõe[b], defunctorum volũtates[c] validiores[d] eſſe cupientes: & non verbis, ſed voluntatibus eorum fauentes, diſpoſuit, vt omnibus legatis[e] vna ſit natura[f]: & quibuſcunque verbis[g] aliquid relictum ſit, liceat legatariis id perſequi, non ſolum per actiones perſonales[h], ſed etiam per in rem[i], & per hypothecariam[k]. Cuius conſtitutionis perpenſum[l] modũ ex ipſis tenore perfectiſsimè accipere poſsibile eſt.

¶*Sublata legatorum & fideicommiſſorũ multiplici differentia, omnium hodie vna eademq; natura eſt.*

¶Sed non vſque

a ¶*Conſtitutio*, quæ eſt .C. comu. de leg. l. j.
b ¶*Lucubratione*. id eſt [illegible], [illegible] nocturna, nam [illegible]. Luna dicitur habere radios [illegible], & ſol claros: [illegible]. vt iud. [illegible] quoquo [illegible]ra. in princip. col. ij.
c ¶*Voluntates*. Interdum non eſt voluntas validior ſcriptura: vt. ff. de vſu. l. ſi a lij. & ff. de ſup. leg. l. c. Labeo. Et facit ad hoc, quod in textu dicitur, ſ. q voluntas ſit validior ſcriptura, quod eſt verum. vt ff. de leg. ij. l. cũ pater. §. cum imperfecta. & de lega. j. l. iiij. ſecundum Ioan. & hoc niſi ſit ĩpoſsibilis vel probroſa: vt. j. eo. §. ſi. vel inepta: vt ff. eo. ſeruo alieno. §. fin.
d ¶*Validiores*. quam ſint verba ſolennia, vel quam ſit ſcriptura.
e ¶*Omnibus legatis*. id eſt, omni genere legatorum.
f ¶*Vna ſit natura*. quantum ad hoc, vt debeantur: ſunt tamen quædam fauorabiliora aliis: vt. j. de obl. quæ ex quaſi cõtra. §. fina.
g ¶*Quibuſcunque verbis*. aptis tamen ad hoc ſic. ff. de conſti. pe. l. qui autem. in fi. & ibi in gloſ. fina. & l. ſequen.
h ¶*Per actiones perſonales*. ſcilicet ex teſtamento.
i ¶*Per in rem*, id eſt, per rei vendicationem. nam rectà via tranſit dominium in legatarium rei legatæ: vt ff. de fur. l. à Titio. Accur.
A D D. *Id eſt, ſtatim à morte teſtatoris, & vere ab adita hæreditate, reuocabiliter tamen. & hæc vera, quando pure legatur res teſtatoris, & legatarius non repudiat. Et tunc fructus poſt mortem & ante aditionem poſt moram tamen adeundi ab hærede percepti, demum facta aditione debent legatario reſtitui. Si vero legetur res hæredis, nullo modo tranſit dominium, niſi facta traditione.*
k ¶*Per hypothecariam*. ſcilicet in rebus aliis, quæ fuerunt defuncti. Et no. q ſi legatum ſit in ſpecie, & ſit res teſtatoris, competunt illæ tres actiones. Si in genere, vt ſeruum, competunt duæ. ſcilicet teſtamenti & hypothecæ, ſed in caſu tantum vna actio, ſ. ex teſtamento, & vna exceptio cõperit: vt ſi lego debitori liberationem: vt ff. de li. leg. l. quod mihi. & ff. vt in poſ. le. l. j. §. ſi debitori. Si autem ſit res aliena, duæ tantum competunt, ſcilicet perſonalis & hypothecaria: vt. C. commu. de leg. l. j. Non tamen omnibus aget, id eſt actione in rem, & ex teſtamẽto: ſed vna quam elegerit: vt. ff. de lega. ij. l. cum filius. §. variis. Sed ſi legatarius ſit dominus qualiter perſonali aget: vt. j. de act. §. ſi itaque. Reſpon. ratione poſſeſſionis: vt. ff. de cõdi. tri. l. ij.
A D D. *Et ſic ex teſtamẽto agitur ad præſtandum ſeu tradendum, non autem ad dandum. Vel dic quod. §. ſic itaque. loquitur in vero dominio facto per traditionem de iure communi, hic vero de iure ſpeciali ſine traditione. Igitur nõ eſt mirum, ſi datur concurſus, vt. l. e. in rebus. C. de iure do. ſecundum doct.*
l ¶*Perpenſum*. id eſt, deliberatum.
¶*Sed non vſq;*. C A S V S. Domine, iam video, quod feciſtis ſatis vtilem conſtitutionem circa materiam legatorum: in qua quidem conſtitutione ſatis diligenter legatariis prouiſum eſt: vnde videtur mihi, quod illa conſtitutio poſſit ſufficere. Sed ad hoc reſpond. Amice, certè minus bene videtur ſufficere. Non enim prædicta conſtitutione contenti ſumus. Inuenimus enim, quod antiquitas ſtricto iure concludebat legata, & fideicommiſſis pinguiorem naturam indulgebat. Idcirco nos hac differentia ab antiquo iure introducta moti, neceſſarium duximus omnia legata omnibus fideicommiſſis penitus exæquare, vt de cætero inter ea nulla ſit differentia. Statuimus enim eadem conſtitutione, vt quod hactenus legatis defuit, hoc ex natura fideicommiſſorum impleatur. ſi quid amplius etiam fuit in legatis, hoc fideicommiſſis accedat: & per hoc fideicom. & legata per noſtram cõſtitutionem exæquata ſunt. Vnde dixi, Quare igitur cõiunctim non tractatis de legatis & fideicom. Ad hoc reſpõd. Amice. ad hoc opti-

ma ratio nos induxit, vt diuiſim de illis tractare debeamus. Ne enim in his primis legum cunabulis coniunctim de legat. & fideicom. tractando, adoleſcētibus ſtudioſis difficultatē introducamus: vtile nobis viſum eſt ſeparatim primo de legat. & poſtea de fideicomm. animos informare, vt ita natura vtriuſque iuris per ſe cognita, facile poſſint iuuenes de vtriuſque natura erudiri, & permiſtionem eorundem ſubtilioribus aurib⁹ intelligere. Et hæc dicuntur vſque ad illū §. non ſolum. Franciſcus.

a ¶ *Sed non vſque ad eam.* id eſt, non ſumus contenti, ſcilicet dicta conſtitutione: imo & aliam fecimus circa iſtā & eandem materiā: vt C. cō. de leg. l. ij. Prima tamen remouet differentiam quatuor generum legat. ſ. in quo erat differentia inter ſe. Secunda verò remouet differentiā inter lega. & fideicō. Accur.

ad eam[a] conſtitutionem ſtandum eſſe exiſtimauimus. Cum enim antiquitatem inuenimus legata quidē ſtrictè[b] concludentem, fideicommiſſis autem, quæ ex voluntate magis[c] deſcendebant defunctorū pinguiorem naturam indulgentem: neceſſarium eſſe duximus, omnia legata fideicommiſſis exæquare[d], vt nulla ſit inter ea differentia, ſed quod deeſt[e] legatis, hoc repleatur ex natura fideicommiſſorum: & ſi quid amplius[f] eſt in legatis, per hoc creſcat fideicommiſſorum natura. Sed ne in primis legum cunabulis[g] permiſtim de his exponendo, ſtudioſis adoleſcētibus quādam introducamus difficultatē: operæpretium eſſe duximus[h], interim[i] ſeparatim prius de legatis[k], & poſtea de fideicōmiſſis[l] tractare: vt natura vtriuſq; iuris cognita[m], facilè poſſint permiſtionem eorum eruditi[n] ſubtilioribus auribus accipere.

¶ *Etiam res aliena poteſt legari: & hæ-*

tur, quod non erat in fideicommiſſis, vt j. de fideicomm. hære. in princ.

g ¶ *In primis legum cunabulis.* id eſt, hoc volumine. vt j. in proœ. circa medium.

h ¶ *Operæpretium eſſe duximus.* id eſt, pulchrum putauimus & vtile, vt dicitur in Saluſtio.

i ¶ *Interim.* id eſt, ante, quam veniamus ad illam conſtitutionem, vbi tractantur communia eorum.

k ¶ *De legatis.* vt hoc titulo, & duobus ſequentibus.

l ¶ *De fideicōmiſſis.* vt j. de fideicom. hæred. & alio ibi proximo tit.

m ¶ *Cognita.* id eſt, ſeparatim.

n ¶ *Eruditi.* ſic ſ. de iuſti. & iur. §. his igitur generaliter.

¶ *Non ſolum.* CASVS. Domine, iam video quid eſt legatum, & quot erant omnia genera legatorū, & qualiter authoritate veſtræ conſtitutionis natura legatorum & fideicommiſſorum exæquata eſt: & quæ ratio vos induxit ad ſeparatim tractandum primo de legatis, & poſtea de fideicommiſſis, pro Deo dicatis modo mihi, ſi placet, quæ res legari poſſunt. Ad hoc reſpondet: Amice, non ſolum res teſtatoris vel hæredis legari poteſt, ſed etiam aliena. Sed in hoc caſu, quando teſtator rem alienam legat, hæres eius cōpellitur rem legatam redimere à domino rei, ſi emere poteſt. Si enim nullo modo, vel pro non certo precio redimere poteſt, ad eius æſtimationem tenetur: & hoc verum eſt, ſi talis eſt res, cuius commercium haberi poſſit. Si enim res legata ſit talis, quòd ſuper ea contrahere non licet: tunc nec ipſa res, nec eius æſtimatio debetur. veluti, ſi teſtator alicui legauerit campum Martium, vel baſilicas, vel templa, vel ea quę ſunt publico vſui deſtinata. Nam in his caſibus legatū nullius momenti eſt. Sed quod diximus generaliter alienā rē legari poſſe, hoc ita intelligendum

b ¶ *Stricte.* id eſt, ſtricto iure: ſic vt teſtamento tantum debeantur: vt j. de fideicom. hære. §. præterea.

c ¶ *Magis.* ſ. quam legata: vt ab inteſtato etiā debeantur: vt j. de fideicom. hære. §. præterea. Vel dic ex voluntate magis, quam ex ſolennitate teſtamenti. Accur.

d ¶ *Exæquare.* quantū ad fidē & tractatū, non quantum ad verba. nam non dicitur hodie legataria libertas & hæreditas: licet fideicōmiſſaria appelletur. Item propter legatum non cogitur quis adire, ſed propter fideicom. vniuerſale ſic: vt j. ad leg. Fal. §. quantitas. verſi. ex diuerſo. & ad Treb. l. quia poterat. & j. de fideicom. hære. §. ergo. verſic. ſed ſi recuſet.

e ¶ *Sed quod deeſt.* In tribus enim deeſt: vt j. eod. § poſt mortem. & j. de fideicom. hære. §. præterea. & j. de ſing. re. per fideicom. rel. in princ.

f ¶ *Amplius.* ſcilicet vt ex neceſſitate dē[illegible]

gendum eſt, ſcilicet ſi teſtator quādo legauit, ſciebat rem alienam eſſe: non autē ſi ignorabat alienā eſſe: quia tunc forſitā ſi ſciuiſſet eam alienā eſſe, non legaſſet: & ita ſumma hæc Diuus Pius reſcripſit. Sed pone caſum. Quidā legauit Petro rē alienam. Vnde mortuo teſtatore, Petrus illud legatū petebat ab hærede. hæres autē ex aduerſo ad ſuā defenſionem allegabat teſtatorē ignoraſſe illam rem eſſe alienam. & idcirco dicebat ſe non teneri ad huiuſ legati præſtationem. legatarius vero in contrarium aſſerebat teſtatorē ſciuiſſe rem alienā. & ita dicebat legatum valere, vnde magna fuit diſcordia inter hæredem & legatariū, ſuper iſto legato. Pro Deo Domine, dicatis mihi, quid iuris eſt in caſu iſto, videlicet vtrum legatarius debeat probare teſtatorem ſciuiſſe rem alienam eſſe: vel hæres debeat probare teſtatorem ignoraſſe? Ad hoc reſpondet: Amice, in hoc caſu verius eſt ipſum legatarium oportere probare ſcientiā teſtatoris. Non autē oportet hæredem probare ipſius ignorātiam. & hoc propter illam regulam generalē, qua cauetur, quod ſemper neceſſitas probandi illi incumbit, qui agit. Igitur cum legatarius in hoc caſu agat ad legatum ſibi relictum præſtandum: merito onus probandi ei debet incumbere. Et non ſolum in caſu iſto prædicto locum habet hæc diſtinctio, ſed etiam in alio caſu: veluti, ſi teſtator legauit rem creditori ſuo obligatam. Nam in hoc caſu idem placet, quod in ſuperiori fit: vt videlicet ita demum neceſſe habeat hæres eam a creditore luere, ſi teſtator ſciebat rem eſſe obligatam, & ita Diui Seuerus & Antoninus reſcripſerunt. & hoc eſt verum, niſi appareat de contraria voluntate teſtatoris. Nam ſi teſtator voluerit legatarium luere, & hoc in teſtamento & codicillis expreſſit: quamuis teſtator ſciebat rem obligatam, hæres tamen in hoc caſu eam luere non debet. Et hæc dicuntur vſque ad illum. §. ſi res aliena. Franc.

res tenetur eā redimere, ſi poteſt & ſoluere: alias tenetur æſtimationem præſtare: Et hoc verum, ſi teſtator ſciat eſſe rem alienam: & agenti incumbit onus probandi. Aretinus.

¶Non ſolùm autē teſtatoris vel hæredis[a] res, ſed etiam aliena[b] legari poteſt: ita vt hæres cogatur redimere[c] eam, & præſtare: vel ſi eam non poteſt redimere[d], æſtimationem eius dare. Sed ſi talis ſit res, cuius commercium non eſt[e], [illegible], nec[f] æſtimatio[g] eius debetur: veluti ſi quis campum Martium, vel

a ¶*Hæredis.* & in his nihil refert, an ſcierit hoc defunctus, an ignorauerit: vt j. co. §. ſi quis rem ſuam. & ff. de leg. ij. l. vnum ex familia. §. ſi rem tuam. Idem de re communi legata, ſecundum Ioan. vt ff. eod. l. v. §. j. & ij. ſed certe ibi non valet legatum, niſi pro ea parte, pro qua non eſt error.

b ¶*Aliena.* etiam hoſtium: vt ff. eo. j. l. ab omnibus. §. etiam, ſecundum Ioā. item ab hoſtibus capta: vt ff. eo. j. l. ſeruus. ab hoſtibus. & l. id quod.

c ¶*Cogatur redimere.* ſpeciale propter præceptum ſenatus. hoc ff. cōmuni diui. l. communi diuidundo. §. ſi. n. Regulariter contra: vt C. de contrah. emp. l. inuitum.

d ¶*Non poteſt redimere.* vllo modo. quia non vult vendere. vel ſi vult: tamen nimium petit pro pretio. vt ff. eod. l. non dubium. §. fin. & de leg. j. l. apud Iulianum. §. cuiuſuis.

e ¶*Commercium non eſt,* id eſt, non poteſt ſuper ea re contractus haberi.

A D D. *Commercium eſt, vt ait Vlp. in titul. 18 emendi vendendique inuicem ius.*

f ¶*Adipiſci.* paſſiue accipitur, id eſt, acquiri vel haberi.

g ¶*Nec æſtimatio.* Si apud nullum eſt cōmercium: vel etiam eſt, ſed cum grandi difficultate, non valet legatū vt hic, & ff. eo. l. apud Iulianum. §. fi. niſi teſtator voluerit contrarium manifeſte: vt ff. eo. j. l. ſi quis inquilinos. ad fin. tit. & ibi glo. ij. & niſi in alio caſu vt ſi liber homo ſibi legetur, qui fuerat redemptus ab hoſtibus: quo caſu à pignore eximitur: vt ff. eod. l. ſenatus. j. §. fin. Si autem commercium eſt in communi, ſed non eſt ei, [illegible] à quo relinquitur: valet vt ipſum detur, vel eius æſtimatio: vt ff. eo. ij. l. mortuo boue. §. Labeo. ij. reſpon. & ſic intelligitur ff. de lega. j. l. ſed ſi res. Si autem tantum ei non eſt, cui præſtari debet: ſi propter ſuū delictum, vel ſectæ diuerſitatem, vt in Iudæo & mancipio Chriſtiano: vt C. ne Iud. Chriſtia. man. l. j. non valet, nec æſtimatio datur: vt ff. de leg. ij. l. mortuo boue. §. Labeo j. reſpon. & de verb. oblig. l. multum intereſt. Si propter ſtatus conditionem, vel corporis vitiū: vt quia ſeruo militia, vel contracto legetur ſtipendiū curſoris, ſi teſtator ſcit vitium ineſſe detur æſtimatio: alias non: vt ff. de leg. iij. l. ſi filiusfam. §. ſi ſeruo alieno. & ff. eo. j. l. filiuſfamilias. §. ſi quid alicui.

Baſilicas[a], vel templa, vel quæ publico vſui deſtinata ſunt[b], legauerit. nam nullius momenti tale legatum eſt. Quòd autem diximus, alienam rem poſſe legari: ita intelligendum eſt, ſi defunctus ſciebat alienam rem eſſe, non ſi ignorabat[c]. forſitan enim, ſi ſciuiſſet[d] alienam rem eſſe, non legaſſet: & ita diuus Pius reſcripſit. Et verius eſt[e] ipſum, qui agit, id eſt, legatarium, probare oportere, ſciuiſſe alienam rem legare defunctum: nõ hæredem probare oportere, ignoraſſe alienam: quia ſemper neceſſitas probandi incumbit illi qui agit[f].

¶ *Rei hypothecatæ, quam teſtator cuipiam ſciens prudénſque legauerat, luitio ad hæredem ſpectat: niſi aliud ſenſiſſe teſtatorẽ appareat.*

¶ Sed & ſi rem obligatam creditori aliquis legauerit: neceſſe habet hæres eam luere[g]. Et in hoc quoque caſu idem placet, quod in re aliena: vt ita demum luere neceſſe habeat hæres, ſi ſciebat defunctus rem obligatam eſſe. & ita diui Seuerus & Antoninus reſcripſerunt. Si tamen defunctus, voluerit legatariũ luere, & hoc expreſſerit: non debet hæres eam luere.

¶ *Legatarius rei ſibi legatæ dominium ex cauſa lucratiua nactus, legatum nequaquam petere poteſt: diuerſum erit ſi ex oneroſa: qui tamen lucratiuo titulo æſti-*

Baſilica. a ¶ *Baſilicas.* Baſilica Græce, Latine regia domus dicuntur. Accurſius.

A D D. *De campo Martio vide Hotomanum in orationem pro Quintio. Baſilica autem Romæ, loca fuerunt ampla & publica, circum forũ ſecta, in quib⁹ iudicia exercebãtur: dicta quaſi Regiæ domus.*

b ¶ *Deſtinata ſunt.* vt via publica.

c ¶ *Ignorabat.* quæ ignorãtia nocet, niſi coniunctę perſonę ſit relictum: vt C. eodẽ. l. cum rem alienam. & niſi cum relinquitur, libertas ſeruo alieno: vt ff. de fideicom. lib. l. Paulus. j. reſp.

Legatum ſi euincatur, Quid ſi res legata fuerit eui-cta? Reſpon. ſi in ſpecie non teneri debet hæres de euictione: vt ff. de euictio. l. hæres. & ff. de lega. primo. l. ſi à ſubſtituto. §. hæres. Si in genere, ſiue extra iudiciũ, ſiue in iudicio tradita fuerit legatario nõ ſtipulanti, de euictione aget. ac ſi nihil ſibi datum eſſet: ſi eſt extraneus, ſcilicet iſte legatarius vt ff. de legat. j. l. ſi domus. §. j. & l. nõ quocunque. & de leg. ij. l. qui concubinam. §. ſi hæres. & de euict. l. hæres. Si de coniunctis eſt legatarius, vt ſi vni de fratribus eſt prælegatum, non agit, ne creſcat inuidia inter eos: vt C. de bon. quæ lib. l. cum oportet. & ff. de leg. ij. l. cum pater. §. euictis. Sed quando omnibus eſt prælegatum, omnes agunt: ſiue diſtributio prælegatorum ſit per iudicem facta, ſiue per partes. Si autem à teſtatore, excipiendo ſeruant, non agendo: vt C. communia vtriuſq; iud. l. ſi fratres. & ff. de leg. ij. l. cũ pater. §. euictis.

d ¶ *Si ſciuiſſet.* in eo caſu quo ignorauit.

e ¶ *Et verius eſt.* vt ff. de proba. l. verius. C. de rei vendi. l. fin. & ibi gloſ. fin. & ff. de edendo. l. qui accuſare volunt. C. de except. l. ſi quidem. j. de interd. § commodum. C. de act. & obl. l. negantes. & C. de prob. l. actor.

f ¶ *Qui agit.* niſi qui negat, neget ius, & niſi præſumeret ius pro actore. tunc enim probat reus negãs: vt ff. de probatio. l. ab ea parte. & ff. de dona. inter virũ & vxorem. l. Quintus.

alias rem ſuam obligatam.

g ¶ *Luere.* tribus caſibus luit hæres: ſi ſciebat teſtator rẽ eſſe obligatã, vt hic. Item ſi ignorabat, ſed relinquit coniunctæ perſonæ: vt C. de fideicom. l. prædia. vel pro tanto res erat obligata, quantum valet, vel pro maiori ſumma: vt de leg. j. l. ſi res obligata. §. j.

Legata res obligata ... hæres in ... tada.

A D D I. *Nota quòd quando teſtator legat rem pignoratam, obligatam pro tanto vel pluri quã valebat: ſiue ſciuerit, ſiue ignorauerit obligatam: tenetur hæres luere. Nam ſi teneretur legatarius, ex legato nullum commodum reportaret. Sed tamen dubium facit, quia quando obligatur res pro tanto vel pluri quam valeat, videtur res ipſa haberi pro alienata. facit quod not. glo. in l. qui habebat. ff. de lega. 3. Sed quando legatur extraneo res aliena ignorãter, non tenetur hæres luere, ergo nec hoc caſu. & hanc tenuit Rapha. ſed hæc eſt communior. Iaſo. Aduertere diligenter, quòd luo, eſt verbum æquiuocum ad quatuor. Vno modo ſignificat redimere ſiue liberare: vt luo pignus are. & ſic accipitur hic. Secundo modo eſt ſuſtinere ſiue pati, vel*

Luo luis, habet quatuor ſignificata.

tõ, vel puniẽ, vt fur luit pœnas, & crux luit mala, id eſt, punit. Tertio modo eſt purgare vel expellere: vt lux luit tenebras. Quarto modo pertinet ad actum venereum, cum oues ſunt in ardore coeundi. Vnde verſus, Aere luo pignus, cruce pœnas, luce tenebras. Dicitur & luere, quando ſaluitur ouis. Vel ſic & breuius, Crux luit, as, crepo, lux, mala, pignus, ouem, tenebráſque. De hoc eſt glo. not. in. l. licet certo. C. de locato & conducto.

mationem rei adeptus fuit, non prohibetur ex alio rem ipſam petere.

¶ Si res aliena legata fuerit, & eius rei viuo teſtatore[a] legatarius dominus factus fuerit: ſi quidem ex cauſa emptionis, ex teſtamento actione pretium conſequi poteſt[b]. Si verò ex cauſa lucratiua, veluti ex donatione, vel ex alia[c] ſimili cauſa: agere[d] non poteſt. nam traditu[e] eſt, duas lucratiuas cauſas in eundẽ hominem[f] & eandem rem[g] concurrere non poſſe[h]. Hac ratione[i] ſi ex duobus teſtamẽtis[k] eadem

ſed rem, quæ tantum eſt in obligatione, ſecundum nos: æſtimatio tamen datur propter defectum: vt ff. de verb. obliga. l. ſi ſeruum §. effectus. Sed contra nos eſt. ff. de leg. iij. l ſi res mihi. Reſpondet ibi, propter defectum iuris petendi, ex præſumpta voluntate defuncti rem legatam legatarius amiſit: ſed hic non ex voluntate defuncti amiſit emendo. Quidam tamen dicunt æſtimationẽ eſſe in obligatione: vt ff. de condict. fur. l. in re furtiua. in princip. ibi, ſed vtium in fin. Et no. quatuor caſus, quibus peto id quod habeo. Primus eſt vbi res mihi data poteſt auferri: vt ff. de ſol. l. ſi rem. & l. qui res. j. reſpon. Item ſi habeo ex alia cauſa, quam debeam habere: quia non videor habere, cum pretium abſit: vt hic. Item ſi aliquid iuris rei deeſt, id adhuc tradendum eſt: vt ff. de ſol. l. etiam. & de verb. obli. l. Iulianus. §. finali. Itẽ ſi res deterior eſt dulo dantis: ex cauſa ſtricti iuris datur de dolo, licet habeat rem: vt ff. de dolo. l. & eleganter. §. non ſolum. ſed in bonæ fidei agitur ex primo contractu: vt ff. commoda. l. iij. §. ſi reddita.

¶ Si res aliena. CASVS. Domine, quidam legauit P. rem alienam: & P. viuente adhuc teſtatore conſecurus fuit dominium illius rei. modo quæro, vtrum mortuo teſtatore P. ratione illius legati cuius dominium habuit ante mortem teſtatoris, aliquid conſequi ab eius hærede poſſit? Ad hoc reſpõ. Amice, ſi res aliena legata fuerit, & eiuſdem dominium legatarius viuo teſtatore conſecutus fuerit: diſtinguendum eſt ex qua cauſa legatarius conſecutus fuerit dominium rei legatæ. nam ſi ex cauſa emptionis, vel alia cauſa onerosa dominium conſecutus fuerit: nihilominus actione ex teſt. æſtimationem eiuſdem rei ab hærede teſtatoris conſequi poterit: ſi vero ex cauſa donationis, vel ex alia cauſa lucratiua, puta ex cauſa legati in alio teſtamento ſibi relicti factus fuerit dominus rei illius: tunc decætero ab hærede nihil petere poterit: & hoc propter regulam iuris generalem, qua cauetur duas lucratiuas cauſas in eundem hominem, & in eandem rem non poſſe directe concurrere. Et eadem ratione ſi ex duorum teſtamentis eadem res alicui legatario debeatur: multum refert: vtrum legatarius rem an æſtimationem ex teſtamento vnius conſecutus ſit. nam ſi ipſam rem habeat: aduerſus hæredem alterius agere nõ poterit: cum ex cauſa lucratiua iam ipſam rem habeat. Si vero æſtimationem illius rei conſecutus prius fuerit: nihilominus ab hærede alterius ipſam rem conſequi poterit. Et hæc dicuntur vſque ad illum. §. ea quoque res. Franc.

a ¶ *Viuo teſtatore.* idem eſt & ſi poſt mortem: vt j. §. ſi cui.

b ¶ *Conſequi poteſt.* Nota caute posuit, conſequi. nam pretium petere non poteſt

c ¶ *Ex alia.* vt legati: vt ff. man. l. ſi hæreditatem. non dotis promiſſione: vt ff. de act. & oblig. l. ex promiſſione.

d ¶ *Agere.* etiam ſi ſua poſtea eſſe deſinit: vt ff de leg. ij. l. Mæuius. §. duobus.

e ¶ *Traditum.* à iure: vt ff. de act. & oblig. l. omnes. & ff. de leg. j. l. ſi ſeruus legatus Stichum.

f ¶ *In eundem hominem.* ff. eo. l. ſi ſeruus. §. j contra. Solu. ibi per obliquum concurrunt, non directo: vt hic, & arg. ff. de vulga. ſubſtit. l. quæ liberis. §. fin.

g ¶ *Rem.* id eſt, ſpeciem. aliud ſi quantitatem: vt ff. de legat. ij. l. Titia Seio. in principio.

h ¶ *Non poſſe.* ſed cur ſecus quãdo emit? Reſpon quia nec rem habere videtur: cũ pretium ei abſit, & loco rei ſucceſſerit: vt ff. de peti. hære. l. ſi & rem. & quod metus cauſa. l. videamus. & l. ſi ipſa.

i ¶ *Hac ratione.* ſcilicet ſupradictæ regulæ.

k ¶ *Ex duobus teſtamentis.* ſ. duorum hominum. ſi enim vnius eſſet, primum per

ſecundum corrrigetur: vt ĩ. qui mo. teſta. infr. §. poſteriore. Quid ſi in eundem bis le gauit? Reſp. diſtingue ſpeciem a quantita te: vt ff. de lega. j. l. plane vbi §. ſi eadem. vſque ad illum. §. ſi coniunctim.

l. cum ſeruus. & l. ſi ſeruus legatus. j. reſp.
e ¶ *Natum erit.* & tunc competit ſibi exactio: vt ff. de ver. oblig. l. interdũ. j. reſp.
¶ *Si eadem res.* CASVS. Domine, quidam legauit eandem rem duobus P. & M.

a ¶ *Agere non poteſt.* vt ff. de lega. j. l. plane vbi. §. ſi eadem. verſ. ſed ſi duorum. contra: vt ſequitur ex eodem teſtamento. Sol. illa intelligitur ſecũdum huius. §. diſtinctionem.
b ¶ *Agere poteſt.* ff. de lega. j. l. huiuſmodi. §. j. contra. Solu. ibi teſtatoris & hæredis teſtantis eſt eadem perſona: vt in authent. de iureiuran. à mo. in princip. colla. v. Vel ibi in ſecundo legato commodum repræſentationis primi legati relictum videtur: vt j. c. §. ex contrario. quia non videtur legari bis in duobus teſtamentis: ideo non habebit niſi ſemel.

res eidem debeatur: intereſt, vtrũ rem, an æſtimationem ex teſtamento conſecutus ſit. Nam ſi rẽ habet, agere non poteſt[a]: quia habet eam ex cauſa lucratiua. ſi æſtimationem, agere poteſt[b].

¶ *Etiam res futura, quæ tamen eſſe ſperatur, legari poteſt. Aretinus.*

¶ Ea quoque res[c], quæ in rerum natura non eſt, ſi modò futura eſt[d], rectè legatur: veluti fructus, qui in illo fundo nati erunt, aut quod ex illa ancilla natum erit[e].

¶ *Euiuſdem rei legatum duobus coniunctim aut ſeparatim factum, vtrique accepturi æquis portionibus quæritur: ſi autẽ alterius portio defecta fuerit, accreſcẽdi quodam iure ad collegatarium pertinebit.*

¶ Si eadẽ res duobus[f] legata ſit, ſiue coniunctim[g], ſiue diſiunctim[h]: ſi ambo perueniant ad legatum: ſcinditur[i] inter eos legatum. ſi alter deficiat: quia aut ſpre

ego quæro, qd iuris ſit in isto caſu? Ad hoc reſpon. Amice, ſi duobus eadem res legata ſit. ſi diuiſim vel cõiunctim legetur. ſi ambo peruenerint ad legatum, diuidetur inter eos legatum. Si autẽ alter eorũ per modum repudiãdi deficiat, vt quia legatũ peruenit in caſum caduci: vt puta, quia legatarius deceſſerit viuo teſtatore: vel ſi quolibet alio modo deficiat, veluti per mortẽ ciuilem: tunc omnibus his caſibus totum legatũ ad legatarium iure accreſcendi pertinebit. Sed Domine, iam video, quid iuris eſt, quando eadem res legatur duobus: ſiue coniunctim, ſiue diſiunctim, pro Deo dicatis mihi, quando quis cenſetur legare coniunctim, & quando diſiunctim? Ad hoc reſp. quòd coniunctim videtur quis legare in hũc modum: veluti ſi quis dicat, Titio & Seio hominem Stichum do lego. Sed diſiunctim videtur quis ita legare: veluti ſi dicat, Titio Stichum do lego: Seio Stichũ do lego. nam in hoc caſu etiam ſi expreſſerit eundem hominem ſcilicet, dicendo ſic, Stichũ do lego, nihilominus eum diſiunctim legare intelligitur. Et hæc vſque ad illum. §. ſi cui fundus. Franc. de Aret.

¶ *Ea quoque.* CASVS. Domine, pono, q aliquis legauit rem, quæ tempore conditi teſtamenti in rerum natura non erat, futura tamen ſperabatur: nunquid valet legatum? Et reſpon. quòd ſic. ea enim res quæ in rerum natura non eſt, ſi tamen futura ſperetur, rectè legari poteſt: veluti ſi teſtator legauerit fructus, qui in fundo Semproniano nati erunt: vel ſi legauerit, quod ab ancilla natum erit. nam in vtroque caſu valet legatum. Et hæc dicuntur vſque ad illum. §. ſi eadem res duobus. Franciſcus de Aret.
c ¶ *Ea quoque res.* ſic ff. de leg. j. l. quod in rerum. in prin. & de leg. iij. l. etiã. Accur.
d ¶ *Futura eſt.* ſi autem nec fuit res, nec eſt in rerum natura, nec erit: vt chimera: vel fuit, ſed non eſt: vt homo mortuus non poteſt legari. vt ĩ. de inu. ſtip. in prin. Si autem eſt dubium, an ſit vel non ſit in rerum natura: cauet hæres de proſequendo & reſtituendo: vt ff. de le. j. l. ſeruo legato. §. fina. Idem in ſeruo legato, qui fugerat ante teſtamentum: aliud in eo, qui fugerat poſt, ſcilicet teſtamentũ. qui ſcilicet eſt periculo legatarij: vt ff. eod. tit.

f ¶ *Duobus.* quid ſi dicat, illi aut illi lego? Reſpon. duo rei ſtipulandi eſſe videntur: vt ff. de leg. ij. l. ſi Titio aut Seio.
g ¶ *Coniunctim.* ſcilicet per copulatiuam coniunctionem: vt ff. de hæred. inſtit. l. ſi ita quis hæredes.
h ¶ *Diſiunctim.* id eſt, ſeparatim: vt ĩ. proximo. §.
i ¶ *Scinditur.* viriliter, niſi ſimul duo coniuncti eſſent, qui locum vnius obtinent: vt ff. de hæred. inſtit. l. Titius. & l. interdum. in princip.

uerit legatum, aut viuo teſtatore[a] deceſſerit[b], vel alio quoquo modo defecerit[c]: totum ad collegatarium pertinet. Cõiunctim[d] autem legatur, veluti ſi quis dicat, Titio & Seio hominẽ Stichum do lego. Diſiunctim[e] ita, Titio hominẽ Stichum do, lego, Seio hominem Stichũ do lego[f]. Sed & ſi expreſſerit, eundem hominem Stichum: æquè diſiunctim[g] legatum intelligitur.

¶ Quoniam in teſtamentis legata relinquuntur, titulo de teſt. hic conuenienter ſubnectitur.

Poſt hæc[h] videamus de legatis: quæ pars[i] iuris extra propoſitam[k] quidem materiam videtur: nam loquimur[l] de

ſtatio, ſiue etiam contra tab. vt [illegible] gl. ſing. in l. fin. § 1. C. de cu. fu. in ver. pro antiqua. Angelus.

a ¶ *Nuda voluntate.* oportet tamen, quòd extrinſecus declaretur. Si quid ergo pro hærede velut hæres geſſit, vt hic dicit: tunc voluntatem illam declarat, niſi proteſtetur ſe non vt hæredem facere: vt hic, & ff. de acquir hæred. l. pro hærede. in princ. & l. gerit. Sed contra id quod dicit hic, nuda voluntate, ex C. de iu. del l. potuit. Sed certe eſt neceſſaria voluntas, & actus, ſi ab actu incipias. ſic & ſtas. ff. de acquir. poſſeſſ. l. quemadmodū. ADD. *Nuda vel hic dicitur, quæ facto aliquo non cumulatur, ſigno tamen certo aliquo patefacta & verbis declarata eſt. vt ſi dixeris ſe velle eſſe hæredem. Pro hærede autem animi eſt & facti. l. pro hærede. ff. de acquirend. poſſeſſ. Aemylius Ferr.*

b ¶ *Pro hærede.* id eſt, factis ipſis gerendo pro hærede.

c ¶ *Obiiſſe.* alias enim niſi hoc ſciat, non præiudicat ſibi aditio. nam non videtur adire vt hic, & ff. de acquir. hær. l. ſi is. & l. eum qui.

d ¶ *Hæredem eſſe.* etiam pure. nam ſi ſub conditione, non ante exiſtentē conditionem adiret: vt ff. de acquiv. hære. l. is qui hæres. §. cæterum. Sunt & alia neceſſaria, ſcilicet vt ſit liber & ſui iuris, qui adit, alias non poterit, niſi iuſſu patris vel domini præcedente: vt ff. eo. l. ſi quis mihi. §. iuſſum. & l. quoties. Item oportet quòd ſit compos mentis: vt in fine huius titu. Item quod ſit maior quatuordecim ann. alias non poteſt adire: vt C. de iure deli. l. potuit. & l. ſi infanti. in princ. Item quod ſciat mortuum eſſe teſtatorem: alias non poteſt adire: vt ff. de acquir. hære. l. is qui hæres. §. ſi quis dubitet. & l. qui hæreditatem. & l. neminem. & l. qui ſuperſtitis. Item certus de conditione teſtatoris eſſe debet: vt ff. de acq. hære. l. hæres. §. ſi. & l. ſequen.

e ¶ *Pro dominis.* vnde hærus. id eſt, dominus: vt ff. ad legem Aquil. l. item Mela. §. item & cum eod. verſi. legis autem Aquiliæ. Item dicunt Teuthonici, her, id eſt, dominus.

f ¶ *Deſtinatione.* dummodo & hoc actu extrinſeco declaretur. argu. tamen contra. ff. de pecu. [illegible] l. non ſtatim.

g ¶ *Intelligit.* non ergo demens vel furioſus.

DE LEGATIS.

¶ Textus continuat iſtum titulum.

P*oſt hæc.* Totus iſte titulus diuiditur in octo partes. Hæc enim fere explicat. Cur hoc loco de legatis, Quid ſit legatū, Quotuplex olim fuerit, Quid differat à fideicom. Quæ res legari poſſint, vel contrà, Quibus perſonis ea præſtentur, Quibus actionibus legata petantur, Quænam legata deficiant, extinguantur, inutilia ſint, vel contrà.

h ¶ *Poſt hæc.* ſcilicet q̃ diximus. ſ. de teſta. ordi. hucuſque.

i ¶ *Pars.* ſcilicet quæ eſt circa legata. & longa eſt: vt patet. ff. eo. per multos tit.

k ¶ *Propoſitam.* ſ. per quas perſo. no. acqui. §. ſi. Accurſius.

l ¶ *Loquimur.* id eſt locuti ſumus. Et ſic tempus pro tempore ponitur: vt Cod. de iis, qui not. infam. l. ſi Poſſidonium.

tribus actionibus.

¶ Noſtra autẽ conſtitutio[a], quàm cũ magnã fecimus lucubratiõe[b], defunctorum volũtates[c] validiores[d] eſſe cupientes: & non verbis, ſed voluntatibus eorum fauentes, diſpoſuit, vt omnibus legatis[e] vna ſit natura[f]: & quibuſcunque verbis[g] aliquid relictum ſit, liceat legatariis id perſequi, non ſolum per actiones perſonales[h], ſed etiam per in rem[i], & per hypothecariam[k]. Cuius conſtitutionis perpenſum[l] modũ ex ipſi' tenore perfectiſsimè accipere poſsibile eſt.

¶ Sublata legatorum & fideicommiſſorũ multiplici differentia, omnium hodie vna eademq; natura eſt.

¶ Sed non vſque

a ¶ *Conſtitutio*, quæ eſt. C. commu. de leg. l. j.
b ¶ *Lucubratione*. id eſt vigilatione, maxime nocturna, nam ſecundum Papiol. Luna dicitur habere radios lucubres, id eſt ſubclaros: ſic in authen. vt iud. ſine quoquo ſuffra. in princip. col. ij.
c ¶ *Voluntates*. Interdum non eſt voluntas validior ſcriptura: vt. ff. de vſu. l. ſi a iij. & ff. de ſup. leg. le. Labeo. Et facit ad hoc, quod in textu dicitur. ſ. q̃ voluntas ſit validior ſcriptura, quod eſt verum. vt ff. de leg. ij. l. cũ pater. §. cum imperfecta. & de lega. j. l. iiij. ſecundum Ioan. & hoc niſi ſit impoſsibilis vel probroſa: vt. j. eo. §. ſi. vel inepta. vt ff. eo. ſeruo alieno. § fin.
d ¶ *Validiores*. quam ſint verba ſolennia, vel quam ſit ſcriptura.
e ¶ *Omnibus legatis*. id eſt, omni genere legatorum.
f ¶ *Vna ſit natura*. quantum ad hoc, vt debeantur: ſunt tamen quædam fauorabiliora aliis: vt. j. de obl. quæ ex quaſi contra. §. fina.
g ¶ *Quibuſcunque verbis*. aptis tamen ad hoc ſic. ff. de condi. pe. l. qui autem. in fi. & ibi in gloſ. ſina. & l. ſequen.
h ¶ *Per actiones perſonales*. ſcilicet ex teſtamento.
i ¶ *Per in rem*. id eſt, per rei vendicationem. nam rectà via tranſit dominium in legatarium rei legatæ. vt ff. de fur. l. à Titio. Accur.
A D D. *Id eſt, ſicte à morte teſtatoris, & vere ab adita hæreditate, reuocabiliter tamen. & hac vera, quando pure legatur res teſtatoris, & legatarius non repudiat. Et tunc fructus poſt mortem & ante aditionem poſt moram tamen adeundi ab hærede percepti, demum facta aditione debent legatariis reſtitui. Si vero legetur res hæredis, nullo modo tranſit dominium, niſi facta traditione.*
k ¶ *Per hypothecariam*. ſcilicet in rebus aliis, quæ fuerunt defuncti. Et no. q̃ ſi legatum ſit in ſpecie, & ſit res teſtatoris: competunt illæ tres actiones. Si in genere, vt ſeruum, competunt duæ. ſcilicet teſtamenti & hypothecæ. ſed in caſu tantum vna actio. ſ. ex teſtamento, & vna exceptio cõpetit: vt ſi legoa debitori liberationem: vt ff. de li. leg. l. quod mihi. & ff. vt in poſ. le. l. j. §. ſi debitori. Si autem ſit res aliena, duæ tantum competunt. ſcilicet perſonalis & hypothecaria: vt. C. commu. de leg. l. j. Non tamen omnibus aget, id eſt actione in rem, & ex teſtamẽto: ſed vna quam elegerit: vt. ff. de lega. ij. l. cum filius. §. variis. Sed ſi legatarius ſit dominus qualiter perſonali aget: vt. j. de act. §. ſi itaque. Reſpon. ratione poſſeſſionis: vt. ff. de cõdi. tri. l. ij.
A D D. *Et ſic ex teſtamẽto agitur ad præſtandum ſeu tradendum, non autem ad dandum. Vel dic quod. §. ſic itaque. loquitur in vero domino facto per traditionem de iure communi, hic vero de iure ſpeciali ſine traditione. Igitur nõ eſt mirum, ſi datur concurſus, vt. l. in rebus. C. de iure do. ſecundum doct.*
l ¶ *Perpenſum*. id eſt, deliberatum.
¶ *Sed non vſq;*. C A S V S. Domine, iam video, quod feciſtis ſatis vtilem conſtitutionem circa materiam legatorum: in qua quidem conſtitutione ſatis diligenter legatariis prouiſum eſt: vnde videtur mihi, quod illa conſtitutio poſsit ſufficere. Sed ad hoc reſpond. Amice, certe minus bene videtur ſufficere. Non enim prædicta conſtitutione contenti ſumus. Inuenimus enim, quod antiquitas ſtricto iure concludebat legata, & fideicommiſſis pinguiorem naturam indulgebat. Idcirco nos hac differentia ab antiquo iure introducta moti, neceſſarium duximus omnia legata omnibus fideicommiſsis penitus exæquare, vt de cætero inter ea nulla ſit differentia. Statuimus enim eadem conſtitutione, vt quod hactenus legatis defuit, hoc ex natura fideicommiſſorum impleatur. ſi quid amplius etiam fuit in legatis, hoc fideicommiſsis accedat: & per hoc fideicom. & legata per noſtram cõſtitutionem exæquata ſunt. Vnde dixi, Quare igitur cõiunctim non tractatis de legatis & fideicom. Ad hoc reſpõd. Amice. ad hoc opti-

ma ratio nos induxit, vt diuiſim de illis tractare debeamus. Ne enim in his primis legum cunabulis coniunctim de legat. & fideicom. tractando, adoleſcētibus ſtudioſis difficultatē introducamus: vtile nobis viſum eſt ſeparatim primo de legat. & poſtea de fideicomm. animos informare, vt ita natura vtriuſque iuris per ſe cognita, facile poſſint iuuenes de vtriuſque natura eruditi, & permiſtionem eorundem ſubtiliorem aurib' intelligere. Et hæc dicuntur vſque ad illū. §. non ſolum. Franciſcus.

ad eam[a] conſtitutionem ſtandum eſſe exiſtimauimus. Cum enim antiquitatem inuenimus legata quidē ſtricte[b] concludentem, fideicommiſſis autem, quæ ex voluntate magis[c] deſcendebant defunctorū pinguiorem naturam indulgentem: neceſſarium eſſe duximus, omnia legata fideicommiſſis exæquare[d], vt nulla ſit inter ea differentia, ſed quod deeſt[e] legatis, hoc repleatur ex natura fideicommiſſorum: & ſi quid amplius[f] eſt in legatis, per hoc creſcat fideicommiſſorum natura. Sed ne in primis legum cunabulis[g] permiſtim de his exponendo, ſtudioſis adoleſcētibus quādam introducamus difficultatē: operæpretium eſſe duximus[h], interim[i] ſeparatim prius de legatis[k], & poſtea de fideicōmiſſis[l] tractare: vt natura vtriuſq; iuris cognita[m], facilè poſſint permiſtionem eorum eruditi[n] ſubtilioribus auribus accipere.

¶ *Etiam res aliena poteſt legari: & hæ-*

a ¶ *Sed non vſque ad eam.* id eſt, non ſumus contenti, ſcilicet dicta conſtitutione: imo & aliam fecimus circa iſtā & eandem materiā: vt C. comm. de leg. l. ij. Prima tamen remouet differentiam quatuor generum legat. ſ. in quo erat differentia inter ſe. Secunda verò remouet differentiā inter lega. & fideicō. Accur.

b ¶ *Stricte.* id eſt, ſtricto iure: ſic vt teſtamento tantum debeantur: vt j. de fideicom. hære. §. præterea.

c ¶ *Magis.* ſ. quam legata: vt ab inteſtato etiā debeantur: vt j. de fideicom. hære. §. præterea. Vel dic ex voluntate magis, quam ex ſolennitate teſtamenti. Accur.

d ¶ *Exæquare.* quantū ad fidē & tractatū. non quantum ad verba. nam non dicitur hodie legataria libertas & hæreditas: licet fideicōmiſſaria appelletur. Item propter legatum non cogitur quis adire, ſed propter fideicom. vniuerſale ſic: vt j. ad leg. Fal. §. quantitas. verſi. ex diuerſo. & ad Treb. l. quia poterat. & j. de fideicom. hære. §. ergo. verſic. ſed ſi recuſet.

e ¶ *Sed quod deeſt.* In tribus enim deeſt: vt j. eod. § poſt mortem. & j. de fideicom. hære. §. præterea. & j. de ſing. re. per fideicom. rel. in princ.

f ¶ *Amplius.* Scilicet vt ex neceſſitate detur, quod non erat in fideicommiſſis: vt j. de fideicomm. hære. in princ.

g ¶ *In primis legum cunabulis.* id eſt, hoc volumine: vt ſ. in proœ. circa medium.

h ¶ *Operæpretium eſſe duximus.* id eſt, pulchrum putauimus & vtile, vt dicitur in Saluſtio.

i ¶ *Interim.* id eſt, ante, quam veniamus ad illam conſtitutionem, vbi tractantur communia eorum.

k ¶ *De legatis.* vt hoc titulo, & duobus ſequentibus.

l ¶ *De fideicōmiſſis.* vt j. de fideicom. hæred. & alio ibi proximo tit.

m ¶ *Cognita.* id eſt, ſeparatim.

n ¶ *Eruditi.* ſic ſ. de iuſtit. & iur. §. his igitur generaliter.

¶ *Non ſolum.* CASVS. Domine, iam video quid eſt legatum, & quot erant genera legatorū, & qualiter authoritate veſtræ conſtitutionis natura legatorum & fideicommiſſorum exæquata eſt: & quæ ratio vos induxit ad ſeparatim tractandum primo de legatis, & poſtea de fideicommiſſis, pro Deo dicatis modo mihi, ſi placet, quæ res legari poſſint. Ad hoc reſpondet: Amice, non ſolum res teſtatoris vel hæredis legari poteſt, ſed etiam aliena. Sed in hoc caſu, quando teſtator rem alienam legat, hæres eius cōpellitur rem legatam redimere à domino rei, ſi emere poteſt. Si enim nullo modo, vel pro non certo pretio redimere poteſt, ad eius æſtimationem tenetur: & hoc verum eſt, ſi talis eſt res, cuius commercium haberi poſſit. Si enim res legata ſit talis, quòd ſuper ea contrahere non licet: tunc nec ipſa res, nec eius æſtimatio debetur. veluti, ſi teſtator alicui legauerit campum Martium, vel baſilicas, vel templa. vel ea quę ſunt publico vſui deſtinata. Nam in his caſibus legatū nullius momenti eſt. Sed quod diximus generaliter alienā rē legari poſſe, hoc ita intelli-

gendum

geodum eſt, ſcilicet ſi teſtator quādo legauit ſciebat rem alienam eſſe: non autē ſi ignorabat aliená eſſe: quia tunc forſitā ſi ſciuiſſet eam alienā eſſe, non legaſſet: & ita omnia hæc Diuus Pius reſcripſit. Sed pone caſum: Quidā legauit Petro rē alienam. vnde mortuo teſtatore, Petrus illud legatū petebat ab hærede. Hæres autē ex aduerſo ad tui defenſionem allegabat teſtatorē ignoraſſe illam rem eſſe alienam. & idcirco dicebat ſe non teneri ad huiuſ legati præſtationem. Legatariuſ vero in contrarium aſſerebat teſtatorē ſciuiſſe rem alienā: & ita dicebat legatum valere, vnde magna fuit diſcordia inter hæredem & legatariū, ſuper iſto legato. Pro Deo Domine, dicatis mihi, quid iuris eſt in caſu iſto, videlicet: vtrum legatarius debeat probare teſtatorem ſciuiſſe rem alienam eſſe: vel hæres debeat probare teſtatorem ignoraſſe? Ad hoc reſpondet: Amice, in hoc caſu verius eſt ipſum legatarium oportere probare ſcientiā teſtatoris. Non autē oportet hæredem probare ipſius ignorātiam. & hoc propter illam regulam generalē, qua cauetur, quod ſemper neceſſitas probandi illi incumbit, qui agit. Igitur cum legatarius in hoc caſu agat ad legatum ſibi relictum præſtandum: merito onus probandi ei debet incumbere. Et non ſolum in caſu iſto prædicto locum habet hæc diſtinctio, ſed etiam in alio caſu: veluti, ſi teſtator legauit rem creditori ſuo obligatam. Nam in hoc caſu idem placet, quod in ſuperiori fit: vt videlicet ita demum neceſſe habeat hæres eam à creditore luere, ſi teſtator ſciebat rem eſſe obligatam, & ita Diui Seuerus & Antoninus reſcripſerunt. & hoc eſt verum, niſi appareat de contraria voluntate teſtatoris. Nam ſi teſtator voluerit legatarium luere, & hoc in teſtamento & codicillis expreſſit: quamuis teſtator ſciebat rem obligatam, hæres tamen in hoc caſu eam luere non debet. Et hæc dicuntur vſque ad illum. §. ſi res aliena. Franc.

res tenetur eā redimere, ſi poteſt & ſoluere: alias tenetur æſtimationem præſtare: Et hoc verum, ſi teſtator ſciat eſſe rem alienam: & agenti incumbit onus probandi. Aretinus.

¶ Non ſolùm autē teſtatoris vel hæredis[a] res, ſed etiam aliena[b] legari poteſt: ita vt hæres cogatur redimere[c] eam, & præſtare: vel ſi eam non poteſt redimere[d], æſtimationem eius dare. Sed ſi talis ſit res, cuius commercium non eſt[e], vel [illegible]tuit, nec[g] æſtimatio eius debetur: veluti ſi quis campum Martium, vel

a ¶ *Hæredis.* & in his nihil refert, an ſcierit hoc defunctus, an ignorauerit: vt j. eo. §. ſi quis rem ſuam. & ff. de leg. ij. l. vnum ex familia. §. ſi rem tuam. Idem de re communi legata, ſecundum Ioan. vt ff. eod. l. v. §. j & ij. ſed certe ibi non valet legatum, niſi pro ea parte, pro qua non eſt error.

b ¶ *Aliena.* etiam hoſtium: vt ff. eo. j. l. ab omnibus. §. etiam, ſecundum Ioa. item ab hoſtibus capta: vt ff. eo. j. l. ſeruus. ab hoſtibus. & l. id quod.

c ¶ *Cogatur redimere.* ſpeciale propter præceptum teſtatoris. l. c ff. cōmu diui. l. communi diuidundo. §. n. Regulariter contra: vt C. de contrah. emp. l. inuitum.

d ¶ *Non poteſt redimere.* vllo modo. quia non vult vendere. vel ſi vult: tamen nimium petit pro pretio: vt ff. eod. l. non dubium. §. fin. & de lega. j. l. apud Iulianum. §. contrat.

e ¶ *Commercium non eſt,* id eſt, non poteſt ſuper ea re contractus haberi.

A D D. *Commercium non eſt, vt ait Vlp. in tit. 18 emendi vendendique inuicem ius.*

f ¶ *Adipiſci.* paſſiue accipitur, id eſt, acquiri vel haberi.

g ¶ *Nec æſtimatio.* Si apud nullum eſt cōmercium: vel etiam eſt, ſed cum grandi difficultate, non valet legatū: vt hic, & ff. eo. l. apud Iulianum. §. ſi. niſi teſtator voluerit contrarium manifeſte: vt ff. eo. j. l. ſi quis inquilinos. ad fin. tit. & ibi glo. iij. & niſi in alio caſu vt ſi liber homo ſibi legetur, qui fuerat redemptus ab hoſtibus: quo caſu à pignore eximitur: vt ff. eod. l. ſenatus. j. §. fin. Si autem commercium eſt in communi, ſed non eſt ei, à quo relinquitur: valet vt ipſum detur, vel eius æſtimatio: vt ff. eo. ij. l. mortuo boue. §. Labeo. ij. reſpon. & ſic intelligitur. ff. de lega. j. l. ſed ſi res. Si autem tantum ei non eſt, cui præſtari debet: ſi propter ſuū delictum, vel ſectæ diuerſitatem, vt in Iudæo & mancipio Chriſtiano: vt C. ne Iud. Chriſtia. man. l. j. non valet, nec æſtimatio datur: vt ff. de leg. ij. l. mortuo boue. §. Labeo j. reſpon. & de verb. oblig. l. n. ultum intereſt. Si propter ſtatus conditionem, vel corporis vitiū: vt quia ſeruo militia, vel contracto legetur ſtipendiū curſoris, ſi teſtator ſcit vitium ineſſe detur æſtimatio: alias non: vt ff. de leg. iij. l. fideicom. §. ſi ſeruo alieno. & ff. eo. j. l. filiuſ familias. §. ſi quid alicui.

Baſilicas[a], vel templa, vel quæ publico vſui deſtinata ſunt[b], legauerit. nam nullius momenti tale legatum eſt. Quòd autem diximus, alienam rem poſſe legari: ita intelligendum eſt, ſi defunctus ſciebat alienam rem eſſe, non ſi ignorabat[c]. forſitan enim, ſi ſciuiſſet[d] alienam rem eſſe, non legaſſet: & ita diuus Pius reſcripſit. Et verius eſt[e] ipſum, qui agit, id eſt, legatarium, probare oportere, ſciuiſſe alienam rem legare defunctum: nõ hæredem probare oportere, ignoraſſe alienam: quia ſemper neceſſitas probandi incumbit illi qui agit[f].

¶ Rei hypothecatæ, quam teſtator cuipiam ſciens prudénſque legauerat, luitio ad hæredem ſpectat: niſi aliud ſenſiſſe teſtatorẽ appareat.

¶ Sed & ſi[g] rem obligatam creditori aliquis legauerit: neceſſe habet hæres eam luere[g]. Et in hoc quoque caſu idem placet, quod in re aliena: vt ita demum luere neceſſe habeat hæres, ſi ſciebat defunctus rem obligatam eſſe. & ita diui Seuerus & Antoninus reſcripſerunt. Si tamen defunctus, voluerit legatariũ luere, & hoc expreſſerit: non debet hæres eam luere.

¶ Legatarius rei ſibi legatæ dominium ex cauſa lucratiua nactus, legatum nequaquam petere poteſt: diuerſum erit ſi ex oneroſa: qui tamen lucratiuo titulo æſti-

Baſilica.

a ¶ *Baſilicas.* Baſilica Græce, Latine regia domus dicitur. Accurſius. ADD. *De campo Martio vide Hotomanum in orationem pro Quintio. Baſilica autem Romæ, loca fuerunt ampla & publica, circum forũ ſtrita, in quib⁹ iudicia exercebãtur: dicta quaſi Regiæ domus.*

b ¶ *Deſtinata ſunt.* vt via publica.

c ¶ *Ignorabat.* quæ ignorãtia nocet, niſi coniunctæ perſonę ſit relictum: vt C. eodẽ. l. cum rem alienam. & niſi cum relinquitur, libertas ſeruo alieno: vt ff. de fideicom. lib. l. Paulus. j. reſp. Quid ſi res legata fuerit cui ctæ Reſpon. ſi in ſpecie non teneri debet hæres de euictione: vt ff. de euictio. l. hæres. & ff. de lega. primo. l. ſi à ſubſtituto. §. hæres. Si in genere, ſiue extra iudiciũ, ſiue in iudicio tradita fuerit legatario nõ ſtipulanti, de euictione aget, ac ſi nihil ſibi datum eſſet: ſi eſt extraneus, ſcilicet iſte legatarius vt ff. de legat. j. l. ſi domus. §. j. & l. nõ quocunque. & de leg. iij. l. qui concubinam. §. ſi hæres. & de euict. l. hæres. Si de coniunctis eſt legatarius, vt ſi vni de fratribus eſt prælegatum, non agit, ne creſcat inuidia inter eos: vt C. de bon. quæ lib. l. cum oportet. & ff. de leg. ij. l. cum pater. §. euictis. Sed quando omnibus eſt prælegatum, omnes agunt: ſiue diſtributio prælegatorum ſit per iudicem facta, ſiue per partes. Si autem à teſtatore, excipiendo ſeruant, non agendo: vt C. communia vtriuſq; iud. l. ſi fratres. & ff. de leg. ij. l. cũ pater. §. euictis.

Legatum ſi euincatur, de quo hæres teneatur.

d ¶ *Si ſciuiſſet.* in eo caſu quo ignorauit.

e ¶ *Et verius eſt.* vt ff. de proba. l. verius. C. de rei vendi. l. fin. & ibi gloſ. fin. & C. de edendo. l. qui accuſare volunt. C. de except. l. ſi quidem. j. de interd. § commodum. C. de act. & obl. l. negantes. & C. de prob. l. actor.

f ¶ *Qui agit,* nisi qui negat, neget ius, & niſi præſumeret ius pro actore. tunc enim probat reus negãs: vt ff. de probatio. l. actica parte. & ff. de donat. inter virũ & vxorem. l. Quintus.

n alias tem ſuam obligatam.

g ¶ *Luere.* tribus caſibus luit hæres: ſi ſciebat teſtator rẽ eſſe obligatã, vt hic. Item ſi ignorabat, ſed relinquit coniunctæ perſonæ: vt C. de fideicõm. l. prædia. vel ꝑ tanto res erat obligata, quantum valet, vel pro maiori ſumma: vt de leg. j. l. ſi res obligata. §. j.

Legata res obligata hæredi in [illegible] eſtimanda.

ADD I. *Nota quòd quando teſtator legat rem pignoratam, obligatam pro tanto vel pluri quã valebat: ſiue ſciuerit, ſiue ignorauerit obligatam: tenetur hæres luere. Nam ſi teneretur legatarius, ex legato nullum commodum reportaret. Sed tamen dubium facit, quia quando obligatur res pro tanto vel pluri quam valeat, videtur res ipſa haberi pro alienata. facit quod not. glo. in l. qui habebat. ff. de lega. 3. Sed quando legatur extraneo res aliena ignorãter, non tenetur hæres luere, ergo nec hoc caſu. & hanc tenuit Rapha. ſed hæc eſt communior. Iaſo. Aduertere diligenter, quòd luo, eſt verbum æquiuocum ad quatuor. Vno modo ſignificat eximere ſiue liberare: vt luo pignus are. & ſic accipitur hic. Secundo modo eſt ſuſtinere ſiue pati, vel*

Luo luis, habet quatuor ſignificata.

mationem rei adeptus fuit, non prohibetur ex alio rem ipsam petere.

¶ Si res aliena legata fuerit, & eius rei viuo teſtatore[a] legatarius dominus factus fuerit: ſi quidem ex cauſa emptionis, ex teſtamento actione pretium conſequi poteſt[b]. Si verò ex cauſa lucratiua, veluti ex donatione, vel ex alia[c] ſimili cauſa: agere[d] non poteſt. nam traditu[e] eſt, duas lucratiuas cauſas in eundẽ hominem[f] & eandem rem[g] concurrere non poſſe[h]. Hac ratione[i] ſi ex duobus teſtamẽtis[k] eadem

ri, vel punire, vt fur luit pœnas, & crux luit mala, id eſt, punit. Tertio modo eſt purgare vel expellere: vt lux luit tenebras. Quarto modo pertinet ad actum venereum, cum cues ſunt in ardore coeundi. Vnde verſus, Aere luo pignus, cruce pœnas, luce tenebras. Dicitur & luere, quando ſoluitur onus. Vel ſic & breuius, Crux luit, as, corpus, lux, mala, pignus, onem, tenebraſque. De hoc eſt glo. not. in. l. licet certis. C. de locato & conducto.

¶ Si res aliena. CASVS. Domine, quidam legauit P. rem alienam: & P. viuente adhuc teſtatore conſecutus fuit dominium illius rei. modo quæro, vtrum mortuo teſtatore P. ratione illius legati cuius dominium habuit ante mortem teſtatoris, aliquid conſequi ab eius hærede poſſit? Ad hoc reſpõ. Amice, ſi res aliena legata fuerit, & eiuſdem dominium legatarius viuo teſtatore conſecutus fuerit: diſtinguendum eſt ex qua cauſa legatarius conſecutus fuerit dominium rei legatæ. nam ſi ex cauſa emptionis, vel alia cauſa onerosa dominium conſecutus fuerit: nihilominus actione ex teſt. æſtimationem eiuſdem rei ab hærede teſtatoris conſequi poterit: ſi vero ex cauſa donationis, vel ex alia cauſa lucratiua, puta ex cauſa legati in alio teſtamento ſibi relicti factus fuerit dominus rei illius: tunc decætero ab hærede nihil petere poterit: & hoc propter regulam iuris generalem, qua cauetur duas lucratiuas cauſas in eundem hominem, & in eandem rem non poſſe directe concurrere. Et eadem ratione ſi ex duorum teſtamentis eadem res alicui legatario debeatur: multum refert: vtrum legatarius rem an æſtimationem ex teſtamento vnius conſecutus ſit. nam ſi ipſam rem habeat: aduerſus hæredem alterius agere nõ poterit: cum ex cauſa lucratiua iam ipſam rem habeat. Si vero æſtimationem illius rei conſecutus prius fuerit: nihilominus ab hærede alterius ipſam rem conſequi poterit. Et hæc dicuntur vſque ad illum. §. ea quoque res. Franc.

a ¶ *Viuo teſtatore*. idem eſt & ſi poſt mortem: vt j. §. ſi cui.

b ¶ *Conſequi poteſt*. Nota caute ponit, conſequi. nam pretium petere non poteſt: ſed rem, quæ tantum eſt in obligatione, ſecundum nos: æſtimatio tamen datur propter defectum: vt ff. de verb. obliga. l. ſi ſeruum §. effectus. Sed contra nos eſt. ff. de leg. iij. l. ſi res mihi. Reſpondet ibi, propter defectum iuris petendi, ex præſumpta voluntate defuncti rem legatam legatarius amiſit: ſed hic non ex voluntate defuncti amiſit emendo. Quidam tamen dicunt æſtimationẽ eſſe in obligatione: vt ff. de condict. fur. l. in re furtiua. in princip. ibi, ſed vtrum in fin. Et no. quatuor caſus, quibus peto id quod habeo. Primus eſt vbi res mihi data poteſt auferri: vt ff. de ſol. l. ſi rem. & l. qui res. j. reſpon. Item ſi habeo ex alia cauſa, quam debeam habere: quia non videor habere, cum pretium abſit: vt hic. Item ſi aliquid iuris rei deeſt, id adhuc tradendum eſt: vt ff. de ſol. l. cretam. & de verb. obli. l. Iulianus. §. finali. Itẽ ſi res deterior eſt dolo dantis: ex cauſa ſtricti iuris datur de dolo, licet habeat rem: vt ff. de dolo. l. & eleganter. §. non ſolum. ſed in bonæ fidei agitur ex primo contractu: vt ff. commoda. l. iij. §. ſi reddita.

c ¶ *Ex alia*. vt legati: vt ff. man. l. ſi hæreditatem. non dotis promiſſione: vt ff. de act. & oblig. l. ex promiſſione.

d ¶ *Agere*. etiam ſi ſua poſtea eſſe deſinit: vt ff de leg. ij. l. Mæuius. §. duobus.

e ¶ *Traditum*. à iure: vt ff. de act. & oblig. l. omnes. & ff. de leg. j. l. ſi ſeruus legatus Stichum.

f ¶ *In eundem hominem*. ff. eo. l. ſi ſeruus. §. j contra. Solu. ibi per obliquum concurrunt, non directo: vt hic, & arg. ff. de vulga. ſubſtit. l. quæ liberis. § fin.

g ¶ *Rem*. id eſt, ſpeciem. aliud ſi quantitatem: vt ff. de legat. ij. l. Titia Seio. in principio.

h ¶ *Non poſſe*. ſed cur ſecus quãdo emit? Reſpon quia nec rem habere videtur: cũ pretium ei abſit, & loco rei ſucceſſerit: vt ff. de peti. hære. l. ſi & rem. & quod metus cauſa. l. videamus. & l. ſi ipſa.

i ¶ *Hac ratione*. ſcilicet ſupradictæ regulæ.

k ¶ *Ex duobus teſtamentis*. ſ. duorum hominum. ſi enim vnius eſſet, primum per

ſecundum corrigetur: vt ĩ. qui 010. teſta. infr. §. poſteriore. Quid ſi in eodem bis le gauit? Reſp. diſtingue ſpeciem à quantita te: vt ff. de lega. j. l. planc vbi §. ſi eadem. vſque ad illum. §. ſi coniunctim.

l. cum ſeruus. & l. ſi ſeruus legatus. j. reſp.

e ¶ *Natum erit.* & tunc compẽtit ſibi exactio: vt ff. de ver. oblig. l. interdũ. j. reſp.

¶ *Si eadem res.* CASVS. Domine, quidam legauit eandem rem duobus P. & M. ego quæro, qd iuris ſit in iſto caſu? Ad hoc reſpon. Amice, ſi duobus eadem res legata ſit. ſi diuiſim vel cõiunctim legetur, ſi ambo peruenerint ad legatum, diuiditur inter eos legatum. Si autẽ alter eorũ per modum repudiãdi deficiat, vt quia legatũ peruenit in caſum caducum, vt puta, quia legatarius deceſſerit viuo teſtatore: vel ſi quo libet alio modo deficiat, veluti per mortẽ eiuſdem: tunc omnibus his caſibus totum legatũ ad legatarium iure accreſceodi pertinebit. Sed Domine, iam video, quid iuris eſt, quando eadem res legatur duobus: ſiue coniunctim, ſiue diſiunctim, pro Deo dicatis mihi, quando qois cenſetur legare coniunctim, & quando diſiunctim? Ad hoc reſp. quòd coniunctim videtur quis legare in hũc modum: veluti ſi quis dicat, Titio & Seio hominem Stichum do lego. Sed diſiunctim videtur quis ita legare: veluti ſi dicat, Titio Stichum do lego: Seio Stichũ do lego. nam in hoc caſu etiam ſi expreſſerit eundem hominem ſcilicet, dicendo ſic, Stichũ do lego, nihilominus eum diſiunctim legare intelligitur. Et hæc vſque ad illum. §. ſi cui fundus. Franc. de Aret.

res eidem debeatur: intereſt, vtrũ rem, an æſtimationem ex teſtamento conſecutus ſit. Nam ſi rẽ habet, agere non poteſt[a]: quia habet eam ex cauſa lucratiua. ſi æſtimationem, agere poteſt[b].

¶ *Etiam res futura, quæ tamen eſſe ſperatur, legari poteſt. Aretinus.*

¶ Ea quoque res[c], quæ in rerum natura non eſt, ſi modò futura eſt[d], rectè legatur: veluti fructus, qui in illo fundo nati erunt, aut quod ex illa ancilla natum erit[e].

¶ *Eiuſdem rei legatum duobus coniunctim aut ſeparatim factum, vtrique accepiant æquis portionibus quæritur: ſi autē alterius portio defecta fuerit, accreſcẽdi quodam iure ad collegatarium pertinebit.*

¶ Si eadẽ res duobus[f] legata ſit, ſiue coniunctim[g], ſiue diſiunctim[h]: ſi ambo perueniant ad legatum: ſcinditur[i] inter eos legatum. ſi alter deficiat: quia aut ſpre

a ¶ *Agere non poteſt.* vt ff. de lega. j. l. plane vbi. §. ſi eadem. verũ. ſed ſi duo ſunt. contra: vt ſequitor ex eo dem teſtamento. Sol. illa intelligitur ſecũdum huius. §. diſtinctionem.

b ¶ *Agere poteſt.* ff. de lega. j. l. huiuſmodi. §. j. contra. Solu. ibi teſtatoris & hæredis teſtantis eſt eadem perſona: vt in authent. de iureiuran. à mo. in princip. colla. v. Vel ibi in ſecundo legato commodum repræſentatinnis primi legati relictum videtur: vt ĩ. e. §. ex contrario. quia non videtur legari bis in duobus teſtamentis ideo noo habebit niſi ſemel.

¶ *Ea quoque.* CASVS. Domine, pono, ꝙ aliquis legauit rem, quæ tempore coditi teſtamenti io rerum natura non erat, futura tamen ſperabatur: nunquid valet legatum? Et reſpoo. quòd ſic. ea enim res quæ in rerum natura non eſt, ſi tamen futura ſpetetur, rectè legari poteſt: veluti ſi teſtator legauerit fructus, qui in fundo Semproniano nati erunt: vel ſi legauerit, quod ab ancilla natum erit. nam in vtroque caſu valet legatum. Et hæc dicuntur vſque ad illum. §. ſi eadem res duobus. Franciſcus de Aret.

c ¶ *Ea quoque res.* ſic ff. de leg. j. l. quod in rerum. in prin. & de leg. iij. l. etiã. Accur.

d ¶ *Futura eſt.* ſi autem nec fuit res, nec eſt in rerum natura, nec erit: vt chimera: vel fuit, ſed non eſt: vt homo mortuus non poteſt legari. vt ĩ. de inu. ſtip. in prin. Si autem eſt dubium, an ſit vel oon ſit in rerum natura: cauet hæres de proſequendo & reſtituendo: vt ff. de le. j. l. ſeruo legato. §. fina. Idem in ſeruo legato, qui fugerat ante teſtamentum: aliud io eo, qui fugerat poſt, ſcilicet teſtamentũ. qui ſcilicet eſt periculo legatarij: vt ff. eod. tit.

f ¶ *Duobus.* quid ſi dicat, illi aut illi lego? Reſpon. duo rei ſtipulandi eſſe videotur: vt ff. de leg. ij. l. ſi Titio aut Seio.

g ¶ *Coniunctim.* ſcilicet per copulatiuam coniunctiooem: vt ff. de hæred. inſtit. l. ſi ita quis hæredes.

h ¶ *Diſiunctim.* id eſt, ſeparatim: vt ĩ. proximo. §.

i ¶ *Scinditur*, viriliter, niſi ſimul duo coniuncti eſſent, qui locum vnius obtinent: vt ff. de hæred. inſtit. l. Titius. & l. interdum. io princip.

a ¶ Vino

uerit legatum, aut viuo teſtatore[a] deceſſerit[b], vel alio quoquo modo defecerit[c]: totum ad collegatarium pertinet. Cōiunctim[d] autem legatur, veluti ſi quis dicat, Titio & Seio hominē Stichum do lego. Diſiunctim[e] ita, Titio hominē Stichum do, lego, Seio hominem Stichū do lego[f]. Sed & ſi expreſſerit, eundem hominem Stichum: æquè diſiunctim[g] legatum intelligitur.

¶ Si legati fūdi proprietas ad legatarium oneroſo titulo peruenerit, vſusfructus verò lucratiuo: proprietatis æſtimationem iudicis officio tantum conſequetur.

¶ Si cui fundus alienus legat⁹ ſit &

a ¶ *Viuo teſtatore.* nam ſi teſtatore mortuo legatarius decedat: ad hæredem ſuū legatum tranſmittit: vt C. de cadu. tol. §. cum igitur.

b ¶ *Deceſſerit.* poſt teſtamentum tamen: vt differat a ſequenti.

c ¶ *Defecerit.* ſcilicet legatarii⁹: vt per mortem quilem. Vel dic legatū, quod tribus ea ibus deficit, & accreſcit legatario præter duos, qui ponūtur hic. Prim⁹ ſi non eſt collegatarius in rerum natura tēpore teſtamenti: vt C. de cadu. tol. §. j. in prin. Secundus ſi mihi & poſthumo legatur, q nō oritur, poſtea: vt ff. eod. l. j. ſi duobus. §. fina. Tertius ſi mihi & hæredi ſuo legat: vt ff. eod. j. l. plane vbi. §. ſi duobus. & ſic ſunt quinque caſus. Econtra ſunt tres caſus, quibus deficit legatum: ſed collegatario non accreſcit. Primus ſi mihi & ſeruo ſuo legat: vt ff. eod. j. l. plane vbi. §. ſi coniunctim. Secundus ſi mihi & tibi res tua legatur: vt ff. eod. j. l. huiuſmodi. §. ſi Titio. Tertius ſi mihi & non capaci legatur: vt ff. de lega. ij. l. ſi Titio.

Legatū in tribus caſibus deficit nec legatario accreſcit.

Legatarii tamē accreſcit.

d ¶ *Coniunctim.* ſcilicet re & verbis: vt ff. de lega. ij. l. re coniuncti.

e ¶ *Diſiunctim.* ſcilicet verbis tantum. nam re ſunt coniuncti.

f ¶ *Do lego.* ſed nonne dando Seio, adimit Titio? vt ff. de pupil. ſubſtit. l. ſi quis eū. & de adi. leg. l. iij. in prin. & l. ſicut è Reſp. ſic, ſi probatur teſtatorē hoc, ſcilicet adimere Titio, & dare Seio voluiſſe: non aliās: vt ff. eodem. j. l. ſi pluribus. §. j.

g ¶ *Diſiunctim.* verbis tantum, re tamen coniuncti ſunt: vt ff. de de leg. iij. l. re coniuncti. Sunt & alij re & verbis diſiuncti: vt ſi ita dicam, lego Titio dimidiam ſerui: Sempronio lego dimidiam eiuſdē ſerui: vt ff. eo. ij. l. & proculo. Nec obſtat in eod. tit. de le. ij. l. Mæuio. in prin. quia illa intelligitur quando vnam dimidiam vtrique legauit. Et in iſtis non habet locum acceſſio, id eſt, ius accreſcendi: vt dicta. l. & Proculo. Sunt etiam re diſiuncti. ſed verbis coniuncti: vt ſi dico, lego tibi & Sempronio pro æquis portionibus. Sūt & alij re & verbis cōiuncti: vt §. proxi. Et coniuncti vtroq; modo, præferuntur diſiunctis vtroque, vel altero tantummodo coniunctis. Coniuncti vero vno modo tantum, ſimul admittuntur, ſcilicet re tantum. Coniuncti verbis tantum, diſiuncti re & verbis p̄ferunitur: vt ff. de hære. inſtit. l. ſi ita quis hæredes. & ff. de lega. ij. l. re cō iuncti. §. pen. & §. fin.

Legatariorum quidā ſunt cōiuncti re tantū, alii verbis tantum, alii ver...

ADDI. *Similem glo. habes in l. 1. §. fina. ff. de vſufruct. accreſcendi.*

¶ *Si cui fundus.* CASVS. Domine, quidam legauit Petro fundum alienum, poſtea legatarius, ſcilicet P. proprietatem eiuſdem fundi emit, vel ex alia cauſa onetoſa deducto vſufructu acquiſiuit: procedente tempore vſuſfructus eiuſdem fundi peruenit ad P. per mortem vel capitis diminutionem vſufructuarij: vel ex alia cauſa lucratiua, vſufructu finito, & ad proprietatē reuerſo: & ita legatarius fundum in plena proprietate habuit. modo P. nihilominus agit ex teſtamēto contra hæredē, & petit totum fundum in plena proprietate ab hærede teſtatoris. modo quæro, verū P. legatarius recte agere videatur? Et reſpondet quod ſic. Nam ſi fundus alienus legatus fuerit, & poſtea legatarius emerit proprietatem eiuſdem fundi deducto vſufructu: licet poſtea vſuſfructus ad legatarium ex cauſa lucratiua peruenerit: tamen ad fundum nihilominus actione ex teſtamento recte agere poterit. & ita Iulianus ait. Contrarium tamen videbatur. nam ſi legatarius petat fundum in plena proprietate: quæ proprietas conſtat ex duobus, videlicet ex nuda proprietate, & vſufructu: ſi legatarius ex cauſa lucratiua habuit vſumfructum: videtur, quod fundum in plena proprietate petere non poteſt. Ad iſtam tacitam obiectionem, quæ fieri poſſet, reſpon. Iuſtinia. in litera, dicens quod hæc obiectio non obſtat: quia vſuſfructus in petitione tali, videlicet quæ fit per actionem ex teſtamento, non obtinet partem dominij, ſed vicem ſeruitutis: & ideo petēdo fundum in plena proprietate, non videtur petere illam partem rei, quæ ſibi obuenerat

ex cauſa lucratiua, ſcilicet vſum fructũ, & hoc eſt verum de rigore iuris: ſed de æquitate ait Iulianus officio iudicis contineri; vt æſtimatione vſuſfructus deducta, hæredem ad æſtimationem nudæ proprietatis debeat condemnare. & hæc dicuntur vſque ad illum .§. ſed & ſi rem.

emerit[a] proprietatem deducto vſufructu, & vſuſfructus ad eum peruenerit[b]: & poſtea ex teſtamento agat: rectè eum agere, & fundum[c] petere[d] Iulianus ait: quia vſuſfructus[e] in petitione[f] ſeruitutis[g] locum obtinet. ſed officio iudicis continetur, vt deducto[h] vſufructu, iubeat æſtimationem[i] præſtari[k].

a ¶ *Emerit*. ſcilicet legatarius.

b ¶ *Peruenerit*. ſcilicet morte vſufructuarij, vel capitis diminutione, vel ſimili cauſa lucratiua tamẽ: vt ỹ. de vſufru. §. finitur. & ſic factus eſt caſualis.

c ¶ *Et fundũ*. id eſt, proprietatem plenam. de iudicis tamen officio aliter fit: vt .j. ſequitur.

d ¶ *Petere*. hic repete. quod diximus. ỹ. eodem. §. ſi rem.

Vſuſfruct' an ſit pars dominij.

e ¶ *Quia vſuſfructus*. dixit fundum peti, & ſic in plena proprietate. Sed opponitur: plena proprietas conſtat ex duobus, ſcilicet ex nuda proprietate, & vſufructu, etiam habet partem, id eſt, vſumfructum ex cauſa lucratiua quomodo ergo petitur fundus in plena proprietate? Reſpond. vſuſfructus hoc caſu cum fundus petitur in plena proprietate, non obtinet partẽ dominij, ſed vicẽ ſeruitutis prædialis, quæ non eſt pars rei, quũ non poſſit eſſe ſine re: & ideo nõ videtur peti ea pars rei, quę obuenit ex cauſa lucratiua, ſcilicet vſuſfructus, & hoc de rigore: ſed contra de æquitate, vt ſubiicit.

Vſuſfruct' in multis locũ dominij habet.

f ¶ *In petitione*. ſcilicet tali, id eſt, prædicti fundi per actionem ex teſtamento. alias in multis locum dominij habet: vt ff. de damn. infect. l. qui bona. §. & ſuperficiarium. & ff. de bon. aut. iud. poſſ. l. in venditione. in princ. & ff. fam. erciſc. l. & puto §. ij. & ff de vſufruct. l. iiij. & v.

g ¶ *Seruitutis*. ſcilicet realis.

h ¶ *Deducto vſufructu*. id eſt, æſtimatione vſuſfructus, quem ſcilicet vſumfructum ex cauſa lucratiua habet: ideo non debet plus habere: vt ỹ. eo. §. ſi res.

¶ *Legatum rei propriæ legatarij non valet, etiam ſi poſt teſtamentum ſua eſſe deſierit. Aretinus.*

i ¶ *Æſtimationẽ*. ſcilicet proprietatis.

k ¶ *Præſtari*. ſcilicet ab hærede ſuo.

¶ *Sed ſi rem*. CASVS. Domine, quidam legauit. P. fundum ipſius P. modo quæro à vobis vtrum valeat? Et reſpond. quod non. Nam licet ſupradictũ ſit aliquam rem legari poſſe: ſi tamen aliquis rem propriam ipſius legatarij legauerit: inutile eſt legatum. & hoc ideo: quia illud quod proprium eſt ipſi legatario, amplius eius fieri non poteſt. & in hoc caſu iterum inutile eſt legatum, & nullius eſt momẽti: quia nec ipſa res nec æſtimatio debetur. Sed ponet Quidam teſtator rem ſuam propriam credens eſſe alienam rem quaſi alienam legauit. P. ego quæro vtrum valeat? Reſpõ. Iuſtin. quod ſic: dicens ita, Si quis rẽ ſuam quaſi alienam legauit, in hoc caſu bene valet legatum. nam plus valet quod eſt in veritate, q̃ quod eſt in opinione. Sed domine, ponamus quod teſtator putans rem ſuam eſſe legatarij, legauit: numquid valet tale legatum? Reſp. quod ſic. In hoc enim caſu legatum valere conſtat: quia voluntas teſtatoris volentis huiuſmodi rem acquiri legatario, exitum habere poteſt. Et hæc dicuntur vſque ad §. ſi rem ſuam Franc.

¶ Sed ſi rem legatarij quis ei legauerit: inutile eſt legatũ[l]: quia quod proprium eſt ipſius, amplius eius fieri non poteſt[m]. Et licet alienauerit[n] eam: non debetur nec ipſa res, nec æſtimatio eius.

¶ *Valet legatum rei teſtantis, licet teſtator putauerit alienam.*

¶ Si quis rem ſuam quaſi alienam[o] legauerit: valet legatum. Nam plus valet, quod in veritate eſt, q̃ quod

l ¶ *Legatum*. vt ff. de lib. lega. l. j. contra. Solut. ibi liberatio reliquitur, quæ non erat debitoris.

m ¶ *Non poteſt*. ſic j. de actio. §. ſic itaque ff. de legat. iij. l. cum quis. primo reſponſo. & ff. de exception. rei iudi. l. & an eadem. §. actiones. & de acquir. poſſeſſ. l. iij. §. ex pluribus.

n ¶ *Alienauerit*. ff. de reg. Cato. l. j. in fin. contra. Solu ſecundum B. ibi viuo teſtatore alienauit, hic poſtea. Vel hic purum fuit, ibi conditionale, ſecundum Ioann. arg. ff. eo. l. litera. §. ij.

o ¶ *Quaſi alienam*. id eſt, credens alienã.

in opinione[a]. Sed & ſi legatarij eſſe putauit, valere cõſtat: quia exitum[b] voluntas defuncti habere poteſt.

¶ *Ita demum rei legatæ alienatio aut pignoris datio legatum adimit, ſi teſtatorem adimendi animo alienaſſe conſtet.*

¶ Si rem ſuam legauerit teſtator, poſteáque eam alienauerit[c]: Celſus putat, ſi non adimendi animo[d] vẽdidit, nihilominus deberi[e]: idemque[f] diui Seuerus & Antoninus reſcripſerũt. Iidem[g] reſcripſerunt, eum qui poſt teſtamentum factum prædia, quæ legata erant, pignori dedit[h], ademiſſe legatum nõ videri[i], & ideo legatarium cum hærede eius agere poſſe, vt prædia à creditore luantur. Si verò[k] quis[l] partem rei legatæ alienauerit: pars, quæ non eſt alienata, omnino debetur. pars autem alienata ita

a ¶ *In opinione.* No. ſic. ff. de manu. vin. l. ſi pater. §. quoties. ibi plus eſt enim. & ff. de iur. & fa. igno. l. regula. §. qui ignorauit arg. cõtra. ff. de acqui. hære. l. is q putat. Sol. ibi de re, quæ conſiſtit in animo.

ADD. *Æm. Ferr. dicit, quod diſtinguẽdum eſt ſic in hac materia: vt illud inſpiciamus, quod præcipuũ, ac principale eſt. nam ſi potentior cauſa eſt animi atque opinionis, quam rei vt in acquirẽda hæreditate, opinionem magis ſequimur, quã veritatem. econtra. no. ſi cauſa vtraque cõparata res principalis eſt, quod in veritate eſt potius inſpicimus. vt in legato.*

b ¶ *Exitum.* i. effectum: vt ff. queád. teſt. ap. l. vel negare. ibi publice enim expedit ſuprema hominum iudicia exitum habere, id eſt, rei talis legatario acquiri poteſt.

¶ *Si rem ſuam.* CASVS. Quidam legauit Pe. fundum: poſtea idem teſtator eundem fundum vendidit M. quæro vtrũ valeat legatũ: an vero videatur ademptum per alienationẽ factam à teſtatore? Reſp. Iuſtin. quod in hoc caſu ſententia Celſi tenenda eſt. Celſus enim in hoc caſu exiſtimat, ſi teſtator nõ adimendi animo fundum legatũ vendidit, nihilominus etiam poſt alienationem deberi legatum. & hoc idem diui Seuerus & Antoninus reſcripſerunt: & iidem principes in quodam alio caſu idem ius ſtatuerunt: videlicet, in tali caſu: Quidam fecit teſtamentum, & in teſtamento ſuo quædam prædia legauit Pe. & poſtea eadem prædia Pe. legata, pignori obligauit. Nam recte in hoc caſu reſcripſerunt teſtatorem obligando prædia legata, legatum non videri ademiſſe: & ideo legatarius cum hærede experiri poterit actione ex teſtamento, vt prædia à creditore luantur. Et quod dixit ſupra, quando teſtator totam rem legatam alienauit, idem iuris eſt, & ſi partem rei legatæ alienauerit, nam in parte non alienata ita demum valet legatum, ſi teſtator nõ adimendi animo eam

alienauerit. Et hæc dicuntur vſque ad illum. §. ſi quis debitori ſuo. Franc.

c ¶ *Alienauerit.* vendendo, ſed donando indiſtincte videtur adimere, nec diſtinguitur an valeat donatio, vel non: & etiam ſi reuocetur: vt ff. de adi. leg. l. cum ſeruus. & l. rem legatam. & l. legatũ ſub conditione. §. j. ſed ex alia cauſa à donatione, diſtingue animum: vt hic & in dubio probat hæres mutatã voluntatem: vt ff. de leg. iij. l. fideicommiſſa. §. ſi rem. & ff. eod. ij. l. Lucius. §. peout. ibi, niſi hæres. & ff. de prob. l. eũ qui.

d ¶ *Non adimendi animo.* qui animus ex hoc probatur: quia ſi neceſſitate rei familiaris, nõ videtur reuocaſſe: alias ſic. quæ diſtinctio in donationẽ non cadit: vt ff. de adi. le. l. rem legatã. & oo. C. e. l. qui poſt. Acc.

e ¶ *Deberi.* ſcilicet rem legatario. arg. ſ. eo. §. non ſolũ. vbi ab initio fuit alienata.

f ¶ *Idémque.* ſcilicet iuris eſſe.

g ¶ *Iidẽ.* ſ. Imperatores Seuer⁹ & Antonin⁹.

h ¶ *Pignori dedit.* quid ſi rem obligatam creditori debitor legauerit: nunquid valet legatum? Reſpond ſic: & nihilominus poterit petere debitum, niſi voluntas teſtatoris oſtendatur volentis compenſare: vt ff. de leg. ij. l. creditorem. Accurſius.

i ¶ *Non videri.* niſi ſub dicta conſtitutione, id eſt, an habuit animum adimendi, vel non. Vel dic nullo modo: vt hic, & C. eo. l. qui poſt. & hoc quia primo valuit relictum. alias contra: vt C. de do. inter vir. & vxo. l. ſi maritus. ij. & ff. de don. inter vir. & vxo. l. cum hic ſtatus. §. ſi maritus. & ibi in glo. j.

k ¶ *Si vero.* nota de toto ad partem.

l ¶ *Quis.* ſcilicet teſtator.

¶ *Si quis debitori.* CASVS. Quidã habuit debitorem in c. & in teſtamento ſuo legauit debitori ſuo liberationẽ. modo quæro, vtrum valeat huiuſmodi legatum? Et reſp. Iuſtin. quód ſic. nam ſi quis debitori ſuo liberationẽ ſiue quittationẽ legauit: ĩ hoc caſu vtile eſt legatũ: & neq; ab ipſo

debito ,neque ab hærede debitoris.vel à quoc nq; alio eius ſucceſſore hæres te ſtatori liquid conſequi poterit:ſed etiã debito cui liberatio legata eſt,cũ hærede teſt oris agere poterit, vt eũ liberet. relinquo.vel actionẽ remitto. liberandus eſt legatarius ab omni debito: vt hic:& ff.de lib.leg.l.ſi quas rationes. & l. Aurelio.j.reſp. Secundus eſt ſi negotiũ teſtatoris geſſiſſet:& teſtator dixerit,rationes reddere nolo.& hic ab omni debito liberatur, niſi ab eo,q penes eũ ſit,& ab eo,qđ dolo fecit: vt ff.de lib.leg.l. Aurelio.§. fin. cum ſuis concord.vt in glo. ſi.ibidẽ. Terti° ſi dãnauit hæredem ne exerceat actiones. quo caſu ſi bonã cauſam habet teſtator:litis euentus & ſumptus ab aduerſario facti legati videntur: vt ff.de li. leg.l.petitor. ſi malã cauſam, nihil videtur legare: vt in eadem lege.

A D D. *Similẽ gloſſ. habes in l. Aurelio.ff.de liber.legat.*

Et no elũ in caſu rdicto valet atũ.videlicet quãdo libera o legata eſt ſed etiã ſi lat debiti legata ſit.Poteſt e m teſtator iu ere, ne heres us vſqueadi liquod certu: tẽpus à debi re petat.Sc licet dixerim ibi valere le tum liberatio is: ſecus tamen eſt in caſu conuerſo. Nam ſi debitor quod debet pure credi tori ſuo, eidẽ legauerit inutile eſt gatũ. & hoc ſt verum, ſi nihil plus e n legato, q m in debito uia in hoc caſ legatarius nullam vtilitatẽ ex huiuſm di legato habiturus eſt & hoc eſt verũ, q ndo pure debitũ legauit. ſed ſi debitor od in diẽ vel ſub conditione debet c ori ſuo purẽ legauit eidẽ: in hoc caſ ile eſt legatũ, videlicet, propter m m repræſentationis: quia illud quod mo erat in diem vel ſub cõditione d tũ: per legatũ mortuo teſtatore purifi tũ eſt.Sed quid ſi viuo teſtatore dies v nerit, vel conditio extiterit: nunquid e neſcit legatũ? & certe videbatur quod ic, cum debitũ per aduentũ diei vel co itionis iam ſit effectum purum:& ita bil ampli° eſt in legato,quã in debito. pinianus tamen in hoc caſu ſcripſit nih lominus valere legatum: & hoc ideo, ia ab initio tenuit. & certe ſententia P piniani eſt vera. Non enim placuit no is ſententia quorundam exiſtimantiũ hoc caſu extinctum eſſe legatum : qu in eam cauſam peruenit à qua incipe non poteſt. Et hæc dicũtur vſque ad um.§. ſed ſi vxori. Caſus qui ſequuntu planiſſimi ſunt vſque ad ti.ũ. §.ſi pecul m.Franc.de Areſio.

al.ab illo

debetur,ſi non adimendi animo alienata ſit.

¶*Liberationis legatum, totum legatarium, eiúſque in poſterum iuris ſucceſſores reddit : Actionémque ei aduerſus creditoris hæredem, vt liber ab obligatione fiat, acquirit.*

¶Si quis debitori ſuo liberationem legauerit[a] : legatũ vtile eſt[b], & neque ab ipſo debitore, neque ab hærede eius poteſt hæres[c] petere[d], neque ab alio[e] qui hæredis loco ſit : ſed & poteſt à debitore cõueniri, vt liberet[f] eum. Poteſt etiam quis vel ad tẽpus[g] iubere, ne hæres petat.

¶ *Debitor creditori debitum legãdo,tunc vtiliter legat, cùm qualecunque commodum creditor ex legato conſequitur.*

¶Ex contrario, ſi debitor[h] creditori ſuo[i] quod debet, legauerit : inutile eſt legatum : ſi nihil plus eſt in legato,quàm in debito : quia nihil

a ¶*Liberationẽ legauerit.* quòd tribus modis fit.Primus,peti nolo,vel quod debet,

b ¶*Vtile eſt.* licet res ſua ſibi legari videatur:vt ff. de lib lega.l.j.primo reſpon. & eſt hoc verum, niſi teſtatore viuo exactio fiat : vt J.eod.tit.§.tam autem. & ff. eo.iij.l.fideicommiſſa.§.ſi rem.

c ¶*Heres.* vel hæres hæredis: vt ff.de libe.leg l.ij.in fine.

d ¶*Petere.* cũ effectu ꝓpter exceptionẽ: vt ff.de lib.leg.l.iiij.§.nunc de effectu.

e ¶*Hæredis loco ſit.* ſicut eſt bonorũ poſſeſſor, & fideicom.vniuerſalis: vt J.de bono.poſſeſſ.§. quos autem. & de fideicom. hære.§.reſtituta.

f ¶*Vt liberet.*per acceptilationẽ,ſi ſolus eſt debitor.ſi habet correũ ſocium,idem alias correus ſiue ſocius pacto eſt liberatus:vt ff.de li.le.l.iiij.§.nũc de effectu i ſi.

g ¶*Ad tempus.* vt ff.de lib.leg.l.non ſolum noſtrum.§.ij.Accurſius.

h ¶*Si debitor.* ſecus ſi alius:quia intereſt creditoris plures reos habere:vt ff.de libe.leg.l.ſi quis decedens.§.fina.alias incipit.Iulianus.

i ¶*Creditori ſuo.*ſcilicet ciuiliter,& naturaliter &cum effectu,& pure,alias valet: vt ff.de leg.j.l. ſi creditori, per totam legem.& l ſin autem. Accurſius.

amplius[a] per legatu habet. Quòd ſi in diem vel ſub cõditione debitũ ei[b] purè legauerit[c], vtile eſt legatum propter repræſentationem. Quòd ſi viuo teſtatore dies venerit, vel conditio extiterit: Papinianus ſcripſit, vtile eſſe[d] nihilominus legatum: quia ſemel conſtitit[e]. quod & verum eſt. Non enim placuit ſententia exiſtimãtium extinctũ eſſe legatum: quia[f] in eam cauſam peruenerit, à qua incipere nõ poteſt[g].

¶ *Dotis prælegatio vxori à marito facta iure ſubſiſtit propter commodum repræſentationis: dotem igitur (etiam ſi nullam dederit) conſequetur vxor: modò certam dotis quantitatem teſtator legando expreſſerit.*

¶Sed ſi vxori maritus dotem legauerit, valet legatum: quia plenius eſt[h] legatũ, quam de dote actio. Sed ſi quam non accepit dotem[i], legauerit: diui Seuerus & Antoninus reſcripſerunt, ſi quidem ſimpliciter legauerit, inutile eſſe legatum: ſi verò certa pecunia, vel certum corpus, aut inſtrumenta dotis[k] in*prælegando[l] demonſtrata ſunt: valere legatum.

¶*Si res legata facto hæredis etiam ignorantis præſtari non poteſt, hæres tenetur: ſecus ſi non ſuo facto. Aretinus.*

¶Si res[m] legata ſine facto[n] hæredis perierit,[o] legatario decedit[p]. Et ſi ſeruus alienus legatus, ſine fa-

a ¶*Nihil amplius.* ſed nũquid hodie ſemper eſt plus, cum habeat ſtatim rẽ legatæ dominium, & hypothecã aliarum rerum defuncti? Rñ. non: vt ff. de leg. iij. §. ſi rem quia plus tantum quatuor modis dicitur: vt. j. de act. §. plus autem. & iſte modus non eſt aliquis de his. Accur.

b ¶*Ei.* ſcilicet, creditori.

c ¶ *Legauerit.* ſcilicet, debitor.

d ¶*Vtile eſſe.* ff. de lega. ij. l. debitor. i principio. contra, vbi eſt inutilis. Solut. hoc corrigitur. Vel ibi dicit inutile, id eſt, non vtile, cum & aliam habeat actionẽ. poteſt tamen & iſta agi: vt hic. Accur.

A D D. *Dic ſecundum A. F. & E. B. hic, eſſe repugnantiam in illis legibus: & compoſitores Pand. hoc no animaduertiſſe. nã quod hic dicitur, Non enim placuit ſententia exiſtimãtium, aperte abrogat d. l. debitor. ff. de legat. 2.*

e ¶ *Conſtitit.* id eſt, valuit. Accur.

f ¶ *Quia.* ratio illius falſæ opiniõis. Acc.

g ¶*Non poteſt.* nota argumen. pro vtraq; parte ad hanc regulam. ff. de verbo. obliga. l. exiſtimo. & l. pluribus. §. & ſi placeat & de iis, quæ pro nõ ſcrip. hab. l. ſi in metallũ. §. itẽ ſi ſeruo. & de ſerui. l. pro parte.

q ¶Impoßibilia. ff. de leg. j. l. ſi mihi & tibi. §. j. contra. Solut. ibi non.

erat impoſſibile: poterat enim eſſe quòd diu viueret: & intra triduum poſſet id fieri, quod fieri volebat. Vel dic, quòd ibi voluit teſtator hæredem conſtituere ſe ſoluturum ſi decederet, ſcilicet teſtator intra triduum: quod potuit, non autem ſoluere. Item con tra. ſ. de hære. inſtit. §. impoſſibilis. Sol. quidam dicunt non valere ſicut teſtator voluit, vt hic: valet tamen purè, vt ibi. Vel diſtingue ſecūdū io. aut apponitur conditio impoſſibilis hæredi, aut legatario. ſi hæredi nonvalet legatum, vt hic, ſi legatario, valet: vt ibi. & quære exempla. C. de iis quę pœ. no. l. j.

vel legibus interdicta[a], aut alias probroſa[b]. Huiuſmodi enim teſtamentorum diſpoſitiones valere, ſecta meorum temporum[c] non patitur.

TITVL. XXI.

DE ADEMptione & tranſlatione legatorum.

¶ Quod cuipiam teſtamēto relictū fuit, poteſt eodem, alterò ve teſtamento quibuſlibet verbis adimi, vel ad alium transferri.

Ademptio legatorum (ſiue eodem teſtamento adimantur[d], ſiue codicillis[e]) firma eſt[f]. ſed & ſiue contrarijs verbis fiat adēptio veluti ſi quis ita

A D D. *Exemplum quando apponitur conditio impoßibilis hæredi ſiue onerato: vt dei hæres ſi cælum digito tetigerit: & tunc vitiat, quaſi non ſtet per eum quo minus impleat, ſed per impoßibilitatem. Quando legatario ſiue onerato: vt tibi relinquo ſi cælum tetigeris digito. & hæc non vitiat, ſed vitiatur, & pro non adiecta habetur. Et eſt ratio: quia non debet auferri beneficium honorato, cui prouidere voluit teſtator. vide glo. not. in l. 1. ff. de condi. inſtit.*

¶ Impoßibilia. de impoſſibili dic · præcipit hæredem transferre montem, alias ei adiecit cohæredem: vel aliam pœnam impoſuit. De legibus interdicto, vt præcepit hæredi vel legatario, vt daret inquilinos ſine prædiis. De probroſo: vt præcepit reliquias ſuas in mare proiici, vel ſe cum veſtibus ſepeliri: alias pœnam impoſuit. nam in prædictis & ſimilibus remanet hæres & legatarius: nec tenetur ad impoſſibile, vel legibus interdictum, vel probroſum, nec etiam ad pœnam: ideo quod impoſſibile vel legibus interdictum, vel probroſum non impleuit.

a *¶ Legibus interdicta.* vt inquilinos ſine prædiis, vt ff. de legatis. j. l. ſi quis inquilinos. vt patuit ſupra.

A D D I. *Et hoc verum, vbi aliquid eſt per ius diſpoſitum vel conſuetudinem: quod teſtator immutare non poteſt: vt quia forte ob ius publicum vel fauorem, alias ſecus. Ioannes. Fab.*

b *¶ Probroſa.* vt veſtimenta in funus: vt ff. de leg. j. l. ſeruo alieno. §. fin. vel reliquias in mare: vt ff. de condi. inſtit. l. penult. in princ.

c *¶ Secta meorum temporum.* id eſt, ego qui inſequor iuſtitiam hoc tempore, non patior. ſic ff. de pac. l. fina. in fine.

DE ADEMptione & tranſlatione legatorū.

¶ Quia ambulatoria eſt defuncti voluntas vſque ad ſupremū vitæ exitum: vt ff. de adi. leg. l. 3. §. fin. & l. ſequen. ideo poſt data legata, & de eis adi. videamus. Accurſius.

A D D. *Æmil. Ferret. notatur in antiquis. cod. legi De ademp. & tranſ. quod nobis ideo ſuſpectum eſt, quia Theophilus id non habet, qui vix aut ne vix quidem id omiſiſſet.*

A*Demptio.* Diuiditur in duas partes. Primo loquitur de ademptione. Secundo de tranſlatione, Secūda ibi, Transferri.

d *¶ Adimantur.* ſcilicet legata.

e *¶ Codicillis.* ſcilicet teſtamento confirmatis, ſecundum quoſdam: non aliter. Sed non contra: vt in auth. de reſt. fideic. §. manifeſtum. coll. x. Accurſius.

A D D. *Et eſt ratio: quia non eſt ridiculum codicillos, etiam contrarios per teſtamentum confirmari: quia videmus agi ex contractu, vt contractus reſcindatur. l. ſed Celſus. §. 1. ff. de contrahend. empt.*

f *¶ Firma eſt.* vt ſi eodem teſtamēto fiat, videatur nec datum, ſi alia voluntate, videatur datum, ſed poſtea ademptum: vt ff. de iis quæ in teſt. de. l. j. in prin. & ff. de leg. j. l. ſi ita ſcriptū. Sed videtur, ꝙ nulla talis voluntas valeat: cum videatur ſibi repugnare: vt ff. de reg. iur. l. vbi repugnantia. quæ eſt huic contraria. Sed dic, quòd ibi dicit de repugnantia, quæ fit propter ſimplicitatem verborum: vt ff. de condi. inſtit. l. ſi Titius. Vel habet locum prædicta regula, quando non apparet, quæ ſit vltima: quo caſu neutra valet. Si autem apparet, vltima valet: vt ff. eo. l. nihil prohibet. Accurſius.

a *¶ Aliis.*

Legata vt liberè præſumpta reuocantur.

a ¶ *Aliis.* ſcilicet vt adimo. vel pœniteo eius, quod dedi, vel ſimilia. imo etiã nuda voluntate præſumpta: vt ſi inimicus poſtea factus ſit legatarijs vt ff. de adimen. le. iij. in fi. & l. iiij.

qd legauerit, Do, lego: ita adimatur Non do, non lego: ſiue nõ contrariis, ſed[x] aliis[a] quibuſcuque verbis. Trãſferri[b] quoque legatum ab alio ad alium poteſt, veluti ſi quis ita dixerit: Hominem Stichum, quem Titio legaui, Seio do lego: ſiue in eodẽ teſtamento, ſiue in codicillis hoc fecerit: quo caſu ſimul & Titio adimi videt̃, & Seio[c] dari.

A D D. *Idem ſi ab ignorante fiat ignorãti aliquid etiam poſt mortem: quod ſi ſciniſſet teſtator nõ fuiſſet legaturus.* *Angelus*

b ¶ *Transferri.* facit. ff. eod. l. tranſlatio. Accurſius.

c ¶ *Et Seio.* ſed ſi Seius eſt non capax: nunquid ademptio à primo facta valet? Reſpondetur ſic: vt ff. de leg. j. l. plane. in princip. Accurſius.

DE LEGE Falcidia.

TITVL. XXII.

¶ *Ne ſuprema teſtãtium iudicia non adita hæreditate corruant, lege Falcidia cautum fuit, necuipiam bonorum dodrantem legatis exhaurire fas ſit: alioqui quadrans hæreditatis per legẽ Falcidiam reſecatur, & penes vnum, pluréſve hæredes remanet.*

SVpereſt, vt de lege Falcidia[c] diſpiciam[a] pon. Iuſtin. Amice, non bene ſibi videtur: imo circa materiam legatorum etiã inſiſtendum eſt adhuc. nam ex quo ad adempti. & tranſla. legatorum vidimus: ſupereſt vt de. l. Falci. per quam modus legatis nouiſſime impoſitus eſt, diſpicimus. Sed pone: Domine, iam video q̃ vos vultis tractare de l. Falci. dicatis mihi ſi placet, quare fuit introducta. l. Falcid. & quis ſit eius effect⁹. Ad hoc reſpõ. Amice, ex Falcid. optima ratione fuit introducta: & eius effectus fructuoſus eſt. Cũ enim olim le. xij tabul. libera erat legandi poteſtas, intantum vt liceret teſtatoribus totum patrimonium ſuũ per legata erogare, & nihil penitus apud hæredes ſcriptos relinqueres (nam le. duodecim tabularum ita cautum erat, quod ſicuti quiſque legaſſet rem ſuam, ita ius eſſet) idcirco vtile viſum eſt legumlatoribus huiuſmodi liberam licentiam legandi coartare: quia propter huiuſmodi plerunque moriebãtur homines inteſtati, nam licet hæredes eſſent inſtituti ſcripti tamen hæredes propter nullum hæreditatis lucrum eam nolebant adire. & quanuis etiam ſuper huiuſmodi licentia legandi coartanda tam lex Furia, quàm Voconia latæ ſunt: neutra tamen earum ad rei conſummationem ſufficere videbatur. vnde nouiſſime lata eſt. l. Falcid. qua cauetur, ne liceat teſtatoribus plus legare, quàm dodrantem totorum bonorum, vt ſiue vnus hæres ſit inſtitutus ſiue plures apud eum quando vnus eſſet inſtitutus: vel apud eos, quando plures eſſent inſtituti: quarta pars totius patrimonij ipſius teſtatoris integra remaneat. Et hæc dicuntur vſque ad illum. §. & cum quæſitum.

¶ *Qualiter minuantur legata ademptione vel tranſlatione dictum eſt: nunc qualiter lege Falcidia minuantur: & ideo dicit, ſupereſt. Accurſius. Differentia inter hunc titu. & ſequentem habetur per hos verſus,*

Tunc deſalcaris, ſi per legata grauaris:
Sed trebellianis, quum reddere cuncta rogaris.

SVpereſt. Totus iſte tit. diuiditur principaliter in quinque partes. Primo continuat ſe ad præcedentia. Secũdo ponit effectum legis Falcidiæ, tam de iure legis duodecim tabularum: quam de iure quo nos vtimur. Tertio ponit vnum dubium, ſcilicet an hæres non grauatus reſpectu ſui cohæredis grauari poſſit detrahere Falcidiam. Quarto ad quod præſens tempus redigatur, vt inſpiciatur, an lex Falcidia habeat locum. Quinto quando lex Falcidia imponitur, quid eſt ante deducendum. Secunda ibi, Cum enim. Tertia ibi. Et cum quæſitum. Quarta ibi. Quantitas autem. Quinta ibi, Cum autẽ. *CASVS.* Domine, multa dixiſtis nobis circa materiam legatorum, & de ademptio. & tranſlat. eorundem. vnde videtur quòd ad aliquam aliam materiam decætero poteratis tranſire. Satis enim videtur q̃ ea quæ iam dicta ſunt circa materiam legatorum, poſſunt ſufficere. Ad hoc reſpon. Iuſtin. Amice, non bene ſibi videtur: imo circa materiam legatorum etiã inſiſtendum eſt adhuc. nam ex quo ad adempti. & tranſla. legatorum vidimus: ſupereſt vt de. l. Falci. per quam modus le-

e ¶ *Falcidia.* ideo ſic dicta, quia vt falx fœnum, ſic hæc lex legata reſecat. Vel dic à Falcidio authore: vt lex Publia à Publicio dicta: vt infra de act. §. aliæ.

A D. *De hac lege Fr. Hotom. à nobis cõſulitur.*

locum apud Dionem in lib. 48. in hanc ſenten tiam nobis oſtendit, Pag. 53. Lex quoque dicta Falcidia a Publio Falcidio Tribuno pl. lata eſt. magnam autem illa hodieque vim in hæredum ſucceſſionibus habet. vt hæres quartam partem bonorum ſibi relictorũ, ſi grauiter oneratus ſit legatis, accipiat, caetera legatarijs relinquat. Latam vero Cn. Domitio Caluino, C. Aſinio Pollione COSS. idem oſtendit.

qua[a] modus nouiſſimè legatis impoſitus eſt. Cum enim olim lege duodecim tabularum libera erat legandi poteſtas, vt liceret vel[b] totum patrimoniũ legatis erogare (quippe cum ea lege ita cautum eſſet, vti quiſque[c] legaſſit, ſuæ rei[d], ita ius eſto) viſum eſt, hãc legandi licentiam coartare: idque ipſorum teſtatorũ[e] gratia prouiſum eſt, ob id, quod plerunque inteſtati moriebantur, recuſantibus ſcriptis hæredibus pro nullo aut minimo lucro hæreditates adire[f]. Et cùm ſuper hoc[g] tam lex Furia, quam lex Vocania latæ ſut: quarum neutra ſufficiens ad rei conſummationem videbatur: nouiſſime[h] lata eſt lex Falcidia, qua cauetur, ne plus legare[i] liceat, quàm dodrantem[k] totorum bonorum, id eſt, vt ſiue vnus hæres inſtitutus ſit, ſiue plures: apud eum, eóſve pars quarta remaneat.

¶ *Hæredum quilibet partis ſuæ legatis exinanitæ quartã detrahere poteſt: quamuis cohæredis portio nullatenus grauata extiterit.*

a ¶ *Qua.* ſcilicet Falcidia.
b ¶ *Vel.* pet. iã.
c ¶ *Vti quiſq.* hæc ſunt verba leg. xij. tab.
d ¶ *Suæ rei.* idem in ſua re. tota, quã ipſe legauit: vel etiam aliena. nã & aliena res legari poterat & pot, vt hic. & ff. ad l. Falc. l. j. in prin. & ꝟ. de leg. §. nõ ſolũ.
e ¶ *Ipſorũ teſtatorum.* non tamen licet teſtatoribus eam renuntiare, etſi in caſu: vt ff. eod. l. quod de bonis. §. fin. & l. ſi debitor, arg. contra. C. de pact. l. penult. ibi. cum & alia regula ſit &c. Sed hodie per auth. ſed cum teſtator. quæ eſt. C. ad leg. Fal. contra.
f ¶ *Adire.* facit. j. tit. j. §. ſed quia hæredes. Accur.
g ¶ *Super hoc.* id eſt, ſuper coartanda legandi licentia.
h ¶ *Nouiſſime.* id eſt, vltimo. Accur.
i ¶ *Legare.* vel etiam cauſa mortis donare. nam & ibi locum habet Fal. item & in mortis cauſa capione: vt C. e. l. penul. licet de hac quidam contradicant: & eſt pro eis argumentum. ff. eo. l. accepta. Itẽ in fideicommiſſis: vt C. eo. l. ij. Item in donatione inter viuos, quæ morte confirmatur. non alias, vt C. eo. l. in donatione. & in his habet locum. quod hic de legatis dicitur.
k ¶ *Dodrantem.* id eſt, nouem vncias totius hæreditatis. ſic enim dodrãs dicitur: vt ꝟ. de hær. inſt. §. hæreditas, Si ergo fiat in contrarium: de ſingulis poteſt fieri ſectio. in eo, quatenus partis detractio. & ipſo iure propoſita et à rei vendicatione: vt ff e. l. in ea. ij. h. j. rñ. & l. Plautius. & C. eo. l. ij. Iam ergo nunc eſt quæſtio, an hæres poſſit retinere Falcidiã, in vna re. nam non poteſt: vt in d. l. Plauti[e]. Sed aliud quãdo quis legat partem bonorum: tũc enim ſuccurritur hęredi, ſiue rerũ partes, ſiue æſtimationẽ dare maluerit: vt ff. de legat. j. l. non amplius. §. j.

¶ *Et cum quæſitum.* CASVS. Domine, tam video quod effectus l. Fal. talis eſt, q teſtator non poteſt legare vltra dodrãtẽ totorum bonorum. Videlicet vt quarta pars patrimonij teſtatoris remaneat apud hæredes ſiue ſit vnus hæres ſcriptus ſiue plures. Dicatis igitur mihi, quid iuris eſt in tali caſu? Quidam fecit teſtamentum, & in teſtamẽto ſuo inſtituit duos hæredes pro æquis portionibus, puta Titium & Seium: & partẽ Titij, aut totam exhauſit legatis, quæ nominatim reliquit à Titio præſtanda, quod nihil penitus apud Titium remanſit: aut ſi aliquid remanſit, ſupra modum tamen partẽ Titij onerauit. à Seio vero aut penitus nulla legata reliquit, aut ſi quã ab eo reliquit partem, & tamẽ dimidia portio eadem integra penes ipſum Seium remanſit: & ita quarta pars totius hæreditatis apud Seium hæredem ſcriptũ ſine aliqua diminutione, & ſine onere remãſit. vnde in hoc caſu multum fuit dubitatum & quæſitum, vtrũ liceret Titio vltra quartam partem ſuæ portionis grauato aliquid ex legatis ab eo nominatim relictis retinere: vt ita beneficio legis Falcid. quartam partem ſuæ portionis ſaluam habeat? Ad hoc reſp. Iuſtin. Ami-

ee, certe in quæſtione propoſita placuit, vt liceat Titio vti beneficio legis Fal. & de ſingulis legatis ab eo relictis intantũ detrahere, vt quartam partem ſuæ portionis ſaluam habeat: non obſtante quod quarta pars totius hæreditatis apud Seiũ cohæredẽ ſuũ integra remaneat. Nam in ſingulis hæredibus ratio le. Fal. habẽda eſt vt quilibet quartam ſuæ portionis ſaluam habeat. Et hæc dicũtur vſque ad illũ §. quantitas autem. Franc.

¶Et cum quæſitũ eſſet[a], duobus hæredibus inſtitutis (veluti Titio & Scio) ſi Titij pars, aut tota exhauſta ſit legatis, quæ nominatim ab eo data ſunt, aut ſupra modum[b] onerata: à Scio verò aut nulla relicta ſint legata, aut quę partem eius duntaxat in partem dimidiã minuant[c]: an quia is[d] quartam partẽ[e] totius hęreditatis, aut amplius habet, Titio nihil ex legatis, quæ ab eo relicta ſunt, retinere liceat, vt quartam partem ſuæ partis ſaluam habeat[f]? Placuit poſſe retinere[g]. etenim in ſingulis hæredibus ratio legis Falcidiæ ponẽda eſt.

¶Vt Falcidiæ locus ſit vel non, quantitas patrimonij teſtatoris à morte ſpectanda eſt: ideo vt bona mortuo teſtatore, hæreditate iacente aucta nihil obſunt hæredi, quin quartam de legatis detrahat, ita & diminuta nõ prohibent quin ſolida legata debeantur.

¶Quãtitas autem

a ¶*Et cũ quæſitũ eſſet.* facit. ff. eo. l. in ſingulis.

b ¶*Supra modum.* id eſt, ſupra quartam. Accur.

c ¶*Minuant.* & ſic remanẽt ei tres vnciæ, quæ ſunt quarta pars totius aſſis. Accurſius.

d ¶*Is.* ſcilicet Selus.

e ¶*Quartam partem.* id eſt, tres vncias.

f ¶*Habeat.* hoc interrogatiue lege: & poſtea reſponde, & placuit, &c. Accurſius.

g ¶*Poſſe retinere.* ſcilicet quartam partem ſuæ partis, quã iure hæreditario habet. non autem datum cauſa adimplendæ conditionis ſibi ab aliquo, imputabit in quartam: niſi à ſtatu libero eſſet datum: & de pecunia hæreditaria, de qua ei dare permittitur: vt ff. eo. l. id autem. & de do. cau. mor. l. q ſtatu liber. Item nec legatũ à cohærede relictum ſibi imputat: vt ff. eod. l. in quartam. niſi teſtator hoc cauerit: vt ff. eodem. l. quod autem. j. reſpon. §. Marcellus.

¶*Quantitas autem.* CASVS. Domine, iam video, quod beneficio leg. Fal. ſingulis hęredibus prouiſum eſt. ſed dicatis mihi quo tempore inſpicitur, verũ lex Fal. locum habeat? Ad hoc reſp. Amice, quantitas patrimonij à teſtatore relicta, ad quam ratio leg. Falc. reducitur tempore mortis ipſius teſtatoris inſpicitur: ſicut manifeſte liquet in tali exemplo. Quidã habuit c. aureos in bonis, ipſe laborans in extremis condidit teſtamentum: & in teſtamento inſtituit hæredẽ: & c. aureos legauit: & ita totũ patrimonium ſuũ exhauſit legatis: vnde mortuo teſtatore beneficiũ le. Fal. locũ ſibi vendicat. Sed quid ſi ante quã hæres adierit hæreditatẽ, bona hæreditaria per ſeruos hæreditarios, vel ex fœtu pecorũ, vel ex partu ancillarũ intantum ſunt aucta, quod omnibus legatis in ſolidũ ſolutis, hæres quartã partẽ totius hęreditatis, vel etiam amplius ſaluam habere poſſit? Et reſp. quod certe huiuſmodi augmentum poſt mortẽ teſtatoris ante aditionem hæreditatis adueniens, legatariis non proderit ſed nihilominus hæres beneficio legis Falcidiæ, quæ tempore mortis ipſius teſtatoris competit, vtetur: quartã partem à ſingulis legatis detrahet: & idem ius in caſu cõuerſo obſeruatur. Nam ſicut augmentũ rerũ hęreditariarũ ante aditam hæreditatẽ non poteſt prodeſſe legatariis: ita diminutio rerum hæreditariarum eis non nocet. verbi gratia, Ponamus retẽto primo themate, quod ille qui habebat c. in bonis, legauit lxxv. & ita reliquit quartam partem hæreditatis vnde mortuo teſtatore ratio leg. Falci. locum ſibi vendicare oon poterit: ſi tamen ante aditionem hæreditatis booa hæreditaria intaotum decreuerint incendiis forte, aut oaufragiis, aut forte per mortem ſeruorum, aut pecorum, vt lxxv. tẽpore aditionis in hæreditate vix inueniaotur, certe io hoc caſu huiuſmodi diminutio legatariis non nocet: imo nihilominus hæres ad præſtationem legatorum in ſolidũ tenetur. Sed forte obiiceret aliquis ſic: Hoc videtur iniquum, videlicet compelli adire hæredem huiuſmodi damnoſam hæreditatẽ, & nihil lucrari. Ad iſtam tacitam obiectionem reſp. Iuſtin. in lite-

patrimonij, ad quã ratio legis Falcidiæ redigitur, mortis tempore [a] ſpectatur. Itaque (verbi gratia) ſi is, qui centum aureorum patrimoniũ in bonis habeat, centum aureos legauerit: nihil legatariis prodeſt, ſi ante aditam hæreditatẽ per ſeruos hæreditarios, aut ex partu ancillarum hæreditariarũ, aut ex fœtu pecorum tantum acceſſerit hæreditati, vt centũ aureis legatorum nomine erogatis, hæres quartã partem hæreditatis habiturus ſit: ſed neceſſe eſt: vt nihilominus quarta pars legatis detrahatur. Ex diuerſo, ſi ſeptuagintaquinq; legauerit[b], & ante aditam hæreditatem intantum decreuerint bona (incendiis fortè, aut naufragiis, aut morte ſeruorũ) vt non amplius q̃ ſeptuagintaquinque aureorum ſubſtantia, vel etiam minus relinquatur: ſolida legata debẽtur [c], nec ea res [d] damnoſa eſt hæredi cui liberum eſt non adire hæreditatem, quæ res efficit, vt ſit neceſſe legatariis, ne deſtituto teſtamẽto nihil conſequantur, cum hærede in portione paciſci [e].

¶ *Falcidiæ ratio ita habenda eſt: primũ omne æs alienum, funeris impenſa, & ſeruorum pretia deducantur: exinde ſi quod reliqui eſt, ex legatis exuperetur, vſque adeò quorumlibet minuũtur legata, vt viribus patrimonij coæquentur: poſtremò ita Falcidia detrahitur, vt quadrantem hæres, dodrantem verò legatarij ferant.*

¶ Cùm autem ratio legis Falcidiæ ponitur, ante de-

ra, aut facta eſſet ſibi, dicens: Amice, hoc nuntiatu hus damnoſum eſt hæredi. nam liberum habet arbitrium non adire hæreditatem, & ita huiuſmodi periculum euitare. vnde in hoc caſu neceſſe eſt ipſis legatariis cum hærede de certa portione legatorum recipiẽda paciſci, ne hæres deſerat teſtamentum. & ita deficiente teſtamento, legata in eo relicta non debeantur. Hæc dicuntur vſque ad illum §. cũ autem ratio.

a ¶ *Mortis tempore.* ſ. de leg. §. ſi peculium. contra. Solut. ibi remanet ſeruus quaſi peculij dominus.

A D D. *In attimatione tamen debitorum eſt ſecus; quia ſi poſt mo⟨r⟩tem teſtatoris & ante aditam hæreditatẽ efficiatur non ſoluendo; cedit damno hæredis & econtra, cedit lucro legatariorũ quo ad Falcidiã vt l. cum quo. ff. eodem. Et eſt ea ratio: quia eſt ſpes, quod de inopia deueniat ad pinguiorem fortunã. l. ſi defunctus. ibi, nec enim paupertibus. C. arbit. tut. Ioan. Fab.*

b ¶ *Legauerit.* ſcilicet tres partes hæreditarias, & quarta remanet, ita quod non habet locum Falcidia: quia centum habebas in bonis: vt ſupra dictũ eſt.

Legata rei periculum ad quē pertinet,

c ¶ *Solida legata debentur.* aliàs decitur. Hoc locum habet, quando res hæreditariæ non legatæ perierunt. Si autem legatæ pereãt, diſtingue: aut erant in põdere, numero, vel mẽſura: & tũc idem quod hic dicitur. Aut non: & tunc aut incertum: vt puta hominẽ: & tunc idem quod hic. aut incertum ex certis: vt vnũ de ſeruis ſuis: & tunc ſi omnes pereant, legatarij dãnum eſt: vt ff. e in ratione. l. Fal. l. mortes. §. diligẽter & §. certæ. aut penitus certa vt Stichus, & tunc perit legatario: vt ſ. de leg. §. ſi res legata.

d ¶ *Nec ea res.* Reſpondet tacitæ obiectioni quaſi dicat, nonne erit iniquum compelli adire & non lucrari & ita demum ſentire?

e ¶ *Paciſci,* id eſt, aliquid oportet eos dare hæredi, vt adeat. Et ita nota quod nõ per omnia etiã hodie ſunt exæquata fideicõmiſſa legatis, nec legata fideicommiſſis. nam fideicommiſſarius compellit hæredem ſcriptũ adire, & nihil ei dat: vt j. tit. j. § ergo ſi quidem. ver. ſed ſi recuſet. ſed illud eſt in generalibus fideicõmiſſis. hoc in ſpecialibus. Quæ autem ſit differentia inter legata & fideicomiſſaria dixi in lege. j. ff. de legat. j.

¶ *Cum autem.* C A S V S. Domine, video quare l. Falcid. fuit introducta: & quis eius effectus ſit: & quo tẽpore ſpectatur: vt l. Falc. locum ſibi vendicet. pro Deo dicatis mihi, in quibus rebus locum ſibi vendicet l. Falc. Ad hoc reſpon. Amice, cũ ratio. l. Fal. petitur primò deducitur omne æs alienũ, id eſt, quicquid teſtator tẽpore mortis aliis debebat. Itẽ

impenſæ

ducitur æs alienū[a], item funeris[b] impenſa, & pretia ſeruorum[c] manumiſſorum: tunc demū in reliquo ita ratio habetur[d], vt ex eo quarta pars apud hæredem remaneat: tres verò partes inter legatarios diſtribuantur, pro rata[e] ſcilicet portione eius, quod cuique eorum legatū fuerit. Itaque ſi fingamus[f] quadringentos aureos legatos eſſe: & patrimonij quantitatem, ex qua legata erogari oportet, quadringentorū eſſe: quarta pars legatariis ſingulis debet detrahi. Quòd ſi trecētos quinquaginta legatos fingamus: octaua[g] debet detrahi. Quòd ſi quingentos[h] legauerit: initio quinta, deinde quarta detrahi debet[i]. Antè enim detrahendum eſt, quod extra bonorum quātitatem eſt, deinde qđ ex bonis apud hæredē remanere oportet.

impenſæ circa funus teſtatoris factæ. & etiam pretia ſeruorū manumiſſ. ſimiliter deducuntur, & facta tali deductione: tūc deinde in reſiduo habet locū ratio. l. Fal. vt ex eo quarta pars integra apud hæredē remaneat. & tres partes reſiduæ inter legatarios pro rata portione eius, quod cuique legatariorum relictum fuerit, diſtribuantur. Ponamus igitur, ꝙ aliquis habens patrimonium cccc. aureorū, quadringentos aureos legauerit. certe ī hoc caſu quarta pars ſingulorū legatariorū de ſingulis legatis detrahi debet: vt per huiuſmodi detractionem quartam partē q hæres ſcriptus. l. Fal. beneficio habeat. & hoc eſt verū: qñ tantū erat legatū, quātum erat in patrimonio. Sed pone reteto primo themate, ſcilicet ꝙ ille, qui habebat ī patrimonio quadriogētos aureos legauit ccc l. & ita viij. pars quadriogētorum apud hæredē remaneat in hoc caſu hæres non quartā, ſed tantū octauam partē de ſingulis legatis detrahet, retenta parte octaua quam ſaluā habuit. hac ſcilicet octaua à ſingulis legatis detracta, quartam totius patrimonij integram habebit. Sed pone retento primo themate, ꝙ teſtator habens quadringentos aureos in bonis legauerit quingētos: & ita plus legauerit, quam erat in patrimonio. in hoc caſu primo c. in quibus exceſſit patrimonium, detrahenda ſunt, id eſt, perinde habenda, ac ſi non eſſent relicta: & poſtea quartam partē ſingulis legatariis detrahet hæres. Et ſic primo detrahendum eſt quod vltra patrimonium teſtatoris legatū eſt: & poſtea illud quod ex bonis teſtatoris ſupereſt apud hæredā remanere oportet. Et hæc dicuntur vſque in fi. tit. Franciſcus.

a ¶ *Aes alienum.* etiā quod ipſi hæredi debeatur tempore mortis, licet confuſione ſit factum indebitū: vt ff. eo. l. qui fundum. & C. eo. l. irritum. niſi expreſſe prohibeat: vt ff. eo. l. ſi debitor creditore.

b ¶ *Funeris.* nō monumēti: vt ff. e. l. j. §. fi. A D. *Niſi eſſet impenſa neceſſaria: puta quia eſſet dedecus ſepeliri in terra, ſecundum Aug.*

c ¶ *Seruorū.* Mos erat antiquitus, vt qui ſeruos nō habebat, vnū vel plures emeret, q honoris cauſa funus teſtatoris pileati antecederēt: quo facto ſtatim intelligūtur manumiſſi: & ſic illorū manum. detrahitur pretium. & facit ad hanc poſitionē C. de lati. lib. tol. §. ſed & qui domini. Vel dic quod teſtator alicui x. legauit, vt alienū ſeruum redimeret legatarius, & manumitteret. de hoc enim legato nō detrahitur Falcd. niſi de eo quod ſupereſſet forte facta emptione: vt ff. de fideicō. lib. l. deeē. & ff. e. l. ſed & ſi non ſeruus. Si autē vt ſuum propriū legatarius manumitteret: tunc nullā patitur Falcidiam legatarius, & ita hæc pretia deducuntur, vt Falcidiam non patiantur: vt ff. eo. l. ſi ſeruus. & l. Iulia. *Legatū alienū vt ſeruum manumittas: nō defalcatur*

d ¶ *Ratio habetur.* habita ſcilicet æſtimatione rerū, non ex affectione, ſed cōmuni æſtimatione: vt ff. eo. l. prætia.

e ¶ *Pro rata.* vt ita quartā detrahat hæres ſi nihil ei dimiſerat teſtator: vel ſi aliquid erat reſiduū penes eū: adhuc detrahat ad ſuppletionē, vel quintā, vel etiā milleſimam: vt ff. eo. l. in quantitate. §. fi. & facit ad hoc. C. eo. l. ij. & ff. eo. l. Plautius.

f ¶ *Fingamus.* retento caſu, quod habebat in bonis quadringenta.

g ¶ *Octaua.* ſ. quadringētorū, quæ eſt quinquaginta: & ita habebit hæres prima quinquaginta: & hæc alia quinquaginta detracta, & ſic centum, & ſic quartam.

h ¶ *Quingentos.* retento caſu, quod habebat in bonis quadringēta: & ſic legauit vltra, quam haberet centum.

i ¶ *Detrahi debet.* improprie autem ponitur detrahi, quo ad id quod excedit: & proprie quo ad quartam, quæ eſt in bonis: & ſic ſemel poſitum verbū proprie & improprie ponitur: vt ff. de off. procō. l. ij. Item nota, ꝙ hæc Falcidia ceſſat in mul.

tis caſibus:quos dicas vt diximus in l.in teſtamento in glo.ij. C.ad legem Falcid. & in authen.de hære. & fal.§.& hinc nobis. coll.j. Et iſti caſus patent in his ver. Falcidiam ceſſare facit pars debita natis.Dos,miles, vetitum, libertas,ſponte ſolutum Res vetitæ vendi, pietas,& chartula, crimen. Ac hæres ſi nõ facit inuentaria ſubiit.

ᵃIn quibuſdam exẽp. hoc loco additur, & libertatibus Vetitũ ſemel poſitũ proprie & improprie poteſt poni.

A D D. *Nota diligenter hos verſus, ex quibus habes, quod Falcidia ceſſat in xi. caſibus. Primo, in bonorum ſubſidio liberis relicto. Secundo, in legato dotis, quando videlicet maritus vxori dotem ſuam legat. Tertio, in teſtamento militis. Quarto, quando teſtator prohibuit illam detrahi. Quinto, in libertatibus relictis. Sexto, quando hæres non ignorans patrimonium defuncti ſponte ſoluit, non retenta Falcidia. Septimo, quando teſtator aliquam rem legat, & prohibet illam à legatario alienari. Octauo, in legatis ad pias cauſas relictis. Nono, in legato chartularum, ſiue inſtrumentorum: quando videlicet aliquis legat inſtrumenta prædiorum aliquorum: quod quidem legatum affert vtilitatem probationis, quæ defalcari nõ poteſt. Decimo, ceſſat Falcidia propter crimen ſiue delictum hæredis, qui tacitum legatum perſonæ incapaci ſoluit. Vltimo, quando hæres inuentarium facere non curauit.*

Falcidia I ſi. caſibus ceſſat.

TITVL. XXIII.

DE FIDEICOMMISSARIIS hæreditatibus:ᵃ & ad Senatuſconſultũ Trebellianum.

¶ Fideicommiſſa ab hæredis fide nomen acceperunt: quæ licet nulla iuris neceſſitate, ſed ſolo fidei pudore olim præſtarentur, hodie tamen ad iuris neceſſitatem reducta ſunt.

DE FIDEICOMMISSARIIS hæreditatibus: & ad Senatuſconſultũ Trebellianum.

¶ Iuſtinianus poſt tractatum legatorum, de lege Falcid. prius, quàm de fideicommiſſis tractanio: quia lex Falcidia in legatis prius fuit inuenta, quàm in fideicommiſſis, ſecundum P. Vel ſic, Dictum eſt de legatis: ſed quia de fideicommiſſis ſumus polliciti dicere: vt ſuprà, de leg.§. ſed ne in primis. ideo de fideicommiſſis tractemus. Et quia fideicommiſſorum aliud generale, aliud ſpeciale: generale vero dignius, de generali primo videamus: vt infra eodem. in prin. & infra titu.i. in prin. Accurſius.

A D D I. *Fideicommiſſum (ait Vlpianus in titulis) eſt quod non ciuilibus verbis, ſed precatiuè relinquitur: nec ex vigore iuris ciuilis proficiſcitur: ſed ex voluntate datur relinquentis. vide item ſupra initio de legatis.*

N*Vnc tranſeamus.* Totus iſte titulus diuiditur in ſeptem partes. Primò ponit, qualiter iure vetuſtiſſimo non de neceſſitate, ſed verecundia quadam fideicommiſſa præſtabantur. Secundò quomodo tempore Auguſti certis perſonis ex neceſſitate præſtabantur: vel etiam de iure prætorio. Tertiò, quomodo fideicommiſſum fieri debeat, vt valeat. Quartò quando reſtituta erat hæreditas, quòd ex ſenatuſconſ. tranſibant actiones omnes in fideicommiſſariũ. Quintò, qualiter ex ſenatuſconſul. Veſpaſiano hæres inſtitutus poterat detrahere quartam: & qualiter dicto iure hæres rogatus de tota hæreditate reſtituenda, vt tranſirent actiones pro rata in fideicommiſſarium ſtipulatio interponebatur, ſi hæres volebat adire: ſi vero recuſabat, ex dicto ſenatuſconſ. cogebatur. Sextò, Iuſtinianus iſta duo ſenatuſconſulta æquiparat: & omnia quæ ſenatuſconſultum Treb. ſtatuit, eidem referuat: & quæ ſenatuſcon. Veſpaſianum ſtatuit, attribuit ſenatuſcon. Treb. tanquam antiquiori. Septimò, circa materiam fideicommiſſorum certos caſus dubitabiles ponit. Secunda ibi, Poſtea. Tertia ibi, In primis. Quarta ibi, Reſtituta. Quinta ibi, Sed quia hęredes. Sexta ibi, Sed qa ſtipulatiões. Septima ibi, Nihil autẽ intereſt. *CASVS.* Domine, multa iam dixiſtis nobis circa materiã legatorum, pro Deo dicatis mihi, quid proponitis in hac materia facere? Ad hoc reſpon. Amice, certe ex quo expedita eſt materia legatorum, nunc ad fideicommiſſ. tranſeundum eſt: & primo de fideicom. hæreditatibus breuiter videamus. Et hæc dicuntur vſque ad illum verſic. ſciendum eſt. in quo pone caſum ſic, Domine, video quod vultis tractare de fideicommiſſ. hæc. dicatis mihi modo ſi placet, qualiter erant introducta fideicommiſſ. & qualiter ſic appellabantur? Ad hoc reſpondet: Amice, ſcire debes, quòd olim omnia fideicommiſſ. tam generalia quàm ſpecialia primitiuis tẽporibus infirma erãt: quia nemo inuitᵇ huiuſmodi fideicommiſſ. de quibus erat à teſtatore rogatus, ſoluere cogebatur: & pro filiis ſpuriis & cæteris non capacibus, quibus teſtatores non poterant hæreditates & legata in teſtamento ſuo relinquere, fuerunt fideicommiſſ. introducta. vnde ſub hac cautela relinquebant.

mus. Sciendũ itaq; eſt[a], omnia fideicõmiſſa primis tẽporibus infirma fuiſſe: quia nemo inuitus cogebatur pręſtare id, de quo rogatus erat. Quibus[b] enim non poterant hæreditatẽ vel legata relinquere, ſi relinquebant, fidei cõmittebant eorum, qui capere ex teſtamento poterant hæreditatẽ. Et ideo fideicommiſſa appellata ſunt: quia nullo vinculo[c] iuris, ſed tantum pudore eorum, qui rogabantur, continebãtur. Poſtea diuus Auguſtus primus ſemel, iterúmque gratia perſonarum[d] motus, vel quia per ipſius ſalutẽ rogatus quis diceretur, aut ob inſignem quorundam perfidiam, iuſſit Conſulibus authoritatẽ ſuam interponere[e]. Quod quia iuſtum videbatur, & populare[f] erat: paulatim conuerſum eſt in aſſiduam iuriſdictionem[g]: tantúſq; eorum[h] fauor factus eſt, vt paulatim etiam Prætor proprius crearetur[i], qui de fideicommiſſis ius diceret, quem fideicõmiſſarium appellabat.

¶ *Ad hoc, vt valeat fideicommiſſum vniuerſale, ex teſtamento debet hæres vniuerſaliter inſtitui, qui poteſt grauari de tota vel parte hæreditatis capaci reſtituenda. Aretinus*

nam fi[de]icommiſſ. eorum, qui capere poterant [e]x teſta. hæreditatem committebant. & ideo fideicommiſſ. appellata ſunt: quia n[u]llo vinculo iuris innodata erant: ſed ta[n]tum pudori eorum committebant teſtato[r]es huiuſmo[d]i fideicomm[i]ſſ. ſoluere: ſed non cogeban[t]ur. & ita hoc [v]ſque ad tẽpus diui Auguſti [o]btinebat. p[o]ſtea vero pa[u]s diuus Augu[ſt]us gratia perſon[ar]um capacium (quia fideico[mm]in. defraudab[a]ntur) motus fideicõmiſſ. h[u]iuſmodi ad i[u]ris neceſſitat[e]m induxit. [v]nde q[u]a aliqua[n]do per fidem ſ[u]ã, vel per ip[ſi]us principis [ſa]lutem aliquis [r]ogatus non ſol[u]ebat fideicomm. ideo propter [m]agnã quorund[am] perfidiam, q[u]i fidem im[p]lere recuſabãt, pręcepit con[ſ]ulibus, vt ip[ſi] authoritatem ſuam interponerẽt: vt illi, qui rogati eſſ[e]nt fideicomm. ſoluere, ad e[o]rum præſtatiõẽ cogerẽtur. & quia hoc iuſt[u]m videbatur [&] populo expediebat: paulatim conuerſ[u]m eſt in aſſiduam iuriſdictionẽ: & per pr[o]ceſſum temporis fauor fideicõ. intantum augebatur, vt etiam proprius prætor c[ir]ca huiuſmodi fideicõ. crearetur: quem [f]ideicomm. prætorem appellabant. Et h[æ]c dicuntur vſque ad illum. §. in primis.

a ¶ *[S]ciendum itaque eſt.* q. d. tractaturis nobis de fideicom. quia eorum apud antiquos aliter ſe habebat tractatus, ne quid antiquitatis penitus ignoretur: itaque dicamus de fideicom. generalibus & ſpecialibus: vt argu. ĩ. de teſt. in principio.

b ¶ *Quibus.* vt ſpuriis. & in his nil innouatur. nam nec hodie valet fideicommiſ. vt ff. de iu. fiſci. l. non intelligitur. §. j. ij. & iij. & C. de na. lib. l. j. & ij. & C. ad leg. Fal. etiam ſecundum Azo. Sunt & alij qui capere non poterant: vt ĩ. de leg. §. legari. diximus & in his omnibus nil innouatur: vt in muliere quæ tranſit ad ſecunda vota intra tẽpus luctus: cui ab extraneo relinqui nõ poteſt: vt C. de ſecu. nup. l. ſi quis ĩcen[ti]. & C. de ſecun. nupt. l. j.

c ¶ *Nullo vinculo.* i. nulla actione, ſeu per officium iudicis: vt ff. de verbo. ſign. l. pecuniæ verbum §. actionis.

d ¶ *Perſonarũ.* capacium duntaxat, non earum, quæ ſunt non capaces: de quibus ſ. loquutus eſt. & dic perſonarũ quarundam.

e ¶ *Interponere.* ſcilicet vt fideicõmiſſa pręſtentur generaliter in omnibus.

f ¶ *Populare.* id eſt, populo expediens.

g ¶ *In aſſiduam iuriſdictionem.* id eſt, vt aſſidue de hoc ius redderetur etiam ab aliis, quam à conſulibus. Accurſius.

h ¶ *Eorum.* ſcilicet fideicommiſſorum.

i ¶ *Crearetur.* vt ff. de orig. iur. l. ij. §. poſt deinde diuus. Accurſius.

¶ *In primis. CASVS.* Domine, iam video qualiter fideicomm. quæ olim erant infirma: poſtea per diuũ Auguſtum ad neceſſitatem iuris ſunt introducta. pro Deo dicatis mihi modo, qualiter teſtator in teſtamento ſuo rogat aliquẽ ſoluere huiuſmodi fideicom. Sed ante, quam Iuſtinianus ſoluat hanc quæſtionẽ, præmittit quoddam aliud, & dicit: Amice, in primis ſciendũ eſt, quod neceſſe eſt quod aliquis hæres inſtituatur in teſtamento: & poſtea fidei hęredis inſtituti cõmittatur,

¶In primis igitur[a] ſciendum eſt, opus eſſe, vt aliquis recto iure teſtamento hæres inſtituatur[b], eiúſque fidei cõmittatur, vt eam hæreditatem alij reſtituat: alioqui inutile[c] eſt teſtamẽtum, in quo nemo hæres inſtituitur. Cùm igitur aliquis ſcripſerit, Lucius Titius hæres eſto: poteſt adiicere, rogo te Luci Titi, vt cum primum poteris hæreditatem meam adire, eam Caio Seio reddas, reſtituas. Poteſt autem quiſque & de parte reſtituenda hæredem rogare. Et liberum eſt, vel purè, vel ſub conditione[d] relinquere fideicommiſſum vel ex certo die.

¶*Reſtituta hæreditate nomen hæredis indelebile apud reſtituẽtem remanet: in fideicommiſſariũ vero actiuæ paſſiuæq́; actiones transferuntur.*

¶Reſtituta autem hæreditate is quidem, qui reſtituit, nihilominus hæres permanet[e]: is verò qui recipit hære-

vt illam hæreditatẽ alicui alij reſtituat. Si enim ſecus fieret, teſtamentum inutile eſſet, in quo nullus hæres eſſet inſtitutus: & per conſequens ea, quæ in illo teſtamento relinquerentur, nullius eſſent momẽti. Cum igitur aliquis in teſtamento ſibi adſcripſit hæredem: puta per talia verba, Lucius Titius hæres meus eſto: poterit poſtea ſic adiicere, Luci Titi hæres meus cum primum poſſis hæreditatem adire: eã Caio Seio reddas & reſtituas. Et non ſolum de hæreditate reſtituenda poteſt teſtator rogare hæredem ſuum, ſed etiã de parte hæreditatis alicui reſtituenda eũ rogare poteſt: & liberum eſt ipſi teſtatori vel pure, vel ſub cõditione, vel ex die certo fideicommiſſ. tam generale, quàm ſpeciale relinquere. Et hæc dicuntur vſque ad illum. §.reſtituta. Franciſcus.

ADDI. *Ex initio huius §. patet cur directo, & vtiliter, directamque & vtilem actionem dicamus. Nam quod recto iure antiquo fit, & nulla interpretatione, Directũ dicimus. Quod verò propter ſimilem vtilitatem receptum eſt interpretatione benigniore, id Vtile appellatur. B. B.*

a ¶*In primis igitur.* ſcilicet quia ius fideicommiſſorum expoſituri ſumus, quoniam autem fideicommiſſa vniuerſalia & ſingularia hoc, ſcilicet vt hæres primo inſtituatur, in ſua habent natura communiter: igitur de eo in primis notandum eſt. ſic & econtra dicitur, & cõtinuatur. I. de leg. §. ſed in primis.

b ¶*Hæres inſtituatur.* poteſt etiã ab inteſtato: vt infra eodem. §. præterea. qui eſt contra.

c ¶*Inutile.* nota non valere teſtamentum ſine hærede. ſic ff. de iis, quæ in teſta. del. l. proxime. §. Calphurnius Congianus. & ff. de condi. l. fina.

d ¶*Sub conditione.* quot, & à quo ſunt implendæ conditiones. dic vt ff. ad Treb. l. facta. §. ſi ſub conditione.

¶*Reſtituta.* CASVS. Domine, iam video qualiter teſtator poteſt rogare hæredem inſtitutum, vt ipſe alicui reſtituat totam hæreditatem, vel eius partem. Sed pone, Quidã inſtituit Petrum hæredem, & rogabat eum per fideicõmiſ. vt totam hæreditatem reſtitueret M. modo quæro, à vobis, verum facta reſtitutione ſecũdum voluntatem teſtatoris P. nihilominus debeat hæres cenſeri? Et reſpon. Iuſtinianus quod ſic. nam reſtituta hæreditate, ille hæres qui fuit inſtitutus, nihilominus poſt reſtitutionem permanet hæres. Fideicommiſſ. vero cui hæreditas reſtituitur: quandoque loco hæredis, quandoque loco legatarij habebatur: ſed Neronis temporibus Trebellio Maximo & Annæo Seneca exiſtentibus conſulibus factum fuit ſenatuſconſultum Trebellianum, in quo quidem Senatuſconſulto cautum eſt, vt ſi hæreditas ex cauſa fideicommiſſaria alicui reſtituta ſit: omnes actiones quæ de iure ciuili ipſi hæredi, vel aduerſus hæredem competerent: fideicommiſ. & aduerſus ipſum poſt reſtitutionem hæreditatis ei factam darentur. & poſt illud ſenatuſconſul. prætor actiones ipſi fideicommiſſ. & aduerſus ipſum quaſi hæredi & in eundem dare cœpit. & ita manifeſte liquet, quod ſecundum ſenatuſconſul. Trebel. ille cui ex fideicommiſſ. reſtituta erat hæreditas: quantum ad emolumentum & onus loco hæredis habebatur. & iſta dicuntur in tertia parte vſque ad illum. §. ſed quia hæredes.

e ¶*Hæres permanet.* nota quod ſemel eſt, ſemper erit, ſic. ff. de mi. l. etiam ſi ſine. alias incipit. & ſi ſine. §. ſed quod Papi. in fio. ibi. ſine dubio hæres. & ff. de hære. inſtit. l. ei qui ſoluendo. in fi. Accurſius.

a ¶*Ali-*

Trebellius et Seneca, … Pegasus et Pusio cos. ordina[rij] fuerunt, ideoque eorum nulla in fasti[s] mentio.

a ¶ *Aliquando.* j. ſecundum vo[tum] ius. ut per Treb. ut ſtatim dicet. oẽ omnia tranſibant.

b ¶ *Aliquando.* id eſt, ſecundũ aliud ius non erat loco hæredis, ſed legatarij, ut per Pegaſianũ: ſecundum quod retinet inſtitutus quartã: ut j. eodem §. ſed quia. & §. poſt quod.

c ¶ *Trebellio.* & hinc dictum fuit Trebellianum ſenatuſconſultum: & Macedonianũ à Macedone: ut ff. ad Maced. l. j.

d ¶ *Conſulibus.* ſcilicet exiſtẽtibus.

e ¶ *Omnes.* imo non omnes, etiã per Trebellianum: ut j. e. §. ergo cõtra. Sol. licet hic dicat, omnes: non tamen dicit totæ vel in totum. ſecundum Ioan. Vel dic, quod quando de toto erat rogatus, habebat locũ quod hic dicitur. ſi autem retenta quarta de cætero erat rogatus, habet locum quod dicitur infra. Accurſius.

f ¶ *Iure ciuili.* vel etiam prætorio: dummodo tales ſint prætoriæ, quæ ſunt tranſitoriæ: ut ſunt perſecutoriæ: ut ff. de act. & obli. l. e. in honorariis. & ff. eo. ad ſena. Treb. l. j §. quanquam. ſecus in pœnalib[us]: ut. j. de act. §. pœnales.

g ¶ *Hæreditatem.* non facta ceſſione actionum. alias enim etiam directas habet ex nomine cedentis.

¶ *Sed quia hæredes.* CASUS. Domine, iam video, quod ſecundũ ſe. con. Trebel. cui reſtituebatur hęreditas, quo ad onus & emolumentum loco hæredis habebatur. ſed vos dixiſtis mihi ſupra, ꝙ hæreditas quo ad onus, quandoq; habebatur. Ad hoc reſpon. Iuſtin. quia ſupra diximus, ꝙ hæredes ſcripti in teſtamento, totius hæreditatis reſti. poterant grauari, nec per ſena. conſul. Treb. aliquod remedium habebant: & idcirco hæreditatem ob nullum vel minimũ lucrum adire plerunque recuſabant: cum vel totam hæreditatem, vel fere totam per fideicom. reſtituere cogebantur: vnde teſtamento ab hæredibus ſcriptis deſerto fideicom. in teſtamento relicta penitus extinguebantur: ideo poſtea temporibus Veſpa. Auguſti Peg. & Puſione exiſtentibus conſulibus factum erat ſena. conſul. Peg. in quo

ditatem, aliquando[a] hæredis, aliquando[b] legatarij loco habetur. Et Neronis quidem temporibus Trebellio[c] Maximo, & Annæo Seneca consulibus[d], ſenatuſconſultum factum eſt: quo cautum eſt, ut ſi hæreditas ex fideicommiſſi cauſa reſtituta ſit, omnes[e] actiones, quæ iure ciuili[f] hæredi & in hæredem competerent, ei & in eum darentur, cui ex fideicommiſſo reſtituta eſſet hæreditas. Poſt quod ſenatuſconſultum Prætor utiles actiones ei, & in eum, qui recepit hæreditatem[g], quaſi hæredi & in hæredem dare cœpit.

quidem ſena. conſul. ſtatutum fuit, ut liceret hæredi ſcripto, qui rogatus eſſet per fideico. hæreditatẽ reſtituere, quartam totius hæreditatis retinere. ſicuti beneficio l. Fal. ex ſingulis legatis quartam retinere conceditur. Et non ſolum huiuſmodi beneficium retentionis quartæ in vniuerſitate erat hæredibus conceſſum, ſed etiã in ſingulis quoq; reb[us] per fidei. relictis eadem retentio quartæ ex Pega. ſenatuſcon. hæredi indulgebatur. vnde poſt ſena. conſ. Pega. hæres ſcriptus occaſione illius onera hæreditaria ſuſtinebat: ille vero

¶ *Pegaſiano ſenatuſ*

qui ex fideicom. partem hæreditatis recipiebat, puta dodrantem, loco legatarij partiarij habebatur: id eſt illius legatarij cui pars bonorum legabatur. Nam huiuſmodi ſpecies legati vocabatur partitio: & hoc ideo, quia talis legatarius cum hærede partiebatur hæreditatem: & in hoc caſu ſtipulationes quæ ſolebant inter hæredem & partiarium legatarium interponi, eædem inter fideicommiſ. & hæredem interponebantur. id eſt ut lucrum & damnum hæreditarium pro rata portione inter eos commune eſſet. vnde tunc demum habebat locum ſenatuſconſul. Trebel. quando non totam hæreditatem, vel ultra dodrantem hæreditatis reſtituere rogabatur hæres: & in hoc caſu ex ſenatuſconſul. Treb. fiebat reſtitutio. & ſine interpoſitione ſtipulationis actiones hæreditariæ in vtruonq; videlicet hæredem ſcriptum & fideicõ. qui loco hæredis habebatur pro rata portione diuidebantur. Si vero plus, quàm dodrantem vel totam hæreditatem fideicom. reſtituere rogabatur: tunc ex ſena. Peg fiebat reſtitutio: & hæres qui ſemel adibat hæreditatem, ſi ſua voluntate & non cõpulſus hoc fecerat: ſiue beneficio Peg. vſus ſibi quartã retinebat, ſiue quartã ſibi retinere nolebat: niſi per interpoſitionẽ ſupradictæ ſtipulationis ſibi proſpexiſſet, vniuerſa onera hæreditaria per ſenatuſcõ. Pega. ſuſtinebat: quarta iã ab hærede retẽta etiã ad euitationẽ onerũ hæreditariorũ quaſi pro parte ſtipulationes interponebantur, quæ ſolebant in-

+ Falso igitur scriptum est … Ausonio, … Seneca, nec tamen consul

cōſulto introductum fuerat, hæredem totam hæreditatē reſtituere grauatum, quadrantem detrahere poſſe, ne ſolo nomine hæres eſſet, actionibus tamen actiuis paſſiuisq; apud eum remanentibus, niſi ſtipulatione ſibi prouideret vt damnum lucrumq; ſibi & fideicommiſſario pro quota commune foret: ſin autem intra dodrantem reſtituere rogabatur, tunc Trebelliano ſenatuſconſulto locus erat: ex quo tam hæres, quàm fideicommiſſarius pro ratis portionibus onera ſuſtinebant.

¶Sed quia hæredes ſcripti, cū aut totam hæreditatē, aut penè totā plerūq; reſtituere rogabātur, adire hæreditatem ob nullum, vel minimum lucrū recuſabāt[a], atq; ob id extinguebantur fideicommiſſa: poſtea Veſpaſiani Auguſti temporibus Pegaſo & Puſiōe Cōſulibus[b], Senatus cenſuit, vt ei, qui rogatus eſſet hæreditatem reſtituere, perinde liceret quartam partem[c] retinere, atque ex lege Falcidia ex legatis retinere conceditur: Ex ſingulis quoque reb⁹, quæ per fideicōmiſſum relinquuntur, eadem retentio permiſſa eſt[d].

terponi inter partiariū legatariū & hæredem. Alter enim ab altero ſtipulabatur, vt vterq; eorum onera hæreditaria, ſicut emolumentum, pro rata portione ſuſtineret. ſi vero hæres ſcriptus totam hæreditatē fideicom. reſtituebat: in hoc caſu emptæ vel venditæ hæreditatis ſtipulationes inter ipſum hæred. & fideicom. interponebātur. & hæc dicuntur vſque ad illum ver. Sed ſi recuſet. in quo pone caſum ſic, Domine, iam video in quo caſu habebat locum Se. cō. Treb. olim, & in quo caſu locū habebat Peg. & quę fuit ratio ſuæ intētionis Pegaſiani: & in quibus differunt illa duo ſenatuſc. pro Deo. dicatis mihi ſi placet, ſi in aliquo caſu, habeant cōuenientiam illa duo ſenatuſcon. ad hoc reſpon. Iuſti. quod ſic. Dictum eſt enim ſupra, quid iuris eſt, quando hæres ſcriptus ſua ſpōte adibat & reſtituebat hæreditatē, ſed certe ſi ſcriptus hæres recuſauerit hæreditatem adire, quia dicit eam ſibi ſuſpectam eſſe quaſi damnoſam: in hoc caſu cauebatur ſe. conſ. Peg. vt deſiderante fideicō. ſibi reſtitui hæreditatem iubēte prætore ſcriptus hæres hæreditatē adire & reſtituere fideic. cōpelleretur: & tunc oēs actiones hæreditariæ ipſi fideicō. & aduerſus eum, cui authoritate Peg. ſen. facta fuiſſet reſtitutio, dabantur, & in hoc caſu, quando hæres coactus hæreditatē reſtituit, ſtipulationes à Peg. deſcendentes nō erāt neceſſariæ: quia ſine interpoſitione cuiuslibet ſtipulationis ſimul hæredi ſcripto, qui coactus hæreditatē reſtituebat, plena dabatur ſecuritas, & oēs actiones hæreditariæ ipſi fideic. & in eū transferebantur. In hoc enim caſu vtrunq; ſe-

na. quo ad mentem concurrebat. Et hæc dicuntur vſq; ad illū. §. ſed quia ſtipulationes.

a ¶*Recuſabant.* ſic. ī. ti. j. in prin.

b ¶*Conſulibus.* ~~ſ. ſedentibus~~ tibus.

c ¶*Perinde liceret quartam.* i. dicere ſicut per legem Falcid. defalcātur ſpecialia legata: vt ſ. ti. j. §. cum autem. & §. j. ita generale fideicōmiſſū defalcatur per Pegaſianum ſenatuſconſultū vt hic. Et no. triplicem eſſe quartam. Vna dicitur naturę debita: vt quæ debetur filiis, & filiabus, & inferiorib⁹, & ſuperioribus, & quibuſdam tranſuerſalib⁹: vt C. de inoff. teſta. le. cum quæritur. & l. parētibus. quæ eſt aucta in authē. de triē. & ſe. §. j. col. iij. & hoc dicit debitum bonorum ſubſidiū: vt Co. de inoff. dona. le. ſi totas. Alia eſt quæ debetur iure inſtitutionis: vt ex ſingularibus legatis & fideicommiſſis: vt ſ. titul. j. Alia, quæ dicitur Trebellianica: vt. ī. eodem. §. ſed quia. licet fuerit per Pegaſianum inducta, vt hic. Item eſt quarta quædam, quæ debetur ex conſtitutione diui Pij filio arrogato: vt. ſ. de adop. §. cum autem.

ADDITIO. *Item eſt & alia, quæ debetur concubinæ, quam quis acceperat ea intentione, quòd eam duceret in vxorem: quoniam ſi poſtea animo mutato illam expellat, tenetur ei quartam partem ſuæ ſubſtantiæ dare: vt in authen. quib. modis nat. effic. leg. §. ſi igitur. alias & meliur. §. quoniam autem. quaſi circa finem tit. coll. vi.*

d ¶*Permiſſa eſt.* per ſenatuſconſultū Peg. ſcilicet ab hærede, non à legatario grauato alij dare vel reſtituere: vt dicemus:

¶Poſt quod ſenatuſconſultum[a] ipſe hæres onera [b] hæreditaria ſuſtinebat : ille autem, qui ex fideicommiſſo recipiebat partem[c] hæreditatis, legatarij partiarij loco erat, id eſt, eius legatarij, cui pars bonorũ[d] legabatur, quæ ſpecies legati partitio vocabatur : quia cum hærede legatarius partiebatur hæreditatẽ. Vnde quæ ſolebant[e] ſtipulationes inter hæredem & partiarium legatarium interponi[f], eædem interponebantur inter eum, qui ex fideicommiſſo recepit hæreditatem, & hæredem : id eſt, vt lucrum, & damnũ hæreditarium pro rata parte inter eos commune eſſet[g].

¶Olim quando quis erat rogatus de reſtituendo dodrantem, ex ſenatuſconſulto Trebelliano actiones diuidebantur pro rata : ſed ſi vltra dodrantem, tunc ex ſenatuſconſulto Pegaſiano omnes actiones remanebãt penes hæredem, niſi ſtipulatio de diuidendo fuerat interpoſita. Et hoc ſi ſponte adibat : ſin autem coactus, ex ſenatuſconſulto Trebelliano actiones omnes tranſibant in fideicommiſſarium. Aretinus.

¶Ergo ſiquidem[h] non plus, quam dodrantem hæreditatis ſcriptus hæres rogatus ſit reſtituere : tunc ex Trebelliano ſenatuſconſulto reſtituebatur hæreditas : & in vtrunque actiones hæreditariæ pro rata parte[i] dabantur : in hæredem quidem iure ciuili, in eum verò, qui recipiebat hæreditatem, ex ſenatuſconſulto Trebelliano, tanquam in hæredem. At ſi plus, quàm dodrantem, vel etiam totam hæreditatem reſtituere rogat[9] eſſet : locus erat Pegaſiano ſenatuſconſulto, & hęres, qui ſemel adierat hæreditatem (ſi modò ſua voluntate adierat) ſiue retinuerat quartam partem, ſiue retinere noluerat : ipſe vniuerſa onera [k] hæreditaria ſuſtinebat. Sed quarta quidem retenta, quaſi partis & pro parte ſtipulationes interponebantur, tanquam

dicemus.ĩ.§.j.

a ¶*Poſt quod ſenatuſconſultum.* ſcilicet Pegaſianum.

b ¶*Onera.* ſcilicet omnia.

c ¶*Partem.* ſ. dodrantem.

d ¶*Pars bonorum.* Intelligas tamen ſub nomine hæreditario, alias autẽ iſte textus nõ pcederet : quia ille cui relinquitur pars bonorum, nõ ſuſtinet aliqua onera : vt. l. bonorũ. ff. de verbo. ſignifica. & nota. in l. non amplius. §. fin. in gloſſ. fina. cũ le. ſequenti. & ibi Bartol. ff. de legat. j. & facit tex. eũ gloſ. & Bartol. in le. mulier quæ duobus. §. finali. ff. eodem ad ſenatuſconſul. Treb. Ang.

e ¶*Solebãt.* ſ. iure vetuſtiſſimo, ſecundum Placenti. nam legatarius non ſuſtinebat onera : & ideo hæc ſtipulatio interponebatur. Sed cum hodie legata fideicommiſſis ſint adæquata : vt ſupra de leg. §. ſed nõ vſq;. & in fideicõmiſſo diuidantur onera inter hæredem & fideicommiſſariũ : vt infra proximo. §. ergo. & §. ſed quia ſtipulationes. patet quod hæc legata vniuerſalia ſeu particularia ſine ſtipulatiõe debent tranſire cum onere. & facit ad hunc. §. ff. de legat. ij. le. ſi quis ſeruum. §. finali, &. le. ſequen. in princ. titul. Accurſius.

f ¶*Interponi.* puta quando legabatur dodrans. Accurſius.

g ¶*Commune eſſet.* ſed hac ſtipulatione non interpoſita omnia onera erãt hæredis rogati occaſione quartæ, quam retinebat : vt. ĩ eod. §. proxi. verſ. at ſi plus. Accur.

h ¶*Ergo ſi quidem.* tunc demum locũ habet ſenatuſcõſultum Pegaſianum, quãdo vel totum vel vltra dodrantem hæres rogatus eſt reſtituere. ergo &c.

i ¶*Pro rata parte.* ſ. e. §. reſtituta. contra. Solu. vt ibi in glo. omnes. Accurſius.

k ¶*Vniuerſa onera.* niſi ſtipulationem ſupradictam interpoſuiſſet : vt ſ. e. §. ſed quia. verſ. poſt quod & hic ſubijcit.

inter partiarium, legatarium, & hæredem. Si verò totam hæreditatem reſtitueret[a]: emptę & vēditæ hæreditatis ſtipulatiões interponebātur[b]. ¶ *Hæreditatem reſtituere grauatus, inuitus adire & reſtituere cogitur: quo caſu in fideicommiſſarium omnes traſmittuntur actiones.* ¶ Sed ſi recuſabat ſcriptus hæres adire hæreditatem, ob id quòd diceret, eam ſibi ſuſpectam eſſe, quaſi damnoſam[c]: cauebatur Pegaſiano ſenatuſconſulto, vt deſiderante eo, cui reſtituere rogatus eſſet, iuſſu Prætoris adiret, & reſtitueret hæreditatem: perindeq; ei, & in eum, qui reciperet hæreditatem, actiones darentur, ac iuris eſt ex Trebelliano Senatuſconſulto. quo caſu[d] nullis ſtipulationibus eſt opus: quia ſimul & huic, qui reſtituit, ſecuritas datur: & actiones hæreditariæ ei, & in eū transferuntur, qui recipit hæreditatē, vtroque[e] ſenatuſconſulto in hac ſpecie concurrente.

a ¶ *Reſtitueret.* ſcilicet ſponte. nam poterat quartam retinere per Pegaſianum: vt ī. eodem. §. poſt quod.

b ¶ *Interponebantur facit.* ff. de pec. le. ſi creditor. & .ff. mand. l. hæredem. §. ſi.

A D D. *Quod paulo ante dicitur Quaſi partis & pro parte, intellige hoc fuiſſe nomen ſtipulationis interpoſitæ inter hæredem & fideicommiſſariū de qua Vlpian⁹ tit. 25. Partis, inquit, & pro parte ſtipulationes propriè dicuntur, quæ de lucro & damno communicādo ſolent interponi inter hæredem & legatum partiarium, id eſt cum quo partitus eſt hæres.*

c ¶ *Quaſi damnoſam.* licet cauſam non aſsignet: quia variæ ſunt hominū voluntates: vt ff ad Treb. l. quia poterat ſibi, non enim. Accur.

Iudicem recuſanti, ſufficit allegare ſuſpicionem.

A D D. *Idem dicunt doctores hic in recuſatione iudicis: quia ſufficit ſimplex allegatio ſuſpicionis cum iuramento: niſi recuſatio eſſet notorie fruſtratoria: vt quia datus eſſet de communi concordia partium: & ideo interim proceſſus iudicis recuſati eſt nullus ipſo iure, quæ omnia obtinent de iure ciuili, & in terris Imperii. ſed de iure canonico debet inſeri cauſa, & probari coram arbitris cōmuniter eligendis. c. ſuſpicionis. extra de officis deleg. & c. cum ſpeciali. de app. Ange. & Porc.*

d ¶ *Quo caſu.* id eſt cum per Trebellianum reſtituuntur tota. Vel dic per Pegaſianum, ſcilicet in caſu propoſito vbi coactus adiit. ſi vero non coactus, ſed ſponte, ſecus: vt. ī. eo. §. ſi vero totam.

e ¶ *Vtroque.* ſcilicet Trebelliano: quia nihil retinebat: & Pegaſiano: quia cogebatur. & ita quo ad ſententiam concurrunt, quo ad verba enī nō concurrūt: cū alio caſu vnū: & alio aliud loquebatur.

¶ *Sed quia ſtipulationes.* C A S V S. Domine, iam video in quibus ſe. con. Treb. & ſenatuſconſ. Pega. differebāt, & in quibus conueniebant. nunquid remanet adhuc hodie vtrunq; in ſuo vigore. Ad hoc reſpon. quod non. Cum enim ſtipulationes ex Pegaſiano ſenatuſc. deſcendentes nō ſolum modernis, ſed etiā ipſi antiquitati diſplicuerit: Pap. homo excelſi ingenij eaſdem ſtipulatioes in quibuſdam caſib⁹ captioſas appellet: & nobis magis ſimplicitas, quam difficultas in legibus placeat: ideo relatis nobis omnib⁹ iā ſimilitudinib⁹ quam differentiis viriuſq; ſenatuſc. placuit abrogato ſe. conſ. Pega. q̄ poſtea ſuper fideicom. hæreditates inductum erat: omnem eius authoritatem ſe. con. Treb. attribuere: vt hodie ex ſolo ſe. con. Treb. fideicōmiſſariæ hæreditates reſtituantur: ſiue hæres ex volūtate teſtatoris quartā partem, ſiue plus ſiue min⁹, ſiue penitus nihil retinuerit: & in eo caſu, qn̄ ex volūtate teſtatoris, vel nihil, vel min⁹ quarta habet: liceat ipſi hæredi vel quartam, qn̄ nihil penitus habet: vel qđ deeſt quartæ, qn̄ aliquid habet, minus tō quarta: ex noſtra authoritate retinere: vel ſi forte totā hæreditatem per ignorantiā facti reſtituerit: liceat ei quartā repetere: & in hoc caſu ſtatuim⁹ ex ſena. coſ. Treb. actiões hæreditarias, tā in hæredem, qui reſtituit hæreditatem, quā in fideico. eum reſtituitur ꝓ rata portione vtriſq; cōpetere. & hæc locū habēt, qn̄ hæres quartā ſibi retinet. Si vero hæres totā hæreditatē fideico. ſponte reſtituerit: in hoc caſu oēs actiões hæreditariæ fideicō. & aduerſus ipſum dabūtur. Et nō ſolū, quæ dicta ſunt, trāſtulimus in ſenatuſcō. Trebellia. ſed etiā illud qđ præcipuū fuerat in ſenatuſcō. Pegaſian. vt ſcilicet qn̄ hæres ſcriptus recuſabat adire, authoritate Pega. compelleretur, & totam hæreditatem fideicom. reſtituere, & oēs actiões ad fideicōmiſ. & aduerſus eū cōferre: & hoc etiā

¶ *Exploſo ſenatuſconſulto Pegaſiano, & omni eius authoritate Trebelliano attributa, hodie hæres reſtituere grauatus, quadrantem hæreditatis indiſtinctè conſequitur: actionesq́; inter eum & fideicommiſſarium pro quota portione ſcinduntur: niſi aut totã hæreditatem ſponte reſtituat, aut coactus adeat quibus ſanè caſibus quicquid commodi vel oneris eſt in hæreditate, id totũ in fideicomiſſarium deuoluitur.*

¶ Sed quia ſtipulationes ex ſenatuſcóſulto Pegaſiano deſcendentes, & ipſi antiquitati diſplicuerunt: & quibuſdam caſibus[a] captioſas eas homo excelſi ingenii Papinianus appellat: & nobis in legibus magis ſimplicitas[b], quàm difficultas placet: ideo omnib' nobis ſuggeſtis[c], tã ſimilitudinibus, quàm differentiis vtriuſque Senatuſconſulti, placuit, exploſo ſenatuſcóſulto Pegaſiano, quod poſtea[d] ſuperuenit, omnem authoritatem Trebelliano ſenatuſcõſulto pręſtare: vt ex eo fideicommiſſariæ hæreditates reſtituãtur: ſiue habeat hæres ex voluntate teſtatoris quartam[e], ſiue plus, ſiue minus, ſiue nihil penitus: vt tunc quando vel nihil, vel minus quarta apud eum remanet: liceat[f] ei vel quartã, vel quod deeſt, ex noſtra authoritate retinere: vel repetere ſolutum[g] quaſi ex Trebelliano ſenatuſconſulto pro rata portione actionibus[h], tam in hæredem quàm in fideicommiſſarium competentibus. Si verò totam hæreditatem ſpõte reſtituerit:[i] omnes hereditariæ actiones fideicommiſſario, & aduerſus eum com

ad ſenatuſcon. Treb. tranſtulimus, volentes vt ex eo ſolo hæres compellatur adire, & fideicõ. deſideratı hęreditatem reſtituere: in hoc caſu nullo damno vel cõmodo apud hæredem adire & reſtituere coactum remanente. Et nihil in hoc caſu intereſt. verũ aliquis hæres inſtitutus ex aſſe, totam hæreditatem, aut pro parte reſtituere rogatus fuerit: an ex parte hæres inſtitutus, totam partem: aut partem illius partis reſtituere ſit rogatus. nam & in hoc caſu eadem iuſſimus obſeruari, quæ in reſtitutione totius hæreditatis. §. diximus, & hæc dicuntur vſq; ad §. ſi quis vna. cui' caſus planus eſt vſque ad §. præterea. ¶ *Sed quia.* dixi iterponi ſtipulationes ex ſenatuſconſulto Pegaſiano &c. Accur.

a ¶ *Quibuſdã caſibus.* ſcilicet propter ſolennitatem verbo. vt dicunt: vel tunc quando is cui reſtituta erat, non erat ſoluendo: vnde inutilis erat ſtipulatio Vel verius hos captioſos modos neſcimus qui ſint.

b ¶ *Simplicitas.* not. ſimplicitatem amicam legibus. & facit j. de leg. ag. ſoec. §. nos vero. & ff. de dolo. l. j. in prin.

Simplicitas eſt legibus amica,

A D D. *Intellige de ſimplicitate, quæ eſt contraria fraudi: non autẽ de fatuitate: quia illa eſt dãnabilis. l. iij. §. ſi. ff. de ſuſpect. tut.*

c ¶ *Suggeſtis.* Hic not. quod in ſententia ſunt allegationes repetendæ.

d ¶ *Quod poſtea.* qa prius fuit Trebellia.

e ¶ *Quartam.* ſ. de bonis hæreditatis, detracto tamen alieno ære: vt C. eo. l. & ſine ſcriptura.

f ¶ *Liceat.* etiã contra voluntatem defuncti iure iſto, ſcilicet inſtitutionum: vt C. ad legem Falcid. l. ſi vt allegas. hodie forte contra ſecundum quoſdam: vt in authentica de hę red. & Falci. §. ſi vero expreſſim. colla. j.

g ¶ *Solutum.* propter facti, non iuris ignorantiam: vt C. ad legem Fal. l. error.

h ¶ *Actionibus.* ſcilicet creditorũ, non legatorum ſecundum B. vt ff. ad ſenatuſc. Treb. l. j. in fin. & l. apud. j. reſpon. ſed & legatariis reſpõdet hæres, cũ eis fideicommiſſarij portio non ſufficit: ſic tamen, vt totius hæreditatis quarta ſibi reſeruetur vt ff. ad Treb. l. j. §. ſi is, qui ſecundũ Ioan. Sed Azo. contra. C. ad Tre. l. ij. Sed illa ſecundum ſupra dictam diſtinctionem. intelligitur.

i ¶ *Reſtituerit.* quæ reſtitutio fit re & verbo. re, vt ſi patiatur res hæreditarias à fideicommiſſario poſsideri. vel totas, vel aliquas earum hac mente vt ſibi reſtituatur hæreditas, verbo autem ſic. reſtituo hæreditatem tibi, licet corporaliter rerum

petant[a]. Sed etiam id, quod præcipuũ Pegaſiani ſenatuſ cõſulti fuerat[b], vt quando recuſaret hæres ſcriptus ſibi datam hæreditatem adire, neceſſitas ei imponeretur, totã hæreditatem volẽti fideicõmiſſario reſtituere & omnes ad eũ & cõtra eũ transferre actiones: & hoc transpoſuimus ad ſenatuſconſultum Trebellianum: vt ex hoc ſolo neceſſitas hæredi imponatur, ſi ipſo nolente adire fideicommiſſarius deſideret reſtitui ſibi hæreditatẽ: nullo nec damno, nec commodo apud hæredem[c] remanente.

¶ *Quod iuris eſt de toto quò ad totum: idem iuris eſt de parte quò ad partem Aretinus.*

¶Nihil autem intereſt: vtrum aliquis ex aſſe hæres inſtitutus, aut totam hæreditatem, aut pro parte reſtituere rogatur: an ex parte hæres inſtitutus, aut totam eam partem, aut partem partis reſtituere rogatur. Nam & hoc caſu eadem obſeruari præcipim⁹, quæ in totius hæreditatis reſtitutione diximus[d].

¶ *Hæreditatem deducta quarta reſtituere grauatus pro ea parte hæreditaria onera ſuſtinet: quod ſi certa re quãtumuis maxima: certáue quantitate præcepta, reſtituere rogetur: nullatenus oneribus implicatur, ſed vniuerſa ad fideicõmiſſarium conuolant.*

¶ Si quis vna aliqua re deducta, ſiue præcepta, quæ quartam[e] continet (veluti fundo vel alia re) rogatus ſit reſtituere hæreditatem: ſimili modo ex Trebelliano ſenatuſconſulto reſtitutio fiet perinde, ac ſi quarta parte retenta, rogatus eſſet reliquam hæreditatem reſtituere. Sed illud inter eſt, quòd altero caſu, id eſt, cum de-

poſſeſsionem non tradam. & extunc res fiunt & fideicommiſſarij in vtroque caſu: vt ff. ad Treb. l. facta. in prin. Sed nunquid etiam ante factã reſtitutionem eſt fideicommiſſarius dominus? vt C. cõmu. de legat. l. 6. §. ſed quia? Reſpõd. non: quia ante reſtitutionem omnia facit hæres, & etiam manumittit ſeruum hæreditarium: quod non faceret, ſi alius eſſet dominus: vt ff. ad Treb. l. Marcellus. §. res. & l. ſi hæres inſtitutus. §. ſi hæres. Nec obſt. d. l. communia de leg. quæ dicit dari rei vendicationem fideicommiſſario generali. nam eſt intelligẽdum ex quo hæreditas eſt reſtituta. Vel ſpeciale eſt in rebus alienatis, vt ante reſtitutã hæreditatem detur fideicommiſſario vtilis rei vendicatio.

a ¶ *Competãt.* quia per omnia eſt vt hæres: vt ff. quod cum eo. lege ſi filius. §. finali.

b ¶ *Fuerat.* vt ſ. eod. §. ergo. verſic. ſed ſi recuſet.

c ¶ *Apud hæredem.* cui etiã cauebit fideicommiſſarius de pſtãdo eum indemnem futurum occaſione hæreditatis: vt ff. ad Trebel. cũ hæreditas. & etiã pro futuris ha-

bet exceptionem: vt ff. ad Trebelli. l. j. §. quanquam. Sed hæc cautio: de qua hic dicitur, qualiter fit? Reſpond. per officium iudicis, poſtulante eo, cui eſt reſtituenda hæreditas vel quota pars: non autem ſi ſingulare fideicomiſſũ ſit relictum: vt ff. ad Treb. l. nam quod: §. non omnis. vel etiã poſtulante procuratore eius, cui ſit mandatum. nec ſufficit cauere de rato: vt ff. ad Trebell. l. quidam. §. j.

A D D. *Et not. quod procuratori ſimpliciter & habẽti ſpecialem mãdatum poteſt fieri reſtitutio hæreditatis: non autem procuratori in rem ſuam ſine ceſſionario: vt eſt caſus mirabilis in l. ſi mulier. §. ex aſſe. ff. de iure dotium.*

d ¶ *Diximus.* vt ſ. eod. §. ſed quia ſtipulationes. & proxi. §. Et not. quod idem iuris eſt in toto, quo ad totum, quod in parte, quo ad partem: vt ff. de acqui. hæred. l. ſi ſeruus. & ff. de vſuca. l. qui ſcit. in prin. Argu. contra. ff. de euict. l. ex mille. in gloſ. pro parte.

A D D. *Tu dic quod hæc regula procedit, quando eſt eadem ratio in parte quæ in toto: alias non: vt in contrario.*

e ¶ *Quartam.* vel etiã min⁹ quarta: ſed tũ agitur ad ſuplemẽtũ vel retinebit: vt ff. e. l.

Ius idem eſt in toto quo ad totum: quod in parte quo ad partem, & econtra.

ducta, ſiue præcepta aliqua re reſtituitur hæreditas, inſolidum ex eo ſenatuſconſulto actiones transferũtur: & res quæ remanet[a] apud hæredem, ſine vllo onere hæreditario apud eum remanet, quaſi ex legato ei adquiſita. Altero verò caſu.i. quum quarta parte retenta rogatus eſt hæres reſtituere hæreditatem, & reſtituit: ſcinduntur actiones[b], & pro dodrante quidem transferũtur ad fideicommiſſarium, pro quadrãte remanent apud hæredẽ. Quinetiã licet vna re aliqua deducta aut præcepta, reſtituere aliquis hæreditatem rogatus ſit, in qua maxima pars hæreditatis cõtineatur æquè inſolidũ trãſferuntur actiones. Et ſecundum deliberare debet is, cui reſtituitur hæreditas, an expediat ſibi reſtitui. Eadem ſcilicet interueniunt, & ſi duab⁹ pluribusve deductis præceptis ve rebus reſtituere hæreditatem rogatus ſit. Sed & ſi certa ſumma deducta p̃ceptave, quæ quartã, vel etiam maximam partem hæreditatis continet, rogatus ſit aliquis hæreditatem reſtituere: idem iuris eſt. Quæ autem diximus de eo, qui ex aſſe inſtitutus[c] eſt eadem transferimus & ad eũ, qui ex parte hæres ſcriptus eſt.

¶ *Ille qui ab inteſtato bona defuncti cœperit, & etiam fideicommiſſarius poteſt grauari de reſtituendo totã hæreditatem, vel partem hæreditatis hoc dicit. Are.*

¶ Præterea inteſtatus quoque moriturus poteſt rogare[d] eum, ad quem bona ſua vel legitimo iure, vel honorario pertinere intelligit: vt hæreditatem ſuã totã partemue eius, aut rem aliquam (veluti fundũ, hominem, pecuniã) alicui reſtituat[e]: cùm alioqui legata niſi ex teſtamento nõ valeãt[f]. Eum quoq;, cui aliquid reſtituitur, poteſt rogare, vt id rurſum alij aut totum, aut partem, vel etiam aliquid aliud reſtituat[g].

¶ *Si quis legum ſolennia obſeruare nolens, hæredis fide ac legalitate fre*

j.§.ſi hæres præcepio.in fine.
a ¶ *Remanet.* facit C.de hæred. inſtitu. l.quoties.
b ¶ *Actiones.* ſ creditorum, non legatorum. quod dic: vt 3.eo.§.ſed quia.in fine.
c ¶ *Inſtitutus.* vt reſtituat retenta certa re.

¶ *Praeterea.* CASVS. Domine, vos dixiſtis mihi qualiter hæres oneratur ad præſtationẽ fideic. ſed nũquid poterunt ſucceſſores ab inteſtato fideicom. ſimiliter grauari? Reſpon. Iuſti. quod ſic. nã præter ſupradictos modos quibus in teſtamẽto grauatur hæres ad reſtitutionem fideicommiſſi: poteſt etiã quis ſi forte eſſet inteſtatus moriturus, per fideicommiſſum rogare eũ quem intelligit ſibi de iure ci. vel de iure prætorio ab inteſtato ſucceſſurũ, vt hæreditatẽ ſuam totã, vel partẽ eius. aut rem aliquã ſingularem, veluti fundũ, hominem, vel pecuniam alicui reſtituat. ſed licet hoc ſit verum in fideic. ſec⁹ tamen eſt in legatis. Legata enim olim non niſi ex teſtamento valebant & non ſolum ſucceſſorem in vniuerſitate ab inteſtato poteſt quis grauare: ſed eum cui aliquid reſtituitur per fideicommiſſum poteſt rogare, vt illud rurſus alij totum aut pro parte, reſtituat, aut etiam aliquid aliud quod tantundem valeat. & hæc dicuntur vſque ad §.& quia prima.

d ¶ *Rogare.* in codicillis.
e ¶ *Reſtituat.* ideo poteſt ab his fideicõmiſſum relinquere: quoniã ſua ſpõte relinquere legitimã hæreditatẽ videtur non inſtituendo aliũ: vt ff.de iure co.l. cõficiuntur.§.j.
f ¶ *Non valeãt.* ſed quo iure hoc eſt verum? antiquo nõ: vt ff de lega.j.l.j. Item nouo nõ: vt C.com. de leg.l.ij. Dic ergo antiquiori iure locum habere, qđ hic dicitur. Vel dic quod j.l.de le. j. ſecundũ noua iura loquitur, ſecundum quæ æquiparata ſunt legata fideicomiſſis: vt §.de leg.§. ſed non vſq;.
g ¶ *Reſtituat:*

tus fideicommiſſum reliquerit, iuſiurādū ſubire cogitur hæres, num tale quid relictū fuerit: q. ſi recuſat, ad fideicōmiſſi ſolutionē artatur, nec audiendus eſt ſi minus ſolennem voluntatem allrget.

¶ Et quia prima fideicommiſſorū cunabula à fide hæredū pendent, & tam nomen[a], quàm ſubſtantiā acceperūt: ideo diuus Auguſtus ad neceſsitatē iuris ~~ea retraxit~~[b]: nuper & nos eundem principem ſuperare contendentes ex facto[c], quod Tribonianus vir ~~excellentiſſimus~~ quæſtor ſacri palatii ſuggeſsit, cōſtitutionē[d] fecimus, per quā diſpoſuimus, ſi teſtator fidei hæredis ſui commiſit, vt vel hæreditatem, vel ſpeciale fideicommiſſum reſtituat: & neque ex ſcriptura, neque ex quinq; teſtium numero (qui in fideicōmiſsis legitimus[e] eſſe noſcitur) poſsit res manifeſtari, ſed vel pauciores quàm quinque, vel nemo penitus teſtis interuenerit: tunc ſiue pater hæredis, ſiue alius quicunq; ſit, qui fidem hæredis elegerit, & ab eo reſtitui aliquid voluerit, ſi hæres perfidia tentus adimplere fidem recuſat, negando rem ita eſſe ſubſecutam, ſi fideicommiſſarius iuſiurandum ei detulerit, cùm prius ipſe de calumnia iurauerit[f]: neceſſe eum

etenim in quaoium quis honoratur, & onerari poteſt: vt ſ.tit.j.§. hoc non ſolum. Sed nunquid quartam retinebit? Reſpon. vt ſ.tit.j.§.hoc ſolum.

¶ *Et quia prima.* CASVS. Domine, iam video qd erat olim circa fideicōmiſſū & quid hodie obtinemus. Vnde cum ſatis manifeſtū ſit, qd de antiquitate tollatur, & in quibus per veſtram conſtitutionem circa fideicōmiſſum inſiſtere debeamus: tranſeaſ igitur ſi placet ad aliquam aliā materiam. Ad hoc reſpon. Amice adhuc non eſt ad aliquā aliā materiā tranſeundum. Primo adhuc circa materiā fideicōmiſ. inſiſtendum eſt. Namq; prima fideicōmiſſorū cunabula à fide hæredū pendebant, & tam nomen, quam ſubſtantiam acceperunt, & ideo primus diuus Auguſt. vt ſ.dictum eſt, fideicōmi. ad legis neceſsitatem deduxit, & laqueis iuris innodauit. Igitur nos eundem principem circa figmenta fideicō. nuper ſuperare contendentes, ex quodā facto per Tribonianum virum excelſum ſacri palatij quæſtorem nobis relato, quandam fecimus conſtitutionem, qua ſtatuimus, vt ſi quit teſtator heredem ſuum per fideicō. rogauit, vt vel hæreditatem, vel aliquod ſpeciale fideicom. alieni reſtituat, & huiuſmodi voluntas teſtatoris, neque ex aliqua ſolenni ſcriptura, neque per quinque teſtes, qui in codicillis ſufficiūt, probari poſſit. qui fidem hæredis ſui elegit: in hoc caſu ſi hæres perfidia ductus fidem adimplere recuſauerit: nequando tale onus à teſtatore ſibi fuiſſe impoſitum, ſi fideicommiſſarius iuſiurandum ei detulerit. ſacramento de calum. à fideicommiſ. prius præſtito, neceſſe habebit hæres vel iuſiurandum ſubire, vel fideicō. ſiue generale, ſiue ſpeciale ab eo relictum fideicommiſ. ſoluere & ita per noſtram conſtitutionem induximus, ne vltima volūtas teſtatoris fidei hæredis ſui cōmiſſa deperear. Sed pone, q ille à quo fideicōmiſſ. petitur poſtquā per ſacramentū aut per teſtes conuictus fuerit confiteatur fideicō. à ſe relictum. ad legis tamen ſubtilitatem decurrat: videlicet allegādo ex minus ſolenni volūtate hoc fuiſſe relictū: certe in hoc caſu in pœnam incidit mendacij & non obſtante huiuſmodi defenſione, ad fideicom. præſtationē omnino cogendus eſt. Et hæc dicuntur vſque in finē. Franc. de Aret.

a ¶ *Nomen.* no. nomen conſequens rei: vt ſ. de don.§.eſt & alind.

b ¶ *Retraxit.* hæc intra ſunt.§. eodem. in principio.

c ¶ *Ex facto.* i. ex quæſtione de facto.

d ¶ *Conſtitutionem.* vt C. de fideicom. l. fi. A D D. *In textu Quæſtorem Tribo. vocat: & ſic habet Theophi. cur ergo Exquæſtorem vocat in procemio? nimirum quòd hic Conſtitutionis ſuæ tempus ſpectat, quo tēpore Quæſtor erat. vt valde miror A E. F. qui Exquæſtor repoſuit.*

e ¶ *Legitimus.* no. teſtes quinq; in codicillis neceſſarios eſſe: vt C. de co. l. fi. & de fideicom. l. fi. ibi, ſed ſiue quinque &c.

f ¶ *Iurauerit.* nam in omni caſu erat olim iurandum & in omni capi. vt C. de iur. calumn. l. j. in princip. hodie ſufficit ſemel

iurare : vt in authen.de iis, qui ingre.ad app.§.fin.colla.v.

a ¶*Neceſſe eum habere.* ſed nunquid hodie corrigitur hoc, cum nulli deferatur inuito : vt C.de iureiur.l.fi.& l.generaliter.§.ſed iuramentro.ver.ſin autem? Reſpõ. non, quia hæc eſt poſterior conſtitutio Iuſtiniani:vt C. de fideicom.l. fin.& ita eſt iſte ſpecialis caſus, ĩ quo quis cõpellitur iurare.

Codicillis. v. teſtes adſunt.

habere[a],vel iuſiurandum ſubire, quòd nihil tale à teſtatore audiuerit : vel recuſantem, ad fideicommiſſi vel vniuerſalis vel ſpecialis ſolutionem coartari[b]: ne depereat vltima voluntas teſtatoris fidei hæredis commiſſa. Eadem[c] obſeruari cẽſuimus, & ſi à legatario vel fideicommiſſario aliquid ſimiliter relictum ſit. Quòd ſi[d] is, à quo relictum dicitur, ~~poſt quem negauerit,~~ confiteatur quidẽ aliquid à ſe relictũ eſſe,ſed ad legis ſubtilitatem[e] recurrat : omnino ſoluere cogendus eſt[f].

TITVL. XXIIII.

DE SINGVlis rebus per fideicõmiſſum relictis.

¶*Etiam res ſingularis poteſt per fideicõmiſſum relinqui, & tam ab hærede, quam à legatario.*

POteſt tamen quis etiam ſingulas res[g] per fideicõmiſſum relinquere : veluti fundum, argentũ, hominem, veſtem, & pecuniam numeratam : & vel ipſum hæredẽ rogare, vt alicui reſtituat : vel legatarium[h]: quamuis à legatario legari non poſsit.[i],

¶*Non tantum res*

b ¶*Coartari.* nota propter contumaciam nõ iurantis eũ cõdemnari: vt C. de iura. calum.l.ij §. penult.

c ¶*Eadem.*ſcilicet vt copellatur iurare vel ſoluere.

d ¶*Quod ſi.*dixi quando cõtumax fuit nõ iurando, nunc quãdo iurauit, & per ſacramẽtum fuit confeſſus,vel etiã ante,quam iuret,ſed pri⁹ negauerat relictũ vt in fine hui⁹ titu. dicemus ſtatim.

e ¶*Subtilitatem.*quę eſt,vt ex quo eſt voluntas non ſolennis,nõ valeant ea quæ ſacta ſunt : vt C. de fideicõ. de.ſi veritas.& C.de teſt.l.non dubium.§, illud.

f ¶*Soluere cogendus eſt.*ſed quomodo coartatur ex non ſolenni voluntate? ſic ergo ſoluuntur inutiliter relicta,ſicut & vtiliter,quòd eſſe non debet:vt C. de fidei com.l.ſi veritas.quæ eſt contra.Sol.quidam dicunt, quod vbi ſolenniter teſtari voluit,& non fecit,habet locum ex contraria:alias ſi nòluit teſtari ſolẽniter habet locum quod hic dicitur: vt ff. de iur. codi.l.j. Sed hæc falſa eſt : quia & hic de teſtatore loquitur, qui ſolenniter facit: vt ibi ſi teſtator fidei hæredis ſui committit. Alij,vt B.dicebant eſſe diſtinguendum an dicat hæres, non eſt verum ſibi legatum eſſe. in quo caſu cogitur probare eſſe verum & ſolenne,vt in contrario: eo ſaluo, vt ſi deferatur ſacramentũ iure,vt.ĩ.proxi.§. an dicat.non poteſt petere,quia eſt minus ſolenne,in quo caſu cogitur, vt hic. Sed hoc nõ valet.quia ſecundum hoc ex pediret & negare, quod eſſe non debet : vt. ff.de trib.l. illud.§. penulti. Dic ergo ſecũdum Ioan. aut ab initio confitetur relictũ: & tunc non tenetur ex non ſolenni voluntate:vt in.l.illa contraria. Aut negauit, & tunc ex ſolenni voluntate non tenetur ſed poſtea per ſacramentum, vel per probationes compellitur:vt ita ratione ſui mendacij teneatur vt hic, & arg. in authen. de trien.& ſemiſ. §.ſtudium.&.§. ad hoc.

DE SINgulis rebus per fideicommiſſum relictis.

¶*De fideicommiſ.generalibus ſuprà titu.j.dixit,nunc de ſpecialibus dicit. Accurſius.*

POteſt. Totus iſte titu.diuiditur in tres partes. Primo ponit de fideicommiſſo pecuniario. Secundo de libertatibus. Tertio per quæ verba fieri debeant. Secũda ibi, Libertas quoq;. Tert.ibi Verba.

g ¶*Singulas res.*non ſolũ generaliter: vt. ſ.titu.j.

h ¶*Vel legatariũ.*ſcilicet rogare, vt aliquid alicui reſtituat.

A D D. *Sed quo pacto Legatarii res legari poſsit? Scilicet,non ipſi legatario, ſed alii per fideicommiſſum relinquitur.*

Legatũ poteſt à legatario.

i ¶*Non poſsit.* antiquo iure inſpecto: ſed nouo iure aliter eſt. nam poteſt à quolibet qui commodum quocunque modo habet, legari & fideicommitti

vt C.com.de leg.l.ij.§.fina. & hoc ſtatim ſubiicit.

ADDI. *Dic ſecundum Ioan.Fab. quod accipiendo legatum proprie, forte non poteſt legari, niſi ab hærede, ſed fideicommitti ſic 1 vel. ſi fuerit.§.j. ff. de legat.iij. & quod ibi not. maximè per Barto. ſed quia legatũ & fideicommiſſum idem ſunt, & facta ſunt hodie ſimilia & ſynonima, ideo illa differentia hodie non tenet: vt dicta l.ij.§.fina. C.communia de leg. & plene not. per glo. & docto. l.j.de legat.j. & ibi dixi. ſ. de le. §.j. ſed ibi Rapha. dicit quòd iſte text. non poteſt loqui de iure antiquo, cum hic ſit verbum, poßit dum dicit, legari non poßit. non autem dicit legari non poteſt &c. dic vt pts enn. Angelus.*

terea. Item. arg. contra. ff. de leg. ij. l. Imperator. §. j: ibi, enim vero &c. Sed hoc quod hic dicitur intellige quãdo in quantitate legatur alicui, & in quãtitate oneratur, ibi autem quando quantitas datur, & in ſpecie grauatur: quo caſu tantum videtur æſtimaſſe ſpeciem ſuã legatarius accipiendo quãtitatem. vt ex eadem l. colligitur. Item cõtra ff. ad legem Falcid. l. ſed & ſi non ſeruus. in princip. Sed & ibi eodem modo. reſponde: quia quantitas erat legata: & onus erat poſitum in faciendo. Sed cum quantitas legatur: & in quantitate grauatur ſicut hic loquitur: nunquid quattam iure Falcidiæ poteſt oneratus retinere: ſiue ſit legatarius, ſiue fideicommiſſarius qui ſit grauatus? Quidam dicũt quòd ſic: vt argumentum. ff. ad legem Falcidiam. l. pœnales. §. finali. Nos contra: vt eodem titulo. lege lex Falcid. ſi interuenniat. §. nunquam. & de vulgari ſubſtitutione. lege cohærede. §. cũ filiæ.

teſtatoris: ſed etiam hæredis, aut cuiuſlibet alterius per fidei commiſſum relinqui poteſt. Et legatarius de re ſibi legata ſua, vel aliena alteri reſtituenda poteſt grauari, dummodo non plus oneretur, quàm honoratur. Et quando res aliena legatur. vel ipſa vel eius æſtimatio præſtãda eſt. Aretinus.

¶ Poteſt autem nõ ſolũ proprias res teſtator per fideicommiſſum relinquere: ſed & hæredis, aut legatarii, aut fideicommiſſarii, aut cuiuſ libet alterius[a]. Itaque & legatarius & fideicommiſſarius non ſolùm de ea re rogari poteſt, vt eam alicui reſtituat, quæ ei relicta ſit: ſed etiam de alia, ſiue ipſius[b] ſiue aliena ſit. Hoc ſolùm obſeruandũ eſt, ne plus quiſquam rogetur alicui reſtituere, quã ipſe ex teſtamento ceperit. nam quod amplius eſt, inutiliter[c] relinquitur. ¶ Cùm autem aliena res per fideicommiſſum relinquitur: neceſſe eſt ei, qui rogatus eſt, aut ipſam redimere & præſtare, aut æſtimationem eius ſoluere.

¶ *Etiam libertas ſeruo per fideicommiſſum poteſt relinqui: & non tantùm ſeruo proprio, ſed etiam alieno: vt quando poterit ematur, & manumittatur. hoc dicit.*

¶ Libertas quoque ſeruo per fideicõmiſſum dari poteſt: vt hæres eũ rogetur manumittere, vel legatarius, vel fideicommiſſarius. Nec intereſt, vtrum de ſuo proprio ſeruo teſtator roget, an de eo, qui ipſius hæredis, aut legatarii, vel etiam extranei[d] ſit. Itaque & alienus ſeruus, redimi & manu-

a ¶ *Alterius.* refert tamen an leget rem extranei, an hæredis. primo caſu diſtinguitur an ſciuerit alienam, vel credidit ſuam: ſecundo non: vt ſ. de lega. §. quod autem. & ff. de lega. ij. l. vnũ ex familia. §. ſi rem.

b ¶ *Ipſius.* ſcilicet legatarij.

c ¶ *Inutiliter.* facit ff. de leg. j. l. plane. ij. §. fina. & l. videndum. & ff. de leg. iij. l. j. §. ſciendum, & l. lij. §. Iulia. & l. ſi legatarius. in princ. Sed contra in dicta l. plane. §. ſi cui. Sed ibi ſtetit per legatarium quo minus meliorem acceperit. vel melior videtur eſſe quem elegerit, licet deteriorem elegerit: vt arg. ſ de act. §. præ

d ¶ *Extranei.* licet etiã ceciderit ſuum: vt ff. de fideicommiſſ. libert[illegible]. l. Paulus. primo reſponſo. & l. alieno. in principio. Sed in pecuniario legato diſtinguitur. ſciuerit vel ignorauerit rem alienam. vt ſ. de leg. §. quod autem. & §. non ſolùm,

mitti debet. Quod ſi dominus eũ non vendat[a]: ſi modo[b] nihil[c] ex iudicio eius, qui reliquit libertatem, recepit[d]: nõ ſtatim extinguitur fideicõmiſſaria libertas: ſed differtur[e]: quia poſsit tẽpore procedente, vbicunque occaſio ſerui redimendi fuerit, præſtari libertas.

¶ *Directæ libertati datus, teſtatoris libertus efficitur: fideicommiſſariam autem adeptus libertatem hæredis eſt libertus.*

¶ Qui autem ex fideicommiſsi cauſa manumittitur, non teſtatoris fit libertus, etiam ſi teſtatoris ſeruus ſit: ſed eius, qui manumittit[f]. At is, qui directò ex teſtamento liber eſſe iubetur: ipſius teſtatoris libertus fit, qui etiam Orcinus[g] appellatur. Nec alius vllus directò ex teſtamento libertatem habere poteſt, quàm qui vtroq; tempore teſtatoris fuerit, & quo faceret teſtamentũ, & quo moreretur. Directa autem libertas tũc dari videtur: cùm non ab alio ſeruũ manumitti rogat: ſed velut ex ſuo[h] teſtamento[i] libertatem ei competere[k] vult.

¶ *Sine præceptiuis, ſiue rogatiuis verbis, fideicommiſſum fiat, valet. h. d. Aret.*

¶ Verba autem fideicõmiſſorũ hæc maximè[l] in vſu habẽtur: Peto, Rogo, Volo, Mando, Fidei tuæ committo: quæ perinde ſingula firma ſunt, atq; ſi omnia in vnum congeſta eſſent.

TITVLVS XXV.

DE CODICILLIS.

¶ *Codicillos etiam non teſtatus quiuis facere poteſt: porrò ante teſtamentum facti, nulla expreſſa confirmatione, nouo iure indigent.*

---

chus) quia multa capiunt manumiſsi in teſtamento, in quo multa ſiunt.

ADD. *Dictum apparet ab orco. Theophilus enim* χαρωνιτικὸν *id eſt Charontium à Charonte appellat. q. d. liber ab eo factus, qui ad Orcum tendit.*

a ¶ *Non vendat.* vel etiam ſi vendat, ſed vltra iuſtum pretium vendere vult. nam tunc perinde eſt ac ſi non vendat: vt ff. de leg. iij. l. non dubium. §. fi.

b ¶ *Si modo.* interpoſitio eſt.

c ¶ *Nihil.* ſi enim aliquid etiam modicũ relinquitur alicui, vt vendat, & ille legatum accepit, cõpellitur vendere: vt hic, & C. de fideicõ. liber. l. liberi. & l. ſi te donatã. & C. ad l. Falc. l. ſi ea cuius filium.

d ¶ *Recepit.* ſcilicet dominus iſtius.

e ¶ *Differtur.* quod differtur non auſertur. ſic ff. de iudi. l. cum furioſus. Arg. contra. C. de inoffic. teſt. l. ſcimus. §. fin. & ff. de vſufr. l. ſi vſusfructus. Item not. ꝙ inſpicitur, quod euenire poteſt ſic. ff. de iuriſ. omn. iudic. l. ſi idem. §. ſi. in gl. adiudicari. & ff. de adi. leg. l. ſi ſeruo.

f ¶ *Eius qui manumittit.* i. hæredis vel legatarij vel fideicõmiſſarij. C. de fideicõ. lib. l. lj. quibus. Accurſius.

Orcinus quis & vnde dicitur.

g ¶ *Orcinus.* ſic dictus ab orco. id eſt manumiſſus ab eo, qui tendit ad orcum. i. infernum. Vel orthinus ab orthos, quod eſt rectum. Vnde orthinus. i. directo manumiſſus. Vel ab orco, quod eſt capio (nam & inde achior-

h ¶ *Ex ſuo.* nõ expectata manumiſsione ab alio facienda.

i ¶ *Teſtamento.* vel etiam codicillis teſtamento confirmatis: vt ff. de manumiſſ. teſta. l. libertas.

k ¶ *Competere.* quæ competit hæreditate adita etiã ab vno ex pluribus hæredibus: vt ff. de manumiſſ. teſta. l. teſtamento manumiſſus. §. teſtamento.

l ¶ *Maximè.* ideo hoc dicit: quia quibuſcunque verbis relinqui poſſunt: vt ſ. de legat. in princip. ſiue directis, ſiue præcarijs: vt C. com. de leg. l. omne verbum. & facit. ff. ad Trebellia. l. Scæuola.

DE CODICILLIS.

¶ *Quia Teſtamenta & eorum accidentia dicta ſunt: nunc de codicillis. i. de paruula vel de minima ſcripta voluntate. Nam ideo codicilli dicuntur: quia in breuiori chartula vel codice, quã teſtamentum ſolebant, & ſolùm in eis quædam fideicommiſſa relinquebantur: & tales ſunt ad teſtamentũ qualis eſt ſcapha ad*

Codicilli ſine ſcri- ptura fieri poſſunt.

...nauem. Sed nunquid ſecundum hoc poſſunt fieri ſine ſcriptura? Quidam dicunt quod non: ſed tamen dico etiam ſine ſcriptura hodie fieri poſſe, licet forte olim in ſcriptis tantum fierent: vt C. de bon. libe. l. fi. in prin. Accur.

qua ſcribere ſine atramento & calamo non poterant.

Ante Augusti &c. Iſte titu. diuiditur in quatuor partes. Primo quomodo fuerit introductus vſus codicillorum. Secundo, quando codicilli teſtamento confirmare valent. Tertio, an hæreditas directo poſsit dari, vel adimi in codicillis. Quarto, an quis poſsit facere plures codicillos. Secunda ibi, Non tãtum. Tertia ibi, Codicillis. Quarta ibi, Codicillos. CASVS. Domine quis primo introduxit codicillos? reſpõ. Amice, ius codicil. temporibus diui Augusti primo in vſu eſſe cœpit: nam certum eſt ante Auguſti tempora ius codicillorum in vſu non fuiſſe: ſed primo Lucius Lentulus, ex cuius perſona etiam fideicom. ſumpſerunt originem, codicillos introduxit. Nam cum prædictus Lucius Lentulus, in Aphrica diem extremum clauderet, quoſdam ſcripſit codicillos in teſtamẽto ſuo confirmatos, quibus rogauit Auguſtum per fideicom. vt aliquid faceret, & cum diuus Auguſtus voluntatem ſuam in codicil. contentam impleuiſſet, poſtea cæteri auth. principis ſecuti fideic. præſtabant, & filia eiuſdem Lentuli legata in codicillis patris ſui contenta ſoluit.

ADD. *Codicilli tabellæ ceratæ erant, in quibus aliquid ſtylo aut breuiter aut feſtinanter ſcriptum fuerat. itaque commodiſſimè iis veteres vtebantur, quum ſcribere in codicillis poſſent vel in cœna, vel in curia, vel in via, vel vbicunq; libuiſſet: ubi antè non item, in*

Ante Auguſti tempora cõſtat, codicillorum ius in vſu non fuiſſe: ſed primus Lucius Lentulus (ex cuius perſona etiã fideicommiſſa eſſe cœperunt) codicillos introduxit. Nã cùm decederet in Aphrica, ſcripſit codicillos teſtamento confirmatos[a], quibus ab Auguſto[b] petiit per fideicõmiſſum, vt faceret aliquid. Et cùm diuus Auguſtus voluntatem eius impleſſet: deinceps reliqui eius[c] authoritatem ſecuti fideicõmiſſa præſtabant: & filia Lentuli legata, quæ iure non debebat[d], ſoluit. Dicitur autem Auguſtus conuocaſſe ~~ſapientes viros, inter quos eos~~ Trebatium quoque, cuius tunc authoritas maxima erat: & quæſiſſe, an poſſet recipi hoc nec abſonans à iuris ratione codicillorum vſus eſſet: & Trebatium ſuaſiſſe Auguſto, quòd diceret vtiliſſimũ, & neceſſariũ hoc ciuibus eſſe propter magnas & longas peregrinationes, ~~quæ apud veteres fuiſſent~~: vbi ſi quis teſtamentum facere nõ poſſet[e], tamen codicillos poſſet. Poſt quæ tempora cùm & Labeo codicillos feciſſet, iam

a ¶ *Confirmatos.* Hic nota quod quatuor modis codicilli conficiuntur. aut enim in futurũ confirmantur, veluti teſtamento prius facto in quo dictum eſt quicquid dixero in codicillis, valere volo. & poſtea codicilli facti ſunt. Aut in præteritũ: veluti codicilli prius facti teſtamento facto poſtea confirmati ſunt, & hi duo caſus C. e. l. ſiue in initio. Tertio fiũt cũ teſtamento: veluti cum teſtator qui teſtamentum implere nequiuerit, addiderit vt vim codicillorum haberet: vt C. e. l. fi. §. illud plane ibi, niſi id eſſe &c. Quarto ſine teſtamento ſcilicet, abinteſtato: vt ff. eo. de iure codici. l. conficiuntur & ĩ. eod. §. non tantum. & C. eodem. l. non ideirco. hic autem fuerint cõfirmati, vel ante, vel poſt.

b ¶ *Auguſto.* cui aliquid relinquebatur.

c ¶ *Eius ſcilicet.* Auguſti.

d ¶ *Non debebat.* quia legata non debebantur, niſi ex teſtamento iure antiquo: vt diximus ſupra titulo ſecundo. §. præterea.

e ¶ *Non poſſet.* propter impotentiam facti: vt quia non habet tot teſtes, qui teſtamento conficiendo ſufficiant: ſecus ſi propter impotentiam iuris: vt. ff. eodem lege diui. §. codicillos. quæ eſt contra. Et probatur hæc ſolutio. ff. eodem. l. conficiuntur. §. codicilli.

¶ *Non tantum autem.* CASVS. Domine, iam vidimus, quod primo Lucius Lentulus fecit codicillos teſtamento ſuo confirmatos: nunquid igitur requiritur de neceſsitate, quod fiat teſtamentum ad hoc, quod poſsint valere codicilli? Et reſpond.

Reſpon. quod non. Nam non tantum facto teſtamento poteſt quis codicillos facere: ſed etiam inteſtatus decedens codicillos facere poteſt: & in eis fideicommiſſ. relinquere. Papi. tamen ait codicillos ante teſtamentum factos non aliter iuris neceſſitatem habere, niſi poſtea ſpeciali voluntate teſtatoris, & in teſtamento confirmentur. Sed diui Seuerus & Antoninus reſcripſerunt ex codicillis ante teſtamentum factis, & iſ poſtea cum effectu fideicommiſſ. peti, licet in teſtamento ſubſecuto non fuerint expreſſe confirmati. ſi tamen appareat teſtatorem qui poſt factos codicillos fecit teſtamentum, à voluntate in codicillis expreſſa non receſſiſſe. & ita nõ eſt neceſſaria ſpecialis confirmatio: ſed ſufficit ſi non appareat de contraria voluntate teſtatoris. Et hæc dicuntur vſque ad illum §. codicillis autem.

ADD. *In hunc §. vide acutam diſputationem Fr. Duareni viri doctiſſ. in lib. Ann. lect. 2. c. finali.*

a ¶*Confirmentur.* ſcilicet expreſſim, vel etiam ſi quoquo iudicio retinetur prima voluntas: vt. ff. eodem de iure codicil. l. ante tabulas teſtamenti. ſed Ioan. contra. Sed ſiue ante, ſiue poſt fiant, ſemper videntur confirmati: vt hic dicitur ſtatim, &. ff. eodem de iure codic. l. ſi quis cum. §. finali &. l. ab inteſtato. Accur.

ADDITIO. *In hoc tamen remanet hodie differentia, ſecundum Io. Fab. quia quando expreſſe confirmantur, valent iure directo, quæ in his continentur, ſecus, ſi tacite. l. libertates. ff. de manu. teſtamen. & de teſtamen. tut. l. iij. quamuis gloſſ. ibi notet contrarium.*

nemini dubium erat, quin codicilli iure optimo admitterentur.

¶ *Etiam ab inteſtato codicilli fieri poſſunt. Sed quando ante teſtamentum fiebant: non aliter valebant, niſi erant in teſtamento teſtatore ſuperſtite ſpeciatim cõfirmati. Hodie verò ſemper videntur confirmati. Aret.*

¶ Nõ tantùm autem teſtamento facto poteſt quis codicillos facere, ſed & inteſtatus quis decedẽs fideicommittere codicillis poteſt. Sed cùm ante teſtamentum factum codicilli facti erant: Papinianus ait, nõ aliter vires habere, quàm ſi ſpeciali poſtea voluntate confirmentur[a]. Sed diui Seuerus & Antoninus reſcripſerunt ex iis codicillis, qui teſtamentum præcedunt, poſſe fideicommiſſum peti: ſi appareat eum, qui teſtamentum fecit, à voluntate, quam in codicillis expreſſerat, nõ receſsiſſe.

¶ *Codicillis nec dari nec adimi directò hæreditas poteſt: nec inſtituto hæredi conditio adiici. nec directò ſubſtitui: fideicommitti autem poteſt.*

¶ Codicillis autẽ hæreditas neq; dari[b] neque adimi

¶*Codicillis autem.* CASVS. Domine, iam video, quod codicilli ante teſtamentum & poſt teſtamentũ fieri poſſunt, & ab inteſtato. Sed nũquid tandẽ poteſtatem habent codicilli, quã & teſtamẽtum? Ad hoc reſpond. quod non: imo codicilli in multis differũt à teſtamẽto. Hæreditas enim in eo codicillis nec directò dari, nec adimi poteſt: & hoc ideo ſtatutũ eſt, ne ius teſtamẽtorũ & codicillorũ cõfundatur. vnde nec exhæredatio directo in codicillis ſcribi poteſt: ſed omnia ſupradicta in teſtamẽto fieri poſſunt: ſed licet in codicillis hæreditas directo dari nõ poſſit, in illis tamẽ ſi deicõ. iure relinqui poteſt. Item nec cõditio hæredi inſtituto in codicillis adiici poteſt: nec etiam ſubſtitutio directo fieri. Et non ſolum in prædictis differũt codicilli à teſtamento, ſed etiam in aliis: nam plures codicillos quis facere poteſt, ita vt omnes valeant: & nullam ſolennitatem ordinationis verborum deſiderant: licet ſecus in teſtamento. Et hæc dicuntur vſque in fin. titu.

b ¶*Neque dari.* directo: ſed per fideicommiſſum ſiue ab eo quem prius feceras hæredem, ſiue à legitimis bene poteſt relinqui: vt. ff. eodem de iur. codicil. l. ij. §. finali. eo. l. hæreditatem. & J. proximo §.

A D D. *Et aſſignat gloſſ. l. hæreditatem. rationem differentiæ: quia non tantum aufertur per fideicommiſſ. ſicut directo aufertur. Vel dic ſecundum Sa. aliqua virtus attribuitur vni, quæ non attribuitur alteri. vt. l. ſi. C. eodem & maiorem vim teſtamenta, quam codicilli*

habent, propter maiorem ſolennitatem in eo requiſitam. Angelus.

poteſt: ne confundatur [a] ius teſtamentorum & codicillorum: & ideo nec exhæredatio ſcribi [b]. Directò autem hæreditas codicillis neq; dari, neque adimi poteſt. Nam per fideicommiſſum hæreditas codicillis iure relinquitur [c]. Nec conditionem hæredi inſtituto [d] codicillis adiicere [e], neque ſubſtituere directò [f] quis poteſt.

¶ *Plures codicillos vnus facere poteſt omnes habentes effectum, ſecus in pluribus teſtamentis.*

¶ Codicillos autem etiam plures [g] quis facere poteſt: & nullam [h] ſolennitatē ordinationis deſiderant.

a ¶ *Ne confundatur.* i. ne iſtæ duæ voluntates ſic miſceantur, vt vna ab altera diſcerni non poſsit. nam ſi idem ſignificarent, quare diuerſa nomina darentur: vt C. eo. l. ſi idem.

b ¶ *Scribi.* ſcilicet vt de iure valeat.

c ¶ *Relinquitur.* ſed qua actione hæc hæreditas, vel etiam alia in codicillis relicta petentur? Reſpon. quidā cū dictione ex. l. vt ff. de condi. & de. ex lege. l. j. Vel die vtili actione ex teſtamento: cum ad inſtar teſtamenti codicilli ſint inuenti: vt ff. eo. de iure cod. l. ij. §. j. ADDI. *Relinquitur autem hoc modo, Rogo te hæres me, vt cū primum adieris hæreditatem meā, eam Seio reddas reſtituas.*

d ¶ *Inſtituto.* ſcilicet in teſtamento.

e ¶ *Adiicere.* & cui conditioni adiecti neceſſe parere non habet. ſed in eius conditionis defectum de ademptione hæreditatis cogitaſſe videtur: vt ff. de condi. inſtitu. l. penult. in fin. Sed fortè in vanum cogitauit, vt ibi dixi.

f ¶ *Directò.* ſi tamen ſubſtituerit, videtur rogaſſe per fideicommiſſum, vt reſtituat: vt ff. ad Treb. l. Scæuola.

g ¶ *Plures.* vt etiam omnes valeant, niſi contrariam contineant voluntatem: vt C. eodem. l. cum proponas. aliud in teſtamentis: vt ſ. quib. mod. teſta. infir. §. poſteriore. & facit. ff. eo. l. diuus. §. j.

h ¶ *Et nullam.* ſcilicet de illis quatuor quæ in teſtamento deſiderantur: vel ſeptem teſtium, vel ſigillorū, vel quod ſua manu ſcribantur, vel quod ſubſcribant teſtes vt. ſ. de teſt. §. j. Sed quædam ſolennitates & hic deſiderantur, vt ſunt quinque teſtes, vt diximus. ſ. titu. ij. §. fin.

DE HAEREDITATIBVS, quæ ab inteſtato deferuntur.

¶ *Hic titulus eſt generalis ad omnes ſequentes titulos vſque ad tit. de bo. poſ. vbi miſtim tractabis ex teſtamento, & ab inteſtato, ſed text. huius tit. loquitur tantū de ſuis hæredibus, & ſic alias ff. ſi certum petatur. & de rebus credit. vbi tractat de mutuo in ſpecie tantum. Accurſius. ADDI. Iſte titul. ſic continuatur. Dictum eſt ſupra, de hæreditatibus, quæ teſtamēto facto deferuntur: nunc ſequitur videre de hæreditatib⁹ quæ ab inteſtato deferuntur.*

INSTITVTIONŪ, ſeu elementorum D. Iuſtiniani ſacratiſsimi principis, Liber III.

TITVLVS I.

DE HAEREDITATIBUS, Quæ ab inteſtato deferuntur.

¶ *Inteſtatus dicitur quis decedere pluribus modis, qui hic deſcribuntur. Aretinus.*

INteſtatus decedit, qui aut omnino teſtamen-

INteſtat⁹. Totus iſte titulus diuiditur in quatuor partes principales. Primo ponit quis dicitur decedere inteſtatus. Secundo, quod prima cauſa eſt liberorum, & qui ſunt liberi, & ſui. Tertio de emancipatis quomodo admittantur. & de adoptiuis. Quarto ponit aliquas ſuas correctiones. Secunda ibi, Inteſtatorum autem. Tertia ibi, Emācipati autem. Quarta ibi Sed ea omnia.

CASVS. Domine, iam video, quod vos vultis tractare de hæreditatibus, quæ deferuntur ab inteſtato: pro Deo, ſi placet vobis, dicatis mihi quis intelligitur decedere inteſtatus? Ad hoc reſpond. Inteſtatus decedere intelligitur ille, qui aut nullo modo fecit teſtamentum: aut de facto quidem fecit teſtamentum, non tamen de iure: vtpote, quia iuris ſolennitate caruit, vel teſtamenti factionem non habuit: aut teſtamentum quod iure fecerat arrogatione ruptum fuit, vel capitis diminutione irritum factum eſt: aut ſi ex teſtamento ſolenniter facto nullus hæres extiterit: omnibus enim his modis intel-

tum non fecit[a]: aut nõ iure fecit[b]: aut id, quod fecerat, ruptum[c] irritumué[d] factum eſt: aut ſi ex eo nemo hæres extiterit[e].

¶ *Inteſtatorum hæreditates ſuis hæredibus in primis deferuntur: in quorũ numero ſunt naturales liberi, quãprimùm legitimi (ſecundum præſcriptos in l. modos) ſunt effecti.*

¶ Inteſtatorum autem hęreditates ex lege duodecim tabularum primũ ad ſuos hæredes pertinent. Sui autem hæredes exiſtimãtur (vt ſuprà diximus[f]) qui in poteſtate morientis

ligitur quis inteſtatus decedere. & hæc dicuntur vſque ad illum.§.inteſtatorum. Domine, iam video quis intelligitur decedere inteſtatus. dicatis modo mihi, ſi placet, ad quos inteſtatorum hæreditas pertinet? Ad hoc reſpondet. Amice, hæreditas inteſtatorum ex lege duodecim tabularum: primo pertinet ad ſuos hæredes. Sed quid domine Imperator, vos dicitis, quod hæreditas inteſtatorum pertinet ad ſuos hæredes: dicatis mihi ſi placet, qui intelliguntur ſui hæredes? Ad hoc reſpondeo, Amice, ſui hæredes intelliguntur, qui in poteſtate morientis ſunt, de cuius hęreditate tractatur: veluti filius & filia, nepos & neptis, deſcendẽtes ex filio, pronepos & proneptis: & per maſculinã lineam directo deſcendentes: nec intereſt quo ad hoc vt hęredes cenſeantur, vtrum ſint naturales liberi, an adoptiui. Nam adoptiui liberi tempore mortis in poteſtate exiſtentes, ſui hæredes intelliguntur: & non ſolum ſupradicti ex binis matrimonijs exiſtentes procreati dicuntur ſui hæredes, ſed etiam neceſſe eſt eos inter ſuos hæredes connumerari, qui ab inteſtato nõ erãt in poteſtate parentum: vtpote naturales, qui non ſunt ex legitimo matrimonio geniti, poſtea tamen à parentibus naturalibus curiis dati ſunt: & ita in poteſtate patris redacti: hi enim beneficio diualiũ conſtitutionũ, quæ ſuper filiis naturalibus poſitæ ſunt, iura ſuorũ hæredum nãciſcũtur. Nec ſolum ſupradicti inter ſuos hæredes conſtituuntur: ſed etiam illi quos noſtra conſtitutione ſtatuimus. vt ſi quis aliquam mulierẽ in ſuo cõtubernio copulauerit: nõ tamen ab initio affectione maritali eã habuerit: erat tamen talis cũ qua poterat habere legitimũ cõiugium: ſi ex ea prolem procreauerit: & poſtea maritali affectione interueniente cum eadem muliere inſtrumenta dotalia confecerit, & filios & filias ex eadem habuerit, ſtatuimus, dico non ſolum poſteriores liberos, ſcilicet poſt matrimonium contractum æditos, legitimos & in poteſtate patris eſſe, ſed etiam priores, videlicet ante matrimonium æditos, & hoc merito ſtatuimus. Nam iſti liberi ante matrimonium nati, occaſionem legitimi nominis etiã alijs poſt matrimonium ortis præſtiterunt. Ratione enim affectionis, quam pater ad prolem primo procreatam habuit & quia matrem eorum habuit in prole fœcũdam, ideo eam ſibi maritali affectione copulauit, & hoc obtinere cenſuimus, non ſolum ſi poſt dotalia inſtrumenta confecta liberi nati fuerint & extiterint, ſed etiam ſi nulli poſt matrimonium fuerint nati: vel etiam ſi aliqui fuerint nati, ſed poſtea mortui. In omni enim euentu cenſuimus liberos ante matrimonium natos maritali affectione ſecundum tenorem noſtræ conſtitutionis poſtea ſubſecuta legitimos eſſe, & iura ſuorum hæredum in omnibus habere. Et hæc dicuntur vſque ad illum.§. ita demum. Franciſcus.

a ¶ *Non fecit*. vel quia non vult: vel quia non poteſt: vt pupillus furioſus: licet hi improprie inteſtati dicantur eſſe: quia & ſi vellent teſtari, non poſſunt: vt ff. eo. ſcilicet de ſuis & legiti. l. j. in prin.

Teſtari alij qui nolunt alij qui non poſſunt.

b ¶ *Non iure fecit*. quia caruit ſolennitate teſtium, vel non habuit teſtamenti factionem, & fecit.

c ¶ *Ruptum*. arrogatione vel agnatione poſthumi: vt I. quib. mod. teſta. infir. primo reſpon. Et not. quòd nõ eſt per omnia idem quando rumpitur, ac ſi nullum factum eſſet: ſi tamen fecit codicillos: cum primo caſu ſcilicet quando rumpitur legatum vt ex codicillis, non valeat: vt C. de codi. l. j. in principio, ſecundo ſic: vt ſuprà de fideicommiſſariis hereditati. §. præterea. & ff. de iure codicillorum. l. ſi quis cum. in fine. primo reſponſo. & in lege ab inteſtato. & ſuprà titulo primo. §. non tantum. Accurſius.

Teſtamentũ per duo rumpitur.

d ¶ *Irritumve*. vt per capitis diminutionem teſtatoris: vt ſuprà quibus modis teſtament. infir. §. non tamen. & facit. ff. de verb. ſignifica. l. inteſtatus.

e ¶ *Extiterit*. ſunt & alij duo modi: vt per querelã, vel cõtra tabulas teſtamento reſciſſo: vt C. de coll. l. vt liberis. Acc. ADDI. *Hoc verum ſi ſit mora ante aditam hæreditatem, ſecus ſi poſt: quia prætor non poteſt facere deſinere quem eſſe hæredem.* §. *quos autem. de bono. poſ. Ang.*

f ¶ *Supra diximus*. I. de hær. qua. & diffe. §. ſui. Angelus.

fuerint[a]: veluti filius filiavé, nepos neptis ve ex filio, pronepos pro neptiſvé ex nepote ex filio nato[b], prognatus[c] prognatá ve. Nec intereſt, Vtrum naturales[d] ſint liberi, an adoptiui[e].

¶Liberi legitimati ſiue per oblationem curiæ, ſiue per ſubſequens matrimonium, de numero ſuorum hæredum ſunt cenſendi. Aret.

¶Quibus[f] connumerari neceſſe eſt etiam eos, qui ex legitimis quidem nuptiis vel matrimoniis non ſunt progeniti: curiis[g] tamen ciuitatum dati, ſecundum Diualium[h] conſtitutionum, quæ ſuper his poſitæ ſunt, tenorem, hæredum ſuorum iura nanciſcũtur. Necnon eos[i], quos noſtræ amplexæ ſunt conſtitutiones[k], per quas iuſsimus, vt ſi quis mulierem in ſuo contubernio copulauerit, non ab initio affectione maritali, eam tamen, cum qua poterat habere cõiugium, & ex ea liberos ſuſtulerit[l]: poſtea verò affectione procedente, etiam nuptialia inſtruméta[m] cum ea fecerit, & filios vel filias habuerit: non ſolùm eos liberos, qui poſt dotem editi ſunt, iuſtos[n], & in poteſtate patris eſſe: ſed etiam anteriores, qui & iis, qui poſtea nati ſunt occaſionẽ legitimi nominis præſtiterunt[o], Quod obtinere

a ¶*Fuerint*. item aliud eſt neceſſe. vt nemo eos præcedat. vt ibidem dicitur: vt ff.de hære.quali.& diffe.§.ſui.

b ¶*Ex filio nato*. aliud ſi ex filia: vt.ff.de pa.po.§.filius.

c ¶*Prognatus*.i. procul à me natus: quia in quarto gradu eſt mihi, qui vocatur abnepos: vt ſ.de gradi.§. quarto. Vel dic cõpoſitum poni pro ſimplici id eſt natum vel natam. & ſic pone pro nepote prædicto. Vel dic melius. loquitur de omnibus deſcendẽtibus vlterioribus: & ideo dicit prognatus: quia vſque in infinitum ſuccedunt: vt in authen.de hære. ab inteſta.§.j. & ſic proprie ponitur prognatus, id eſt, procul natus. ADD. *Aemilius F. aſt eos propriè dici prognatos, qui primum obtinent locum liberorum, & tamen nati non ſunt: ſed illis cedit natorum locus.* ADD. *De curia datis, vide quæ notauimus in §.ſi.ff.de nu.*

d ¶*Naturales*. ideſt legitimi.

e ¶*An adoptiui*. quo ad hoc vt ſui dicantur: niſi emancipati fuerint: tunc enim intereſt. cum naturales emancipati iure prætorio ſuccedant, adoptiui non: vt.ff. de ſuis & leg.hære.l.j.§.ſuos.& .ſ.eod.§. minus.

f ¶*Quibus*. ſcilicet ſuis hæredibus.

g ¶*Curiis*. Erat enim curia ſiue corpus in qualibet ciuitate, quæ curia indigebat officialibus, vt negotia expedirentur: vt in authẽ.de defen.ci §.nulla.in fi col.iij. vnde quicunque vellet naturalem ſuum filium dare illi curiæ: vel ipſemet filius poſt mortem patris ſe offerre: non extantibus legitimis, vel pater teſtamento illud dicat, legitimus fiebat: vt in authen. quib.mod.na.effi.ſui.§.quod vero.& §.ſi quis igitur.co.vj. ſicut fit remiſsio peccatorum iis, qui vadunt vltra mare.

h ¶*Diualium*, id eſt principũ ſcilicet Theodoſij & Leonis: vt C.de natu.lib.l. ſi quis &.l. quoniam.

i ¶*Necnõ eos*. ſcilicet, neceſſe eſt connumerari inter ſuos. Accur.

k ¶*Conſtitutiones*. C.de na. li.l.cum quis. &.l.nuper.

l ¶*Suſtulerit*.i. habuerit.

m ¶*Inſtrumenta*. in quibus cõtineatur matrimonium inter Titium & Bertam eſſe cõtractum, & dotem datam eſſe, quæ inſtrumenta dotalia vel nuptialia dicuntur. & ſine his duobus ſcilicet ſcriptura & dote, dicit P. non valere matrimonium: quia lex plerunque de his dixit tali caſu: vt.hic.&.ff.de nup.§.fin. non alias: vt ff.de reg.iuris.l.nuptias. nos dicimus valere matrimonium: vt.C.de nupt.l.ſi vicinis. & in authen de nupt.§. nuptias.colla.iiij. ſed non fieri liberos legitimos: vt in authen.de trien.& ſemiſ. §.fina.colla.iij.

* *Peccata remittuntur peregrinantibus.*

n ¶*Iuſtos*. repete iuſsimus.

o ¶*Præſtiterunt*. ſcilicet primi. nam & ob hoc retinent quidam prius concubinas, vt experiantur an ex eis poſſint filios habere, vt poſtea accipiant eas in vxores, vel repellant. quod ſcilicet vt repellantur, in vxore pro-

cenſuimus [a], & ſi nō progeniti fuerint poſt dotale inſtrumentum confectum liberi: vel etiã nati ab hac luce ſubtracti fuerĩt.

¶ *Sui hæredes ſunt non omnes qui in poteſtate ſunt, ſed qui proximũ locum inter hos tenent: aut certè in eius locum ſuccedunt, qui proximũ locũ tenuit. Poſthumus quoque ſuus hæres eſt, ſi modò in poteſtate parentis natus foret, & nemo eũ præcederet.*

¶ Ita demum tamẽ nepos neptiſve, pronepos proneptiſve ſuorum hæredũ numero ſunt, ſi præcedens perſona deſierit [b] in poteſtate parẽtis eſſe ſiue morte id acciderit, ſiue alia ratione veluti emancipatione [c]. Nam ſi per id tempus [d], quo quis [e] moritur, filius in poteſtate eius [f] ſit: nepos ex eo [g] ſuus hæres eſſe nõ poteſt. idq; & in cæteris deinceps liberorũ perſonis [h] dictũ eſſe itelligim᷑.

¶ Poſthumi quoque, qui ſi viuo parente nati eſſent, in poteſtate eius futuri forent, ſui

hibitum eſt, vt in authentic. quibus modis natur. effici. legiti. §. quoniã. col. vij. ADDI. *Nota cautelam glo. qua vult habere filios, ſed dicta cautela non eſt bona quo ad animã, quia omnis fornicatio eſt hodie prohibita: vt dixi ſupra, de nuptiis. §. ſi aduerſus. & §. fin. Angel.*

a ¶ *Cenſuimus.* quaſi dicat. nõ ſolum ſi naſcãtur poſtea, & viuant cum primis, ſiue non naſcãtur aliq., ſiue etiã naſcãtur & moriantur: vt C. de na. lib. l. nuper. Et not. quod etiã ſi legitimos habent ex vxore quondam: tamen hæc valent: & ſiue ex libera ſiue ex liberta, ſiue ex ſerua quam poſtea manumiſerit, & in vxorem duxerit, hæc ſeruantur: vt in auth. de inceſt. nup. §. fina. coll. iij. & in authẽ. de trien. & ſemiſſ. §. fi. coll. iij. & in auth. de filiis ante do. inſtrumenta natis. per totum titu. colla. iij.

¶ *Ita demum.* CASVS. Domine, vos iam dixiſtis mihi ſupra, quod nepos & neptis, & pronepos & proneptis, in numero ſuorum hæredum computãtur, ſi perſona directo præcedens deſierit in poteſtate parentis eſſe, ſiue hoc contingat morte, ſiue capitis diminutione. Si enim eo tempore quo quis moritur, filium habuit in poteſtate: nepos ex eodem filio procreatus ſuus hæres auo eſſe non poteſt: quia pater eius gradu præcedens eũ à iure ſui hæredis excludit. & idem eſt in pronepote intelligendum, & in cæteris liberorum perſonis. Si enim aliquis ex filio nepotem habuerit: ex eodem nepote pronepos non poterit ſuus hæres exiſtere. Nepos enim, id eſt, pater pronepotis ipſum pronepotem tanquam in remotiori gradu conſtitutum à iure ſui hæredis excludit. Et hæc dicuntur vſque ad illum. §. poſthumi quoque.

b ¶ *Deſierit.* Sed nunquid filius præcedit nepotem ex altero filio vno gradu: vt infra. de grad. cog. §. primo gradu. & §. ij. & tamen non excludit, vt j. eodem. §. cum filius? Reſpon. non videtur præcedere, cum ſui patris locum obtineat: vt in dicto. §. j. eo.

c ¶ *Emancipatione.* vel capitis diminutione maxima vel media, non autem captiuitate: vt s. quibus modis ius patr. poteſtatis ſol. §. ſi ab hoſtibus. & ff. eodem. de ſuis & legi. hæred. lege. j. §. ſi filius.

d ¶ *Nam ſi per id tempus.* contra. j. eodem. §. cum autem quæritur. in princip. Solu. vt infra titul. j. §. proximus.

e ¶ *Quis.* veluti auus.

f ¶ *Eius.* ſcilicet aui.

g ¶ *Ex eo.* ſcilicet auo.

h ¶ *Perſonis.* cum omnes liberi appellentur: licet poſt trinepotẽ improprie: vt ff. de gradib. lege. iuriſconſultus. §. parentes. & ff. de verborum ſignifi. lege liberorum.

¶ *Poſthumi quoque.* CASVS. Domine, iam vos plures connumeraſtis mihi qui inter ſuos hæredes cõnumerari poſſunt. nunquid ſunt aliqui alij à prædictis, qui debeant inter ſuos hæredes connumerari? Reſpon. quod ſic. Non enim ſolum iam nati, ſed etiam poſthumi inter ſuos hæredes connumerantur: & hoc eſt verum, ſi tales ſunt poſthumi, qui ſi ſuo legitimo viuo parente naſcerentur ſui & in poteſtate eius eſſent futuri. Scire enim debes, quod ſui hæredes ſiue iam nati ſiue poſthumi etiam ignorantes hæredes fiunt: & licet furioſi ſint, nihilominus hæredes exiſtere poſſunt, & hoc ideo, quia ex quibus cauſis nobis ignorantibus acquiritur, ex eiſdem cauſis etiam furioſis acquiri poterit: & ſtatim poſt mortẽ parentis quaſi cõtinuatur dominiũ inter ſuum hæredẽ & defunctũ. & ideo pupillis hæredibus ſuis nõ eſt neceſſaria tutoris authoritas, ad hoc vt acquiratur eis hæreditas:

cum ſuis hæredibus etiam igoorantibus (vt ſupra dictum eſt) acquiratur hæreditas: nec etiam furioſo ſuo hæredi cõſenſu curatoris ſui acquiritur hæreditas. ſed ipſo iure. & hæc dicuntur vſque ad illum.§. interdũ autẽ. Franc.

hæredes ſunt[a].

¶ *Suus hæres ſtatim poſt mortem parentis efficitur hæres, etiam ignorans, licet ſit pupillus, vel furioſus, & ſine authoritate ſui adminiſtratoris.*

¶ Sui autem hæredes fiunt etiam ignorantes[b]: & licet furioſi ſint, hæredes[c] poſſunt exiſtere: quia quibus ex cauſis ignorantibus nobis adquiritur, ex iis cauſis & furioſis acquiri poteſt[d]. Et ſtatim à morte parentis quaſi[e] cõtinuatur dominium: & ideo nec tutoris authoritatẽ opus eſt pupillis[f], cùm etiam ignorãtibus acquiratur ſuis hæredibus hæreditas. Nec curatoris aſſenſu acquiritur furioſo, ſed ipſo iure.

¶ *Qui ab hoſtibus captus, ſuus eſſe deſiit, etiam mortuo parente regreſſus, beneficio poſtliminij retro ſemper ſuus fuiſſe fingitur. Itẽ patre etiam poſt obitum maieſtatis dãnato, filius iure ſuitatis priuatur.*

¶ Interdum[g] autẽ,

a ¶ *Sui hæredes ſunt.* cum habeantur pro natis quoties de eorum cõmodis quæritur: vt ff. de ſta. ho. l. qui in vtero. Et nota, quod poſthumus dicitur ꝓprie, qui poſt humatione patris naſcitur: & dicitur etiã impropriè ille, qui facto teſtamẽto naſcitur: vt ff. de iniuſt. rup. teſta. l. iij. §. j.

Poſthumus dicitur dupliciter.

b ¶ *Etiã ignorantes.* & inuiti, & ſtatim, licet iure prætorio abſtinere poſſint: vt ſupra, de hæred. quali. & diffe. §. ſui, & ff. ſi qs omiſſ. cau. teſt. l. j. §. prætermittitur. verſi. qui ſunt.

ADDITIO. *Quod Prætoris beneficium etiam ſi non impetretur, competit ipſo iure. l. ſi qui ſe immiſcuit. ff. de acquiren. hæred. Angelus.*

c ¶ *Hæredes.* ſcilicet ſui. alias nõ: niſi per curatorem, ſecundum quoſdam. vt C. de cura. fur. l. fi. §. tali itaque.

d ¶ *Acquiri poteſt.* ſic. ff. de actio. & obliga. l. ſi à furioſo. in prin. & ff. ſi certum petatur. l. ſi à furioſo.

e ¶ *Quaſi.* Hoc ideo, quia in corporalibus dicitur propriè continuatio: ſed dominium eſt incorporale. Hoc reprobo, quia & poſſeſſio eſt res incorporalis: & tamen vna cum alia continuatur: vt ff. de acqu. poſſeſ. l. Pomponius. §. præterea. & §. in dotem. & §. ſi iuſſu. & §. ſed & legatario. & §. penul. Dic ergo impropriè fieri cõtinuationem: quia inter diuerſa, non inter eadem fieri debet, ſed pater & filius vnũ fictione iuris ſunt: vt C. de impub. & aliis ſubſtitu. l. fina. §. fina.

Hoc verũ ſecundum Bar. de iure ciuili: nõ autem de iure gẽtiũ.

f ¶ *Pupillis.* alias ſi eſt hæreditas extranei, & non patris, tutoris authoritas & pupilli actus neceſſarius eſt: niſi ſit infans quo caſu ſufficit tutor: vt C. de iur. deli. l. potuit. & l. ſi infanti. §. parenta. & ff. de tuto. & cura. da. ab iis. l. impuberi.

¶ *Interdum autem.* CASVS. Domine, vos dixiſtis mihi ſupra, quod illi cenſentur ſui hæredes, qui erant in poteſtate parentum tempore mortis eorum. nunquid eſt illud generaliter verum, quod exiſtentes in poteſtate tempore mortis ſunt ſui hæredes, & nulli alij? Ad hoc reſpondet quod non. Quandoque enim cõtingit vt licet aliquis in poteſtate parentis tẽpore mortis non fuerit, nihilominus tamen ſuus hæres parenti efficiatur: ſicuti contingit in filiofamil. ab hoſtibus capto. Nã ſi poſt mortem patris in ciuitatem reuerſus fuerit, ſuus hæres patri efficitur. Ius enim poſtliminij ſemper fingit eum in ciuitate fuiſſe, & ſic per conſequens in poteſtate patris tempore mortis extitiſſe, & ita poſtliminium eum patri ſuum hæredem facit. Et non ſolum in hoc caſu recipit prædicta regula inſtantiam: ſed etiam in caſu contrario. Contingit enim quãdoque, vt licet quis in poteſtate defuncti tempore mortis fuerit, tamen hæres ſuus exiſtere non poſſit: veluti ſi pater eius poſt mortem ſuam iudicatus fuerit reus perduellionis, & per hoc memoria eius damnata ſit. nam in hoc caſu, licet filius in poteſtate patris tempore mortis extiterit: ſuus hæres patri eſſe non poterit. Pater enim cuius memoria per ſententiam damnata eſt, ſuum hæredem habere non poteſt: cum fiſcus ei ſuccedat. & hæc ſunt vera de iuſtitia primitiua. ſed hodie dici poteſt ipſo iure filium ſuum eſſe hæredem: licet poſtea ſententia lata contra memoriam patris deſinat eſſe ſuus hæres. Et hæc dicuntur vſque ad illum. §. cum filius filiáve Franciſcus de Arctio.

g ¶ *Interdum.* vt ff. de ſuis & legiti. l. j. §. ſed ſi quis. verſicul. interdum. Accurſius.

Pœna com[illegible] non transfer[illegible] ad [illegible]

a ¶*Suus.* ff.de teſta.l.lege Cornel.In fin. contra. Solu.ibi ille qui fuit captus, non fuit reuerſus: ſed hic ſic.

b ¶*Poſtliminij.* quod fingit eum ſemper in ciuitate fuiſſe: vt quibus mod.ius pa. pote.ſol.§.ſi ab hoſtibus.

licet in poteſtate parentis mortis tẽpore ſuus hæres non fuerit, tamen ſuus[a] hæres parẽti efficitur. veluti ſi ab hoſtibus q̃s reuerſus fuerit poſt mortem patris ſui: ius enim poſtliminij[b] hoc facit. Per contrarium autem hoc euenit, vt licet quis in familia defuncti ſit mortis tẽpore, tamen ſuus hæres non fiat: veluti ſi poſt mortem[c] ſuam pater iudicatus fuerit perduellionis[d] reus, ac per hoc memoria[e] eius damnata[f] fuerit, ſuum enim hæredem habere non poteſt, cum fiſcus ei ſuccedat: ſed poteſt dici[g], ipſo quidem iure eſſe ſuum hæredẽ: ſed deſinere[h].

¶*Nepotes ex præmortuo filio, eorum patris locum aſſumente, ſimul cum patruo vel amita aut ſucceſſionem conſequuntur, in ſtirpes ſcilicet non in capita: quòd ſi ex præmortuis fratribus nepotes tantùm ſuperſint, quæque proles in eam duntaxat partem ſuccedet, quam pater, ſi ſuperſtes eſſet, aſſecuturus fuiſſet.*

¶Cùm filius filiá-

c ¶*Poſt mortem.* Not.quædã delicta tranſire contra hæredem etiam lite non conteſtata, vt læſæ maieſtatis in duobus caſibus, quando quis contra principem vel rempublicam fuit molitus: alias non: vt ff. ad legem Iul. maieſta.l. fina. & his duobus caſibus hic tantum loquitur. Item de reſiduis & peculatus & repecundarum: vt ff.ad legem Iuliam repe.l.fin. Item apoſtacatus: vt C.de apoſt. l.ij. & l. apoſtatarum. in fine. Quædam etiam nõ tranſeunt lite non conteſta. vt omnia alia publica: vt ff. de accu.l. ex iudiciorum. Alia conteſtata lite tranſeunt, alias non: vt omnia priuata delicta: vt C.de deli.defun.l.j.& J.de perpe.& tempo.act.§.non autem.

d ¶*Perduellionis.* ideo dicit perduellionis: quia perduellum fiebat certamen, ſi aliquis criminis huius dicebatur reus: quod aliquid in ipſum principem, vel rempubl.fuiſſet molitus, ſecundum Pla. Et poteſt dici hoc & defendi, quia & ſecũdum iura Romana videtur poſſe fieri debere pugna: & ſunt aliqua arg.vt ff.ad legem Aquil.l.qua actione.§.ſi quis in colluctatione. & ff. de re iudic.l.commodis. & ff.de iis,qui notantur infamia.l.athletas & de athletis.l.j.& ff.de excuſa.tuto. l.athleth.in princi.& C. quæ res pig.obl. poſſ.l.ſpem. & ff.de donat.l.donationes. in fine.his enim legibus habetur mentio de tali pugna: quæ non fieret, niſi de iure eſſet. Vel dic perduellionis, id eſt, hoſtilis criminis. nam perduelles hoſtes dicuntur: vt ff.de verb.ſignifi.l.quos nos.

ADDITIO. *Olim perduelles erant, qui ciuem interfecerant. vt Horatius, qui ſororem interfecerat, perduellis à Liuio dicitur. ſed Iuriſconſultus Perduellionis reus eſt, qui in principem vel Rempubl.hoſtilia fecerit, crimineque maieſtatis tenetur.l vlt.ff. ad l.iul.maieſt.*

e ¶*Memoria.* nam ipſe cum ſit perduellis, ne poteſt damnari niſi a [illegible] vel ll. quæ ſenten.ſine appella.re.l. penultima.

f ¶*Damnata.* hoc ſcilicet modo, pronuntio contra imperium Luciũ feciſſe: & ideo bona eius in fiſcum inferri. nam per hoc memoria damnatur: & infamia quadã defunctus afficitur: vt ſuprà ex quibus cauſis manu. non lic. §.j. & ex tempore commiſſi delicti alienationes ab eo factæ non valebunt: vt C.ad legem Iuliam maieſt.l.penult.in fin. & ff.de dona.l.donationes.§.fin.Accur.

g ¶*Poteſt dici.* ſcilicet verius.

h ¶*Deſinere.* ſcilicet lata ſententia. Nã non facit ipſo iure deſinere hæredem ſuũ eſſe tale delictum.

¶*Cum filius,* CASVS. Quidam deceſſit qui tempore mortis habebat filium in poteſtate, & ex altero filio præmortuo nepotes. Modo quæro, vtrum iſte qui gradu præcedit nepotes ex fratre ſuo, à ſucceſſione inteſtati parentis illos nepotes debeat excludere? Ad hoc reſpond. quod non. Cùm enim filius filiáve, & ex altero filio præmortuo nepos vel neptis extiterit, omnes ſimul ad hæreditatem vocantur: nec ille qui gradu proximior eſt, in vlteriore gradu conſtitutos à ſucceſſione excludit. Æquum enim eſt viſum eſſe, nepotes & neptes in locum patris ſui præmortui ſuccedere. Igitur pari ratione ſi quis inteſtatus decedens habuerit nepotem ex filio præmortuo, pronepotem vel proneptem: omnes pariter ad

ve, & ex altero filio[a] nepos neptíſve exiſtunt, pariter ad hæreditatẽ qui vocantur: nec qui gradu proximior eſt, vlteriorem excludit. Æquum[b] enim eſſe videtur, nepotes neptéſque in patris ſui locum ſuccedere. Pari ratione & ſi nepos neptíſve ſit ex filio, & ex nepote pronepos proneptíſve: ſimul vocãtur[c]. Et quia placuit nepotes neptéſve, itẽ pronepotes proneptéſve in parentis ſui locum ſuccedere: conueniens eſſe viſum eſt, non in capita ſed in ſtirpes[d] hæreditatem diuidi: vt filius partem dimidiam hæreditatis habeat, & ex altero[e] filio duo pluréſve nepotes alteram dimidiam. Item ſi ex duobus filiis[f] nepotes neptéſve exiſtant, ex altero[g] vnus[h] fortè aut duo, ex altero tres, aut quatuor: ad vnum, aut duos dimidia pars pertineat, ad tres vel ad quatuor altera dimidia.

¶ *Vt quis ſuus dici queat, etiam deſtituti teſtamenti tempus inſpicitur: quo fit, vt qui nepos mortis auitæ tempore ſuus non erat, ſi tamen deſtituto teſtamẽto priorem locum occupat, ſui hæredis iura nanciſcatur: modo viuo auo cõceptus fuerit: alioqui nullatenus admittetur.*

ſucceſſionem vocantur inteſtati patris. Et quia in hoc caſu placuit nepotes, & neptes, & pronepotes & proneptes in locum patris ſui præmortui ſuccedere: cõuenientes eſſe viſum eſt in ſtirpes, & nõ in capita eos hæredes eſſe: ita videlicet, vt filius ex vna parte exiſtens dimidiam hæreditatis habeat: & nepotes ex altero filio, ſiue ſint duo, ſiue ſint plures, alteram dimidiã conſequantur: vt ſicuti pater ſi viueret, vna cum fratre ſuo in vna dimidia totius inteſtato patri ſuccederet: ita nepotes ex eo in locum eius ſuccedẽtes ad portionem eius tãtummodo admittantur. Et idem eſt ſi ex duobus filiis præmortuis nepotes vel etiã neptes exiſtãt: & ex altero forte vn[us] vel duo: & ex altero filio, præmortuo tres vel quatuor. Nam in hoc caſu, ſicuti in ſuperiori ad vnum vel ad duos ex altero filio natos dimidia pars hæreditatis aui inteſtati pertinet: ita & ad tres vel quatuor, vel plures ex altero filio natos altera dimidia pertinebit. Et hæc dicuntur vſque ad illum.§.cum autẽ quæritur. Franciſcus de Aretio.

a ¶ *Ex altero filio.* ſecus ſi ex filia: vt j.eo.§.item vetuſtas.& j.eo.§.diui.

A D D. *Hodie ſecus. vt ibi nota. & in l.lege. in principio. C. de legi. hæred.*

b ¶ *Æquũ.* vt in auth. quib.mo.na.effi. ſui.§.ergo.ibi, quid enim legali[us].col.vij.

c ¶ *Vocantur.* idem eſt & ſi per bonorum poſſeſſionem vocentur: vt ff.de contra tabul. l.j.§. vocantur. Sed contra. ff. de contra tabul. l. iij.j. Solu.non eſt contra: quia ibi præcedit filius: quia patris loco eſt adoptatus ad nepotem: vt ſ. eo.§.ita demum.

d ¶ *In ſtirpes.* j.ti.j.§. hoc etiam addendum.in fi.contra.Sol.vt ibi.

A D D I. *In Capita ſucceditur, quum hæreditas in tot æquales partes diuiditur, quot ſunt ſuccedentium capita. In ſtirpes, quum capitum ratio non habetur, ſed ſtirpis tantum vnius, cuius iure nituntur, qui ſuccedunt.*

e ¶ *Ex altero.* ſic.j.eo.§.fi.ſic. ff.de inoffic.teſta.l. Papinianus.§. proinde ſi ex duobus. ſic & C.de ſuis, & legiti. l. nepotes.

f ¶ *Ex duob[us] filiis.* præmortuis.

g ¶ *Ex altero.* ſcilicet filio.

h ¶ *Vnus.* ſcilicet, nepos.

¶ *Cum autem quæritur.* C A S V S. Domine, iam video qui ſunt hæredes: & qualiter ſui hæredes ſuccedunt, ſiue ſint in eodẽ gradu, ſiue in diuerſis gradibus conſtituti. Dicatis ergo mihi, quando quærendum eſt, an aliquis ſuus hæres eſſe poſſit? Ad hoc reſpõdet, Amice, cum quæritur, an aliquis ſuus hæres exiſtere poſſit, eo tempore quærendum eſt, quo certum eſſe cœperit eum inteſtatum deceſſiſſe: & hoc contingere poteſt, etiam teſtamento deſtituto, quod patet tali exemplo: Quidam qui habebat filium in poteſtate, & ex filio nepotem, condidit teſtamentum, & in teſtamento ſuo quendam extraneum inſtituit hæredem, & filium proprium exhæredauit. mortuo teſtatore ante aditam hæreditatem deceſſit filius exhæredatus: mortuo filio, extraneus hæres ſcriptus deſeruit teſtamentum, vel forte: quia noluit adire hæreditatem, vel morte, vel alia cauſa impeditus hæres eſſe non potuit. in hoc caſu cum certum eſſe potue-

¶Cùm autem[a] quæritur, an quis ſuus hæres exiſtere poſſit: eo tempore quærẽdum eſt, quo certum eſt[b] aliquẽ ſine teſtamento[c] deceſſiſſe. quod accidit[d], & deſtituto teſtamento. Hac ratione ſi filius exhæredatus fuerit, & extraneus hæres inſtitutus, & filio mortuo[e] poſtea certum fuerit hæredem inſtitutum ex teſtamento non fieri hæredem: aut quia noluit eſſe hæres, aut quia non potuit[f]: nepos auo ſuus hæres exiſtet: quia quo tempore certũ eſt inteſtatum deceſſiſſe patremfamilias, ſolus[g] inuenitur nepos. & hoc certum eſt[h]. Et licet poſt mortem aui natus ſit: tamẽ auo viuo conceptus mortuo[i] patre eius, poſteáque deſerto[k] aui teſtamento, ſuus hæres efficitur. Plané ſi & conceptus & natus fuerit poſt mortem aui, mortuo patre ſuo, deſertóque poſtea aui teſtamento, ſuus hæres auo nõ exiſtet: quia nullo iure cognationis patrem ſui patris attingit[l]. Sed nec ille eſt inter liberos aui, quem filius emancipatus adoptauit. Hi autem[m], cùm non ſint ſui (quantum ad hæreditatem) liberi: neque bonorum poſſeſſionẽ petere poſſunt quaſi proximi cognati[n]. Hæc de ſuis hæredibus.

¶*Emancipatus in-*

rit hæredem inſtitutum ex teſtamento non fieri hæredem. nepos ex filio præmortuo ſuus hæres ab auo inteſtato exiſtit: quia quãdo certum eſt patremfamil. inteſtatum deceſſiſſe: & ita cauſa teſtamenti redacta eſt ad cauſam inteſtati, ſolus nepos ſuus hæres auo inuenitur. Et hæc obtinent, non ſolum ſi iſte nepos viuente auo natus ſit: ſed etiam licet poſt mortem aui ſit natus, viuo tamen auo conceptus. Secus enim eſſet, ſi poſt mortem aui conceptus fuerit & natus: nam certe in hoc caſu ſuus hæres auo exiſtere nõ poteſt. & hoc ideo: quia nullo iure cognationis patrem ſui pr̃is, id eſt, auum ſuum attingit. Auo enim viuẽte nõdum animal fuit. Et ſicut ipſe nepos poſt mortem aui conceptus & natus ſuus hæres auo eſſe non poteſt: ita nec ille inter liberos connumeratur, quẽ filius emancipatus poſt emancipationem adoptauerit. vnde cum hi, videlicet nepotes nati poſt mortem aui, & à filio emancipato poſt emancipationem adoptati, non ſint ſui liberi, quantum ad hæreditatem de iure ciuili: neque bonorum poſſeſſiones de iure prætorio petere poſſunt quaſi proximi cognati. Et hæc de hæredibus dicta ſufficiant. Et hæc dicuntur vſque ad. §. emancipati autem. & litera planiſſima eſt vſque ad finem tituli. Franciſcus de Aretio.

a ¶*Cum autem*. eo diligenter notato, qui ſunt ſui hæredes: nunc nota quo tempore quærendum eſt, qui ſuus hæres ſit.

b ¶*Certum eſt*. ſupra eod. §. ita demum. contra. Solu. vt ibi dixi.

c ¶*Sine teſtamento*. quod contingit vij. modis: vt ſupra eodem. in princip. diximus, in glo. extiterit.

d ¶*Quod accidit*. &c. ſcilicet vt videatur quis ſine teſtamẽto deceſſiſſe.

e ¶*Filio mortuo*. ſcilicet exhæredato.

f ¶*Non potuit*. morte præuentus: vt ſupra. eo §. ita demũ.

g ¶*Solus*. ſcilicet ſuus hæres.

h ¶*Certum eſt*. ſcilicet nepotem ſuum hæredem eſſe, cũ nullus præcedat enim: vt ſupra eod. §. j.

i ¶*Mortuo*. antequam adeatur ex teſtamento hæreditas. Vnde cõſtat non tranſmitti ad filium de inofficioſo querelam. imo etiam ea adita non tranſmittebat olim: ſed hodie contra: vt Cod. de inoffic. teſta. l. ſcimus. §. finali. & l. ſi quis filium. ibidem.

k ¶*Deſerto*. ſ. ab hærede, qui non vult adire.

l ¶*Attigit*. nec enim fuit ꝓximus cognatus ei. ſ. auo viuo nondum animal erat: vt ff. vnde co. l. j. §. ſi quis proximus. Sed nunquid hodie per auth. ſuccedit: vt in auth. de hæredib. ab inteſtato. §. j. col. nona. P. dicit quòd ſic: quia naturalis cauſa tantum ſpectatur. Ioann. contra: quia nec iure prætorio: quo caſu naturalis inſpiciebatur, admittebatur: vt ſequitur: vt j. eo. §. emancipati. & ff. de ſuis & le. l. Titius. & l. pen. ADD. *Et hæc eſt communis opinio: vt per Ioan. Fab. & per Angel. hic.*

m ¶*Hi autem*. ſcilicet concepti & nati poſt mortem aui.

n ¶*Qui proximi cognati*, id eſt, tanquam

re ciuili incognitus ad ſucceßionem parentis nō venit: prætoris tamen beneficio per bonorum poſſeßionem. Vnde liberi, perinde admittitur, ac ſi in eius poteſtate manſiſſet. Areti.

¶Emancipati autem liberi, iure ciuili nihil iuris habent (neq; enim[a] ſui hæredes ſunt, qui in poteſtate parentis eſſe deſierunt) neq; vllo alio iure[b] per legē duodecim tabu. vocantur. Sed Prætor naturali æquitate motus, dat eis bonorum poſſeſſionem Vnde liberi, perinde ac ſi in poteſtate parentis tēpore mortis fuiſſent, ſiue ſoli ſint[c], ſiue cum ſuis hæredibus[d] concurrāt. Itaq; duobus liberis exiſtentibus, emancipato vno, & eo, qui tempore mortis in poteſtate fuerit: ſanè quidem is, qui in poteſtate fuit, ſolus iure ciuili hæres eſt, & ſol⁹ ſuus hæres. Sed cùm emācipatus beneficio Prætoris in partē admittitur: euenit, vt ſuus hæres pro parte[e] hæres fiat.

¶*Emancipati filii qui ſeſe adoptandos extraneo dedere, ita demum naturali patri olim ſuccedebāt, ſi eo viuo finita eſſet adoptio: quæ ſi eo mortuo diſſolueretur, nec ad eius, nec ad adoptiui patris ſucceßionem vllo iure peruenire poterāt.*

¶At ij[f], qui emancipati à parente in adoptionem[g] ſe dederunt, non admittuntur[h] ad bona naturalis patris quaſi liberi, ſi modò cum is[i] moreretur, in adoptiua familia fuerint. Nam viuo eo[k] emancipati ab adoptiuo patre, perinde admittuntur ad bona naturalis patris, ac ſi emancipati ab ipſo[l] eſſent, nec vnquam in adoptiua familia fuiſſent[m]. Et conuenienter, quod ad adoptiuum patrem pertinet, extraneorum loco eſſe incipiunt. Poſt mortem verò naturalis patris emancipati ab adoptiuo patre: & quantum ad hunc adoptiuum patrem pertinet, æquè extraneorum[n] loco fiunt: & quantum ad naturalis patris bona pertinet, nihilò magis liberorum

agnati. nam agnati ſunt ꝓximiores, ſquā cognati. Nunquid ergo tertio ordine inter cognatos vocantur? Rñ. M. ꝙ ſic: vt. ff. eo. l. j. in fin. & in gl. ſi. Ioan. contra: quia ibi de conceptis prius natis poſtea, loquitur, ſec⁹ ſi poſtea concipiuntur & naſcuntur. vt hic & ff. de iniuſt. rup. teſt. l. e. ſi quis filio. §. nō fuiſſet.

a ¶*Neq; enim.* bona ratio: vt. ſ. de hæ. quali. & diff. §. ſui. & ſ. e. §. j. ibi, ſui autem. &c.

b ¶*Neq; vllo alio iure.* ſcilicet neq; vt patroni neq; vt agnati, quos vocat lex xij. tab. vt. j. tit. j. in princ. & . j. de ſucc. li. ſ prin. alias econtra: vt. j. ti. j. §. fina.

c ¶*Soli ſint.* ſ. emancipati.

d ¶*Cū ſuis hæredibus.* ſ. cum aliis, qui remāſerunt in poteſtate.

e ¶*Pro parte.* ſcilicet dimidia: vt ff. de verb. ſig. l. nomen filiarum. §. portionis.

f ¶*At ii.* ſcilicet vocantur emancipati ad ſucceſsionē patris: ſed non omnes. & hoc ſequitur, at ij &c.

g ¶*Adoptionem.* id eſt arrogationem.

h ¶*Non admittuntur.* ff. de contra tab. le. iij. §. ſi quis filio. cōtra. Sol. ibi non valuit adoptio, ſecundum Ioan. ſed hic valuit. Vel diſtingue, an detur extraneo, vt hic: an detur in adoptionem nepos ex filio emācipato patri eiuſdem, vt ibi: ar. ſ. de adopt. §. ſed hodie. Item. C. de adop. l. pen. §. ſed ſi quidem. quæ eſt contra. Sol. aliam intelligere: vt. j. eod. §. admonendi.

i ¶*Cum is.* ſcilicet pater naturalis.

k ¶*Viuo eo.* ſ. patre naturali.

l ¶*Ab ipſo.* ſ. patre naturali.

m ¶*Fuiſſent.* vt. ſ. de exhæred. libe. §. emancipatos.

n ¶*Extraneorum.* ſi autem morte patris adoptiui facti eſſēt iuris ſui, durat agnationis ius inter eos. id eſt inter adoptiuum & naturalē filiū adoptantis nō emācipatum, vt ſibi ſuccedat: vt ff. de gradi. affi. l. e. ſi filium naturalem. & . l. non facile. §. cognationis. & ff. vñ cogna. l. j. §. cognationem. & de adop. l. antepen. M. Item & ipſi adoptiuo patri ſuccedunt: vt. j. eo. §. ſed ea.

berorum gradum nãciſcũtur. Quòd ideo ſic placuit: quia iniquũ erat, eſſe in poteſtate patris adoptiui[a], ad quos bona naturalis patris pertineant, vtrum ad liberos eius[b], an ad adgnatos[c].

¶Filius legitim[9] & naturalis emancipatus vocatur ad bona patris naturalis beneficio prætoris. Sed filius adoptiuus emãcipatus, nullo modo poteſt admitti ad bona patris adoptiui. Aretinus.

¶Minus ergo iuris[d] habent adoptiui filij, quàm naturales. Nanq; naturales[e] emancipati, beneficio Prætoris gradum liberorũ retinent, licet iure ciuili perdant. Adoptiui verò emancipati[f], & iure ciuili perdunt gradum liberorum, & à Prætore non admittuntur[g], & re&è. Naturalia enim iura ciuilis ratio[h] perimere non poteſt.[i] nec quia deſinunt ſui hæredes eſſe, poſſunt deſinere filij filiæve, aut nepotes neptéſve eſſe. Adoptiui verò emancipati[k], extraneorum loco incipiunt eſſe[l]: quia ius noménque filij filiæve, quod per adoptionem conſecuti ſunt, alia ciuili ratione, id eſt emancipatione perdunt.

¶Ad inteſtati ſucceßionem qui aſpirare nequit, eidem bonorum poſſeßio minimè concedetur.

¶Eadem[m] hæc obſeruantur, & in ea bonorum poſſeſſione, quam contra tabulas teſtamenti parentis liberis præteritis, id eſt, neque hæredibus inſtitutis[n], neque vt oportet[o] exhære-

a ¶*Adoptiui.* poſt emancipationem, nõ prius: vt. ĩ. eod. §. inteſtatorum. verſic. nec intereſt.
b ¶*Eius.* ſcilicet naturalis patris.
c ¶*Adgnatos.* nam ſi non emancipati certũ eſt, quod filij non ſuccedunt naturali patri: & ita agnati ſuccedunt: vt. ĩ. proxi. & ff. vnde lib. l. j. Si autẽ emanciparet, ſuccederent filij: vt. ĩ. proxi. §. & ſic in eius poteſtate eſſet ad quem bona naturalis patris pertinerẽt quod eſt abſurdum & contra regulam iuris, vt hic. & ff. de hære. inſti. l. illa inſtitutio. circa prin.
ADD. *Itẽ quia tũc videtur, quod auferretur ius quæſitum agnatis: quod eſt inconueniens. Et ex his nota, quod neq; ex teſtamẽto, neq; ab inteſtato poteſt eſſe voluntas captatoria. Ang.*
d ¶*Minus ergo iuris.* quia naturales emancipati iure prętorio vocãtur, ſed adoptiui emancipati nõ: vt. ĩ. proxi. §. ergo &c.
e ¶*Naturales.* & legitimi.
f ¶*Emancipati.* ab adoptiuo patre.
g ¶*Non admittuntur.* niſi ſint de ſuis: auus adoptauit nepotem in filium, & poſtea emãcipauit: vt. ff. ad Tertul. l. ij. §. liberi autẽ. verſi. adoptiui.
h ¶*Ciuilis ratio.* i. emancipatio quæ de iure ciuili eſt: vt ff. de re iudi. l. a&ur.
i ¶*Non poteſt.* ſic. ĩ. de leg. agn. tut. §. fina. ſic. ff. de regu. iur. l. nihil tam.
k ¶*Emãcipati.* ab adoptiuo patre: & poſt mortem naturalis: vt. ĩ. §. proxi. verſi. poſt mortem.
l ¶*Incipiũt eſſe.* nota, ꝙ ſi emancipetur filius, vel filia, vel deinceps non ſunt ſui hæredes: non tñ deſinũt eſſe filij vel filiæ.
m ¶*Eadem.* q̃ obſeruantur in bonorum poſſeſsione. Vnde liberi, & in cõtra tabulas bonorum poſſeſſiõe ſeruãtur.
n ¶*Inſtitutis.* his enim inſtitutis non datur hæc bonorum poſſeſſio, niſi præterit[9] rumpat teſtamentũ: & huic ſcilicet inſtituto viam aperiat. & hoc eſt quod dicitur, niſi præterit[9] cõmittat edi&ũ: vt ff. de cõtratab. l. iij. §. ſi quis ex liberis primo ſi autẽ præteritus nolit poſtquã ſemel agnouit, inſtitut[9] habet cõtra tabulas iure & ſcd̃m tabulas: qđ eſt mirabile: nec expe&at præteritũ: vt ff. de cõtra tab. l. ſi poſt mortẽ. §. fin. & de leg. præſtã. l. nonnũquam. Accur.
Præterit[9] quãdoque cõmittit edi&um.
ADD. *Quod facit ad quæſtionem vt ex cõtẽptu alicuius, qui debuit in ele&iõe adhiberi: etiam ipſo nolente, cæteri qui interfuerunt, poßint eam dicere nullã. Dic vt in. c. quod ſicut. extra de ele&io. per Ioan. Fab. hic.*
o ¶*Vt oportet.* ſcilicet maſculi nominatim, fœminæ inter cæteros: vt ff. de ex-

hæreda.libe.§.primo.

a ¶*Exhæredatis.* cum ergo matris præteritio pro exhæredatione habeatur: vt ꝫ. de exhæred.lib. §. vlti. ceſſat ibi contra tabulas bonorum poſſeſsio: vt.ff. de cō. tra tab.l.illud. §.ad teſtamenta.

Matris præteritio habetur pro exhæredatione.

datis[a] Prætor pollicetur. Nam eos quidem, qui in poteſtate[b] mortis tēpore fuerint, & emancipatos, vocat Prætor ad eādem bonorum poſſeſsionem, eos verò, qui in adoptiua familia fuerint per hoc tempus, quo naturalis parens moreretur, repellit[c]. Item adoptiuos liberos emancipatos ab adoptiuo patre, ſicut ab inteſtato, ita longè minus cō tra tabulas teſtamenti ad bona eius non admittit: quia deſinunt in numero liberorū eius eſſe.

¶*Emancipatus fili⁹ ab extraneo adoptatus licet ad patris naturalis bona peruenire per Vnde liberi, vel Vnde agnati nequeat: per Vnde cognati tamen venire poteſt.*

¶Admonendi tamen[d] ſumus, eos, qui in adoptiua familia ſunt, quíve poſt mortem naturalis parētis ab adoptiuo patre emācipati fuerint: inteſtato parente naturali mortuo, licet ea parte edicti, qua liberi ad bonorum poſſeſsionem[e] vocantur, non admittātur: alia parte vocari, ſcilicet qua cognati defuncti vocantur. Ex qua parte ita admittuntur, ſi neque ſui hæredes liberi, neque emācipati[f] obſtent, neque adgnatus quidem vllus interueniat. Antè enim Prætor liberos vocat tam ſuos hæredes, quàm emancipatos: deinde legitimos[g] hæredes: deinde proximos[h] cognatos.

¶*Filius qui ad extraneum patrem adoptione translatus eſt, omnia ſui naturalis patris inuiolata iura retinet, perinde atq; ſi in familiam alienam datus non fuiſſet: idcirco ei inteſtato, aut teſtato ſuccedit: adoptiuo autem patri ex inteſtato tantum ſuccedit; condito autem teſtamento præteritus, teſtatoris nequaquam impugnat iudicium: niſi cuipiam aſcendentium in adoptionem datus ſit.*

¶Sed ea omnia[i] antiquitati quidem placuerunt, aliquam[k] autem emendationem à noſtra conſtitutione[l] acceperūt: quam ſuper iis perſonis compoſuimus, quæ à patribus ſuis natu-

ralibus

ADDITIO. *Et eſt ratio: quia etiam remoto emācipationis obſtaculo (id quod prætor principaliter intendit) nō eſſet ſeruus fœmina. cum eos in poteſtate habeat, vt ibi. Ang.*

b ¶*In poteſtate.* emancipatis committentibus edictum, non aliter, ſecūdum Mar. vt ff. de contra tabu.l.iij.§. ſi qs ex liberis. Sed Io. cōtra. nam nullum dicere poſſunt, & contra tabulas ſuo iure habent: vt ff. de leg. præſtan.l.ſi duo.& C. de libe.præte.l. maximū.

c ¶*Repellit.* ſcilicet prætor: niſi ſint inſtituti, & eis cōmittatur edictum: vt ff. de contra tab. le. non putauit.§. in adoptione.& .§. vt autem. Item contra. ff. de contra tabu. l. iij.§. ſi quis filio. Sol. ꝫ. eodem.§.at.ij.

d ¶*Admonendi tamen.* licet hos duos qui ſequuntur, nō admiſerim de iure ciuili: vt ſupra eodem. §.at ij. tamen admonendi ſumus, id eſt admonemur &c.

e ¶*Ad bonorum poſſeſsionem.* ſcilicet vnde liberi.

f ¶*Emancipati.* qui ſunt ſui per prætorē: vt ſupra eodem §.emancipati.

g ¶*Legitimos.* id eſt agnatos: vt.ꝫ.titu.j. primo reſpon.

h ¶*Proximos.* ſic ff. ſi tab. teſt.le.j. ſic. ff. quis ord. ſ bo. poſ.ſerue.l j.

i ¶*Sed ea omnia.* quæ. ꝫ. eodem.§.at ij dicta ſunt, &.ꝫ. proximo.§.

k ¶*Aliquam.* quaſi dicat. quædam correximus, quædam retinuimus.

l ¶*Conſtitutione.* vt C. de adopt. le. penultima.

ralibus [a] in adoptionem aliis dantur. Inuenimus etenim nonnullos [b] caſus, in quibus filij & naturalium parentum ſucceſſionem propter adoptionem admittebant, & adoptione facilè per emancipationem ſoluta [c] ad neutrius [d] patris ſucceſſionem vocabantur [e]. Hoc ſolito more corrigentes, conſtitutionem [f] ſcripſimus, per quam definimus, quando parens naturalis filium ſuum adoptandum alij dederit, integra omnia iura ita ſeruari, atque ſi in patris naturalis poteſtate permanſiſſet [g], nec penitus adoptio fuiſſet ſubſecuta: niſi in hoc tantummodo [h] caſu, vt poſſit ab inteſtato [i] ad patris adoptiui venire ſucceſſionem. Teſtamento autem ab eo [k] facto: neque iure ciuili [l], neque Prætorio [m] ex hæreditate eius aliquid perſequi poteſt, neq; contra tabulas bonorum poſſeſſione agnita, neque inofficioſi [n] querela inſtituta: cum nec neceſſitas patri adoptiuo imponatur, vel hæredem eum inſtituere, vel exhæredatum eum facere: vtpote nullo naturali vinculo copulatũ: neq; ſi ex Sabinianõ ſenatuſconſulto [o] ex tribus marib[9] fuerit adoptatus. nam & in huiuſmodi caſu, neq; quarta ei ſeruatur: neque vlla actio ad ei[9] [p] perſecutionẽ ei cõpetit. Noſtra aũt cõſtitutiõe [q] exceptus eſt is, quẽ parens [r] naturalis adoptandum ſuſceperit. Vtroq; enĩ iure tam naturali, quàm legitimo in hãc pſo-

a ¶ *Naturalibus*. & legitimis.

b ¶ *Nonnullos*. id eſt aliquos. Accur.

c ¶ *Soluta*. ſcilicet poſt mortem ſecus ſi ante: vt. ȷ. eodem. §. at ij.

d ¶ *Ad neutrius*. vt ſupra eodem. §. at ij. Accurſius.

e ¶ *Vocabantur*. hoc idẽ videtur etiã cõtingere hodie in caſu quem habemus infra hoc §. verſic. noſtra autem. C. de adopt. le. pen. §. ſed hoc. Sed dic, quod auus adoptans tenetur et relinquere quartam, vt filio arrogato: vt. ȷ. hoc. §. verſicu. noſtra ibi. quẽadmodum &c.

A D D. *Sed hãc reprobat gl. in dicta. l. pen. quia vbi deſtituitur omni remedio, ſibi imputet qui ſe emancipari permiſit.*

f ¶ *Conſtitutionem*. ſcilicet prædictam.

g ¶ *Permanſiſſet*. Nunquid ergo non permanſit? Reſpõdeo, imo permanſit: vt. ȷ. de adop. §. ſed hodie. Sed hoc dicit referendo ſe ad factũ, quaſi dicat, ac ſi de iure & de facto in eius familia permanſiſſet.

h ¶ *Tantummodo*. Nunquid eum in ius vocabit ſine venia? Item nunquid alimenta tali filio dare tenetur? Reſpon. non, per hanc literam: vt. ȷ. de adoptio. §. ſed hodie P. dicit contra.

i ¶ *Inteſtato*. id eſt ſimul cum aliis naturalibus: vt C. de ſuis & legi. l. ſi re. nõ tamen ſuccedit aliis conſanguineis ſui patris adoptiui: vt C. de adop. le. pe. §. ſed ſi quidem. in fin. Accur.

A D D. *Hoc verum de iure nouo. ſecus de iure antiquo: vt. ff. de adoptio. l. qui in adoptionem.*

k ¶ *Ab eo*. ſcilicet adoptiuo patre.

l ¶ *Neque iure ciuili*. quia non eſt in poteſtate ſua.

m ¶ *Neque prætorio*. quia non eſt emancipatus ab eo: vt. ȷ. de exhære. lib. in prin. & §. emancipatos. & §. fina.

n ¶ *Inofficioſi*. ſupra de inoffic. teſta. §. tam autem. contra. Sol. illa intelligitur ſecundũ diſtinctionẽ huius. §. vt ibi dicitur.

o ¶ *Sabiniano ſenatuſconſulto*. quod non habemus: ſed dicebat, q tres iuuenes arroganti offerebãtur, vt vnũ eligeret. quo caſu magna erat hæc ſolennitas vnde ex conſtitutione diui Pij quartã et dabat arrogator, qđ hodie non eſt in vſu: imo idem hoc caſu: vt & alias, vt hic: &. C. de adop. le. pe. §. quæ autem.

A DD. *Alciat. lib. parer. ca. 3 legendum putat, Tribus manib[9]: quaſi tribus mãcipationibus. Nõ videtur, ſcilicet Theophilum, qui adoptionem ex tribus maribus docet fuiſſe, quum quis tres filios mares haberet, & vnũ ex iis in adoptionem daret.*

p ¶ *Ad eius*. ſcilicet quartæ.

q ¶ *Conſtitutione*. vt. C. de adop. l. penul. §. ſi vero pater.

r ¶ *Parens*. hoc in infinitũ accipe vt. ff. de gradi. le. iuriſconſultus. §. parentes.

nã cõcurrente, priſtina iura tali adoptioni ſeruamus[a]: quemadmodum [b] ſi paterfamilias ſeſe dederit arrogandum: quæ ſpecialiter & ſigillatim ex præfatæ conſtitutiõis tenore poſſunt colligi.

¶*Exploſa veteri iniquitate Diualibus conſtitutionibus ſtatuitur: vt ex filia nepotes pronepotéſve cum reliquis filiis & ex eis deſcendentibus ad materni aui ſucceſſionem æquo iure vocentur, ſed cũ trientis diminutione: quæ etiam locum obtinent cùm nepotes vnà cum filiis aut filiabus ſuperſtitibus auiæ ſuccedũt.*

¶Item vetuſtas[c] ex maſculis progenitos plus diligens ſolos [d] nepotes vel neptes, qui quæve ex virili ſexu deſcendunt, ad ſuorũ vocabat ſucceſſionem: & iure adgnatorum eos anteponebat[e]: nepotes autem, qui ex filiabus nati ſunt, & pronepotes ex neptibus, cognatorum loco connumerans, poſt adgnatorum lineam eos vocabat[f], tam in aui vel proaui materni[g], quam in auiæ, vel proauiæ, ſiue paternæ, ſiue maternæ [h] ſucceſſionem. Diui autem principes[i] non ſunt paſſi talem contra naturã iniuriam ſine cõpetenti emendatiõe relinquere: ſed cũ nepotis & pronepotis nomen commune ſit vtriuſq;, tam qui ex maſculis, quàm qui ex fœminis deſcendunt: ideo eundem gradum & ordinem ſucceſsionis eis donauerunt[k]. Sed vt amplius aliquid ſit eis, qui non ſolùm naturæ, ſed etiam veteris iuris [l] ſuffragiis muniuntur [m]: portionem nepotum, vel neptum, vel deinceps (de quibus ſuprà diximus [n]) paulò [o] minuendam eſſe exiſtimauerunt[p]: vt minus tertia parte acciperent, quam mater eorum vel auia fuerat acceptura, vel pater eorum, vel auus paternus, ſiue maternus, quando fœmina mortua ſit[q], cuius de hæreditate agitur: iiſq;[r] (licet ſoli ſint) adeuntibus, adgnatos minimè vocabant. Et quemadmodum lex duodecim tabularum filio mor-

mo

a ¶*Seruamus.* vt ſiue loco filij, ſiue nepotis, adoptetur, perinde habeatur, ac ſi vere naturalis eſſet, ſcilicet filio præcedente nepotem: vt. C. de adop. l. penult. §. quæ in filio.

b ¶*Quemadmodum.* quaſi dicat ſic tranſit, vt in hoc caſu qui ſequitur.

c ¶*Item vetuſtas.* correxim⁹ ius antiquum circa liberos primi grad⁹ naturales, ſiue adoptiuos nunc circa vlteriores.

d ¶*Solos.* in hoc male.

e ¶*Anteponebat.* in hoc bene.

f ¶*Vocabat.* ſ. vetuſtas. nõ ciuilis iuris authoritas: vt ſupra, ſed prætorij: vt infra titu. primo. §. ſed quia.

g ¶*Materni.* ſ. moriente maſculo, de cuius bonis agitur: vt. j. proximo.

h ¶*Materna.* ſcilicet moriẽte fœmina: vt. j. proxi. §. Accurſius.

i ¶*Diui autem principes.* vt. C. de ſuis & legiti. l. ſi defunct⁹. & C. de colla. l. illam. circa princ.

k ¶*Donauerunt.* ſcilicet principes: ſed non idem commodum: vt ſequitur.

l ¶*Veteris iuris.* id eſt. l. xij. tab.

m ¶*Muniuntur.* nota duas rationes vincere vnam: vt. ſ. de adopt. §. ſed hodie. in fi. §.

n ¶*Diximus.* ſcilicet nullo modo, niſi in tertio ordine ſuccedere: vt ſ. proxi. §.

o ¶*Paulo.* nota parum de tertia parte totius rei dici. ſic in auth. de exhi. & introre. §. ſancimus. in glo. nullum. col. v.

ADDITIO. *Quod facit ad multa. imo iudice quod hoc relinquitur arbitrio iudicis l. hac ad ieſtio. ff. de verbo. ſign. & l. cum furti. ff. de in litem iur.*

p ¶*Exiſtimauerunt.* ſcilicet principes.

q ¶*Mortua ſit.* no. duos caſus. Si enim moritur fœmina, nepotes vel neptes ex maſculis vel fœminis in nihilum olim: niſi poſt agnatos: hodie cum diminutione tertiæ partis ſuccedunt. Si moritur maſculus, nepotes ex filia tantum vocantur cum diminutione tertiæ partis, vt hic dicitur.

r ¶*Iiſque.* ſci-

tùo nepotes vel neptes, pronepotes vel proneptes in locum patris ſui ad ſucceſsionem aui ſui vocat[a]: ita & principalis diſpoſitio in locum matris ſuæ vel auiæ eos cum iam deſignata partis tertiæ diminutione[b] vocat. Sed nos, cum adhuc dubitatio maneret inter adgnatos & memoratos nepotes: quartam partem ſubſtantiæ defuncti agnatis ſibi vendicantibus ex cuiuſdam conſtitutionis[c] authoritate memoratā quidem conſtitutionem à noſtro Codice ſegregauimus, neque inſeri eam ex Theodoſiano codice in eo cõceſsimus. noſtra autem conſtitutione[d], promulgata, toti iuri eius derogatum eſt: & ſanximus, talibus nepotibus ex filia vel pronepotibus ex nepte, & deinceps ſuperſtitibus, adgnatos nullam partem mortui ſucceſsionis ſibi vendicare: ne ij, qui ex tranſuerſa linea[e] veniunt, potiores ijs[f] habeantur, qui recto iure deſcendũt. Quám conſtitutionem noſtram obtinere ſecundum ſui vigorem & tempora,[g] & nunc ſancimus: ita tamē[h], vt quemadmodum inter filios, & nepotes ex filio antiquitas ſtatuit[i] nõ in capita, ſed in ſtirpes diuidi hæreditatem: ſimiliter nos inter filios & nepotes ex filia diſtributionem fieri iubeamus, vel inter omnes nepotes & neptes, & inter pronepotes & proneptes, & alias deinceps perſonas, vt vtraque progenies, matris vel patris, auiæ vel aui, portionem ſine vlla diminutione[k] conſequatur, vt ſi fortè vnus vel duo ex vna parte, ex altera, tres aut quatuor extent: vnus aut duo dimidiam, alteri tres aut quatuor alteram dimidiam hæreditatis habeant[l].

TITVL. II.

DE LEGITIMA ADGNATORUM ſucceſsione.

¶ Poſt ſuos hæredes eoſque qui eorum loco habentur, agnatis proxi-

licet, qui deſcendunt ex fœminco ſexu.

a ¶ *Vocat.* ſ. eo. §. cum fili⁹. Accur.

b ¶ *Partis tertia diminutione.* Quod de hac diminutiõe tertiæ dicitur, corrigitur per ſequentem. §. ſecũdum M. ſed nos ſecundum B. dicimus ſequentem §. loqui in quadam alia parte, quę debebatur agnatis, ſcilicet quarta: non autem de hac tertia: ſed per authent. dicimus de hac tertia correctum. ſcilicet. vt æqualiter hodie veniant: vt in authen. de trien. & ſemiſſ. §. neque illo. collatio. iij.

c ¶ *Conſtitutionis.* quam non habemus, vt ſequitur.

d ¶ *Conſtitutione.* vt C. de ſuis & legi. l. fin.

e ¶ *Tranſuerſa linea.* ſic in authenti. de non elig. §. cum igitur. circa fin. collatio. j.

f ¶ *Iis.* ſcilicet nepotib⁹ & pnepotibus ex filia.

g ¶ *Et tempora.* vt in futuris caſibus tantum valeãt: vt C. de ſuis & legiti. l. vlti. Accurſius.

h ¶ *Ita tamē.* hoc quod ſequitur, eſt referendum. ſ. ad §. diui. non ad proximum.

i ¶ *Antiquitas ſtatuit.* ſ. eodem §. cum filius.

k ¶ *Diminutione.* ſcilicet quartæ, quę debebatur agnatis: non tertiæ, quæ debebatur patruis: vt ſupra proxi. §. diximus.

l ¶ *Habeant.* imo in capita videtur diuidi. vt infra titul. j. §. hoc etiam addendum. in fin. Sed ibi de collateralibus hic de deſcendẽtibus loquitur.

ADDITIO. *Nota, quod non tantum nepotes, ſed & pronepotes ſuccedunt in ſtirpes: & veniunt per repræſentationem, cuius contrarium videtur dici in authent. de hære. ab inteſta. veni. §. huiuſmodi. colla. ix. Ang.*

DE LEGItima adgnatorum ſucceſsione

¶ Quia. ſ. titu. proxi. dictum eſt qualiter ſuccedant ſui hæredes ſiue liberi: & quia poſt ſuos vocantur prius agnati, quàm cognati: vt. J. e. §. fi. & l. e. 3. §. poſt ſuos. ff. de ſuis & le. ideo poſt titulum præcedentem poſuit iſtum. Ang. Aretinus.

mis (id eſt, per viri-lis ſexus cognationẽ iunctis) ſucceſſio defertur: in quorum etiam albo ſunt, qui ciuiliter (hoc eſt, per adoptionẽ) ſiunt agnati.

SI nemo[a] ſuus[b] hæres, vel eorum quos inter ſuos hæredes Prætor[c] vel conſtitutiones[d] vocant, exiſtat[e], qui ſucceſſionem[f] quoquo modo[g] amplectatur: tunc ex lege duodecim tabularum ad adgnatum[h] proximum[i] pertinet hæreditas.

¶ *Agnati ſunt illi, qui ex linea maſculina deſcendunt, vel etiam ex adoptione: dummodo ſint in proximo gradu.*

¶ Sunt autem adgnati[k] (vt primo quoq; libro[l] tradidimus) cognati per virilis ſexus perſonas cognatione[m] coniuncti, quaſi à patre cognati. Itaque ex eodem patre nati fratres, adgnati ſibi ſunt: qui & conſanguinei[n] vocantur, nec requiritur, an etiã eandem matrem habuerint. Item patruus fratris filio, & inuicem[o] is illi adgnatus eſt. Eodẽ numero ſunt fratres patrueles, id eſt, qui ex duobus fratribus procreati ſunt: qui etiam conſobrini[p] vocantur. Qua ratione etiam ad plures adgnatiõis gradus peruenire poterimus. Ij etiam qui poſt mortem patris naſcuntur, iura conſanguinitatis[q] nanciſcuntur. Non tamen[r] omnibus ſimul ...

SI nemo ſuus. Totus iſte tit. diuiditur in vij. partes. Primo, quando admittitur agnatus. Secũdo, quis eſt agnatus. Tertio, vſq; ad quotum gradum agnati veniunt, & vſque ad quotas perſonas fœminas deuoluantur tam de iure vetuſtiſsimo, & de iure Prætoris: quã etiam media iuris prudentia. l. xij. tab. & tempore Iuſtiniani. Quarto, q generi agnatorum Imperator addit vnũ cognatũ. Quinto, quod l. xij. tabu. proxim⁹ agnatus vocatur: & quis dicatur pxim⁹. Sexto, quod ex l. xij. tab. proximo repudiãte ſequens non admittebatur: hodie vero ſic. Septimo, q ſi lij emancipati hæreditas eſt legitima patri. Secunda ibi, Sunt autẽ. Tertia ibi, Cæterum. Quarta ibi, Hoc etiã addendũ. Quinta ibi, Si plures ſint. Sexta ibi, Placebat. Septima ibi, Ad legitimã.

a ¶ *Si nemo.* etiam vnus: vt. ff. de teſta. tut. l. ſi nemo.

b ¶ *Suus.* ſ. tit. j. §. j

c ¶ *Prætor.* ſ. titu. j. §. emancipati.

d ¶ *Conſtitutiones.* ſ. tit. j. §. quibus connumerati. & §. item vetuſtas. ver. diui.

e ¶ *Exiſtat.* dico & amplectatur: nã hæc duo neceſſaria ſunt.

f ¶ *Succeſſionem.* defuncti,

g ¶ *Quoquo modo.* ſcilicet ciuili vel prætorio iure.

h ¶ *Adgnatum.* capite non minutum: vt ff. de ſuis & legi. hære. l. capitis.

i ¶ *Proximum.* id eſt qui proximior eſt defuncto. j. eodem §. plures. & §. proximus.

k ¶ *Sunt autem adgnati.* ſic ff. de legit. tut. l. ſunt autem. Accur.

l ¶ *Libro vt.* ſ. de leg. agn. tut. §. ſunt autem.

m ¶ *Cognatione.* cognatio eſt genus, agnatio ſpecies: vnde quiſquis eſt agnatus, & cognatus, ſed nõ conuertitur.

n ¶ *Conſanguinei.* quaſi ex eodem ſanguine nati: cæteri agnati non dicũtur conſanguinei: vt ff. de ſuis & leg. l. ij. & j. de ſuc. cog. §. vulgo.

o ¶ *Inuicem.* ſ. fili⁹ fratris patruo.

p ¶ *Etiam conſobrini.* improprie: vt. j. de gradib. cognatio. §. iiij.

q ¶ *Iura conſanguinitatis.* ſ. ad ſuos fratres prius natos: ad reliquos vero agnatos agnationis tantum ius acquiritur: vt. ſ. proxim. diximus. Et eſt verum hoc, ſi viuente eo de cuius hæreditate agitur, cõcepti ſaltẽ erant: vt. ff. de ſuis & legi. hære. l. Titius. ibi reſponde. & ff. vnde cog. l. j. §. ſi quis proximior.

ADD. *Alias ex perſona ſua non ſuccedit ſed bene ex perſona patris. Angel.*

r ¶ *Non tamen.* quamuis agnati vocentur ad hæreditatem, non tamen &c.

ADDITIO. *Et ſic no. ſecundum Ange. diſpoſitionem abſolutam debere intelligi ſecundum ordinem prærogatiuam. Quod facit ad eum, qui accepit in emphyteuſim: vel cui legatur aliquod pro ſe & filiis ſuis, vt videantur eſſe vocati ſecundum ordinem charitatem.*

¶ Dat

mul agnatis dat lex[a] hæreditatem: ſed iis[b], qui tunc proximiores gradu ſunt, cùm certum[c] eſſe cœperit, aliquem inteſtatũ deceſſiſſe. Per adoptionẽ quoque[d] agnationis ius conſiſtit: veluti inter filios naturales[e], & eos quos pater eorum adoptauit. Nec dubium eſt, quin hi impropriè conſanguinei appellentur. Item ſi quis[f] ex cæteris agnatis ~~tuis~~, veluti frater, aut patruꝰ, aut denique is, qui longiore gradu eſt, adoptauerit aliquem: ~~agnatus~~ * ~~inter~~ ſuos eſſe[g] non dubitatur.

*al. agnatos.

¶Iuris veteris in ſuccedendi ratione inter virilis ac fœminei ſexꝰ agnatas perſonas, inæquabilitate reiecta, hodie ſiue mares, ſiue fœminæ ab inteſtato ſucceſſionis iure ex æquo gradus prærogatiua ſeruata, habent agnati omnes.

¶Cæterum[h] inter maſculos quidem agnationis iure hæreditas, etiam ſi longiſsimo[i] gradu ſint, vltro citróque capitur. Quod ad fœminas[k] verò attinet: ita placebat[l], vt ipſę conſanguinitatis iure[m] tantùm capiant hæreditatem, ſi ſorores ſint: vlterius non capiant. maſculi autem ad earum[n] hæreditates (etiã ſi longiſſimo gradu ſint) admittantur. Qua de cauſa fratris tui, aut patrui tui filiæ, vel amitæ tuæ hæreditas ad te pertinebat: tua[o] verò ad illas non pertinebat. Quod ideo ita conſtitutum erat: quia commodius videbatur, ita iura cõſtitui: vt plerunque[p] hæreditates ad maſculos[q]

a ¶*Dat lex.* ſcilicet duodecim tabularum.

b ¶*Sed iis.* & omnibus iis: vt infra eo. §. ſi plures.

c ¶*Certum.* quod eſt etiam, ſcilicet facto teſtamẽto, qđ euanuit: quod dic, vt infra. §. proxi.

d ¶*Per adoptionem quoque.* quaſi dicat, nõ ſolum iure naturali conſtituitur agnatio, ſed etiam ciuili, vt per adoptionem, ſcilicet quamlibet iure iſto: vt ff. de adoptio. l. j. & ſupra de adoptio. in principio. ſed hodie per eam tantum ex qua tranſit in poteſtatem arrogatoris: vt ſupra eodem titul. j. §. ſed ea omnia. verſic. noſtra autem. ſed tamen licet non fiat agnatus, ſcilicet hodie quia non tranſit in poteſtatem extranei arrogatoris: ſuccedit tamen ab inteſtato patri tantum non aliis patris agnatis: vt C. de adopt. l. penulti. §. ſed ne articulum. verſicul. ſed ſi quidem.

e ¶*Naturales.* & legitimos, & non tantũ emãcipatos: vt ff. de grad. affio. l. ſi filium.

f ¶*Item ſi quis.* non ſolum pater, de quo dictum eſt.

g ¶*Inter ſuos eſſe.* id eſt, agnaſcitur aliis agnatis adoptantis, & eis cognatus fit: vt ff. de adoption. l. qui in adoptionem.

A D D. *Æm. Fer. legit Agnatos, ex vet. lib. quaſi dicat, Agnatus eſt inter alios agnatos. Hotomanus exiſtimabat nõ eſſe dubitandum, quin pro Suos, legendum eſſet, Tuos, ſiue Agnatus legatur, ſiue Agnatos. idque & loci huius probare ſententiã, vt paulò ante, Agnatis tuis & Theophili verſionem planè oſtendere.*

h ¶*Cæterum.* ideſt, certe. vel aliter, lex quidem xij. tabul. deferebat hęreditatẽ agnatis proximis; ſed media iuriſprudentia cum diſtinctione: & ideo hic dicit cæterum, pro ſed.

i ¶*Longiſsimo.* i. decimo, vt j. de ſucceſ. cog. §. finali.

k ¶*Fœminas.* agnatas.

l ¶*Ita placebat.* nota. caute dicit placebat, & non placet: vt infra. §. nos vero. & hoc erat per mediã iuris prudentiam, non per l. duodecim tabul. neque per prætorem: vt j. eod. §. & hoc quidem. & §. media.

m ¶*Conſanguinitatis.* id eſt, agnationis.

o ¶*Earum.* ſ. fœminarum.

o ¶*Tua.* ſcilicet hæreditas.

p ¶*Plerunque.* Hoc ꝓpter cõſanguineas ſorores, de qbus modo dixit.

A D D. *Et hinc ſumitur ratio ſtatutorum communiter per Italiã, quod ſtantibus maſculis fœmina non ſuccedãt: quia ſtatuta ex parte maſculorum ſunt fauorabilia. ex parte fœminarũ odioſa: vt hic per Angelum.*

q ¶*Ad maſculos.* ſic ſupra titu. j. §. item vetuſtas.

confluerent. Sed quia ſanè iniquum erat, in vniuerſum eas[a] quaſi extraneas repelli: Prætor eas ad bonorum poſſeſsionem admittit ea parte, qua proximitatis[b] nomine bonorum poſſeſsionem pollicetur, ex qua parte ita ſcilicet admittuntur, ſi neq; adgnatus vllus, neque proximior cognatus interueniat[c]. Et hæc quidē[d] lex duodecim tabularum nullo modo introduxit: ſed ſimplicitatē[e] legibus amicā amplexa ſimili modo omnes adgnatos, ſiue maſculos ſiue fœminas cuiuſcunque gradus ad ſimilitudinem ſuorū inuicem ad ſucceſsionem vocabat. Media autē iuriſprudētia, quæ erat quidem lege duodecim tabularum iunior[f], imperiali autem diſpoſitione anterior[g], ſubtilitate quadā excogitata, præfatam[h] differentiam inducebat, & penitus eas[i] à ſucceſſione adgnatorum repellebat, omni[k] alia ſucceſsione incognita: donec Prætores paulatim aſperitatē iuris ciuilis[l] corrigentes, ſiue quòd deerat implentes, humano propoſito alium ordinē ſuis edictis addiderūt: & cognationis linea proximitatis nomine introducta, per bonorum poſſeſsionem eas adiuuabant, & pollicebātur his[m] bonorum poſſeſsionem, quæ, Vnde cognati[n] appellatur. Nos verò[o] legem duodecim tabularum ſequentes, & eius veſtigia hac in parte conſeruantes: laudamus[p] quidem Prætores ſuæ humanitatis; non tamen eos in plenum huic cauſæ[q] mederi inuenimus. Quare etenim[r] vno eodemque gradu naturali concurrente, & adgnationis titulis[s], tam in maſculis, quàm in fœminis æqua lance cōſtitutis[t]: maſculis quidem dabatur[u], ad ſucceſſionem venire omnium adgnatorum, ex adgnatis autem mulieribus nulli penitus, niſi ſoli ſorori, ad adgnatorum ſucceſsionem patebat aditus[x]? Ideo nos in plenum o-

Simplicitas legib⁹ amica.

Sic, laudamus dominum villici iniquitatis. Lucae 16.

a ¶*Eas*. id eſt agnatas fœminas.
b ¶*Proximitatis*. id eſt cognationis.
c ¶*Interueniat*. nec aliquis ſuorum: vt. ſ. tit. j. §. admonendi. in fin. §.
d ¶*Et hæc quidem*. quæ ſcilicet in. §. cæterum. &. §. ſed qa. dicta ſunt.
e ¶*Sed ſimplicitatem*. remota differentia agnatorum inter maſculos & fœminas. ſic. ſ. de fideicommiſ. hęre. §. ſed quia.
f ¶*Iunior*. & ſic no. quod lex xij. tabu. eſt vetuſtior, quam media iuris prudentia: & quam ius prætoriū.
g ¶*Anterior*. id eſt conſtitutione anteriori infra ſcripta. quæ eſt. C. de leg. hære. le. lege xij. tabul. Accurſius.
h ¶*Præfatam*. ſcilicet dictā. ſ. eodem. §. cæterum.
i ¶*Eas*. agnatas fœminas, niſi ſorores.
k ¶*Omni*. nā ordo cognatorum non erat adhuc. Vel dic etiam deficientibus agnatis: ipſi tamen nō vocabantur.
l ¶*Iuris ciuilis*. id eſt mediæ iuris prudentiæ, quod ſcilicet ciuile dicitur: vt ff. de ori iur. le. ij. §. hæc diſputatio. Accurſius.
m ¶*His*. ſcilicet mulieribus agnatis vltra ſorores.
n ¶*Vnde cognati*. ſic dicta: quia per eam cognati vocantur. Accur.
o ¶*Nos vero*. Hic Iuſtinianus loquitur.
p ¶*Laudamus quidem Prætores*. No. quod ille eſt laudandus, qui eſt inuentor alicuius ordinationis, ſiue diſpoſitionis, licet non æque perfecte adinuenerit. quia facile eſt adinuentis addere: vt le. j. C. de veter. iure enuc. §. omnia enim noſtra. Ange. Aretinus.
q ¶*Huic cauſa*. id eſt expulſioni agnatorum.
r ¶*Quare etenim*. Bene dico fore prouidendum agnatis fœminis: quare etenim.
s ¶*Titulis*. id eſt nominib⁹. Accur.
t ¶*Conſtitutis*. id eſt, ordinatis.
u ¶*Dabatur*. id eſt concedebatur.
x ¶*Aditus*. certe non erat ratio iuſta vel ſufficiens, licet aliqua ſit: vt. ſ. eodem. §. cæterum. in fin.

a ¶Conſti-

mnia reducentes, & ad ius duodecim tabularũ eandem diſpoſitionẽ exequentes: noſtra conſtitutione[a] ſancimus, omnes legitimas perſonas, id eſt per virilem ſexum deſcendentes (ſiue maſculini generis, ſiue fœminini ſint) ſimili modo[b] ad iura ſucceſsionis legitimæ ab inteſtato vocari, ſecundum ſui gradus prærogatiuam. nec ideo excludendas: quia conſanguinitatis[c] iura, ſicut germanæ, non habent.

¶ Vterinæ vel conſanguineæ ſororis filii filiæue ad auũculi ſucceſsionem vnà cũ filiys fratrum defuncti (non etiam cum ipſis fratribus) hoc iũre admittuntur, in capita ſcilicet non in ſtirpes.

¶ Hoc etiam addẽdum noſtræ conſtitutioni exiſtimauimus[d], vt transferatur vnus tantummodo[e] gradus à iure cognationis in legitimam[f] ſucceſsionem: vt non ſolùm fratris filius & filia (ſecundum quod iam definiuimus) ad ſucceſſionem patrui ſui vocentur: ſed etiam germanæ[g] cõſanguineæ, vel ſororis vterinæ[h] filius & filia ſoli, & non deinceps[i] perſonæ vnà cum his ad iura auunculi ſui perueniant: & mortuo eo, qui patruus quidem eſt ſui fratris filiis, auunculus autẽ ſororis ſuæ ſoboli: ſimili modo ab vtroque latere ſuccedant, tanquam[k] ſi omnes ex maſculis deſcendentes, legitimo iure veniant: ſcilicet vbi frater & ſoror ſuperſtites[l] nõ ſunt. His etenim perſonis præcedẽtibus, & ſucceſsionem admittentibus, cæteri gradus remanẽt penitus ſemoti: videlicet hæreditate non in ſtirpes, ſed in capita[m] diuidenda.

¶ Licet ſint plures agnati: tamen ſolus proximior in gradu vocatur. Et ſi plures ſunt in proximiori gradu, omnes ſimul vocantur. h. d. Ang.

a ¶ *Conſtitutione*. vt. C. de leg. hære. l. lege xij. tabu. Accur.
b ¶ *Simili modo*. id eſt hinc inde vel dic ita fœminæ vt mares.
c ¶ *Conſanguinitatis*, id eſt licet non ſint ſorores, quæ germanæ vocantur, quaſi ex eodem germine natæ.
d ¶ *Exiſtimauimus*. vt. ff. de legit. hære. l. lege xij. tab. §. j. & §. in his.
e ¶ *Tantũmodo*. Id eſt nõ vlterior, proximior tamẽ ſic, vt ipſæ ſorores vel fratres vterini vel vterinæ, vt ſequitur. C. de legi hære. le. fina. §. ſed neque.
f ¶ *In legitimam*. ſcilicet agnatorũ. Accurſius.
g ¶ *Germanæ*. id eſt natæ ex eodem patre, & matre cum defuncto.
h ¶ *Vterinæ*. i. natæ ex eadem matre tãtum.
i ¶ *Deinceps*. id eſt vlteriores ſiue in gradu remotiores.
k ¶ *Tanquam*. Not. ex hoc text. quod iſti impropriè ſũt agnati, & ideo non comprehenderẽtur in ſtatutis loquẽtibus de agnatis. Ang.
l ¶ *Superſtites*. hoc corrigitur per authẽ. ceſſante. C. de legit. hæred. quia cum his admittũtur. Item & in alio quod ſubiicitur hic. §. corrigitur: quia in ſtirpes ſit diuiſio hodie, ſed poſt hos filios fratrum ſit diuiſio in capita, vt in authen. de hære. quæ ab inteſ. §. ſi igitur defunctus neq;. colla. ix. & in auth. vt frat. filij §. j. colla. ix. Vel dic, quod dicitur in authen. in ſtirpes diuidi, verũ eſt, quando cum aliis, ſcilicet patruis vocantur nepotes: alias in capita vt hic.
m ¶ *In capita*. ſ. titu. j. in fin. contra. Solut. ibi de deſcendentibus loquitur: hic de collateralib9. Accurſius.

ADD. *Vlpi. tit. 26. ſic declarat. Agnatorum hæreditates diuiduntur in capita, veluti ſi ſit fratris filius, & alterius fratris duo, pluresve liberi: quotquot ſunt ab vtraq; parte perſonæ, tot ſiunt hæreditates, vt ſinguli ſingulas capiant. Si defuncto ſit filius, & ex altero filio mortuo, iam nepos vnus, vel etiam plures, ad omnes hæreditas pertinet, non vt in capita diuidatur, ſed vt in ſtirpes: id eſt, vt filius ſolus mediam partem habeat, & nepotes quotquot ſunt, alteram dimidiam: Locus tamẽ apud Vlp. deprauatus eſt, quem nos Hotomani conſiliũ ſecuti ſic correximus.*

Filii fratris ſuccedunt cum patruo: & in ſtirpes ſit diuiſio.

Tria genera ſororum

a ¶*Si plures ſint*. ſic in auth. de hære. ab inteſtat.ve.§.ſi vero neq; fratres. coll.ix. & ff. de ſuis & de legit. hæred.le.ij.§.hæreditas.

b ¶*Habetur*.hoc corrigitur:vt ĩ.dixi per auth. ceſſante.

Accur.

c ¶*Proximus*. ſic.ſ.titu. j. §. cum autem.

d ¶*Quaritur*. ſic.ĩ. eodem.§. ſunt autẽ.verſi. non tamen.

e ¶*Tunc enim*. ſcilicet cũ nõ aditur hæreditas ex teſtam̃.

f ¶*Longo tempore*. id eſt poſt mortem.

g ¶*Placebat*. ſ. ex l.xij. tab.

h ¶*In eo genere*.ſcilicet iure ſucceſsionis.

i ¶*Succeßionẽ non eſſe*. id eſt, ſucceſſoriũ edictũ inter agnatos locum nõ habere, ſcilicet de perſona in perſonã: ſed inter cognatos ſic: vt. j. ſequitur: vt ff.de ſuc.edict. le.j.§. quibus. ſed de ordine in ordinẽ, ſeu de capite in caput ſic,vt de liberis in agnatos, de agnatis in cognatos,& poſt in virum & vxorem, vt ſequitur, vt ff. ſi ta. teſta nul. ex l.j.j. reſpõ.

k ¶*Nihilo magis*. i. non ideo magis.

l ¶*Sed nos*.loquitur Iuſtinianus.

m ¶*Protulimus*.ſcilicet in Græco.

n ¶*Cum ſatis*, ratio prima.

Aretinus.

¶Si plures ſint[a] gradus adgnatorum: apertè lex duodecim tabularum proximum vocat. Itaq; ſi (verbi gratia) ſint defuncti frater, & alterius fratris fili[9], aut patruus: frater potior habetur[b]. Et quamuis ſingulari numero vſa lex duodecim tabularum proximum vocet: tamẽ dubium non eſt, quin ſi plures ſint eiuſdem gradus, omnes admittantur. Nam & propriè proximus ex pluribus gradibus intelligitur, & tamen non dubium eſt, quin licet vnus ſit gradus adgnatorum, pertineat ad eos hæreditas.

¶*Proximus inſpicitur tempore teſtamenti deſtituti quã do teſtamentum factum eſt, aliàs autem tempore mortis teſtantis. Aret.*

¶*Eum proximiorem agnatum etiam dicimus, qui deſtituti teſtamenti tempore proximior eſt.*

¶Proximus[c] autem (ſi quidem nullo teſtamento facto quiſquã deceſſerit) per hoc tempus requiritur,quo mortuus eſt is, cuius de hæreditate quæritur[d]. Quod ſi facto teſtamento, quiſquam deceſſerit: per hoc tempus requiritur, quo certum eſſe cœperit, nullum ex teſtamento hæredem extiturum: tũc enim[e] propriè quiſque[x] inteſtatus deceſsiſſe intelligitur. Quod quidem longo aliquando tempore[f] declaratur. In quo ſpatio temporis ſæpè accidit, vt proximiore mortuo, proximus eſſe incipiat qui moriente teſtatore, nõ erat proximus.

x *Alias, proprie & tã quiſq; &c.*

¶*Lege duodecim tabularum ceſſabat edictum ſucceſſorium de gradu in gradum (niſi quò ad tutelæ onera) vnius enim capitis perſona defecta, ſequentes in gradu perſonæ nequaquam admittebãtur, ſed protinus alteri capiti deferebatur ſucceſſio: quod hac conſtitutione emendatur.*

¶Placebat[g] autẽ in eo genere[h] percipiendarum hæreditatum ſucceſsionem non eſſe[i]:id eſt,vt quamuis proximus,qui ſecundũ ea,quæ diximus,vocatur ad hæreditatẽ,aut ſpreuerit hæreditatem:aut antè,quã adeat,deceſſerit:nihilò magis[k] legitimo iure ſequẽtes admittãtur. Quod iterũ Prętores iure imperfecto corrigẽtes, nõ id totũ ſine adminiculo relinquebãt: ſed ex cognatorũ ordine eos vocabãt,vt pote adgnatiõis iure eis recluſo. Sed nos[l] nihil pfectiſsimo iuri deeſſe cupiẽtes, noſtra cõſtitutione, quam de iure patronatus, humanitate ſuggerente protulimus[m], ſanximus ſucceſsionem in adgnatorum hæreditatibus non eſſe eis denegandam: cùm ſatis[n] abſurdum erat, quod co-

gnatis à Prætore apertum eſt [a], hoc adgnatis eſſe recluſum: maximè [b] cùm in onere quidem tutelarum & primo gradu [c] deficiente ſequens accedit: & quod in onere obtinebat, non erat in lucro permiſſum.

¶ Olim pater admittebatur ad legitimã hæreditatem filij emãcipati, ſi in emãcipatione fuerat contracta fiducia. hodie verò præſumitur contractã eſſe fiduciam. Aretinus.

¶ Ad legitimam [d] ſucceſsionem nihilominus vocatur etiam parens [e], qui contracta fiducia filium vel filiam, nepotem vel neptem, ac deinceps emancipat. quod ex noſtra conſtitutione [f] omnino inducitur, vt emancipationes liberorũ ſemper videantur quaſi contracta fiducia [g] fieri: cùm apud veteres non aliter [h] hoc obtinebat, niſi ſpecialiter contracta fiducia parens manumiſiſſet [i].

TITVL. III.

DE SENATUſCÕſULTO TERTYLLIANO.

¶ Lege duodecim tabularum mater non ſuccedebat filio ab inteſtato, nec ecõtra filius matri: ſed ex conſtitutione ſenatuſconſulti Tertylliani, ſi ingenua tres, libertina quatuor liberos enixa fuerat, illis ab inteſtato ſuccedebat. Aretinus.

¶ Annota, Filiam etiam nuptui datam in paterna ſemper reſidere poteſtate.

LEx duodecim tabularũ ita ſtricto iure vtebatur, & præponebat [k] maſculorum [l] progeniem: & eos qui per fœminini ſex-

a ¶ *Apertum eſt.* i. ſucceſſorium edictum de perſona in perſonam.
b ¶ *Maximè.* ratio. ij.
c ¶ *Gradu.* agnatorum.
d ¶ *Ad legitimam.* eſt enim filius agnatus patri proximus: vt ff. de ſuis & legi. l. filius. quod ius non tollitur per capitis diminutionẽ: ſicut neque inter fratres vt hic, & C. de legi. tu. l. iiij. Accur.
e ¶ *Parens.* ſecus econtra: vt dicit j. §. emancipati.
f ¶ *Conſtitutione.* vt C. de emanc. lib. l. fin.
g ¶ *Contracta fiducia.* ſic dicendo: ius ſuccedendi in bonis tuis mihi reſeruo. vel etiam ſic: emancipo de contracta fiducia.
ADD. *Fr. Hotomanus de fiducia contractu à nobis cõſultus reſpondit, Contractam dici fiduciã quæ vltro citroq; facta eſt: vt contractus proprie dicuntur, συναλλάγματα, quæ vltro citroq; obligant. Quum igitur pater filiũ ſuũ alicui emancipaſſet, fiduciarius pater eum ſibi quaſi ſibi venditũ hæres fuiſſet niſi viciſſim remancipaſſet eundem filium vero patri. Quo facto, contracta, id eſt, vltro citróque facta fiducia dicebatur, & verus pater ei filio ſuccedebat. Remancipationem autem fieri ſolitã apparet ex Caio, & Vlpiano.*
h ¶ *Non aliter.* quod non erat rectũ: vt ff. de reg. iur. l. ſecundũ naturam. & j. de legi. patron. tute. in fi. & j. de emp. & ven. §. cũ autem. circa mediũ. nam qui ſentit incõmodum, ſentire debet commodũ, vt dicunt iura ſuperius. al. leg. & econuerſo. non eſt enim ferẽdus, qui lucrũ amplectitur, onus autem ſubire recuſat. C. de cad. tol. l. vnica. §. pro ſecũdo. in fi. habẽt canoniſtæ regulã iuris, qui ſentit onus. de reg. iur. in vj.
i ¶ *Manumiſiſſet.* i. emãcipaſſet. ſic ff. quando. act. de pe. eſt an. l. j. §. alienatio.

DE SENATUſCÕſULTO TERTYLLIANO.

¶ Poſt agnatos de quibus ſuprà ſuccedũt cog. ideo ſequebatur videre de cognatis. Verũ licet mater & filius ſint cognati: tamen ex ſpeciali priuilegio ſibi adinuicẽ vt agnati ſuccedũt: vt j. de ſuc. cog. in princip. ideò poſt alios agnatos ante cognatos ponit de ſucceſſione matris ad filiũ, & econtra. Areti. Differentia huius tit. & ſequẽtis notari poteſt in his verſibus: Matri dat mœſtæ gratis bona Tertyllianũ. Fili maternas tibi res dabis Orphitianum.

L *Ex duodecim.* Totus iſte titulus diuiditur in quinq; partes. Primo, quod ex l. xij. tab. mater ad hereditatẽ filij, & econtra nõ admittebatur. Secundo qualiter admittebatur ex ſenatuſconſulto Tertyllia. Tertio, quæ perſonæ præponebantur tunc matri. Quarto conſtitutionẽ Tertylliani remouet. Quinto remouet alias cõſtitutiones. Secunda ibi, Et primus. Tertia ibi, Præferuntur. Quarta ibi, Sed nos. Quinta ibi, Sed cũ antea.
k ¶ *Præponebat.* impropriè. nam cognatos nullo modo vocabat, vt ſequitur.
l ¶ *Maſculorum progeniem.* id eſt agnatos:

neceſsitudinem [a] ſibi iunguntur, adeo expellebat, vt ne quidem inter matrem & filium [b] filiamve vltro citróque hæreditatis capiẽdæ ius daret: niſi quòd Prætores ex proximitate cognatorum eas perſonas ad ſucceſsionem, bonorum poſſeſsione Vnde cognati accommodata, vocabant. Sed hæ iuris anguſtiæ [c] poſtea [d] emẽdatæ ſunt. Et primus quidem diuus Claudi⁹ matri ad ſolatium liberorum amiſſorum [e], legitimã eorum [f] detulit hæreditatẽ. Poſtea autem ſenatuſconſulto Tertylliano, qđ diui Adriani temporibus factũ eſt, pleniſsimè de triſti ſucceſsiõe matri non etiã auiæ [g] deferẽda cautum eſt: vt mater ingenua trium liberorum ius habens [h], libertina quatuor, ad bona filiorum [i] filiarúmve admittatur inteſtatò mortuorum, licet in poteſtate parentis ſit [k]: vt ſcilicet cùm alieno iuri ſubiecta eſt, iuſſu [l] eius adeat hæreditatẽ, cuius iuri ſubiecta eſt.

¶ Filij defuncti excludunt matrem vſque in infinitũ. Idẽ in patre & fratre, qui etiam matrem excludunt. Soror autem defuncti vna cũ matre admittitur. Aretinus.

¶ Præferuntur autem matri liberi [m] defuncti [n], qui ſui ſunt, quive ſuorũ [o] loco ſunt, ſiue primi gradus [p] ſiue vlterioris [q]. Sed & ſi filiæ [r] ſuæ mortuæ, ſi

vt ſ.ritu.j.in princip.

a ¶ *Neceſsitudinem.* id eſt cognationem. nam dicuntur cognati neceſſarij: vt ff.de iuſti. & iur.l.fina.

b ¶ *Matrem & filium.* qui adinuicẽ ſunt cognati: vt j. de ſucceſ. cog. §. vulgo.

c ¶ *Iuris anguſtiæ.* not. ius dici anguſtioſum alias iniquum dicitur: vt j.de ſuc.lib.in princip. & ff. quod quiſque iur.l.iij.in prin.

Ius quandoque dici tur iniquũ

d ¶ *Poſtea.* poſt legem duodecim tabu.p Diuũ Claudiũ & per ſenatuſcõſultum Tertyllianum, vt ſequitur.

e ¶ *Amiſſorũ.* ſcilicet in acie principis: vt argu.ſ.de excuſ. tuto.in princi. Vel dic quòd generaliter ſtatuit: vt C. de inoff.teſt.l.lib. priũa verior eſt.

f ¶ *Eorum.* ſcilicet filiorum.

g ¶ *Auia* etiã hodie auia ſuccedit ſicut mater, vt in authent.de hære. quæ ab inteſt. §. conſequens. colla.ix.

h ¶ *Trium liberorum ius habens.* id eſt tres habens filios, non autem in poteſtate: vt ſ. de adop.§.fœminæ. quos tres habere videtur etiã ſi ter geminos peperit: ſecundum Ioann. vt ff.de verb.ſigni.l.ter enixa.

A D D. *De iure trium liberorũ alii ex Iulio Paulo decurrunt, in his A E. F. & E.B. ſed quale eſſet Dion. lib. 55. docet his verbis quæ nobis Fr. Hotomanus ſuper.est re cõſultus reddidit ex pag.373. Liuia in numerũ matrũ, quæ tres liberos peperiſſent, relata eſt: quibus .n. fortuna ſeu virorum ſeu mulierum non permiſit toties parere, horum quibuſdam lex primum quidem per ſenatum, nunc autem per Imperatorem in beneficio loco iura earum quæ toties pepererunt, tribuit: vt neq; ipſæ ſterilium pœnis ſubiiciantur, & præmia fœcundiſsimarũ, præter pauca quadã, conſequantur: quæ non homines tantùm, ſed etiam Dii inuenerunt, vt ſi quis moriẽs aliqd eis reliquerit, id illa accipiat.*

i ¶ *Filiorũ.* qđ dic vt.ſ. de hære. q̃ ab inte.§.j.& ij.& §.emãcipati.&§.diui.

k ¶ *Parentis ſit.* ſ.mater. Et ita no. de iure Romanorũ vxorẽ alicui⁹ eſſe in poteſtate parẽtis. nõ mariti, niſi quoad debitũ carnis. aliud de iure Lõgobardorũ: vt hic, & C.de cõdiſt. inſert.l.ſi vxor tua. & in Logobarda qualiter mulieri alienare permiſſum ſit l.j. Tenetur tñ operari viro vxor: vt vt l.ſicut. cum ibi no, ff.de oper.liber.

Vxor non eſt in poteſtate mariti.

l ¶ *Iuſſu.* ſ.iure antiquo, cũ qlibet hæreditas patri p filiũ q̃reretur: vt ff. de acqr. hær.l. qi aliena.i pri. Sed hodie non ſola pfectitia nõ aduentitia, ſ.exigitur iuſſus: vt C.de bo. quæ lib.l.fi.§.ſiue ẽcontrario.

A D D. *No q in pfectitiis iuſſus hodie nõ eſt correctus, ſed eſt neceſſarius vt olim. Item not.glo.in l.fi.§.j.C.de bo.quæ libe. Angelus.*

m ¶ *Liberi.* etiam adoptiui: & ita demum ſi ipſi ſuccedere velint. vt ff. eo.l.ij.§.liberi.& §.ita demum. Accurſius.

n ¶ *Defuncti.* ſcilicet filij, de cuius hæreditate nunc agitur.

o ¶ *Suorum.* quod dic vt ſ.de hære. quæ ab inteſtato §.j.& §.ij.& §.emancipati. & §.diui.

p ¶ *Primi gradus.* vt filij.

q ¶ *Vlterioris.* vt nepotes & ſimiles.

r ¶ *Sed & filia.* quaſi dicat non ſolum

lius vel filia præponitur[a] ex conſtitutionibus matri defunctæ[b], id eſt auiæ ſuæ. Pater[c] verò vtriuſque[d], non etiã auus & proauus matri anteponitur, ſcilicet cum inter eos ſolos[e] de hęreditate agitur. Frater autem conſanguineus tam filii, quam filiæ excludebat[f] matrem, ſoror autem cõſanguinea pariter cũ matre admittebatur[g]. Sed ſi fuerãt frater & ſoror conſanguinei, & mater liberis[h] honorata: frater quidem matrem excludebat, communis autem erat hæreditas ex æquis partibus fratribus & ſororibus.

¶ *Abiecta antiqui iuris impietate hoc iure vtimur vt quacunque matres (etiã ſi ter enixæ non fuerint) inteſtatorum filiorũ ſucceſsionem excluſis agnatis conſequantur, exceptis tamen defuncti filiĩ fratribus ex vtroque vel altero parente natis, qui vnà cum matribus forma hic tradita ſuccedunt.*

¶ Sed nos conſtitutione, quam in Codice[i] noſtro nomine decorato poſuimus, matri ſubueniendũ eſſe exiſtimauimus reſpiciẽtes ad naturam & puerperiũ, & periculũ, & ſæpe mortem ex hoc caſu matribus illatam. Ideóq; impiũ eſſe credidim⁹, caſum fortuitũ[k] ĩ eius admitti detrimentũ. Si enim igenua ter vel libertina quater nõ peperit: immeritò defraudabat̃ ſucceſsiõe ſuorũ liberorũ. Quid enim peccauit[l], ſi nõ plures: ſed paucos peperit? Et dedim⁹ ius legitimũ plenũ matribus (ſiue ingenuis, ſiue libertinis) & ſi non ter enixæ fuerint vel quater, ſed eũ[m] tantũ vel eã, q quæve morte intercepti[n] ſunt, vt ſic vocent̃ in liberorum ſuorum legitimam ſucceſsionem.

¶ *Mater præfertur omnib⁹ aliis agnatis exceptis fratribus & ſororibus: & cum ſororibus ſolùm venit ad dimidiam: & cum ſororibus & fratribus, pro virili. Aret.*

¶ Sed cũ antea cõſtitutiones[o] iura legitimæ ſucceſsiõis pſcrutãtes partim matrẽ adiuuabãt, partim eã pgrauabant: nec inſolidũ eã vocabãt, ſed in quibuſdã caſib⁹ tertiã ei partẽ abſtrahẽtes, certis legitimis dabant pſonis[p], in aliis autẽ contrariũ faciebant[q]: nobis viſum eſt[r], recta & ſimplici via matrem omnibus perſo-

nepos ex filio maſculo excludit matrem defuncti, ſed & nepotes ex filia.

a ¶ *Præponitur.* id eſt præfertur.

b ¶ *Defunctæ.* ſcilicet filiæ.

c ¶ *Pater.* non adoptiuus: vt ff. eo. l. ij. §. ſed neque auus.

d ¶ *Vtriuſque.* ſ. filij & filiæ. hoc eſt maritus huius mulieris volentis ſuccedere filio mortuo.

e ¶ *Inter eos ſolos.* ſ. auum & matrem defuncti. Si autem ſit auus & pater defuncti, præfertur auus matri & etiam patri: vt ff. eo. l. æquiſsimũ. §. j. Et not. q hic fallit regula, ſi vinco vincentem &c. vt ff. de diuerſ. & temp. præſcr. l. de acceſsionibus. §. nam qui me. nam auus, patri defuncti præfertur: vt ff. eo. l. æquiſsimum §. j. & pater matri: non autem auus ſolus præfertur matri. Sic fallit in authent. de æqua. do. §. his conſequẽt. coll. vij. Item in auth. qb. mo. na. eff. ſui. §. diſcretis. in gl. coniuge. col. vj. Item ff. qui pot. in pig. hab. l. Claudi⁹. ſic ff. de iniu. rup. teſt. l. pen.

f ¶ *Excludebat.* ſed male hodie vt j. e. §. ſed cũ.

g ¶ *Admittebatur.* & bene: vt j. eod. §. ſed cũ.

h ¶ *Liberis.* tribus vel quatuor vt j. eo. §. poſtea autem.

i ¶ *In Codice.* nõ in eo quem habemus, ſed in primo, [illegible] C. de iure [illegible] l. ij.

k ¶ *Fortuitũ.* ſ. habere, vel nõ habere tot filios: cũ ex diuina gratia hoc deſcendat.

l ¶ *Peccauit.* nã ſi peccatũ eſt, magis fuiſſet mariti. vt C. de leg. hær. l. lege. xij. tabu. in fi. j. reſponſo.

m ¶ *Eum.* ſ. cui ſuccedere vult

n ¶ *Intercepti.* a [illegible] intercepti.

o ¶ *Conſtitutiones.* quas nõ habemus ſecundum Ioan.

p ¶ *Perſonis.* patruo & filio, & nepoti patrui: vt C. eo l. fi. in fi j. reſpon.

q ¶ *Contrarium faciebant.* i. nihil dabant niſi prædictis.

r ¶ *Viſum eſt.* vt C. eo. l. fi.

nis [a] legitimis ante poni, & ſine vlla diminutione [b] filiorum ſuorũ ſucceſſionẽ accipere excepta fratris & ſororis perſona, ſiue conſanguinei ſint, ſiue ſola cognationis iura habentes: vt quemadmodũ [c] eam [d] toti alii ordini legitimo præpoſuimus, ita omnes fratres & ſorores, ſiue legitimi ſint, ſiue nõ, ad capiendas hæreditates ſimul [e] vocemus. ita tamen vt ſiquidem ſolæ ſorores [f] adgnatæ vel cognatæ & mater defuncti vel defunctæ ſuperſint: dimidiam quidem mater, alterã verò dimidiã partem omnes ſorores habeãt. Si verò matre ſuperſtite & fratre vel fratribꝰ ſolis, vel etiã cũ ſororibus, ſiue legitima [g] ſiue ſola cognationis [h] iura habentibus, inteſtatus quis, vel inteſtata moriatur: in capita diſtribuatur eius hęreditas.

¶ Quæ filio ſuo impuberi intra anni ſpatiũ tutorem petere neglexerit, ab eius ſucceſsione (ſi intra pubertatẽ deceſſerit) prorſus ſit aliena.

¶ Sed quemadmodum nos matribus proſpeximus [i], ita eas oportet ſuæ ſoboli cõſulere [k]: ſciturις eis [l], quòd ſi tutores liberis nõ petierint: vel in locum remoti, aut excuſati intra annum petere neglexerint: ab eorũ impuberum [m] morientium ſucceſsione meritò repellẽtur.

¶ Filio non tantùm legitimo, ſed etiã vulgo quæſito mater ſuccedit.

¶ Licet autem vulgò quæſitus [n] ſit filius filiáue: poteſt tamẽ ad bona eius mater ex Tertylliano ſenatuſconſulto admitti.

TITVLVS IIII.

DE SENATUSCONSULTO ORPHITIANO.

¶ Filius & nepos veniunt ad hæreditatem matris & auiæ ab inteſtato ex ſenatuſconſulto Orphiciano. Aret.

a ¶ *Omnibus perſonis.* etiam patri defuncti: niſi in vſufructu, & toto quando habebat defunctũ in poteſtate. alias in beſſem tantũ. ſed & in hoc caſu hodie etiã in totũ habet: vt C. e. l. fi. & de le. hær. l. de emãcipatis. Iure vero authẽ. aſcẽdentibus defertur æqualiter paternis & maternis: vt in authẽ. de hære. ab inte. §. ſi igitur defunctus deſcẽdẽtes. co. ix. ADD. *Dic quod hodie filio defuncto relicta matre & ſorore vel fratre aliter ſuccedi tur, vt authẽ. defuncto C. e. Ang.*

b ¶ *Diminutione.* quæ fiebat per agnatos ſupradictos in prin. iſtius §.

c ¶ *Quemadmodum.* q. d. q in vno honoratur in alio grauetur. ff. de iureiur. l. eum qui. in prin.

d ¶ *Eam.* ſcilicet matrem.

e ¶ *Simul.* ſ. cũ matre.

f ¶ *Sorores.* hoc caſu eſt hodie idẽ qđ in ſeq. §. vt in authen. de nupt. §. pen. & §. & quoniã. colla. iiij.

g ¶ *Legitima.* quia ſunt ſorores ex vtroque parente.

h ¶ *Cognationis.* quia ſunt tantum ex matre ſorores.

i ¶ *Proſpeximus.* in ſucceſſione.

k ¶ *Conſulere.* ſ. in tutore petendo. Accur. ADD. *Et dic petendo. ſ. intra annum vt hic. & iſtam opin. dicit Ange. eſſe communem: & eam tenent tanquã magis æquam, per leg. ſtante. C. de legi. hære. quamuis Bar. ibi & docto. velint quod teneatur petere ſtatim cũ poteſt, niſi fuerit impedita legitima cauſa: ita quod annum non tranſcendat.*

l ¶ *Sciturις eis.* ſcilicet matribus negligentibus. aliæ non perdunt: vt C. qui pet. tut. l. cum à matribus. & maioribus, aliæ ſimiliter non perdunt: vt C. ſi aduer. deli. l. ij.

m ¶ *Impuberum.* aliud ſi puberes moriantur: vt C. eo. l. matres.

n ¶ *Vulgo quæſitus.* niſi mater ſit illuſtris. Sic econtra talis filius illuſtri matri non ſuccedit: vt C. ad Orphici. l. ſi qua illuſtris. ADD. *Idem ſi eſſet natus ex damnato coitu: ſecus ſi ex concubina etiam illuſtri: vt per Angelum hic.* ADD. *Vulgò autem quæſiti dicuntur, qui incertum patrem habent, tempore qui meretricio, & vago concubitu geniti ſunt. vt patet ex §. ſi. ĩ. de nup.*

DE SENATUSCONSULTO ORPHICIANO.

¶ *Viſum eſt tit. ſuperiori qualiter mater ſuccedat filiis per ſenatuſconſul. Tertyllianum, videamus nunc qualiter filii ſuccedũt matri: quod fit per ſenatuſcõſul. Orphicianum.*

Per contrarium. Totus iſte titu. diuiditur in quatuor partes. Primu ponit qualiter filij ad hæreditatem matris, & nepotes ad hæreditatem auiæ admittantur. Secūdo nunquid capitis diminutione tale ius ſuccedēdi tollatur. Tertio quæ ſunt illi filij, qui ad hæreditatē matris admittuntur. Quarto ſubnectit nouum caſum ad materiā ab inteſtato. Secūda ibi, Sciēdum eſt. Tertia ibi. Nouiſsime. Quarta ibi, Si ex pluribus.

Per contrarium [a] autem liberi[b] ad bona matrum[c] inteſtatarū admittuntur ex ſenatuſconſulto Orphitiano, quod Orphito & Ruffo Cōſulibus factum eſt diui Marci temporibus: & data eſt, tam filio, quàm filiæ legitima[d] hæreditas, etiam ſi alieno iuri ſubiecti ſint: & præferuntur[e] conſanguineis[f] & adgnatis defunctæ matris. Sed cum ex hoc ſenatuſconſulto nepotes & neptes ad auiæ ſucceſsionem legitimo iure non vocarentur, poſtea hoc conſtitutionibus[g] principalibus emendatum eſt: vt ad ſimilitudinem filiorum, filiarúmque, & nepotes[h], & neptes vocentur.

¶ Succeſsio ex Tertylliano vel Orphiciano non tollitur minima capitis diminutione.

¶ Sciendum autem eſt, huiuſmodi ſucceſsiones, quæ ex Tertylliano & Orphitiano ſenatuſconſultis deferuntur, diminutione[i] non perimi, propter illam regulam[k], qua nouæ hæreditates legitimæ capitis diminutione nō pereunt: ſed illę ſolæ[l], quæ ex lege duodecim tabularū[m] deferuntur[n].

¶ Etiam filius vulgò quaſitus ad hæreditatem matris admittitur.

¶ Nouiſsimè ſciēdū eſt, etiā illos liberos, qui vulgò[o].

a ¶ *Per contraria.* econtrario. nam ſ. tit. j. tractatum eſt qualiter mater filio ſuccedit: nunc dicit econtra. Vnde verſus: Matri ſucceditis ò nate per Orphicianum. Inuidiam portat econtra Tertyllianum. Acc.

b ¶ *Liberi.* ſtrictè ponitur pro filiis tantum: vt j. eo. §. j. ver. ſed cum. alias contra: vt ff. de verb ſigni. l. liberorum.

c ¶ *Matrum.* ingenuarū, vel libertinarū. vt ff eo l. j. primo reſpon. imo & ancillarum, dummodo ſit ſibi facta mora in fideicommiſſ. libertate præſtandæ vt C. eo. l. fina.

d ¶ *Legitima.* non quia le. duodecim tabularum daretur, imo denegabatur: vt ſupra titu. j. in princ ſed ſenatuſconſul. dat, quod vicem legis obtinet: vt j. de except. §. hæc exempli cauſa.

e ¶ *Et præferuntur.* ſcilicet filij.

f ¶ *Conſanguineis.* id eſt. cognatis. Accurſius.

ADDITIO. *Alibi exponitur conſanguineis, id eſt. fratribus: vt l. j. C. eo. titu. & illa communiter tenetur. Angelus.*

g ¶ *Conſtitutionibus.* quas non habemus.

h ¶ *Nepotes.* idem in aliis deſcendentibus ex hac linea dicam. Sed quid ſi nepos iſte fuit conceptus poſt mortem auiæ? Reſpond. non ſic: vt ſ. de hære. quæ ab inteſtato. §. cum autem dicimus.

i ¶ *Capitis diminutione.* ſcilicet minima. nam per aliam omne ius etiam cognationis tollitur: vt ſuprà de cap. dimin. §. quod autem.

Hæreditas per capitis diminutionem minimam quandoque perditur quandoque non.

k ¶ *Regulā.* cuius tenor eſt hic, & ff. de capitis diminutio. l. tutelas. primo reſponſo.

l ¶ *Sed illæ ſolæ.* ff. vnde lib. lege final. in fine. contra. Solutio. Hic dicit ſolæ. vt excludat eas tantum, quæ ex ſenatuſconſulto deferuntur. nō prætorias ſucceſsiones, vt ibi.

m ¶ Ex *lege duodecim tabularum.* ſic ff. eodem ad ſenatuſconſultum Tertyllianum & Orphicianū. lege prima. §. capitis. ſic. ff. de ſuis & legitimis. lege capitis.

n ¶ *Deferuntur.* quare magis lege duodecim tabularum data hæreditas perditur per capitis diminutionem minimam quam ſenatuſconſulto delata? Reſpond. quia illa agnatis defert, quæ agnatio per capitis diminutionem minimam tollitur: at ſenatuſconſult. filio, qui matri eſt cognatus & cognatio non tollitur per capitis diminutionem minimam: vt ſuprà de leg. agn. tut. §. j.

o ¶ *Vulgò quaſiti.* quia non habent certum patrem: vt ſuprà de nuptiis. §. ſi aduerſus. multomagis in naturali tantum: vt C. eo. l. penul.

a ¶*Hæreditatem.* ſcilicet vna cum legitimis, niſi erat mater illuſtris: tunc enim cum legitimis ab inteſtato non veniunt. ſecus in naturalibus ex licita conſuetudine procreatis: vt C.eo.l.pe.

b ¶*Admitti.* nunquid hodie ſuccedit vulgo quæſitus? Videtur quod non: vt in authen. quib.mod.nat. effi.ſui.§. vlti. Sed tamen diſtingue, aut ex tali coitu, qui poſſit dãnari, vt inceſtu adulterij nepharij, & ſimilis: quo caſu nõ ſuccedit, cũ ob hoc ipſum damnandus eſt: vt in dicta authent. & ff.ſol.matri. l.ſi ab hoſtibus aut non: & tũc ſuccedit matri, vt hic: non patri, cum ſit incertus. nam & ſi habet certũ patrem naturalem, non tamẽ ſuccedit ei, niſi in duabus vnciis ab inteſtato, non extantibus legitimis, alias in nihilum: vt in auth.quib. mod.nat. effic.ſui.§ diſcretis.collat. vij.

quæſiti ſunt ad matris hæreditatem[a] ex hoc ſenatuſconſulto admitti[b].

¶ *Quoties pluribus legitimis hæredibus delata eſt hæreditas, non adeuntium portio adeũtibus accreſcit, quò ad accreſcendi ius ad hæredes quoque transfertur.*

¶ Si ex pluribus[c] legitimis hæredibus quidam omiſerint hæreditatẽ, vel morte, vel alia cauſa[d] impediti fuerint, quò minus adeant: reliquis qui adierint[e], accreſcit[f] illorum portio. & licet ante deceſſerint[g], ad hæredes tamen eorum pertinet[h].

c ¶*Si ex pluribus.* Iſte. §. eſt communis ad omnes titulos, quos in hoc tertio libro habuimus, non tantum ad hunc titulum: & de iure accreſcendi inter legitimos tantum tractat: vt hic, & ff.eo.l.j.§.ſi nemo.& C.de caduc.tollen.§.his ita. Idẽ etiam eſt in his, qui de iure prætorio ſuccedunt: vt ff.de bonor.poſſeſ.l.iij.in fine. & l.iiij.& v.

d ¶*Alia cauſa.* vt ſi defecerit conditio ſub qua inſtituti erant: vt ſ.quib.modis teſta.infir.§.poſteriore.

e ¶*Adierint.* ſic ff.de leg.ij.l.cum pater. §.libertis.ibi.Cæterum prout.

f ¶*Accreſcit.* ſed pro qua parte? Reſpon. prout erant inſtituti: vt C. de cadu.toll. §.his ita.& ſ.de vulga.ſubſtit.§.j.Item nunquid eſt neceſſe iterum adire? Reſpond. non, niſi quando ex alterius perſona, puta ſerui, fiat mihi augmentum: vt ff.de acquirend.hæred.l.ſi ſolus.in j.reſpon.& in fine legis.

g ¶*Ante deceſſerint.* quam accreſceret eis. Vel dic ante, quam illi repudiarent, vel ante quam adirent illorum portionem: non autem ante, quam ſuam parte adirent: imo adiuerant, vt ſequitur. alias non tranſmitterent olim, vel hodie: vt C.de cadu.tollend. §. in nouiſſimo. niſi in perſonis liberorum: vt C.de his, qui ante apert.tab.

ADDITIO. *Hoc verum, niſi in hæreditate aſcendentium ex vtraque linea, non in hæreditate tranſuerſalium, vel extraneorũ: quia non adita per liberos, ad poſteritatem non tranſmittitur. Sutis tranſmittitur ad quoſcunque, etiã extraneos: dic vt per Angelum hic.*

h ¶*Pertinet.* ſcilicet augmẽtum ſupradictum, vel portio illorum.

TITVLVS V.

DE SVCCESSIONE cognatorum.

¶*Vbi defuncto neq; ſuus hæres, neque agnatus ſupereſt, tunc proximiores cognatos, id eſt, per fœminas oriundos, ad ſucceſſionem vocat Prætor, in quorum numero ſunt emancipati agnati, ſolis tamen fratre & ſorore demptis.*

POſt ſuos[i] hæredes, eóſque, quos inter ſuos hæredes Prætor[k] & conſtitutiones[l]

DE SVCCESSIONE cognatorum.

¶*Continuatur per ipſum textum. in principio ad præcedentia. Vel ſic, & clarius. Quia ſuprà de ſucceßione ſuorum & agnatorum dictum eſt: & quia poſt illos vocantur cognati: ideo ſequitur de ſucceßione agnatorum.*

POſt *ſuos.* Iſte titulus diuiditur in tres partes. Primò, quando cognati admittantur, & quo iure. Secundò, qui ſunt cognati. Tertiò, vſque ad quotum gradum cognati & agnati admittuntur. Secunda ibi, Qua parte. Tertia ibi, Hoc loco.

i ¶*Suos.* vt ſupra de hæred. quæ ab inteſt. §.primo.& infra de ſeruitut.cognat. §.primo.

k ¶*Prætor.* vt j. de hæred.quæ ab inteſt. §.emancipati.

l ¶*Conſtitutiones.* vt ſ. de hæred. quæ ab inteſt.§.quibus. verſic, necnon. & §.item vetuſtas.verſic.diui.

a ¶*Agnati,*

vocant 1 & poſt legitimos, quo numero ſunt agnati[a], & ij[b], quos in locum agnatorū, tam ſupra dicta ſenatuſconſulta[c], quàm noſtra erexit conſtitutio[d], proximos[e] Prætor vocat, qua parte naturalis cognatio[f] ſpectatur. Nam agnati capite diminuti, quique[g] ex his progeniti ſunt, ex lege duodecim tabularū inter legitimos non habentur[h], ſed à Prætore tertio ordine[i] vocantur: exceptis[k] ſolis tantummodo fratre & ſorore emancipatis, non etiam liberis eorum, quos[l] lex Anaſtaſiana[m] cum fratribus integri iuris[n] conſtitutis, vocat quidem ad legitimam fratris hæreditatem, ſiue ſororis: non æquis tamen partibus, ſed cum aliqua diminutione[o] quam facile eſt ex ipſius conſtitutionis verbis colligere. Aliis verò agnatis inferioris gradus, licet capitis diminutionem paſſi nō ſunt: tamen anteponit eos[p] & proculdubio cognatis[q].

¶*Tranſuerſales per lineam fœmininam, & liberi in alterius familia adoptiua exiſtentes vocantur ex iſto ordine Are.*

¶Eos etiam[r], qui per fœminini ſexus perſonas ex tranſuerſo cognatione iunguntur, tertio gradu[s] proximitatis nomine Prætor ad ſucceſſionē vocat. Liberi[t] quoq; qui in adoptiua familia ſunt, ad naturalium parentū hæreditatem hoc eodem gradu[u] vocantur.

¶*Vulgo quæſitus nō habet agnationem, ſed cognationem: ideo ſuccedit matri, & aliis ex ſua linea deſcendentibus iſto ordine. Aretinus.*

¶Vulgò quæſitos nullos habere agnatos, manifeſtū eſt. cùm agnatio à patre ſit, cognatio a matre. hi autem nullum patrē habere intelligūtur. Eadem ratione inter ſe quidē poſſunt videri conſanguinei eſſe, quia conſanguinita

a ¶*Agnati.* vt ī. de legi.agn.ſuc.in prin.
b ¶*Et ii.* ſcilicet qui ſunt de numero legitimorum.
c ¶*Senatuſconſulta.* vt ſupra proximis duobus titulis.
d ¶*Conſtitutis.* vt ī. de leg.ag. ſucceſſ. §. hoc etiam.
e ¶*Proximos.* ſcilicet. quos nemo cognat' anteceedit, vel pcedit, ſiue vn' ſit, ſiue plures. & inſpicitur quis proximior ſit eo tēpore, quo bonorum poſſeſſio defertur: vt ff. eodem. vnde cognati. l. prima §. proxim'. & §. gradatim.
f ¶*Cognatio.* Nunquid ergo inter ſeruos datur hæc bonorum poſſeſſio? Reſpō. etiam, ſi fiat poſtea liber, non datur: vt ff. eodem. vnde cogna. l. j. §. pertinet. & l. is qui. Sed nunquid adoptiuis: quia non videtur ibi naturalis cauſa? Reſpond. ſic: quia quibus agnaſcitur, & cognaſcitur: vt ff. eod. vnde cog. l. j §. cognationem. Accur.
ADD. *Sed hoc non ſtrinet iure nouo. Vide ſupra de hæred. quæ ab inte. §. at ii qui. ver. poſt mortem. in fine.*
g ¶*Quique.* Breue debet eſſe illud, q;.
h ¶*Non habentur.* vt ī. titu. j. §. ſciendum.
i ¶*Tertis ordine.* nam ſunt quatuor ordines ſuccedendi: vt ff. ſi tabul. teſta. nul. ex tab. l. j.
k ¶*Exceptis.* nam iſti inter legitimos numerantur.
l ¶*Quos*, ſcilicet fratres emancipatos & ſorores. Accurſius.
m ¶*Lex Anaſtaſiana.* quam non habemus. ſed de ea habetur mentio. C. de leg. tu. l. iiij. & de leg. hære. l. ho. §. j. Accurſius.
n ¶*Integri iuris.* id eſt, non emancipatis.
o ¶*Diminutione.* tertię partis forte.
p ¶*Eos.* ſcilicet fratres emācipatos. Accurſius.
q ¶*Cognatis.* ſcilicet antepo nit: & ſic vocantur cum fratribus & agnatis, & cognatis vlterioribus præferuntur.
r ¶*Eos etiam.* non ſolum agnatos capite minutos: vt ſupra, &c.
s ¶*Tertio gradu.* ſcilicet cognationis.
t ¶*Liberi.* vt ī. de hæred. quæ ab inteſt. §. admonendi.
ADD. *Dic hodie immutatum eſt: vt habetur. C. de adopt. l. penult. Angel.*
u ¶*Eodem gradu.* ſcilicet tertio, puta cognationis.

Conſanguinitatis ius eſt ſpecies agnationis.

Conſanguinitas eſt inter fratres.

tis ius, ſpecies eſt[a] agnationis. Tantùm ergo cognati ſunt ſibi[b], ſicut ~~& matri~~ cognati ſunt. itaque omnibus[c] iſtis ex ea parte compe[illegible] bonorũ poſſeſſ[illegible] qua proximit[illegible] nomine cogna[illegible]cantur.

¶ *Agnati ad* [illegible]*mum vſque* [illegible] *cognati v*[illegible]*tum, ad* [illegible]*ates ex inteſt*[illegible]*admittuntur.*

¶ Hoc loco[d] & illud neceſſariò admonendi ſumus, agnationis quidem iure admitti aliquem ad hæreditatem, & ſi decimo gradu ſit: ſiue de lege duodecim tabularum quæramus, ſiue de edicto, quo Prætor legitimis[e] hæredibus daturum ſe bonorum poſſeſſionem pollicetur. Proximitatis[f] verò nomine iis ſolis Prætor[g] promittit, qui vſq; ad ſextum[h] gradũ [illegible]nationis ſunt, [illegible] ex ſeptimo[i] ſo[illegible] ſobrina[illegible]ue nato natæve[k].

Cognati & agnati pariter ſuccedunt hodie vſque ad decimũ gradum.

TITVL. VI.

DE GRADIBUS cognationum.

¶ *Initio proponit ſummam diuiſionem graduũ cognationis, quæ ad mediũ quedã propoſitũ referẽda eſt.*

HOc loco neceſſarium[l] eſt exponere, quẽ admodũ gradus[m] cognationis numerentur. Quare in

a ¶ *Species eſt.* nam agnatio genus eſt. Cõſanguinitas, eſt illa quæ inter fratres tantùm eſt: vt ff. de ſuis & legit. l. ij. j. reſpon. & ꝗ. de legit. agna. ſucceſſio. §. j.

b ¶ *Cognati ſunt ſibi.* ſic ff. eo. l. ſi ſpurius.

c ¶ *Itaque omnibus.* inter ſe & cum matre: vt ff. vnde cogn. l. hac parte.

d ¶ *Hoc loco.* iſte §. communis eſt ad totũ iſtum titulum, & illum. ſupra de legit. agnat. ſucceſſ. ſic ſupra titul. j. §. fi.

e ¶ *Legitimis.* ſcilicet agnatis.

f ¶ *Proximitatis.* id eſt, cognationis.

g ¶ *Prætor.* caute tacet hic de iure ciuili. nã cognati de iure ciuili non vocantur. Accurſius.

h ¶ *Vſque ad ſextum.* [illegible]no videtur, quod vſque ad quintũ tantum vocentur, tam agnati, quàm cognati: vt ff. de vetera. mili. ſuc. l. ij. §. finali. Sed reſpon. illa etiam in caſtrẽſibus loquitur, hæc in aliis. Vel dic, quod ibi ita erat de facto, ſcilicet quidam in quinto gradu: & ita factum narrat.

ADDITIO. *Dic, quod prima ſolutio probatur, & obſtat in duobus, quo ad agnatos & cognatos: ſed ibi ſpecialeꝗ quia ius priuilegiatum, quod non tranſit ſicut ius commune. Angelus.*

i ¶ *Et ex ſeptimo.* ſubaudi, qui ſunt.

k ¶ *Natave.* ſed nunquid ſunt alij in ſeptimo gradu? Reſpond. multi & alij eſſe poſſunt: vt colligitur. j. titu. j. §. vj. Item & quare magis hi vocantur, quam alij in ſeptimo gradu? Reſpond. quia hi reſpiciunt inferius lineam tranſuerſalem, alij omnes ſuperius: vt argu. ff. vnde liber. l. ſcripto. in fine. Sed nunquid corrigitur hodie diſtinctio huius §. per authent. de hæred. ab inteſt. § primo. collatione nona. vbi nulla inter agnatos & cognatos differentia fit? P. dicit omnes in infinitum ſuccedere, & ſic corrigi, quòd hic dicitur. Nos omnes vſque ad decimũ gradum vocamus: non autem trahimus agnatos ad cognatos, cũ extendere ſucceſſionem debeamus, id eſt, velimus: vt infra de bonorũ poſſeſſ. §. adhuc argũm. contra. C. de pa. con. l. lege. & in authent. de nupt. §. deinceps. collat. iiij.

ADDITIO. *Sobrino, ſobrináve, id eſt, eo eáve, qui quæve ex fratribus, vel ſororibus patruelibus conſobrinis, amitinis, natus eſt, natáve.*

DE GRADIBUS cognationum.

¶ *Quoniã in ſuccedendo admittitur, qui eſt proximior in gradu: vt comprehendatur quoto gradu quis ſit, ponitur iſte titul.*

HOc loco. Iſte titulus diuiditur in plures partes. Primo continuat materiam. Secundò, incipit dinumerare gradus. Tertiò dat vnam regulam generalem in gradibus ad cognatos. Quartò ponit, quomodo numerentur gradus agnatorum. Secunda ibi, Quare in. Tertia ibi, Hactenus. Quarta ibi, Agnationis.

l ¶ *Neceſſarium.* ſed quid ad nos de his? Reſpondet propter hæreditates, quæ per gradus feruntur: & tutelas, & propter teſtimonia non dicenda: vt ff. eodem. de grad. affin. l. iuriſconſultus.

m ¶ *Gradus.* quid ſit dic, vt j. eodem. §. hactenus.

a ¶ *Admonen-*

primis admonendi[a] ſumus, Cognationem aliam ſuprà numerari, aliam infrà, aliam ex trāſuerſo[b], quæ etiam à latere dicitur. Superior cognatio eſt parentum, inferior liberorum, ex tranſuerſo fratrum, ſororúmve, & eorum qui quæve ex his generantur: & conuenienter patrui, amitæ, auunculi, materteræ. Et ſuperior quidem & inferior cognatio à primo gradu incipit: at ea quæ ex tranſuerſo numeratur, à ſecundo[c].

¶ *Perſonæ primi gradus, tam aſcēdendo, quàm deſcendendo.*

¶ Primo gradu eſt ſuprà pater, mater[d]: infrà filius, filia[e].

¶ *Auus & aliæ perſonæ hic enumeratæ, ſunt in ſecundo gradu.*

¶ Secundo gradu ſupra auus, auia: infrà nepos, neptis: ex tranſuerſo[f] frater, ſoror.

¶ *Proauus & aliæ perſonæ hic poſitæ, ſunt in tertio gradu.*

¶ Tertio gradu ſuprà proauus, proauia: infrà pronepos, proneptis: ex tranſuerſo[g] fratris ſororiſque filius, filia: & conuenienter patruus, amita, auunculus, matertera. Patruus[h] eſt, frater patris, qui Græcè[i] πατράδελφος appellatur. Auunculus eſt frater matris, qui Græcè μητράδελφος dicitur: & vterque promiſcuè θεῖος appellatur. Amita eſt patris ſoror, quæ Græcè πατραδέλφη appellatur. Matertera verò matris ſoror, quæ Græcè μητραδέλφη dicitur: & vtraque promiſcuè θεῖα appellatur.

¶ *Qui diſtat à ſtipite per tres perſonas vel gradus, tam in linea aſcendenti, quàm deſcendenti: directo eſt in quarto gra-*

Cognatio tranſuerſalis quare non incipit à primo gradu.

a ¶ *Admonendi.* ſic ff. eodem. de gra. affinit. l. j.

b ¶ *Aliam ex tranſuerſo.* hæc ſuperflua videtur: vt ff. eodem, l. ſtigmata. contra. Solut. ibi in directa linea tantum loquitur, hic in indirecta.

c ¶ *A ſecundo.* ſed quare non à primo? reſp. cum ego patri meo ſim in vno gradu, & ipſe pater fratri meo in alio: ſumus ergo in dobus gr. ego cum fratre facto aſcēſu ad patrem, quaſi per quendam gradum: vt ff. eo. l. iuriſconſultus. §. gradus. ſed nullus ex tranſuerſo proximior fratre inuenitur: ergo non poteſt inueniri primo gradu à latere: vt hic, & ff. eodem. de gradu. affinit. l. j. in principio.

d ¶ *Pater, mater.* ſi pater eſt mihi in primo & ego ſibi in alio primo: ergo ſumus in duobus. Reſp. non ſequitur. nam ſum ei in primo, & q in eodem & inter me & ipſū vnum tantum gradum facimus ad ſimilitudinem feneſtræ: nam duæ columnæ ex lateribus vnam faciunt feneſtram tertia autem dicta fiet alia feneſtra. & ita in gradu perſona adiecta etiam vna deinceps facit gradum: vt infra eodem. §. hactenus.

ADDITIO. *Nota hanc gloſ. quod ad faciendam vnum gradum primum non ſufficit ponere vnam perſonam, ſed duæ perſonæ prima faciunt vnum gradum, quo primo gradu facto ex duabus perſonis vnaquæque perſona ſola, quæ poſtea adiungitur, facit alium gradum ad ſimilitudinem feneſtræ: quia neceſſario ad perficiendum vnam feneſtram requiruntur duæ columnæ: poſtea vnaquaque columna ſuperaddita facit aliā feneſtram. Ang.*

e ¶ *Filius filia.* qui licet multi ſint, omnes tamē ſunt patri in primo inter ſe autem in ſecundo: vt ff. de grad. affin. l. iuriſconſultus. §. tranſeamus.

f ¶ *Ex tranſuerſo.* nunc de hoc gradu incipit: cum nemo ex hoc ordine in primo gradu inueniatur: vt ff. eod. l. j. in princ.

g ¶ *Ex tranſuerſo.* not. caute, quod etiam illi, qui ſunt ex tranſuerſo, diuiduntur in ſuperiorem & inferiorem lineam: & ſic reperies, in ſequent. gradib[a], & quādoq; in parentibus: vt. j. eo. §. iiij.

h ¶ *Patruus.* Vnde verſus: Sunt patrui patris fratres, amitæque ſorores: Frater auunculus eſt, ſoror eſt matertera matris.

i ¶ *Græce.* i. patroos vt clare patet ex textu dicitur frater patris, & mitroos. frater matris: & vterque poteſt dici θεῖος. Similiter πατραδέλφη, eſt ſo-

ror patris: Mitradelphe vero, ſoror matris: & vtraque theia dicitur.

a ¶*Nepos.* hoc inferius reſpicit.

b ¶*Patruus magnus.* hoc referiur ad ſuperiorem lineam tranſuerſalem.

ſobrini vero eorum filius ſobrino natus appellatur. Vide Anton. Auguſt. lib. 2. cap. 5.

f ¶*Hi ſunt.* ſubaudi in quinto gradu lineæ collateralium ex parte aſcendentium, ſcilicet filius patrui mei magni.

c ¶*Auunculus magnus.* hoc autem cōſtat. quod qui eſt mei patris patru[a], mihi erit magn[us] patruus: qui meæ matris auunculus eſt, mihi erit magnus auunculus. Sed quid ſi erat patruus matris meæ, vel auunculus mei patris? Reſpon. Ioan. omnem illum mihi eſſe patruū vel auunculū magnum, qui eſt meo patri, vel matri ſimplex: vt ff. eod. de grad. affin. l. iuriſcōſultus. §. patruus. & C. de ſucceſſio. edict. l. j. Sed Roma. con.

d ¶*Filius, filia.* iſti nominatiui regunt ſuperiores genitiuos ab illo verſic. item fratris, &c. Et ſūt omnes iſti in quinto gradu lineæ collateralis reſpectu deſcendentiū.

e ¶*Propius ſobrino.* quaſi dicat, qui filius dicitur propius ſobrino, & filia q̃ dicitur propi[us] ſobrina.

A D D. *Sobrini ſunt, qui à duobus conſobrinis generatim eo nomine accepto, naſcuntur. at ſi alter ſiue liberis ſit, alter habeat, ille huius filius propius ſobrino eſt.*

du: ſed in linea trāſuerſali, ſi diſtat per duas perſonas. Are.

¶Quarto gradu ſupra abauus, abauia: infrà abnepos abneptis: ex tranſuerſo fratris ſororiſque nepos[a], neptiſve, & conuenienter patruus magnus[b], amita magna, id eſt, aui frater & ſoror: itē auūculus magnus[c], & matertera magna, id eſt, auiæ frater & ſoror, cōſobrinus, conſobrina, id eſt, qui, quæve ex ſororibus aut fratribus procreantur. Sed quidam rectè Conſobrinos eos propriè dici putant, qui ex duabus ſororibus ꝓgenerantur, quaſi Conſororinos. Eos verò, qui ex duobus fratribus progenerātur, propriè fratres patrueles vocari. Si autem ex duobus fratribus filiæ naſcuntur: ſorores patrueles appellari. At eos, qui ex fratre & ſorore progenerātur, Amitinos ꝓprie dici putāt. Amitæ tuæ filij cōſobrinū te appellāt: tu illos amitinos.

¶*Atauus & atnepos, & aliæ perſonæ hic enumeratæ, ſunt in quinto gradu. Aretinus.*

& ſimilium: de qb[us] dicitur hic & ff. eodem. l. prima. in fine. & l. ſecunda.

¶Quinto gradu ſuprà atauus, atauia: infrà adnepos, adneptis: ex tranſuerſo fratris ſororiſque pronepos, proneptis, & conuenienter propatruus, proamita, id eſt, proaui frater & ſoror: & proauunculus & promatertera, id eſt, pro auiæ frater, & ſoror. Item fratris patruelis vel ſororis patruelis, cō ſobrini & conſobrinæ, amitini & amitinæ filius filia[d]: propius ſobrino[e], propius ſobrina hi ſunt[f] patrui magni, amitæ magnæ auunculi magni: materteræ magnæ filius filia.

¶*Tritanus & aliæ perſonæ hic enumeratæ ſunt in ſexto gradu.*

¶Sexto gradu ſuprà tritauus, tritauia: infrà trinepos, trineptis: ex tranſuerſo fratris ſororiſque abnepos, abneptis, & cōuenienter abpatruus abamita, id eſt, abaui frater & ſoror, abauunculus, abmatertera, id eſt, ab auiæ frater & ſoror. ~~Item propatrui, proamitæ, proauunculi, promaterteræ filius filia. (Item propioris ſobrini ſobrinæve filius filia.)~~ Item ſobrini ſobrinę id eſt, ſororibus patruelibus vel conſobrinis vel amitinis progenerantur.

¶*Vnica perſona adiecta alteri perſona per carnis propagationem facit, gradum: tam in cognatis, quàm in agnatis. Areti.*

Ius. ſexto quod ſic notatum eſt & parentheſi incluſum, Anton. Aug. repudiat. & abeſſe ab antiq. quis libris teſtatur. debuiſſe, tamē Iuſtinianū Conſobrinorum nepotes ſexto gradu enumerare. tu eum videto.

Hactenus

¶Hactenus oſtendiſſe ſufficiat, quẽadmodum gradus cognationis numerentur. Nãque ex his palàm eſt intelligere, quemadmodum vlteriores quoque gradus numerare debeamus: quippe ſemper generata [a] ~~perſona~~ gradum adiicit [b]: vt longè facilius [c] ſit reſpõdere, quoto quiſque gradu [d] ſit, quam propria cognationis appellatione quenquam denotare.

¶In gradibus agnationis & cognationis ſimilis eſt computatio. Et quia facilius oſtenditur res ad oculum corporalem, quàm intellectualẽ: ideo neceſſarium eſt hic arborem conſanguinitatis inſcribi. Aretinus.

¶Agnationis quoque gradus eodem modo [e] numerãtur. Sed cum magis veritas oculata fide, quàm per aures [f] animis hominum infigatur: ideo neceſſarium duximus poſt enarrationem graduum, eos etiam præſenti libro inſcribi: quatenus poſſint & auribus, & oculorum inſpectione adoleſcentes perfectiſſimã graduum doctrinam adipiſci [g].

a ¶*Generata quaque, &c.* Hoc eſt, verum ſi vna ab vna non ſi plures ab vna: vt ff. eo.l.iuriſconſultus, §.tranſeamus.& hoc eſt verum ex omni ordine graduum ſecundum nos. Sed ſecundum canones ex latere tranſuerſo aliud eſt: nam quẽ nos dicimus in ſecundo, ipſi dicunt in primo: & quem nos in quarto, ipſi in ſecundo, & ſic de ſingulis, vt in Decr.xxxv. quæſt. v. c. ij. Sed fuit eorũ cõſideratio bona propter matrimonia: noſtra etiam bona propter hæreditates quæ per gradus deferuntur: vt J. de bon. poſ. §. quos autem.& ff eo.l.iuriſcõſultus.in prin.

b ¶ *Adiicit.* hic poteſt colligi definitio gradus, vt dicatur, Gradus eſt numeratio ſingularum perſonarum cognatione vel affinitate ſibi coniunctarum, quoto gradu vna perſona diſtat ab altera optime indicans. Dictus quaſi lapideus gradus: vt ff.eo.l.iuriſconſultus. Ac.

ADD. *Gradus ſecundum dictio. aliter diffinitur, Gradus eſt diſtantia vnius perſonæ ab alia in linea conſanguinitatis. Vel eſt habitudo diſtantium perſonarum, qua cognoſcitur quota agnationis vel cognationis, ſeu affinitatis diſtantia.*

c ¶*Longe facilius ſit.* propter duas rationes: & quia vltra trinepotem vel tritauũ vocabula non inueniuntur ſpecialia: ſed ſuperiores & inferiores vocantur: vt ff. eo.l. fi.§.parentes.& hoc, quia ſunt plura negotia, quam vocabula: vt ff.de præſcri. verb. l.iiij. Sed vſque ad quem numeramus? Reſpon. vſque ad vij.cognatorum, & vſque ad x.agnatorum: vt ff.eod.l.non facile.& J. tit.j. §. fi.niſi ratione demonſtrandi vellemus vlterius numerare, non vtilitatis: licet decretiſtæ hic aliter dicant.

ADDITIO. *No. quod decretiſtæ contrarium dicunt ſolum in collaterali linea non autẽ in directa, vt ĩ.dixi. Si vis ergo ſcire de duobus agnatis quoto gradu diſtant de iure ciuili: incipe ab vno, & computa ab illo deſcendendo ad perſonam mediã ex qua omnes deſcendũt: & poſtea deſcende ab illa vſque ad aliam, quam vis cõputare: & apparebit quoto gradu ſit. Sed de iure canonico incipias à perſona, ex qua deſcendũt perſonæ de quarũ gradu agitur. Verbi gratia, vis ſcire quoto gradu ſunt filii duorũ fratrum de iure canonico? incipe ab auo, & facit vnum gradũ ad filium, & de filio ad nepotem ex alio fratre, qui ſimiliter eſt in ſecũdo gradu. vnde quoto gradu quilibet diſtat à ſtipite, tali gradu ſunt inter ſe: remotior autem addit gradum, vt in capit. ſedem. xxx. quæſtione prima. Ange.*

d ¶ *Quoto gradu.* ſcilicet octauo vel decimo.

e ¶ *Eodem modo.* ſcilicet adiecta perſona.

f ¶ *Per aures.* Vnde Horatius in arte poetica.

Segnius irritant animos demiſſa per aures,
Quam quæ ſunt oculis ſubiecta fidelibus.

Certior aure arbiter eſt oculus: & vt ait Candaules in Herodoto, magis incredulæ ſunt hominibus aures, quàm oculi. Ægi.Perri.

g ¶*Adipiſci.* Vnde quidam habent hic Arborem. Accurſius.

ADDITIO. *Et in rei veritate debet eſſe cum text. & gl. illam requirant.*

quæritur ergo, cu[m] ex his libris ſublata ſit.

COGNATIONIS SPIRITVALIS, STVDIOSISSIMIS QVIbuſcunque, preſertim Eccleſiaſticis, apta & vtilis materia.

CHriſtophorus Porcus iuris vtriuſque profeſſor acutiſſimus quia difficultates aliquas circa cognationis ſpiritualis materiam hic luculenter tractauit: eius mentem verbis non mutatis referre non erit abſonum neque à propoſito alienum, quæ verba talia ſunt.

Quæritur, an ratione cognationis ſpiritualis matrimonium impediatur? Circa quem articulum dicite breuiter, quòd inter compatrem & commatrem impeditur matrimonium: ac etiam inter patrem ſpiritualem & filiã ſuſceptam ex ſacro fonte. & hoc ſi iſta cognatio ſpiritualis fuerit cauſata ſiue per ſanctum baptiſma, ſiue per ſanctum chriſma. trigeſima quæſtione quarta. ca. ſi quis vnus.

Addite prædictis, quòd ſi maritus & vxor tenuerint aliquem vel aliquam ad baptiſmum vel chriſma, quilibet eorum efficitur compater, vel commater. d. ca. ſi quis vnus. & hoc verum, quando tempore cognationis ſpiritualis contractæ conſtabat inter eos matrimonium: ſecus ſi ex poſtfacto fuerit contractum. cap. Martinus Bertam. extra de cognat. ſpiritual. cum ſua gloſ. contra autem ſi tenueris ad ſacrum chriſma vel ſanctum baptiſma filium vel filiam meam ex alia muliere, quam vxore, non efficitur tibi commater. c. qui ſpiritualem. xxx. quæſtio. iiij. Ratio, quia in contrahenda cognatione ſpirituali, maritus & vxor copulant ſibi actiones, & non paſſiones. Quod igitur agit vnus coniugum, intelligitur alius agere: quia ſunt duo in carne vna. d. ca. ſi quis. in fi.

Sed qđ ſi fornicator teneat aliquem ad ſacrum baptiſma, an concubina efficiatur commater? Videtur quòd ſic. Nam ſicut vxor hoc caſu ideo efficitur commater: quia eſt eadem caro cum marito. d. cap. ſi quis vnus. ita de concubina: quia qui adhæret meretrici, vnum corpus efficitur cum ea. xxxij. q. iiij. ca. in eo. Alij ibi tenuerunt cõtrarium, quorum ſententia magis placet: quia abſurde dictum videretur, quòd ſpiritualitas ſuper re improbata cauſaretur: ex vtraque ſcriptura, & hominũ opinione. Non obſtat, quòd concubina & fornicator dicantur duo in carne vna: quia illa verba exponuntur, id eſt, duo conueniunt in eodem opere carnali. & ita exponit glo. in. d. cap. in eodẽ. Sed an vxore mea mortua potero mihi copulare eam, quæ fuit ſibi cõmater ante matrimonium? Dicite quod ſic, ca. poſt vxoris obitum. xxx. q. iiij. Sed quid de filiis duorum compatrum: an poterunt ſimul matrimonio copulari? Dicite ꝙ ſic, ſiue nati fuerint ante cõpaternitatem, ſiue poſt, dummodo matrimonium non contrahatur cum eo, vel cum ea, per quorum alterum deuẽtum fuit ad compaternitatem. ca. j. & ca. ſuper eo

eo.extra de cogna.ſpiritu.Chriſtophorus Porcus iuris vtriuſque doctor accutiſſimus.

Nota pro ampliori & faciliori intelligentia huius materiæ, ꝙ cognatio ſpiritualis, quæ impedit matrimonium cõtrahendũ, & dirimit poſt contractum,oritur ex datione duorum ſacramẽtorum duntaxat: quæ ſunt baptiſmus,& confirmatio:non autem ex aliorum datione ſeu miniſtratione. patet in ca.fi.de cogna.ſpir.lib.vi. Ratio eſt, quia in baptiſmo renaſcimur: & chriſmatio frontis ipſum confirmat:quod non eſt in aliis ſacramentis. Ioan.And.in.d.ca.fi.

Nota vlterius, quod ex hac cognatione xx. ſunt caſus prohibiti, ſcilicet,x. ratione baptiſmi,& x.ratione confirmationis, ratione enim baptiſmi contrahitur cognatio ſpiritualis impediens & dirimẽs, vt dictum eſt.

¶Primo inter has perſonas.

Baptizatum, & baptizantem:
Baptizatum, & vxorem baptizantis prius cognitam:
Baptizatũ, & filios baptizantis
Parentes baptizati, & baptizãtem:
Parentes baptizati, & vxorem baptizantis prius cognitam.

¶Secundo inter has perſonas, videlicet inter.

Baptizatum, & ſuſcipientem:
Baptizatum & vxorem ſuſcipiẽtis prius cognitam:
Baptizatũ, & filios ſuſcipientis:
Parentes baptizati, & ſuſcipientem:
Parentes Baptizati, & vxorem ſuſcipientis prius cognitam.

Ecce decem caſus prohibiti ratione baptiſmi. Totidem in confirmatione reperies: in qua ſunt confirmatus, confirmans, & tenens ante confirmationem, qui ſcilicet ponit faſciolam ſupra frontem poſt confirmationẽ epiſcopalem. De hoc vide tex. cum gloſ.in.c.i.de cogna.ſpiri. lib. vi. iſta clariſſime referãtur per carmina ſequentia.

Spiritualis ab his cognatio fit ſacramentis
Quæ ſunt baptiſmus, ac confirmatio frontis:
Perſonaſque decem cõnectit quod libet horum.
Baptizans,huius vxor,ſi cognita primo:
Ac eius nati ſunt abluto ſociati:
Cum conſorte thori,baptizans atq; parentes.
Fonte ſacro loti, ſunt tali fune ligati.
Baptizans & ſuſcipiens hic æquiparantur,
In confirmato totidem reperire licebit.

vis videre, an per procuratorē talis cognatio ſpiritualis poſſit contrahi, recurras ad Barto.in l.Gallus.§. forſitan.ff.de lib.& poſthu.ad Ang.Aret.in.§.illud. inſti.de nup.ad Ioan.And.in regula, Poteſt quis per alium. de reg.iur.in vj.& ad Panor.in.c. veniens.extra de cog. ſpiritua. Deciſionem tamen communem & magis approbatam potes notare per verſus ſequētes:in quibus patet, quòd licet matrimonium per procuratorem poſſit contrahi.c.fina.de procura.lib. vj. non tamen cognatio ſpiritualis.

Vnde verſus,

Procurator habet nodos vincere iugales.
Non tamen hos nexus domino dat ſpirituales.

DEO GRATIAS.

ALIA FIGVRAE GRADVVM COGNATIONIS EXplicatio, ſumpta ex libro Franciſci Hotomani De gradibus cognationum.

Cognatio est, personarum communicatio [illegible] eiusdem originis

Cognatio,eſt cohærentia quædam perſonarum,quæ per generationē contracta ex eodem ſanguine conſtat, cuius cōmunione altera alteri coniuncta eſt. Etſi autem generatio ſuàpte natura ſemper deorſum vergit: tamen ſciendum eſt, aliam eſſe ſuperiorem,& aliam inferiorē: ſiue (vt clarius & ſimplicius dicam) aliam generantem, & aliam generatam. Atque ideo cognationem non tantum in deſcendendo, ſed etiam in aſcendendo conſiderari:vtpote quæ tum ex ſuperiori, tum ex inferiori generatione contrahatur. Quinimo non tantum ex generatione, ſed etiam ex communione ſanguinis per generationem: quoties idem & quaſi commune naſcendi initiū diuerſis perſonis pariter contigit. Ex quo illa continentia efficitur perſonarum,quæ vndique, hoc eſt, tum ex continuitate, tum ex copulatione, in medium quiddam, tanquam vmbilicum collecta & concreta,vocatur Cognatio. Nimirum hoc ipſum eſt, quod vulgo dicimus, Cognationem generale nomen eſſe, & comprehendere Parentes, Liberos, & Propinquos. Sunt enim Parentes, qui ſuprà collocati nos genuerunt: Liberi, qui infrà conſtituti, à nobis geniti ſunt. Propinqui autem, qui neque nos genuerunt,neque à nobis geniti ſunt, ſed idem ortus generationiſque initium habuere, vnde ſimul nobiſcum deſcenderunt, cum à dextra, tum à ſiniſtra parte conſtituti. Quos ideo Iuriſconſulti Græco nomine, συγγενεῖς appellant *. Cum autem hæc omnia relatiua ſint, neceſſe eſt monſtrari eum, ad quem referũtur.

* *L.non facile. & L. vlt. de gradibus.*

Ideo nos in deſcribenda cognatione Hypotheticum appinximus, queui illi latinè vocant, Eum de cuius cognatione quæritur. Eúmque in medio collocauimus, hoc eſt, inferiorem parentibus, ſuperiorem liberis, propinquum iis, qui à dextra & ſiniſtra ſunt: Ita enim diſtinguenda eſſe Sthemata teſtatur Paulus *. Quæ nos quo facilius priores à poſterioribus diſcernerentur, in modum graduum deſcripſimus, per quos quaſi per ſcalas, locóſve procliues, ſic incederemus, vt à proximo in proximum, hoc eſt, in eum, qui quaſi ex eo naſcitur, tranſiremus, iuxta id quod ab eodem traditum eſt *. Itaque ſi de parentum vel liberorum gradibus quæritur, ſanè is, cuius de parentibus vel liberis agitur, in medio ſtatuendus eſt: & in graduum computatione hanc regulam in vniuerſum obſeruare debet: Quoties quæritur quoto gradu quæque perſona ſit, ab eo incipiendum eſt, de cuius cognatione quæritur. Et ſi ex ſuperioribus vel inferioribus gradibus eſt, recta linea ſurſum verſum, vel deorſum tendendo, facile inueniemus gradus, ſi per ſingulos gradus proximum quemque numeremus [a]. Quod ſi de propinquis quæſtio eſt: Paulus nos hac via ad illos deducit. Non aliter (inquit) ad eos qui à latere ſunt, peruenire poteſt is, de quo quæritur, niſi per eos tranſitum fuerit, ex quibus naſcuntur. Ideo frater ſecundo gradu eſt, quoniam patris vel matris perſona, per quos coniungitur, prior numeratur [b]. Nam cùm nulla ſit immediata directa generatio, quæ ducat ab Hypothetico ad fratrem vel ſororem, ſed ambo ſint in linea parallela, communem à patre originem habentes: ſequenda eſt ea linea ſanguinis, quæ primùm ſurſum vergens, & poſtea deorſum, ducit ab Hypothetico ad fratrem vel ſororem. Hæc quia non intellexerunt Interpretes, lapſi ſunt in errores infinitos, præſertim vbi de graduum reſpectu agebatur. Hinc nata eſt regula, Quoto gradu propinqui diſtant a ſtipite, eo duplicato diſtant inter ſe. Nam illa, vt apparet, propinquos, qui dextra parte ſpectant Hypotheticum, ad eos dirigit, qui in ſiniſtra ſunt. Atque ita quicquid ad graduum reſpectū & appellationem attinet, id omne confundit ac peruertit. Etenim, ne ſingulis recenſendis longior ſim, Auunculus non à fratre vel patruo, qui in alia ſunt parte tabulæ, ſic dicitur, hoc eſt non appellatur Auunculus reſpectu illorum, ſed Hypothetici, qui quidē perpetuò alter eorum, de quorum continentia & coniunctione agitur, conſtitui debet: in quē alius quilibet eorū, qui in tabula deſcripti ſunt, intueri debeat. Cæterum hic error alios (vt fit) permultos peperit: veluti cum in gradu primo ſuperiori, Ipſum & Ipſam, collocant, vtūtur promiſcuè collateralibus gradibus in aſcenſu: ſimul vtrinque fratrem & ſororem appingunt, ſcilicet, quia non permanſerunt in ea, quam antea citauimus regula, Quoties quæritur quoto gradu quæque perſona ſit, ab eo incipiendum eſt, cuius de cognatione quæritur. Quò fit, vt in diuerſos errores abducti, quaſi ſine gubernaculo nauigantes, certum,

* L. vlt. e. in ſdem tra ctat.

* L. ſequē tib.

[a] d. L. vlt. §. ſunt autem.

[b] d. L. vlt. §. quinto gradu.

in quem contēdant, ſcopum inuenire non poſsint. [redacted] cendēdo cōtinuāt. Sed multū intereſt, cognationem an genealo[redacted]giam deſcribamus. Hic omnes perſonæ in vnam originē, vnde deſcenderunt, intuentur: nec poteſt de contrahendis nuptiis vl-

[redacted] r generationes mutuas non coeunt. Illic vndecunq; relatio fit, tum ex continuitate, cū ex copulatione: & tractatur cōmodiſsimè nō tātum de tutelis, hæreditatibus, teſtimoniis, verum etiam de nuptiis*. [redacted] ge- [redacted] es [redacted] Sed hæc alias. Nam hic commorandi, non habitandi locus datus eſt.

* *Vt in. S. ergo non omnes, de nupt. L. per adoptionē. De Ritu nupt. lib. Pand. 23. & alia in locis.*

FINIS.

ARBORIS CIVILIS DECIMVM AD GRADVM DE-
ſcendentis pec[redacted]
claratio[redacted]

G Radus, lineæ, & conſanguinitatis definitionibus omiſ[redacted] numera[redacted] qui ſunt in [redacted] Iulam [redacted] men, exceptis iis, [redacted] minantur. Hanc [redacted] bidelli Petrucium vult vocari. Puncti, qui ſuperiores ſunt, computationem iuris Canonici denotant. Illi autem qui inferiorem locum retinent, computationem ciuilis iuris exprimunt, quod Canonico ſubeſſe ipſa graduum ſitnatio declarat. Ex prædicta computatione ſi diligenser inſpicitur, apparet, quod in aſcendentium & deſcendentium numeratione ius vtrunque concordat: quia in eis perſona addita perſonæ per carnis propagationem, gradum adiicit. Vt autem hæc arbor cunctis innoteſcat, notādæ ſunt tres regulæ.

Prima, Aſcendentium & deſcendentium, quot ſunt perſonæ, de quibus quæritur, computatis intermediis, vna dempta, tot ſunt gradus inter eas. Verbi gratia: Abauus diſtat à Petrucio quatuor gradibus: & ſic de alijs.

Secunda (ſecundum Ius ciuile, cuius tantum gratia hæc arbor fuit hic impreſſa) talis eſt: Collateralium in linea æqua li quoto gradu quis diſtat à cōmuni ſtipite, eodem duplicato diſtant inter ſe, vel ſibi attinent. vt P. & pronepos propatrui diſtant viij. gradibus, cum abauum ſtipitem facis. Nam ſecūdum leges quęlibet perſona gradum facit in collateralibus: vnde duo fratres duos efficiunt gradus.

Tertia collateraliū in linea inæquali Quot ſunt perſonæ, ſtipite dēpto, tot ſunt gradus. vnde P. diſtat à propatruo quinque gradibus. ab eius filio, ſex: & ſic de alijs. Non inutile forſitā iudicabitur, ſi aliquid de computationis diuerſitate inter ius ciuile & canō. ſubiunxerimus, In legibus ob nihil aliud ipſa graduum mentio facta eſt, niſi vt hæreditas, vel ſucceſſio ab vna ad alterā perſonam inter conſanguineos deferatur. in canonibus vero ob hoc progenies computatur, vt apte mōſtretur vſque ad quotam generationem à conſanguineorum nuptijs ſit abſtinendum. Hac ergo de cauſa, quia hæreditates nequeunt deferri, niſi de vna [redacted] cul [redacted] perficere gradus. Quia vero [redacted] duabus [redacted] tuere perſonas. Hæc habetur per eo. c. ij. xxxv. quæſt. v. & ferme per totam illam quæſtionem. & hoc idem not. hic Chriſtopho. Porc. in ver. circa primum, ibi, ſecunda differētia. & Ioan. And. in declaratione huius arboris.

CHRISTOPHORI PORCI
in arborem & ipſius intelligentiam quæſtiones plurimùm vtiles.

PRo declaratione iuris cano. & ciuil. & etiam intelligentia huius materię & eorum quæ pertinent ad illam: quædam videnda ſunt. Primo qualiter hat dinumeratio graduum de iure ciuili, & de iure canonico: ſecundum vtriuſque iuris rationum diuerſitatem. Secundo vſque ad quem gradum deferuntur hæreditates & tutelæ. Tertio vſque ad quē gradum copula matrimonialis impediatur. Quarto vſque ad quem gradum poſſit Papa diſpenſare.

Circa primum dicite, quod quoad lineam aſcendentium nulla eſt differentia inter ius ciuile & ius canonic. Vtroque enim iure pater & mater ſunt in primo gradu aſcendentium, & ſimiliter filius & filia deſcendentium: & ſic ſupra & infra in infinitum: quia in dinumeratione graduum in linea aſcendentium & deſcendentium vtrunque ius habuit reſpectum ad ſtipitem, ſcilicet ad primum parentem: vt hic, cum gloſ. xxxv. q. v. ad ſedem. In linea tranſuerſali inter ius ciuile, & ius cano. duplex eſt differentia. Prima, quia iure ciuili frater & ſoror ſunt in ſecundo gradu, iure canonico ſunt in primo. Ratiō differentiæ ſumitur ex regula iuris ciuilis, quæ dicit, quod vnaquæque perſona adiecta nouū gradum generat, vt hic, in ver. hactenus. Vnde cum ego ſim in primo gradu patri meo, ſi naſcatur mihi frater vel ſoror, ex generatione huius perſonæ cauſatur nouus gradus: & conſequenter appellatur in ſecundo. Sed iure cano. ideo appellatur in primo: quia ius canonicum non conſiderauit dinumerationem graduum in linea tranſuerſali habito reſpectu ad ſtipitem id eſt, communem pa-

rentem, ſed conſiderauit, quod duo fratres, duæ ſorores, tribuunt initium lineæ tranſuerſali, & ideo in primo gradu alli⁹ lineæ illos conſtituit. Secunda differentia eſt, quia iure ciuili regula traditur, quòd in linea tranſuerſali ſola perſona adiecta nouum gradum facit, vt hic. Iure autē canonico pro regula traditur, quod ad cauſandum nouum gradum duæ perſonæ requiruntur dicto c. ad ſedem. Ratio differentiæ, quia ius canonicum dinumerat gradus ratione copulæ matrimonialis. vndē ſicut ad cauſandum copulam matrimonialē requiritur concurſus duarum perſonarum: ita ad cauſandum gradum quo ad eam. Sed ius ciuile dinumerat gradus quo ad hæreditates & tutelas. vnde cum tutela & hæreditas deferatur de vna perſona in aliam: nil mirum, ſi vnaquæq; perſona generat nouum gradum. Iſta fuit ratio poſita in dicto capi. ad ſedem.

¶ Quo igitur ad inhibendam, vel permittendam copulam matrimonialem, dinumerabuntur gradus ſecundum ius canonicum: quo autem ad tutelas & hæreditates deferendas connumerabuntur ſecū dum ius ciuile.

¶ Circa ſecundum dicite, quod vſque ad decimum gradum deferuntur hæreditates & tutelæ: vidiſtis. ī. tit. j. §. fina. cum ſua gloſ. & ī. de capi. diminu. §. fina. de legi. agna. tute. in tex. & in gloſ.

Matrimonium vſq; ad quē gradum prohibetur.

¶ Circa tertium dicite, quod olim erat prohibita copula matrimonialis vſque ad ſeptimum gradum agnationis vel cognationis incluſiue; hodie autem eſt ꝓhibita vſq; ad quartum gradum incluſiue, dinumeratione facta ſecundum ius canonicum c. non debet. extra de conſan. & affi. Sed hic dubitatur: Pone, quod vnus ſit in quinto gradu tranſuerſalium, alius ſit in quarto, an impediatur copula matrimonialis? Si inſpiciamus perſonam exiſtētem in quarto gradu, illa impeditur. Si inſpiciamus perſonam exiſtentem in quinto gradu permittitur. Dicite, quod copula eſt permittenda: quia quoto gradu remotior diſtat à ſtipite, eodem gradu diſtat à quolibet deſcendente. c. fina. extra de conſang. & affi. Illud tamen eſt palam, quod inter aſcendentes & deſcendentes eſt ꝓhibita copula matrimonialis in infinitum. vnde ſi Adam viueret, vxorem habere non poſſet. §. inter eas. & ibi gl. ī. de nup.

¶ Sed quid de gradu affinitatis? Dicite, quod licet olim ratione affinitatis eſſet prohibita vſq; ad tertium genus, vt aliqui dixere: veritas tamen hodie eſt, quod ſolum ꝓhibetur quo ad genus primum: vt not. gloſ. iij. c. non debet. extra de cōſang. & affinitate.

Affinitas an contrahatur ex coitu illicito.

¶ Sed nunquid per cōiunctionem illicitam cauſatur affinitas? In hoc articulo non parcam in totum verecundiæ. Arch. xxxv. q. iij. extraordinaria. dixit per hanc diſſolui matrimonium: & in hoc bene, ſed no cauſari affinitatem, propterea, quia affinitas eſt ſingularitas perſonarum ex nuptiis deſcēndentium. i. non facile. §. affines. ff. de grad. vbi ergo non ſunt nuptiæ, ibi nō cauſatur affinitas. Sed gl. tenuit cōtrarium in §. affinitatis. ī. de nup quæ cōmuniter comprobatur per ... & per. c. Iordanæ. & per c. ... extra de eo qui cognouit conſang. vxo. ſuæ. Stat igitur concluſio, quod per illicitam conſuperſione contrahitur affinitas. Sed quid ſi quis non intrauit clauſtra vuluæ, in circumitu tamen palpitauit, vel feras reſerauit, ſed opus non expleuit, an contrahatur affinitas? gloſ. in dicto c. extraordinaria. dicit quod non. Item dicit illud quod non dico. Dicit Innoc. quod ad cauſandum affinitatem, requiritur cōcurſus vtriuſq; ſeminis. Sed tamē cauſa euitandi peccata, ius canonicum & ſancta mater Eccleſia in dubio pia ſumunt ex copula concurſum vtriuſq; ſeminis & maris & fœminæ interueniſſe. c. iuuenis. extra de ſponſ. Adde prædictis, quod ſi aliquis promiſerit alicui illam accipere in vxorem, poſt modum habeat copulā cum ea ſine aliis verbis, intelligitur validum matrimonium extitiſſe cōtractum: nec enim aliā contrahere poſſet. ſed matrimonium poſtea cum alia contractum eſſet diſſoluendum. c. ſi qui fidem. extra de ſponſa.

¶ Circa quartum dicite breuiter, quod in gradu aſcendentium, & deſcendentiū nō poſſet Papa diſpenſare vt copula matrimonialis cōtrahatur. Nō poſſet enim Papa diſpenſare, quod filia patri copularetur. Item nec in linea tranſuerſali in gradu primo. vnde non poſſet Papa diſpenſare, quod fratri ſoror nubat. Itē nec in gradu ſecundo linea exiſtente inæqualiter. vnde non poſſet diſpenſare, quod neptis patruo nuberet, vel auūculo. In linea vero æquali bene poſſet diſpenſare, vt cōſanguineo copularetur. & ita cōmuniter cōcluditur in c. literas. extra de reſtitu. ſpolia facit. c. gaudemus. extra de diuort.

¶ Sed an Papa poſſit diſpenſare, vt matrimoniū ſemel cōtractum diſſoluatur, Dicite breuiter, aut matrimonium fuit per copulam carnalem conſummatū, aut nō. priore caſu non poteſt, poſteriore autem ſic: quia primo caſu effecti fuere duo in carne vna. ſecundo vero non. Item quia matrimonium conſummatū ſortitur naturam ex conſtitutione diuina, contra quā non poteſt Papa diſpenſare c. propoſuit. & ibi, ſupra ini. extra de conceſ. præben. ſed matrimoniū nō conſummatum ſortitur naturam ex conſtitutione Eccle

ſix, cōtra quam Papa bene poteſt diſpenſare. Iſta eſt gloſ. ordi. in ca. ex publico. extra de conuer. coniug. in gloſ. fina.

¶ Sed nunquid maritus & vxor poſſunt ſe ſeparare? Dicite, aut copula non eſt ſubſecuta: & tunc quilibet eorū altero inuito poteſt ſeparare matrimoniū per ingreſſum religionis. ſecus ſi copula fuerit ſubſecuta, niſi vterq; cōcordauerit, ꝙ vterq; pariter intret religionem, vel alter qui remanet in ſeculo, ſit talis cōditionis & qualitatis, quod nulla ſuſpicio fornicationis ſiniſtra ſit contra eum. vt quia ſit ætate confectus. c. quidam. c. vetum. c. vxoratus. & cap. cum ſis præditus. extra de conuer. coniug.

TITVL. VII.

DE SERVILI cognatione.

¶ Cognationem ſeruilem, id eſt, ſanguinis neceſſitudinem, quam ſeruorum filii cum parentibus habent, antiqua iura non adiuuabāt. Hodie autem ſerui nati, & deinde manumiſſi, nō modò parentibus etiam libertati donatis ex inteſtato ſuccedunt, & parentes eis, ſed etiam ſibi inuicem, & cū reliquis fratribus ex legitimis nuptiis, atq; in libertate procreatis, ad ſucceſſionem vocantur.

Illud[a] certū eſt, ad ſeruiles cognationes illā partē edicti[b], qua ꝓxi

Nec enim vlla antiqua lege talis cogna. quo ad onus tutelæ, vel ad cætera onera ciuil. computabatur: vnde viſum erat huiuſmodi cogn. ſeruilem quo ad emolumentū ſucceſſio. nō computari: nec quo ad onera computabatur. & hæc vſq; ad noſtra tēpora ita obtinebant: ſed nos per conſtitutionem noſtram, quā pro iure patron. fecimus (quod quidem ius patro. vſq; ad tēpus noſtrum ſatis obſcurum atque nube plenū, & vndique confuſum fuerat) & hoc ſuggerente humanitate ſtatuimus. vt ſi quis in conſortio ſeruili conſtitutus ex libera vel ſeruilis cōditionis muliere liberum vel liberos habuerit, vel econuerſo mulier ſerua ex libero vel ſeruo liberos cuiuſcunque ſexus habuerit, & tandem parentibus & liberis ex ſeruili ventre natis ad libertatē peruenientibus, vel dum forte ipſæ mulieres liberæ erant: & ita liberi ab illis nati ingenui: & poſtea patres, qui huiuſmodi liberos in ſeruili ſtatu procreauerint, ad libertatem peruenerint, ſtatuimus dico, in omnibus his caſibus, vt omnes hi liberi ad ſucceſſionem patris vel matris ab inteſtato admittantur: iure patron. in hac parte penitus ſopito. Nam hos liberos non ſolum in parentū ſuorum ſucceſſionem, ſed etiā parentes in liberorū mutuam ſucceſſionē authoritate prædictæ conſtitutionis noſtræ ſpecialiter vocamus. & hoc obtinere ſtatuimur, ſiue huiuſmodi liberi ex ſeruili matre nati: poſtea manumiſſi ſoli fuerint, ſiue cum aliis, qui poſt libertatem parentum concepti & nati, ad ſucceſſionem vocentur. ſiue ex eodem patre, vel eadem matre: ſiue ex aliis nuptiis procreati fuerint. & hoc ſtatuimus ad ſimilitudinem eorum qui ex iuſtis nuptiis procreantur. Et hoc dicit vſque ad illum. §. repetiris itaque. Cætera plana ſunt vſque ad finem titu. quia non poteſt caſus poni, niſi ſecundū quod litera iacet. h. d. Franc. de Are.

a ¶ *Illud*. alias eſt hic titulus, de ſeruili cognatione, alias non. Accurſius.

b ¶ *Edicti*. Sunt enim quatuor partes ſucceſſionis ab inteſtato: vt ff. quis or. in bo. poſ. ſer. l. j.

DE SERVILI COGNAtione.

¶ Hunc titulum Theophilus cum ſuperiori cōiungit: coniungunt multa vetuſta exemplaria, quæ ſe vidiſſe multi teſtantur. eò accedit, quod idem Theoph. ſub tit. de except. rubricam de lit. oblig. viceſimam primam numerat, quæ alioqui altera & viceſima fuiſſet. Nos tamen nihil mutauimus, Accurſium ſecuti, qui variā eſſe librorum rationem teſtatur.

Illud *certum*. Totus iſte titu. diuiditur in tres partes. Primo ponit verū ſerui habeant ius cognationis contractæ in ſeruitute. Secundo infert ex rationibus præpoſitis, videlicet quod non ſemper ſequitur, quod ꝙ prior eſt in gradu, potior ſit in iure. Tertio illa melius declarat. Secūda ibi, Repetitis. Tertia ibi, Amotis.

CASVS. Domine, iam video, ꝙ vos vultis tractare de ſerui. cog. & ſpecialem tractatum facere. Nam vos dixiſtis mihi. §. tit. de ſucceſ. eo. circa quos in bono. poſ. vnde cog. quam prætor proximis agnatis pollicetur, ſola naturalis cauſa ſpectatur: nunquid igitur cognati in ſtatu ſeruili concepti & nati, & poſtea manumiſſi per bon. poſ. vnde cog. in tertio ordine cauſa naturali inſpecta ſibi inuicem poterunt ſuccedere? Ad hoc reſpōdet Iuſtinia. quod non: illud enim certum eſt, eandem partem edicti Prætoris qua bo. poſ. iure cogna. permittitur, ad ſeruiles cognationes antiquitus non pertinere.

mitatis [a] nomine bonorum poſſeſſio promittitur, nō pertinere [b]. nam nec vlla antiqua lege talis cognatio cōputabatur [c]. Sed noſtra conſtitutione, quam pro iure patronatus fecimus (quod ius vſq; ad noſtra tempora [d] ſatis obſcurum, atq; nube plenum, & vndiq; cōfuſum fuerat) & hoc humanitate ſuggerente conceſſimus, vt ſi quis in ſeruili conſtitutus cōſortio, liberum vel liberos habuerit, ſiue ex libera, ſiue ex ſeruilis cōditionis muliere: vel contrà, ſerua mulier ex libero vel ſeruo habuerit liberos cuiuſcunque ſexus: & ad libertatē his [e] peruenientibus, ij, qui ex ſeruili ventre nati ſunt, libertatē meruerint: vel dum mulieres liberæ erant, ipſi [f] in ſeruitute [g] eos habuerint, & poſtea ad libertatem peruenerint [h]: vt hi omnes ad ſucceſsionem patris vel matris veniant [i], patronatus iure in hac parte ſopito. Hos enim liberos non ſolum in ſuorum parentū ſucceſsionē, ſed etiam alterū in alterius ſucceſsionem [k] mutuam vocauimus, ex illa lege [l] ſpecialiter eos vocātes: ſiue ſoli inueniantur, qui in ſeruitute nati, & poſtea manumiſsi ſunt: ſiue vnà cum aliis, qui poſt libertatē parentum concepti ſunt, ſiue ex eodem patre, ſiue ex eadem matre: ſiue ex aliis nuptiis, ad ſimilitudinem eorum, qui ex iuſtis nuptiis procreati ſunt.

¶*Cùm de inteſtatorum ſucceſsione agitur, liberorum prima habetur ratio: qui etiam, ſi gradus ſint remotioris, quoſcunque aſcendentes, & agnatos quantumuis proximiores excludunt.*

a ¶*Proximitatis nomine.* id eſt cognationis, vt ſequitur: vt ff. vnde cog. l. j. §. pertinet.
b ¶*Non pertinere.* ſed nec aliam aliquā, vt vel ipſe ſuccedat, vel ei ſuccedatur: vt C. commu. de ſucceſ. l. ſeruus. niſi in tribus caſibus: vt C. de his qui. vt indi. & ad Sylla. l. penul. et. & C. de ſuis & legi. l. e. apud hoſtes. & C. ad Orfi. l. fina.
c ¶*Computabatur.* hæc videtur mala ratio cum magis iure prætorio, quòd naturalem cauſam intuebatur, deberet cōputari: vt. ſ. de hær. quæ ab inte. §. emancipati. quam ciuili. Sed dic quòd etiam ad alia, vt ad tutelas, & ſimilia: niſi quoad nuptias vt. ſ. de nup. §. illud. &. ff. de rit. nup. l. adoptiuus. §. ſeruiles. Sed nunquid dñs ea ſui perſona ſuccedit cognatis ſerui? Rn. non: vt hic dicitur. Acc.
A D D. *Not. ergo acquiri domino ab inte. ſicut ex teſtamēto. Et eſt ratio: quia ius ſolum defert hæreditatem ab inte. ſecundum quod ſeruus nihil eſt. l. quod attinet. ff. de reg. iur. ſ. d ex teſtamento defert voluntas teſtantis, quam ius ſequitur. Aliud tamē eſt in monachis, & monaſteriis: vt. le. Deo nobis. C. de epi. & cle.*
d ¶*Noſtra tempora.* loquitur Iuſtinianus.
e ¶*His.* ſcilicet parentibus.
f ¶*Ipſi.* ſcilicet parentes.
g ¶*In ſeruitute.* idem donec ſerui erant
h ¶*Peruenerint.* ſcilicet parentes.
i ¶*Veniant.* aliud ſi liber factus ſeruus iterum manumittatur: vt. ff. vnde cog. l. is qui contra. & ſ. de cap. di. §. quod autē, quia eſt ibi, quod ſibi imputetur: Sed nūquid etiam iſte, qui eſt in. l. is qui. hodie ſuccederet naturali cauſa inſpecta: vt. C. de ſuis & legi. hæred. authen. in ſucceſsione? Reſpon. nō, ſecundum Ioan. quia prętor naturalem cauſam intuebatur: & tamen non vocabat eū, vt dictum eſt. Item econtra. C. de ſuis & legi. l. ex libera. Sol. hinc nouū ius. Vel ibi loquitur, quando nec de facto erat matrimoniū. Vel ibi quo ad honores loquitur, hic quoad ſucceſsiones.
k ¶*In alterius ſucceſsionem.* id eſt. parentes liberis & econtra excluſo patrono & hoc ſecundū omnes. Item libertum vnum alteri eidē fratri ſuo, & ita fratri liberti præfertur patrono. & hoc ſecundum quoſdā, vt hic. Sed Ioan. contra: præfert enim patronum fratri: vt. ff. de bon. lib. l. liberto. ff. de ſuis & legi. l. inteſtato. in princ. & ſ. tit. j. §. ſed noſtra. verſic. ſin autem fine.
l ¶*Ex illa lege* ſcilicet ſupradicta Græca. Accur.

¶ Repetitis[a] itaq; omnibus, quæ iam tradidimus[b], apparet, nõ ſemper eos qui parem gradum cognationis obtinent, pariter vocari: eóque amplius, ne eum quidem, qui proximior ſit cognatus, ſemper potiorẽ eſſe. Cum enim prima cauſa ſit ſuorũ hæredum, & eorũ, quos inter ſuos hæredes enumerauimus[c]: apparet pronepotem vel abnepotem defuncti potiorem eſſe, quàm fratrem, aut patrem matrémq; defuncti: cùm alioqui pater quidem & mater (vt ſuprà quoq; tradidim') primum gradũ cognatiõis obtineãt, frater verò ſecundum: pronepos autem tertio gradu ſit cognationis, & abnepos quarto. Nec intereſt in poteſtate morientis fuerit[d], an non: quòd vel emancipatus, vel ex emancipato, aut ex fœmineo ſexu[e] propagatus eſt.

¶ *Nouiſſimo tamen iure agnatiõis & cognationis ſublato diſcrimine, oẽs ſimul æquo iure ſuccedunt: ita tamen, vt eorum prior habenda ſit ratio, qui ſunt gradu proximiores.*

¶ Amotis[f] quoq; ſuis hæredibus, & quos inter ſuos hæredes vocari diximus, adgnatus, qui integrum ius habet[g] adgnationis, etiam ſi longiſſimo gradu ſit, plerunque[h] potior habetur, quàm proximior cognatus. Nam patrui nepos[i], vel pronepos[k] auunculo[l], vel materteræ præfertur[m]. Toties[n] igitur dicimus, aut potiorem haberi eum, qui proximiorem gradum cognationis obtinet, aut pariter vocari eos, qui cognati ſunt: quoties neque ſuorum hæredum quíque inter ſuos hæredes ſunt: neque adgnationis iure aliquis præferri debeat, ſecundum

a ¶ *Repetitis*. hic §. cõmunis eſt ad omnes titu. ſ. hoc libr. iij. poſitos. & idem in ſeq. proxi. §. ſic & alias. ſ. de ſuc. co. §. vltim. & ad Orphicianum. §. ſi.

b ¶ *Tradidimus*. à principio tertij libri.

c ¶ *Enumerauimus*. vt euriæ datos & emancipatos: vt ſ. de hær. quæ ab inteſt. §. j. & §. quibus eñumerari. & § emancipati.

d ¶ *Fuerit*. hinc ſubdiuiditur.

e ¶ *Ex fœmineo ſexu*. qui tamen cũ diminutione tertiæ partis ſuccedit huius legis tempore ſ. de hær. quæ ab inteſt. §. item vetuſtas. verſi. diui. hodie ſine diminutiõe: vt in authenti. de trien. & ſem. §. neenon. col. j.

f ¶ *Amotis*. id eſt. ceſſantibus ſuis fallit adhuc hæc regula, qui prior eſt in gradu &c. vt eo. §. toties. Accur.

g ¶ *Integrũ ius habet*. i. capite minutus non eſt. ſic ſ. de ſuc. cog. j. reſpó. in ſi. nam ſecus eſſet, ſi eſſet capite minutus: quia illæ ſucceſſiones, quæ veniunt ex lege xij. tab. pereunt per mi. capi. dim. vt ſ. ad ſenatuſcon. Orphicianum. §. ſciendum.

h ¶ *Plerunque*. propter fratrẽ & ſororem emácipatos: vt ſ. eo. ibi, exceptis. Item propter quoſdam cognatos, qui vocantur vt agnati: vt ſ. de legiti. agnat. ſucc. §. hoc etiam. Item propter patrem, qui filium emaocipauit: vt ſ de legit. agna. ſuec. §. fin.

i ¶ *Nepos*. qui eſt in quìnto gradu agnationis.

k ¶ *Pronepos*. qui eſt in ſexto gradu agnationis.

l ¶ *Auunculo, vel matertera*. qui ſunt in tertio gradu cognationis.

m ¶ *Præfertur*. in ſucceſſione eius, qui tales habet agnatos.

n ¶ *Toties*. no. regulam bonam, vt commu. de ſucceſſ. l. auunculo. & C. vnde libe. l. ij. Et ad eius euidentiam nota tres eſſe ordines ſuccedendi. ſ. inferiores & ſuperiores, & ex latere venientes. vt in authẽ. de hæred. ab inteſta. in princ. coll. ix. Primo deſcẽdentes in infinitum vocantur: vt ſ. de hær. quæ ab inteſtat. §. j. & in authen. de hære. ab inte. §. j. col. ix. His ceſſantibus vocantur aſcendentes, primo pater & mater ſeeuodo auus & auia, & ſic deinceps: ſic tamen vt fratres ex vtroque parẽte defuncto coniũcti, cum his ſuperioribus vocentur: licet quidã dicant eũ patre & matre tantũ eos vocari: & alios ſuperiores per fratres excludi. & pro oobis eſt au

thent. de hæred. ab inteſtat. §. ſi vero cum aſcēdentibus. coll. ix. & ff. de ſuis & legi. l. ij. §. hæreditas. Superioribus ceſſantibus: primo frater ex vtroque parente, & ſoror, & eorum filij. Secundo ex altero tantum, & eorum filij. Tertio hæc regula obtinet, vt qui prior eſt in gradu &c. vt hic, & in authē. de hæred. ab inte. §. ſi reliquum. & §. ſi vero. neque frater. & in auth. vt fratrum filij. §. j. col. ix. Accurſius.

ADDI. *Dic quòd hodie eſt ſublata differentia agnationis & cognationis, & in d. §. j. in authen. de hare. ab inte. ve. colla. ix. Chriſtepho.*

a ¶ *Tradidimus*, vt ſ. §. proximo. & hoc eod. §.

b ¶ *Exceptis*. excipit ab eo quod ſ. dixerat, qui integrum &c.

c ¶ *Praferuntur*. vt ſ. de ſucceſſ. cog. j. reſponſo.

ea, quæ tradidimus [a]: exceptis [b] fratre & ſorore emancipatis, qui ad ſucceſsionem fratrum vel ſororum vocantur: qui etſi capite diminuti ſunt, tamen præferuntur [c] cæteris vlterioris gradus adgnatis.

TITVLVS VIII.

DE SVCCESſione libertorum.

¶ *Olim patronus habebat ex lege duodecim tabularum ius in bonis liberti ſolùm ab inteſtato, nullò ſuo hærede relicto. Areti.*

NVnc [d] de libertorum bonis videamus. Olim [e] itaque licebat liberto patronum ſuum impunè [f] teſtamento præterire. Nam ita demum [g] lex duodecim tabularum ad hæreditatem liberti vocabat patronum, ſi inteſtatus mortuus eſſet libertus, hærede ſuo nullo relicto. Itaque inteſtato mortuo liberto, ſi is ſuum hæredem [h] reliquiſſet, [redacted] patrono nihil [i] in bonis eius erat. Et ſi quidem ex naturalibus [k] liberis aliquem ſuum hæredem reliquiſſet, nulla videbatur querela [l]. Si verò adoptiuus filius fuiſſet: apertè iniquum erat, nihil iuris patrono ſupereſſe.

¶ *Pratorio iure patronus in liberti bonis dimidiam habebat, non ſolùm hærede inſtituto, ſed etiā ab inteſtato relicto filio adoptiuo. Ipſum tamen patronum excludebant liberi, ſiue eſſent in poteſtate, ſiue emancipati, ſiue etiam in adoptionem dati: dummodo inſtituti eſſent: aut præteriti bonorū poſſeſſionem petiiſſent. Aretinus.*

¶ Qua de cauſa poſtea [m] Prætoris edicto hæc iuris iniquitas [n] emenda

DE SVCceſsione libertorum.

¶ *Suprà de ſucceſsione ingenuorum viſum eſt: Et quia in bonis libertorum eſt dare ſucceſſionem: ideo de his ſubdit. Vnde no. quod dicit hic. Accurſius de ſucceſſione libertorum paſsiuè accipi id eſt qualiter ſuccedatur ei, non actiuè, id eſt, qualiter ipſi ſuccedant aliis.*

NVnc de libertorum. Totus iſte titul. diuiditur in tres partes. Primo circa ſucceſsionem libertorum ponit duplex ius antiquum. Secundo ponit ſtatutum circa ſucceſsionem. & quod vſq; ad quartum gradum agnati patronorum ſuccedunt liberto. Tertio ponit aliam nouam conſtitutionem circa perſonas & genera libertorū. Secūda ibi. Sed noſtra. Tertia ibi Sed hæc. Aret.

d ¶ *Nunc*. quia hucuſque de bonis ingenuorum dixit.

e ¶ *Olim*. ſcilicet l. duodecim tabular. & hoc eſt primū ius. quatuor enim ſunt: vt hic & ſ. §. j. & §. poſtea. & §. ſed noſtra.

f ¶ *Impunè*. id eſt ſine timore teſtamenti rumpendi. Accurſi.

g ¶ *Itaque demum*. & non aliter.

h ¶ *Hæredem*. naturalem, vel adoptiuum: vt ſ. innuit.

i ¶ *Nihil*. id eſt nullum ius ſecundum legē.

k ¶ *Ex naturalibus*. ad differentiam adoptiuorum.

l ¶ *Querela*. id eſt non poterat patronus conqueri. Accurſius.

m ¶ *Qua de cauſa poſteà*. ſecundum ius.

n ¶ *Iuris iniquitas*. dic vt ſuprà ad ſenatuſconſultum Tertyllianum in princip.

ta eſt, ſiue enim faciebat teſtamentum libertus[a]: iubebatur ita teſtari, vt patrono partem dimidiam[b] bonorum ſuorum relinqueret. & ſi aut nihil, aut minus parte diuidia reliquerat: dabatur patrono contra tabulas teſtamenti partis dimidiæ bonorum poſſeſsio[c]. Siue inteſtatus moriebatur, ſuo hærede relicto filio adoptiuo: dabatur æquè patrono contra hunc ſuũ hæredem partis dimidiæ bonorum poſſeſsio. Prodeſſe autem liberto ſolebant[d] ad excludendum patronum[e] naturales[f] liberi, non ſolum quos in poteſtate mortis tempore habebat, ſed etiã emancipati, & in adoptionem dati[g]: ſi modò aliqua ex parte ſcripti hæredes erant, aut præteriti contra tabulas bonorum poſſeſsionem ex edicto Prætorio petierant. nam exhæredati nullo modo repellebant[h] patronum.

¶ *Per legem Papiam patronus vocabatur ad ſucceſſionẽ liberti, vnà cũ filijs ipſius liberti pro virili: niſi tres vel plures fuiſſent liberi, vel libertus minus centum aureis habuiſſet in bonis: ſiue deceſſerit inteſtatus ſiue condito teſtamento. Aret.*

¶ Poſtea[i] verò lege Papia adaucta ſunt iura patronorum, qui locupletiores libertos habebãt. Cautum[k] eſt enim, vt ex bonis eius, qui ſeſtertium centum milium patrimonium reliquerat, & pauciores, quã tres liberos habebat: ſiue is teſtamento facto, ſiue inteſtatus mortuus erat, virilis pars patrono deberetur[l]. Itaque cum vnũ quidem filium filiámue hæredem reliquerat libertus: perinde pars dimidia debebatur patrono, ac ſi is ſine vllo filio filiáue [intestatus] teſtatus deceſſiſſet. Cùm verò duos duáſue hæredes reliquerat: tertia pars debebatur patrono, ſi tres reliquerat, repellebatur patronus.

¶ *Adiecto antiquo iure, hoc vtimur: liberto minori centenario, id eſt cuius facultates minores ſunt aureis centum etiam præterito patrono, liberum teſtandi ius ſit: ei tamen inteſtato nulla ſobole relicta patronus ſuccedit: quòd ſi maior ſit centenario & teſtatus fuerit, patronumque præterierit: tunc ſi careat liberis, vel eos exhæredes fecerit, patronis per contra tabulas bonorum poſſeßione quadrantem oneribus liberum, aut illius ſupplementum, ſi quid forſan ei relictum fuerit, conſequetur.*

¶ Sed noſtra conſtitutio[m]: quam pro omniũ notione[n] Græca lingua cõpendioſo tractatu habito

a ¶ *Libertus.* nullum filium habens legitimum & naturalem: vt infra eodem. §. prodeſſe.
b ¶ *Dimidiam.* niſi in caſtris ſint bona quæſita: vt ff. de bon. liber. l. iij. §. patronus. Accur.
c ¶ *Bonorum poſſeßio.* vnde leg. j. de bono. po. §. cumque.
d ¶ *Solebant.* Hoc iure prætorio. Nam de primo nõ erat dubium: vt ſ. ibi. itaque inteſtato &c.
e ¶ *Ad excludendum patronum.* ſcilicet in totum.
f ¶ *Naturales.* & legitimi.
g ¶ *In adoptionem dati.* ſi inſtituti erant, vt ſequitur. alias nec cõtra tab. datur eis: vt ff. de contra tabul. l. non putauit. §. in adoptio.
h ¶ *Repellebãt.* quia pro mortuis habentur: vt ff. de conjun. cum eman ci. lib. l. j. §. ſed & ſi patruus. nec à iure ciuili reſpiciũtur: vt in authent. de hære. & falcid. §. exhæredatos. col. j.
i ¶ *Poſtea.* Tertium ius.
k ¶ *Cautũ.* ſcilicet lege Papia. & male: vt & alias. C. de cadu. tol. in prin. Accurſius.
l ¶ *Deberetur.* ex lege Papia.
m ¶ *Sed noſtra.* quartum ius.
n ¶ *Omniũ notione.* alias omni natione:

compoſuimus[a]: ita huiuſmodi cauſam definiuit, vt ſi quidẽ libertus vel liberta minores centenariis ſint, i. minus [redacted] aureis habeant ſubſtantiam (ſic enim[b] legis Papiæ ſummam interpretati ſumus: vt pro [redacted] vnus aureus computetur) nullũ locũ[c] habeat patron⁹ in eorũ ſucceſsiõe: ſi tamen teſtamentũ fecerint[d]. Sin autẽ inteſtati deceſſerint, nullo liberorum relicto: tũc patronatus ius (quod erat ex lege duodecim tabularũ) integrum reſeruauit[e]. Cum verò maiores centenariis ſint: ſi hæredes vel bonorũ[f] poſſeſſores liberos habeant[g], ſiue vnum ſiue plures cuiuſcunq; ſexus, vel grad⁹: ad eos[h] ſucceſsiones parentũ deduximus, patronis omnibus modis[i], vnà cum ſua progenie ſemotis. Sin autem ſine liberis deceſſerint: ſi quidem inteſtati ad omnem hæreditatem patronos patronáſque vocauim⁹[k]. Si verò teſtamentũ quidẽ fecerint[l], patronos aũt aut patronas pterierint, cũ nullos liberos haberẽt, vel habẽtes, eos exhęredauerint, vel mater, ſiue auus[m] ma

alius omnium ootitia.
A D D. Omnium notione Theophilus probat, διὰ τὸ, inquit, πᾶσιν εἶναι πρόδηλον
a ¶ compoſuimus. & huius, vt credo, habetur mentio io multis locis: vt ſ. titu. j. de ſer. cog. in prin. & ſ. de le. agn. ſucc. §. fin.
b ¶ Sic enim. io terpoſitio eſt.
A D D I. Sunt qui Imperatoris ęſtimationem in dubium vocent. Qua de re cõſulenti à nobis Fr. Hotomanus ſic reſpõdit, diſſentire ab Imperatore Dionẽ, quẽ ſe graues & eloquentes auctores ſequi affirmat, lib. 55. pag. 278. in hanc ſententiam. Cum Auguſti domus in Palatio conflagraſſet, multique multa illi conferrẽt, nihil accepit niſi tantũ a populis aureũ, a primoribus verò drachmã. Aureũ enim ego quiq; nummũ, qui drachmas xxv. valet, more noſtro appello & Græcorũ quidam, quorum libros, quod Attico dicẽdi genere ſcriptò ſunt legim⁹, ſic ipſum vocarũt. Hæc Dion. Quum igitur drachma denario Romano apertiſſimè a Plutarcho in Camilli vita æſtimetur, ratiocinabatur Dionem aureũ pro centum ſeſtertiis vſurpaſſe: quum ſ. in viginti quinque denariis tot ſint ſeſtertii. quod etiam ex Tranquilli & Taciti duobus collatis inter ſe locis Budæus docuit. Quæ quũ ita ſint, mirum eſſe, quòd Tribonianus hoc loco mille ſeſtertios pro centũ, aureo contineri dixerit, potiuſque aut illum barbarũ hominem hallucinatum, aut hunc locum corruptũ putabat, quàm cenſum libertorum (vt Budæus non affirmans, ſed dubitans ſcripſit, fatetur. n. ſibi quoq; hunc locũ ſuſpectũ eſſe) adeo diminutum eſſe, quum præſertim neque de cenſu libertorum diminuto Imperator mentionem vllam faciat, & diſertè interpretatum ſe Latinam locutionem Græcæ ei reſpondente affirmet. Sic enim, inquit, legis Papiæ ſummã interpretati ſumus, vt pro mille HS. vnus aureus computetur: vt Centenarios appareat eoſdem dici, qui antea dicebantur: nimirũ qui H-S. centũ millia in bonis haberent, quos Aſconius Cenſos appellari auctor eſt. Alioqui infinitis locis Pandectarũ, in quibus aureorũ fit mentio, dicendũ eſſet mutatam eſſe æſtimationem: cuius rei nuſquã vlla vel tenuiſſima ſuſpicio inuenta eſt.
c ¶ Nullũ locũ. & in hoc non corrigitur lex Papia. Et no. quòd pdeſt paupertas filio liberti ſic & alias. C. de epi. & cle. l. ſi quis ad declinãdam. §. ſinautem in glo. pauperior.
A D D I. Not. quòd paupertas prodeſt. ſed à talipredeſſe liberat nos Dominus. de quo in l. cum nõ facile in gl. ſi. ff. ſi cui plus quam per legem Falci. & in l. ſi quis ad declinandã. § i. C. de epiſ. & cle. & in authen. cui relictũ. C. de in. ri. tol. Ange.
d ¶ Fecerint. ſ. iſti liberti minores centenariis.
e ¶ Reſeruauit. ſ. noſtra cõſtitutio. ſ. vt in totũ ſuccedat: vt ſuprà eodem. in princ.
f ¶ Bonorũ poſſeſſores. i. filios emãcipatos: vt ſ. de hære. quę ab inteſt. §. emancipati.
g ¶ Habeant. ſ. liberti.
h ¶ Ad eos. ſ. liberos libertorum: qui tamen hæredes inſtituti ſi ſe abſtinuerint, vel miſti hæreditati, io integrũ reſtituti fuerint, dabitur patrono ius ſuccedẽdi: vt ff. de bo. lib. l. 3. ſi ex modica. §. ſi filius.
i ¶ Omnibus modis. ſed nonquid econtra moriente filio, qui eſt libertus, præponitur pater patrono? Reſpõ. ſic: vt ſ. tit. j. de ſer. cog. io ſi. j. reſpon.
A D D I. Not. quòd ſicut patronus excluditur per filios liberti, ita etiam per parentes liberti. & idem not. gl. ſ. titu. j. in fi. in verſ. alterius. Angelus.
k ¶ Vocauimus. etiã ante fratres liberti, quod dic: vt ſ. tit. j. io ſi. j. reſpon.
l ¶ Fecerint. ſ. ad extraneos.
m ¶ Mater ſiue auus quorũ præteritio pro

ternus eos præterierint: ita quòd nõ poſsint [a] argui inofficioſa eorum teſtaméta: tũc ex noſtra cõſtitutione [b] per bonorũ poſſeſsionem contra tabulas non dimidiã vt antea [c], ſed tertiam partem bonorum liberti conſequãtur [d]: vel quod deeſt eis, ex conſtitutione [e] noſtra repleatur [f], ſi quãdo minus tertia parte bonorum ſuorũ libertus, vel liberta eis reliquerit: ita ſine onere [g], vt nec liberis [h] liberti liberteque ex ea parte legata vel fideicommiſſa præſtentur [i]: ſed ad cohæredes [k] eorum hoc onus redundet.

¶ *Liberto non tãtùm patron⁹ ſuccedit, ſed etiam coniunctis ipſi patronorvſq; ad quintum gradum, in capita tamen, & qui proximior eſt patrono, præfertur. Areti.*

¶ Multis aliis caſibus [l], à nobis in præfata conſtitutione congregatis, quos neceſſarios eſſe ad huiuſmodi diſpoſitionem iuris perſpexim⁹: vt tam patroni patroneq; [m], quàm liberi [n] eorum, necnon qui ex trãſuerſo latere veniũt vſq; ad quintũ gradum [o],

Teſtamentum inofficioſum quandoq; continet exhæredationẽ & præteritionem.

Ius patronatus in multis conſiſtit.

Ius patronatus multipliciter perditur.

exhæredatione habetur: vt ℥.de exhæreda.libe.§ inter.

a ¶ *Non poſsint.* quia iuſta cauſa ingratitudinis interceſsit, quæ ſunt xiiij. vt in authent. vt cum de appel.cogn.§.cauſas. colla.viij. quo caſu nullo iure agunt. vt in authen.de immen. du.§.fi.in fi.col.viij. Sed quid ſi filium emancipatum pater præterꝫ eũ ſine cauſa, vnde cõtra ta. habet, non autem querelam videtur admitti patron⁹? Sed reſpõ.hic large accipi de inoffic. vt etiam contineat per contra tab. ſic C.fami.erciſc. l.filij. Acc. ADD. *Nec obſtat: quia hodie ad inſtar filii in poteſtate præteritus videatur poſſe dicere nullum &c. cum ſit ſublata differentia emãcipationis & patr.poteſt. quia illud eſt verum ab inteſtato, non autem ex teſtamento. Angel.*

b ¶ *Conſtitutione.* ſ. Græca. Accur.

c ¶ *Vt antea.* ſicut erat de iure prætorio: vt ℥.eo. qua de cauſa. Accur.

d ¶ *Conſequantur.* ſ. quocunque tit. relicto: vt ff.de bo. lib. l. iij. §. fi.

e ¶ *Conſtitutione.* ſ. condictione ex lege Græca. vt ff.de condictio. ex lege.l.j.

f ¶ *Repleatur.* præter hoc ius ſuccedendi eſt & aliud ius patronat⁹. ſ. vt nõ vocetur ab eo in ius ſine venia: vt C.de in ius vocand.l.ij. Item valeat eum: vt ff. de liber. agn.l. ſi quis à liberis § ſolẽt. Item vetur pœn actionem, vel exceptionem contra eum non proponat: vt ff de do.ma.excep. l.apud celſum.§.aduerſus. & ff.de obſe.l. honori.& l.parenti. Item vt poſsit eum in ſeruitutem reuocare: vt in authen.vt lib. decæ §.j.coll.vj. Item vt vbi eum inuenerit, faciat ei reuerentiam: vt ff. de in ius voc.l.generaliter. Et hæc iura multis modis perduntur. Primo, ſi patronus remiſerit: vt in auth.vt lib. de cæte §.illud.coll. vj. Item ſi compulit libertũ iurare ne accipiat vxorem, vel libertam ne nubat: vt ff.de iure pat.l.qui contra legem.& l.adigere. Item ſi denegabat ei alimenta. vt ff. de bo.lib.l.ſi patronus non aluerit. Item propter tertiæ partis concelsionẽ: vt hic & ff.de bo. lib. l.etiã.§.toties. Itẽ ſi alterutrũ eorũ relegat⁹ fuerit, vel deportatus: vt ff. de iur.pat.l.ſiue. Itẽ ſi natalibus reſtitutus eſt libertus: vt ff. de bo.libe.l. etiã. §.j. Item ſi mercedẽ pro futuris operis ab inuito liberto extorſit: vt ff.agn.li.l.ſi qs. §.ſi qs. Itẽ ſi libertus domini mortem vindicauerit: vt ff. de iur.pat.l.penul. Item, ſi cũ patronus capitis accuſauerit vt ff.de bo. lib. l.qui cum maior.j.reſpõ. Itẽ ſi nõ ſuis nummis empt⁹ eſt, vel à principe factionem liberam teſtamenti impetrauerit: vt ff.de bo. liberto.l.etiam.§.ij. Accurſius.

g ¶ *Sine onere.* ſic authen. de hære.& fal. §.non autem.coll.j. Accur.

h ¶ *Liberis.* quibus dantur alias legata, etiam rupto teſtamento per contra tabulas: vt ff. de leg. præſtã. contra tabulas bono.poſſ pe.l j.

i ¶ *Præſtentur.* Sed cum filij ſint, quare non excludunt patronũ: vt ℥.eo.§.cũ vero maiores? Reſpondet, hi filij erant ingrati: vt ℥.eo.§.ſi vero. Vel dic quod hi liberi erant nepotes, qui & liberi dicũtur: vt ff. de verbo. ſigni.l.liberorum.& eos præcedit eorum pater: & eis talia legata dabantur: vt ff.de lib.præ.l j §.genera.

k ¶ *Ad cohæredes.* Sed nunquid inſolidũ tenebuntur cohæredes? Reſpond non: vt ff.de leg.iij.l.ſi §.ſi.& de vulg.ſubſti.l.& ſi contra tabulas.

l ¶ *Multis aliis caſibus.* q ſequũtur ſtatim.

m ¶ *Patronæq;.* vt ff.de bo.lib.l.patrono.

n ¶ *Liberi.* vt ff.de bo.lib.l.ſi pater exhæredato.& l.ſi ex patronis.§.Iulianus.

o ¶ *Vſque ad quintum gradum.* Nunquid

ad ſucceſsionem libertorum libertarúmue vocentur[a], ſicut ex ea conſtitutione intelligendum eſt. vt ſi eiuſdem patroni vel patronæ, vel duorum duarúmque, pluriúmue liberi ſint: qui proximior eſt, ad liberti vel libertæ vocetur ſucceſsionem, & in capita[b], non in ſtirpes diuidatur ſucceſsio: eodem modo & in his, qui ex tranſuerſo latere veniunt[c], ſeruādo. Penè[d] enim conſonantia iura ingenuitatis, & libertinitatis in ſucceſsionibus fecimus.

¶ *Differentia inter libertos eſt hodie ſublata: & ideo prædicta procedūt in omnibus libertis: quia hodie omnis manumiſſus efficitur ciuis Romanus. Aretinus.*

¶ Sed hæc de iis libertinis hodie dicenda ſunt, qui in ciuitatem Romanam peruenerūt[e]: cùm nec ſint alii liberti, ſimul & Dedititiis, & Latinis ſublatis: cum Latinorum legitimæ ſucceſsiones nullæ penitus erant: quia licet vt liberi vitam ſuam peragebant, attamen ipſo vltimo ſpiritu ſimul animam atque libertatem amittebant: & quaſi ſeruorum bona eorum iure quodammodo[f] peculii ex lege Iunia Norbana manumiſſores detinebant. Poſtea verò ſenatuſconſulto Largiano cautum fuerat, vt liberi manumiſſoris non nominatim[g] exhæredati ~~facti~~, extraneis hæredibus eorum[h] in bonis Latinorū præponerentur. Quibus[i] etiam ſuperuenit diui Traiani edictum, quod eundem hominem, ſi inuito vel ignorante patrono ad ciuitatem Romanam[k] venire ex beneficio principis feſtinarſt, faciebāt quidem viuum ciuem Romanum, Latinum ~~verum~~ vero morientem. Sed noſtra conſtitutione[l] propter huiuſmodi conditionum vices & alias difficultates, cum ipſis Latinis etiam legem Iuniam, & ſenatuſconſultum Largianum, & edictum diui Traiani in perpetuum[m] deleri cenſuimus: vt omnes liberti

filius trinepotis ipſius patroni, vel etiā ipſe trinepos admittetur? Videtur quod non, hoc dicit vſque ad quintum gradum ſi quis tamen velit contradicere pro ſe inducet, quod non omnes aſcendentes ſui patris loco ſuccedunt. vt ſ. de hær. quæ ab inteſta. §. cum filius. & in authent. de hære. ab inteſtat. §. j. colla. ix.

a ¶ *Vocentur.* per noſtrā conſtitutionem. ſi licet olim per bonorum poſſeſsionem, tanquam ex familia vocarentur vt j. de bonor. poſſ §. ſunt autem. ver. quinto tanquam.

b ¶ *In capita.* cū eodem gradu plures inueniantur: alias patruus nepotem ex fratre excludit: vt ff. de bonis libertorum. l. ſi libertus præterito. §. ſi libertus in fine.

Succeſſio libertinorū & ingenuorū triplici- ter differt

c ¶ *Veniunt.* ſ. ab ipſis patronis.

d ¶ *Penè.* propter tria dicit. pene. & quia hic vſque ad quintum gradum ſuccedūt vt hic dicitur, alias vſque ad decimum vel ſextū: vt ſ. de ſuc. cog. §. fina. Item: quia hic in capita ſuccedunt vt hic dicitur. alias non ita: vt ſ. de hær. quæ ab inteſta. §. & quia placuit. alias eſt ver in §. cū filius. Itē, quia vnus patroni filius excludit nepotes ex alterō, qd non eſt in ingenuis, licet M. con. radixerit: vt ff. de bonis lib. l. ſi liber tus prætorio. §. ſi libertus. & de legi. tuto. l. tutela. § ſi duo.

e ¶ *Peruenerūt.* i. q facti ſunt plene liberi.

f ¶ *Quodammodo.* non enim eſt vere peculium, cum ſint liberi: vt C. de inoffic. teſta. l. ſi. in fi.

g ¶ *Nominatim.* quid hoc ſit, dic: vt ſ. de exhære. li. §. j.

h ¶ *Eorum.* ſcilicet manumiſſorum.

i ¶ *Quibus.* ſ. Latinis.

k ¶ *Ad Ciuitatem Romanā.* ſcilicet vt ciuis Romanus efficeretur, impetrando ius aureorum annulorum, vel natales: quòd inuito patrono non eſt faciendum: vt ff. de nat. rer. l. ij. in fi. & l penul. & fi.

l ¶ *Conſtitutione.* vt C. de la. lib. toll. per totum. Accur.

m ¶ *In perpetuū*

deleri. Not. quod quādo fit abrogatio alicuius iuris, intelligitur eſſe ꝑpetua: quia lex ſemper loquitur, & eſt in viridi obſeruantia: vt l. Arriani C. de hære. Angel.

a ¶ *Quibuſdam adiectionibus*. ſcilicet decem vel vndecim caſibus: vt C. de la. lib tol len. per totum.

ciuitate Romana fruantur, & mirabili modo quibuſdā adiectionibus[a] ipſas vias, quæ in Latinitatem ducebant, ad ciuitatem Romanam accipiendam tranſpoſuimus.

TITVLVS IX.

DE ADSIGNATIONE libertorum.

¶ Patrono duos plures ve liberos in poteſtate habenti conceſſum eſt libertū vni libertorū aſſignare: per quam aſſignationem is cui aſsignatur, ſolus efficitur patronus, & ſucceſſor in bonis liberti, alijs liberis prorſus excluſis: quòd ſi is cui aſsignatio facta fuit ſine ſobole decedat, ad cæteros ius patronatus transfertur. Item emancipatione eius cui fuit aſsignatus libertus, aſsignatio prius facta euaneſcit.

IN ſumma (qđ ad bona libertorum attinet) admonendi ſumus cenſuiſſe Senatū[b], vt quamuis ad omnes patroni liberos, qui eiuſdem gradus ſunt, æqualiter bona libertorum pertineant[c]: tamen licere parenti, vni ex liberis adſignare libertum, vt poſt mortem eius[d] ſolus is patronus habeatur, cui adſignatus eſt: & cæteri liberi, qui ipſi quoque ad eadem bona nulla adſignatione interueniente pariter admitterentur, nihil iuris in his bonis habeant, ſed ita demum priſtinum ius recipiant, ſi is, cui adſignatus eſt, deceſſerit nullis liberis relictis. Nec tantùm libertum, ſed etiam libertam, & non tantum filio[e], nepotive, ſed etiam filiæ, neptive adſignare permittitur.

¶ Vni ex liberis in poteſtate poteſt libertus aſsignari in omni voluntate, & quibuſcunque verbis. Are.

¶ Datur autem hæc adſignandi facultas ei, qui duos pluréſve liberos[f] in poteſtate habebit: vt eis, quos in poteſtate habet, adſignare libertum libertámve liceat. Vnde quærebatur, ſi eum, cui adſignauit, poſtea emancipauit: num[g] euaneſcat[h] adſignatio?

DE ADSIgnatione libertorum.

¶ Suprà viſum eſt, quemadmodum patroni & eorum liberi ſuccedant libertis. Verum quia liberis interdum conſueuerunt adſignari liberi patronorum, ideo de hac aſsignatione ſubdit. Percus.

IN ſumma qđ. Totus iſte titu. diuiditur in tres partes. Primo quòd pater poteſt vni ex liberis libertū aſſignare: & ille ſolus liberto ſuccedit. Secūdo declarat quibus liberis hoc fieri poteſt. Tertio, quibus verbis, & in qua voluntate. Secunda ibi, Datur autem. Tertia ibi, Nec intereſt. Accurſius.

b ¶ *Senatum*. cuius verba ſunt ff eodem. de aſsignatio. lib. l. j.

c ¶ *Pertineant*. nulla ſcilicet facta aſsignatione.

d ¶ *Eius*. ſcilicet patroni.

e ¶ *Filio*. etiam poſthumo: vt ff. eod. de aſsignatione liber. l. finali.

f ¶ *Pluréſve liberos*. nam in vno non eſt neceſſe. Accur.

g ¶ *Num*. id eſt, an.

h ¶ *Euaneſcat*. ff. eod l. vtrum ei. contra. Sol. ſecundum Pla. ibi valet aſsignatio facta emancipato, vt ibi: licet emancipatione hoc perdatur, ſi antea facta fuerit aſsignatio: vt hic argu. ff. de arbi. l. non diſtinguemus. §. ſacerdotio. vel dic ſecundum Azon. quòd in lege contraria non dicit fieri aſsignationem in emancipatum: ſed quærit an ſoli fieri in poteſtate poſsit. ſed nec in dicta lege de arbitr. dicit ſolui compromiſſum ſed nō compelli ſententiam dicere. Accur.

ADDITIO

Requiritur ergo, vt aſsignatio teneat quòd filius ſit in poteſtate, vt hic: ſiue ſit ex

hæredatus vel non: ſiue iam natus, ſiue poſthumus: vt l. j.

a ¶ *Quibuſcunque verbis.* etiam nutu: vt ff. co. l. j. §. aſsignare. & pure, vel ſub conditione. ff. co. l. aſsignare.

quo eſſet inſtitutus quamuis iure ciuili hæreditatem adire non poterat, vtpote, quia inſtitutio non valebat, iure tamen prætorio iuuabatur, & ad bonorum poſſ. admittebatur. Et ita loquitur in hoc caſu, qualiter prætor vetus ius, & facto teſtamento per bonorum poſſeſsio. emendauit. Sed licet hoc de iure antiquo obtinebat. hodie tamen per noſtram conſtitutionem huiuſmodi poſthumus alienus recte inſtitui poteſt, tanquam iuri ciuili non incognitus. Sed quanquam dixerim tibi, quod prætor introduxit bonorũ poſſeſſ. gratia antiqui iuris emendandi: aliquando tamen neque emendandi, neque impugnãdi antiqui iuris, ſed magis confirmandi gratia prætor bonorum poſſeſsio. pollicetur. Prętor enim non ſolum indigentibus à iure ciuili excluſis, ſed etiam non indigentibus ſuum tribuit auxilium. Nam & illis, qui in teſtamento facto hæredes inſtituti ſunt, & de iure ciuili adire poſſunt, bonorum poſſeſsionem ſecundum tabul. teſtamenti pollicetur. Item ab inteſtato ſuos hæredes & cognatos ad bonorum poſſeſsionem admittit. Hi tamen omnino bonorum poſſeſsione remota de iure ciuili ad hæreditatem admittuntur. Et hæc dicuntur vſque ad illum §. Quos autem. Franciſcus.

ADDI. *Quod autem habes in fine Sabellio &c. Ant. Auguſt. lib. emend. 3. c. 7. reponit ex Pãd. Flor. Velleo Ruſo, & Hoſterio ſcapula Coſſ.*

DE BONOrum poſſeſsionibus.

¶ Supra viſum eſt de hæreditatibus, quæ ex teſtamento: & ab inteſtato deferuntur iure ciuili, & partim iure prætorio. Verùm, quia prætor interdum emendauit, interdum confirmauit ius ciuile in ſucceſſione teſtati & inteſtati, dando bonorum poſſeſsionem, ideo ſubdit de bonorum poſſeſsionibus.

~~Sed~~ placuit euaneſcere: quod & Iuliano, & aliis pleriſque viſum eſt. Nec intereſt, an teſtamento quis adſignet, an ſine teſtamento: ſed etiã quibuſcunq; verbis[a] hoc patronis permittitur facere, ex ipſo Senatuſconſulto, quod Claudianis temporibus factum eſt, ~~Sabellio~~ Ruſo, & Hoſterio Scapula Conſulibus.

TITVL. X.

DE BONOrum poſſeſsionibus.

¶ Bonorum poſſeſsiones introduxit prætor, iuris ciuilis emendandi, impugnãdi & coadiuuandi ſeu confirmandi gratia: quæ tam ex teſtamento, quàm ab inteſtato cõpetũt. ex teſtamento quidẽ duæ, ab inteſtato verò octo: quarũ quatuor, vtpote ſuperuacuas reſecauit Iuſtinian⁹: & ad ſex ordinarias omnes redegit: ſeptimâmque extraordinariam adiecit: cui ~~locum eſt, quoties no~~ua lege bonorum poſ. ex teſtamento vel ab inteſtato alicui defertur.

IVs bonorũ poſſeſsionis[b] introductum eſt à Prætore emendandi[c] veteris iuris gratia. Nec ſolùm in inteſtatorum hæ-

IVs bonorum. Totus iſte titul. diuiditur in quatuor partes. Primo ponit cauſas propter quas fuit introducta bnon. poſſ. de iure prætorio. Secundo ponit quas bono. poſſeſ. prætor facit. Tertio Imperator quaſdã corrigit & emendat. Quarto quãtum tempus & quale ſtatutum ſit ad cognoſcendam bonorum poſſeſsionem. Secunda ibi, Sunt autem bonorum. Tertia ibi, Sed eas quidem. Quarta ibi, Cum igitur plures.

CASVS. Domine, iam video, quod vos vultis tractare de bonorum poſſeſsionibus, dicatis igitur mihi, ſi placet, quare bonorum poſſeſ. inuentæ fuerint? Ad hoc reſpondet, Amice, ius bonorum poſſeſ. introduxit prætor gratia antiqui iuris emendandi. Nec enim ſolum in hæreditatibus, inteſtatorum antiquum ius per bonorum poſſeſ. emendauit prætor, vt ſupra dictum eſt: ſed etiã in hæreditatibus eorum, qui facto teſtamento deceſſerũt. Nam olim ſi alienus poſthumus ab ali-

b ¶ *Ius bonorum poſſeſsionis.* Id eſt, bonorum poſſeſsio, quæ eſt ius perſequendi retinendique patrimonij, quod cuiuſque, cum is moritur, fuerit: vt ff. eodem l. iij. §. bonorum.

c ¶ *Emendandi.* id eſt, ſupplendi: quia minus plene dixerat ius ciuile, non cognoſcens emancipatos: vt ſuprà de hæreditatibus quæ ab inteſtato. §. eman-

cipati. ſic ad legem Rhodiam de iactu. l. vltim. §. j. & fina. Vel dic, emendandi proprie, vt in agnatis fœminis, vbi in prætorium contra ius ciuile induxit: vt ſ. de legitima ſuc. §. cæterum. verſic. ſed quia, & in poſthuma: vt j. §. proximo.

ret: vt infrà eodem. § quos ſic. ff. de leg. ij. l. cum filius. §. varijs. Arg. contra. ff. naut. caup. ſtab. l. idem. §. ſed an ſit. & §. ſed ſi gratis.

A D D. *Dic, quid imo concordant: quia ibi & ſi non neceſſariũ, vtile tamen fuit prætorem ſe intromittere: quia qui recipit omnino tenetur, vt ibi quod non ſemper erat de iure ciuili ſecundum Angel. hic.*

reditatibus vetus ius eo modo Prætor emendauit[a], ſicut ſuprà dictum eſt: ſed in eorũ quoque, qui teſtamento facto deceſſerint. Nam ſi alienus poſthumus[b] hæres fuerit inſtitutus, quamuis hæreditatem iure ciuili adire non poterat[c], cùm inſtitutio non valebat: honorario[d] tamen iure bonorum poſſeſſor[e] efficiebatur: videlicet cùm à Prætore adiuuabatur. Sed & is[f], à noſtra conſtitutione[g] hodie rectè hæres inſtituitur, quaſi & iuri ciuili non incognitus[h]. Aliquando tamen neque emendandi[i], neque impugnandi[k] veteris iuris[l], ſed magis confirmandi gratia Prætor pollicetur bonorum poſſeſſionem. Nam illis quoque, qui rectè teſtamento facto hæredes inſtituti ſunt, dat ſecũdum tabulas bonorum poſſeſſionẽ[m]. Item ab inteſtato ſuos hæredes & agnatos ad bonorũ poſſeſſionem vocat. ſed & remota[n] quoque bonorum poſſeſſione, ad eos pertinet hæreditas iure ciuili.

¶ *Prætor ſolus nõ facit quẽ hæredem, ſed loco hæredis. Areti.*

¶ Quos autem ſolus vocat Prætor ad hæreditatem[o], hæredes quidem ipſo iure non fiũt. nam Prætor hæredem facere nõ poteſt. Per legem enim tantùm vel ſimilem iuris conſtitutionem hæredes fiunt: veluti per ſenatuſconſulta[p], &

a ¶ *Emendauit.* expone: vt ſuprà.

b ¶ *Alienus poſthumus.* quis ſit*. dic vt ſ. de leg. §. poſthumo.

* *Tu vero videto hic apud Por. & ibidem de tripliri poſthumo ibidem in addit. ſc.*

c ¶ *Non poterat.* vt ſ. de legatis. §. poſthumus. cõtra. Solut. vt ibi.

d ¶ *Honorario.* ff. co. l. non eſt. §. vbicunque. cũ eta. Sed hic ſpecialiter ex illa regula excipitur per ipſum prætorem: & quo ad hoc derogatur illi regulæ generali. quia non eſt dubium, quin genus per ſpeciẽ derogetur: vt ff. de pœnis. l. ſanctio. legum.

Generi per ſpeciem derogatur.

e ¶ *Bonorũ poſſeſſor.* ſecũdum tabulas.

f ¶ *Sed & is.* ſcilicet poſthumus alienus. Accurſius.

g ¶ *Conſtitutione.* ſcilicet Græca: vt ſupra de legat. §. poſthumus.

h ¶ *Non incognitus.* ſed cognitus. Nam conſtitutiones ſunt de iure ciuili: vt ff. de iuſtitia & iure. l. ius autem ciuile.

i ¶ *Neque emendandi.* vt ſ. eodem. primo reſpon. Et dic emendandi, id eſt ſupplendi.

k ¶ *Neque impugnandi.* vt ſ. proxi. reſpon. dic, id eſt corrigendi.

l ¶ *Veteris iuris.* ſcilicet ciuilis.

m ¶ *Bonorum poſſeſſionem.* Nota tres vias prætoris.

n ¶ *Remota.* quare ergo fecit prætor? Reſpond. vt ſucceſſoribus vias amplia-

¶ *Quos autem.* C A S V S. Domine, iam video, quod prætor ſuccurrit non ſolum indigentibus, ſed pro Deo [illegible] quid eſt & alia differẽtia inter eos, quos iure prætorio, & eos quos iure ciuili ſuccedũt? Ad hoc reſpondet, & dic. Illi enim quos ſolũ prætor ad ſucceſſionem vocat, ipſo iure hæredes non ſunt. Nam prætor hæredem facere non poteſt. Per legẽ enim tantũ, vel p ſimilẽ conſtitutionẽ iuris, veluti per Senatuſconſulta vel p conſtitutiones principum fiunt hæredes: ſed illi quibus prætor dat bonorum poſſeſſionẽ loco hæredum conſtituũtur, & in bonorum poſſeſſionem, loco hæredum inducuntur: & bonorum poſſeſſores appellantur. Et hæc dicuntur vſque ad illum §. adhuc autem.

o ¶ *Ad hæreditatem.* id eſt ad ſucceſſionem: vt emancipatos ab inteſtato, & cognatos.

A D D I T I O. *Cur autem Prætor hæredem facere non poſſit, vide copioſe apud Alciatum lib. parer. 3. c. 3.*

p ¶ *Per ſenatuſconſulta.* Tertyl. & Orphic.

¶ *Conſti-*

cõſtitutiones principales. ſed cùm eis Prætor dat bonorum poſſeſsionem: loco hæredum conſtituuntur [a]: & vocantur bonorum poſſeſſores.

¶ *Prætor ampliat ſucceſsionis materiã vlterius, quàm ſit per legem duodecim Tabularum. Are.*

¶ Adhuc autem & alios complures [b] gradus Prætor fecit in bonorũ poſſeſsionibus dãdis: dum id agebat, ne quis [c] ſine ſucceſſore moreretur. Nam anguſtiſsimis [d] finibus conſtitutũ per legem duodecim Tabularum ius percipiendarum hæreditatum, Prætor ex bono & æquo dilatauit.

¶ *Decem bonorum poſſeſsiones hic enumerantur, quarum duæ primæ competũt teſtamento facto: reliquæ verò ab inteſtato. Angelus.*

¶ Sunt autem bonorum poſſeſsiones ex teſtamento quidem hæ: prima quæ præteritis liberis [e] datur, vocatúrque contra tabulas [f]. Secunda, quam omnibus iure ſcriptis hæredibus Prætor pollicetur, ideóque vocatur Secundum tabulas [g]. Et cùm de teſtatis * prius locutus eſt, ad inteſtatos tranſitum fecit [h]. Et primo

a ¶ *Conſtituuntur.* vt C. de ſuis & legiti. hæred. l. fi.

A D D. *Idem in ſuccedentibus ex conſtitutione alicuius Baronis vel Marchionis: quia cenſetur eſſe ius prætorium. Et nos. quòd non habet niſi actiones vtiles, nec ciuiles efficiuntur prætoria ſecundum Ang.*

¶ *Adhuc autẽ.* C A S V S. Domine, [illegible]m video qu[illegible]e prætor intr[illegible]duxit honor[illegible] poſſeſſi. & [illegible]n quo differan[illegible] illi, qui ad[illegible]ittuntur de i[illegible]re ciuili, ab [illegible]is qui de iure [illegible]rætorio ad[illegible]ttuntur. nũc[illegible]id eſt aliqua [illegible]ia ratio qu[illegible] mouit præ[illegible]rem, vt ipſe [illegible]cceſſiones [illegible]pliaret? Et [illegible]ſe reſponde[illegible] quod ſic. [illegible]ue enim oẽ[illegible] altos gradus [illegible]n bonorum [illegible]oſſeſ. dandis [illegible]ſecit prætor [illegible]ultũ enim [illegible]luit prætor a[illegible]hoc, ne aliqu[illegible] ſine ſucceſsi[illegible]e moriatur, & ideo ius perc[illegible]piendarum h[illegible]reditatũ, pe[illegible]legem duodeci[illegible] tabularum finibus anguſtiſsimis conſtitutũ prætor [illegible]x bono & æquo (bonorum Poſſeſsione[illegible] introducendo) dilatauit. Et hæc dic[illegible]ntur vſque ad illum. §. Sunt autem bo[illegible]orum poſſeſſores. Cuius caſus eſt planiſs[illegible]us vſque ad illum §. Sed eas. Franci[illegible]us.

b ¶ *Complures.* quam lex duodecim tabularum, vel quam dixerat.

c ¶ *Ne quis.* ſic ff. de interroga. act. l. & quia. in princ.

d ¶ *Nam anguſtiſsimis.* nam ſui hæredes & agnati tantũ ſuccedebãt de iure ciui. ius integrũ habentes: quia nõn ſunt emancipati, de alijs enim nõ dicitur: vt ĩ. de hæred. quæ ab inteſta. §. j. & de leg. agna. ſuc. in princip.

e ¶ *Præteritis liberis.* ſiue emancipatis, ſiue non: vt C. de liber. præte. l. maximum. circa princ. Accur.

A D D. *Non tamẽ datur exhæredatis: item nec inſtitutis, niſi commiſſo edicto per præteritos: vt l. non putaui. in prin. & §. fi. ff. de bono. poſſ. contra tabu. licet adhuc dicitur præteritus non petat, nec amplius petere poſsit contra tabulas, ſecundum Ange.*

f ¶ *Contra tabulas.* ſed quare datur ſuis contra tabulas: cũ ipſo iure nullum ſit teſtamentum: vt ĩ. de exhære. lib. in princip. Reſpond. duas habet vias. Vnam de iure ciuili, per quam poteſt dicere nullum, Aliam de iure prætorio, per quam non dicit nullum, ſed annullandum: cum nec fieri, nec deſtinere poſsit hæres de iure prætorio: vt C. de libe. præte. l. fi. & ĩ. eo. §. quos autem. Item quare cõtra tabulas dicitur ex teſtamento, cum magis cõtra teſtamentũ dici deberet, cum rumpit teſtamentum: vt C. de col. l. vt liberis? Reſpon. ideo in re ſic dicitur, quia ſine teſtamento competere non poteſt. Item quare hanc præmiſit, cum ſecundũ tabulas dignior ſit? Reſp. quia donec iſta competit. illa dari non poteſt: vt ff. de contra tab. l. illud. §. fi. & de ſec. tab. l. j. §. æquiſsimum. j. reſpõ. Item nunquid hæc parenti datur contra ta. filij emancipati. Reſpon. ſic. ad inſtar. patroni: vt ff. ſi à pa. quis ſuc. ma. l. j. & ar. ff. de bo. dam. l. fi. ſic. ff. ſi ta. teſt. nul. exta. l. j.

* *Alias de teſtamẽtis.*

g ¶ *Secundum tabulas.* ſic ff. ſi ta. teſt. nul. exta. l. j. Et hoc quando teſtamentũ factũ eſt in ſcriptis. alias ſecũdum nuncupationem: vt C. de ſecun. tabu. l. ij.

h ¶ *Fecit.* ſic ff. ſi ta. teſta. nul. exta. lege prima. in principio.

loco [a] ſuis hæredibus, & iis qui ex edicto Prætoris inter ſuos hæredes connumerantur [b], dat bonorum poſſeſsionem, quæ vocatur Vnde liberi [c]. Secundo legitimis [d] hæredibus. Tertio decem perſonis, quas extraneo manumiſſori [e] præferebat. Sunt autem decem perſonæ hæ, pater, mater, auus, auia, tam paterni, quam materni: item filius, filia, nepos, neptis, tam ex filio, quam ex filia: frater, ſoror, conſanguinei, vel vterini. Quarto cognatis [f] proximis. Quinto [redacted] ex familia [g]. Sexto patrono [h] patronæq;, liberiſq; eorum, & parentibus. Septimo [i] viro & vxori. Octauo cognatis manumiſſoris.

¶ Bonorum poſſeſsiones cõtra tabulas & ſecundum tabulas: item Vnde liberi, & Vnde legitimi, ſiue agnati. hodie ſunt neceſſariæ.

¶ Sed eas quidem Prætoria introduxit iuriſdictio: à

a ¶ *Primo loco*. ſ. inter eas, quæ ab inteſtato deferuntur. Et not. hunc ordinem qui ſequitur, in edicto fuiſſe: ſed non tñ obſeruando: vt j. ſequitur.

b ¶ *Connumerantur*. vt ſ. de hæredit. quæ ab inteſta §. ij. & §. emancipati.

Pater quo iure venit ad bona filii emancipati.

c ¶ *Vnde liberi*. Quid erit contra filio emancipato mortuo? Reſpõdet pater habet bonorum poſſeſſionem, Vnde parentes, vel Vnde liberi, vtiliter: cum æqua ratione vocẽt patrem ad hæreditatẽ filij: vt ff. de inoffi. teſt. l. nam & ij. ff. vnde liberi. l. ſcripto. Vel dic Vnde legitimi, cum ſemper contracta fiducia cũ emancipet: vt de legitima agnato. ſucceſ. §. final. Item nũquid filiu in bonis matris datur hæc bonorum poſſeſſio? Reſpon. non: vt C. de ſuis & legi. hære. l. fi. Item nunquid in aliis vlterioribus ex linea deſcendentibus ſupradicta ſeruantur. ſ. vltra filios? Reſpon. ſic. cum omnes inferiores dicantur liberi: vt ff. de verbo. ſigni. l. liberorum. in prin.

d ¶ *Secundo legitimis*. i. agnatis. & eis qui eorum loco ſunt: vt ſ. de leg. agna. ſucc. §. j. & ij. & §. hoc etiam & ff. vnde legit. l. ij. §. hæc autem. ij. & l. iij.

e ¶ *Tertio decẽ perſonis quas extraneo manumiſſori*. i. q emebat filiũ à patre, & poſtea eũ manumittebat, nã ſic fiebat olim emãcipatio: vt ſ quib. mo. ius pat. po. ſol. §. præterea. vel melius: vt j. eo. §. quæ autem.

f ¶ *Quarto cognatis*. qui iure ciuili non vocantur: vt ff. vnde cog. l. j. primo reſpõ. & ſ. de ſucc. agna. primo reſpon.

g ¶ *Quinto tanquam ex familia*. quæ dabatur patrono liberto moriente inteſtato. ſequens dabatur eodem liberto moriente cum teſtamento ſecũdum quoſdam. Vel dic, quod hæc familiæ. i. agnatis tranſuerſalibus patroni datur vſque ad quintum gradum. vt ff. de verb. ſigni. l. pronunciatio. §. familiæ. §. j. e. §. cunque. & ſ. de ſuc.

lib. §. multis. Sequens patrono & deſcendentibus & aſcendentibus vſque ad quintum gradum. Prima enim non valet: cum hic tractetur tantum de iis que ab inteſtato deferuntur.

ADD. *Alcia. lib. par. t. c. 12, id eſt, inquit, ex iure gẽtilitatis. Gẽtiles autem ſunt, qui eiuſdem ſunt nominis, tametſi ſanguine & cognatione inter ſe coniuncti non ſint.*

h ¶ *Sexto patrono*. quare primo agnati patroni vocantur, quam ipſi patroni? reſpon. hic ordine edicti ſeruatur: tamen qualiter ſuccedi de facto debeat: & hic error in aliis caſibus inuenitur.

i ¶ *Septimo*. deficiente parentela, & [illegible] ex cloſo: vt C. vnde vir & vxor. l. prima.

¶ *Sed eas*. C *ASVS*. Domine, iam video quod prætor decem bonorum poſſeſſio. introduxit: duas ex teſtamento, & octo ab inteſtato, nũquid remanent omnes in ſtatu ſuo? Ad hoc reſpon. quod non. Nam licet ſupradictas decem bonorum poſſeſ. prætor ex ſua iuriſdictione introduxit: à nobis tamen nihil ſine cura & ſtudio prætermiſſum eſt: ſed per noſtras conſtitutiones omnia corrigentes: duas bonorũ poſſeſ. ex teſtamẽto a prætore introductas, videlicet contra tabul. & ſecundum tabul. vtpote neceſſarias conſtitutas, dimiſimus: nihil penitus circa eas immutantes: & ſimiliter ab inteſtato bonorũ poſ. Vnde liberi. & bonorum poſſeſ. Vnde legitimi, in ordine & vigore remanere permiſimus. Illam autem bonorum poſſeſ. quæ appellatur Vnde decem perſonæ, & quæ in edicto prætoris quinto loco poſita fuerat, enumeratis videlicet duabus bonorum poſſeſſio. eam pro propoſito & compendioſo ſermone ſuperuacuam eſſe, oſtendimus. Cum enim prædicta bono. poſ. decem perſonas ſupra enumeratas extraneo manumiſſori præponebat, id eſt illi qui non contracta fiducia ſuccedendi emanci-

nobis tamen nihil incurioſum[a] prætermiſſum eſt: ſed noſtris conſtitutionibus[b] omnia corrigentes, contra tabulas quidem & ſecundum tabulas bonorum poſſeſſiones admiſimus, vtpote neceſſarias[c] ~~conſti-tutas~~: necnon ab inteſtato Vnde liberi, & Vnde legitimi, ~~bonorum poſſeſſiones.~~

¶ *Bonorum poſſeßio, Vnde decem perſonæ, eſt hodie ſublata, & in eius locum bonorũ poſſeßio Vnde cognati, eſt collata. Angelus.*

¶ Quæ autem in Prætoris edicto quinto loco[d] poſita fuerat, id eſt, Vnde decẽ perſonæ: eã pio propoſito, & compendioſo ſermone ſuperuacuam oſtendimus. Cùm enim præfata bonorum poſſeſſio decẽ perſonas præponebat extraneo manumiſſori[e]: noſtra conſtitutio[f], quam de emancipatione liberorum fecimus, omnibus parentibus, eiſdemque manumiſſoribus[g] contracta fiducia[h] manumiſſionem[i] facere dedit[k]: vt ipſa manumiſſio[l] eorum hoc in ſe habeat

emancipauerat: noſtra conſtitutio de emancipatione liberorum facta, omnibus parentibus liberos manumittentibus, hoc gaudere priuilegio conceſſit, vt ex ipſa liberorum emancipatione (licet hoc modo dicatur expreſſe) fiducia etiam ſuccedendi tacite videatur contraxiſſe. Manifeſte ergo liquet prædictam bonor. poſſeſſio. Vnde decem perſonæ, ſuperuacuam eſſe: cum nullus hodie manumiſſor noſtræ conſtitutionis authoritate (vt dictum eſt) ſiue contracta tacite fiducia ſuccedendi in bonis manumiſſi intelligatur manumittere. Sublata igitur quinta bonor. poſſeſſ. in gradum eius & locum, & illam bono. poſſ. quæ antea ſexta fuerat, videlicet bonor. poſſeſſ. Vnde cognati, per noſtram cõſtitutionem induximus: & eandẽ quintã fecimus: & eum olim in edicto prætoris ſeptimo loco poſita fuerat bono. poſſeſſ. quaſi ex familia: & octauo loco bono. poſſ. Vñ liberi, patroni patronæque & parentes eorũ vtraque per noſtram conſtitutionem de iure pa. factam euacuauimus. Cum enim ad ſimilitudinẽ ſucceſſionis ingenuorum, libertinorũ ſucceſſiones vſque ad quintum gradum coarctantes poſuerimus: ſufficiunt prædictis perſonis tã contra. bo. poſſ. quã Vnde legitimi, & Vnde cognati per quas poſſint prædictæ perſonæ ſua iura vendicare: omni ſcrupuloſitate & inexplicabili errore duarũ prędictarũ bo. poſſ. remota. & bo. poſſ. vnde vir & vxor, quæ inter veteres bonor. poſſeſſ. in nono loco poſita fuerat in ſuo vigore ſeruauimus: & altiori loco, id eſt, ſexto eam poſuimus. decimam vero bono. poſſeſſ. quæ appellabatur Vnde cognati manumiſſoris, propter prædictas cauſas merito abrogauimus: vt tantum ſex bon. poſſeſ. ordinarię permaneant ſuo vigore pollentes. Et hæc dicuntur vſque ad illum §. ſeptima eat. Franciſcus.

¶ *Sed eas*. ſcilicet ſupradictas decem bonorum poſſeſſiones.

a ¶ *Incurioſum*, id eſt, ſine cura.

b ¶ *Conſtitutionibus*. quæ remanſerunt in Græco. Accurſius.

c ¶ *Neceſſarias* id eſt vtiles. ſic. ff. de offic. præton. l. j. in princi.
ADDI. *Dic imo aliqua ſunt neceſſaria: vt j. eodem. §. finali. &c. Angelus.*

d ¶ *Quinto loco*. ſcilicet connumeratis bo. poſſeſſ. ex teſtamẽto & ab inteſtato.

e ¶ *Manumiſſori*. expone: vt j. § iij. Vel dic, quia extraneus manumiſſor eſt ipſe pater, quãdo non ex contracta fiducia emãcipat. Sed ſi quæras quare ſibiipſi præferatur? Reſp. ſane intelligas, vt pater auũ emancipantem nepotem præcedat, vel ſi ipſe pater emancipauit: inueniuntur tamen nouem perſonæ, quæ eũ præcedũt.

f ¶ *Conſtitutio*. C. de emanc. lib. l. fi.

g ¶ *Manumiſſorib*. id eſt, emãcipatorib.

h ¶ *Cõtracta fiducia*. i. ſaluo iure ſuccedẽdi.
ADD. *De hoc vide quæ notauimus in tit. de fidu. tut. §. & §. vlt. de leg. ag. ſuc. vbi oſtendimus, quòd etiam hic Theophilus confirmat, fiduciarũ patrem, poſtquã filium ſibi mancipatum, manumiſiſſet, fuiſſe ſolitũ ipſius filii hæredem perinde vt patroni manumiſſorũ ſeruorum hæredes ſunt. Quare opus fuiſſe, vt ille pater fiduciarius eũ illum filium ſuo vero ac naturali patri mancipar et, itaque contracta, id eſt, vltro citroque facta fiducia, verus pater filium ſuum manumittebat, & ſic hæres eius fiebat.*

i ¶ *Manumiſſionem*. id eſt, emancipationem.

k ¶ *Dedit*. id eſt, conceſſit.

l ¶ *Manumiſſio*. id eſt, emancipatio.

Ita accipe [illegible] etiam Iac: tus·456.

priuilegium, & ſuperuacua fiat ſupradicta[a] bonorū poſſeſſio. Sublata igitur prædicta quinta bonorum poſſeſſione, in gradum eius ſextam antea bonorū poſſeſſionem induximus, & quintam fecimus: quam Prætor proximis cognatis pollicetur.

¶ *Bonorum poſ. Tanquā ex familia, & vnde patroni patronæq́; & parẽtes eorū, ſunt ſublatæ. Aret.*

¶ Cúmque antea ſeptimo loco fuerat bonorum poſſeſſio, Tanquam ex familia, & octauo Vnde patroni patronæque, & parentes eorum, vtranque per conſtitutionem[b] noſtramquam de iure patronatus fecimus, penitus euacuauim[a]. Cū enim ad ſimilitudinem ſucceſſionis ingenuorum, libertinorum ſucceſſiones poſuimus[c], quas vſq; ad quintum gradum tantummodo coarctauim[a], vt ſit aliqua inter ingenuos & libertinos differentia: ſufficit eis[d] tam Contra tabulas bonorum poſſeſſio, quam Vnde legitimi, & Vnde cognati: ex quibus poſſunt ſua iura vendicare, omni ſcrupuloſitate, & inextricabili errore duarum iſtarum bonorum poſſeſſionu reſoluta.

¶ *Etiam hodie viget bonorū poſſeſſio Vnde vir & vxor, & certum locum occupat. Et bonorum poſſeſſione Vnde cognati manumiſſoris prorſus ſublata, remanent tantum ſex bonorum poſſeſſiones ordinariæ. Angel.*

¶ Aliam verò bonorum poſſeſſionem, quæ Vnde vir & vxor, appellatur: & nono loco inter veteres bonorum poſſeſſiones poſita fuerat, & in ſuo vigore ſeruauimus, & altiori[e] loco, id eſt ſexto, eam poſuimus: decima[f] quoque bonorū poſſeſſione, quę erat Vnde cognati manumiſſoris, ꝓpter cauſas enumeratas,[g]

a ¶ *Supradicta bo. poſſ.* Vnde decem perſonæ.

b ¶ *Conſtitutionem.* de qua habuimus mentionem, ſupra de ſucceſſio lib. §. ſed noſtra.

c ¶ *Poſuimus.* vt ſ. de ſucceſ. lib. §. multis.

d ¶ *Sufficit eis.* ſcilicet tam cognatis, quam agnatis patroni.

ADDITIO. *Qui excluſi a gnatos & cognatos ipſius libertis vt l. liberto ſine liberis. ff. de bon. lib. nec eis ſit iniuria: quia ſi ſtetiſſent in ſeruitute, non habuiſſēt cognationem.*

e ¶ *Altiori.* hinc trahe, quod digniores altiori loco ſedere debent. & eſt altior, qui proximior domino eſt. tyrones vero poſteriori: vt C. de tyro. l. finali lib. xij. & ff. de aqua pluu. arcē. l. prima. §. penul. & Cod. de offi. recto. pro l. potioris. Accurſius.

f ¶ *Decima.* bene dico ſexto poni, & hoc ideo ſublata decima. Accurſius.

g ¶ *Enumeratas.* ſupra eod. §. cumque.

¶ *Septima ext.*

CASVS. Domine, iam video qualiter correxiſtis ius prætorium circa bonorum poſſeſſ. à prætore introductas & qualiter quatuor per veſtram conſtitutionē ſublatis, ſex tantummodo bonorum poſſeſſio. fecitis. pro Deo dicatis, ſi placet, nunquid eſt aliqua alia bonorum poſſeſſio? Et reſpond. quod ſic. nam ſex prædictas bonorum poſſeſſ. ordinarias ſeptima extraordinaria ſubſecuta eſt, quam quidem ſeptimam extraordinariam prætores optima ratione introduxerūt: & hæc ſeptima extraordinaria omnibus his comperit, quibus, vt detur bonorum poſſeſſio, lege, vel nouo iure, vel ſenatuſconſulto cautum eſt: quam quidem ſeptimam extraordinariam bonorum poſſeſſionē Prætor, neque bonorum poſſeſſio, quæ ab inteſtato, neque eis quæ ex teſtamento ſunt, ſtabili iure connumerauit: ſed quandoque ex teſtamento, & quandoque ab inteſtato, quaſi vltimum & extraordinarium auxiliū, prout res exigit, accommodauit illis, qui ex legibus, vel ſenatuſconſult. vel principum conſtitutionibus nouo iure ex teſtamento vel ab inteſtato, ad ſucceſſionē veniunt. Et h. d. vſque ad illum. §. Cum igitur plures ſpecies. Cæteri caſus vſque in finem

meritò ſublata: vt ſex tantummodo bonorum poſſeſſiones ordinariæ permaneant: ſuo vigore pollentes.

¶ *Si lex dat alicui bonorum poſſeßionē de nouo ex teſtamento, vel ab inteſtato: illa dicitur ſeptima extraordinaria.. Aretinus.*

¶ Septima eas ſecuta, quam optima ratione Prætores introduxerūt[a]. Nouiſſime enim, [illegible] edicto ijs etiam bonorū poſſio, quibus vt detur[b], lege[c], vel ſenatuſcōſulto[d], vel conſtitutione[e] comprehēſum eſt: quā neque bonorū poſſeſsionibus, quæ ab inteſtato veniunt, neque iis, quæ ex teſtamento ſunt, Prætor ſtabili iure connumerauit: ſed quaſi vltimū & extraordinarium [f] auxiliū (prout res exegit) accommodauit, iis, ſcilicet, qui ex legibus, ſenatuſconſultis, conſtitutionibúſue principum, ex nouo iure, vel ex teſtamento, vel ab inteſtato veniunt.

¶ *Ne diutius creditores ſuis actionibus experiri impediantur, liberis & parentibus anni ſpatium, agnatis vero & cognatis dierum centum, ad petendam bonorum poſſeßionem præfinitur: portio autem non petentis pari in gradu accreſcit: vel ſi nullus extiterit, per edictū ſucceſſorium qui in ſequenti ſunt gradu admittuntur.*

¶ Cum igitur plures [g] ſpecies ſucceſſionum Prætor introduxiſſet, eáſque per ordinem diſpoſuiſſet[h], & in vnaquaque ſpecie ſucceſſionis ſæpè plures extent diſ-

in finem tituli plani ſunt.

a ¶ *Introduxerunt.* vt ff. vt ex legi. & ſenat. l. j. j. eelpoo.

b ¶ *Vt detur.* ſcilicet bonorum poſſeſſio. Et nota duo eſſe neceſſaria, vt hæc bonorum poſſeſſio competat ſcilicet vt lege caueatur, vt bonorum poſſ. detur, & quod de iure ciuili nō poſſit ſuccedere; alias competit Vnde legitimi: vt ff. vnde legi. l. iij & ff. vt ex legi. & ſena. l. j. §. final. Accurſius.

c ¶ *Lege.* ponunt quidam exemplum ex teſtamento: vt C. de inoffic. teſta l. iij. §. ſed cum eam. ex eo quod filius natus in puerperio inſtitutus præſumitur. Ab inteſtato ponunt exēplum in agnatis fœminis, & in quibuſdā cognatis, qui efficiuntur agnatis ſimiles: vt ī. de leg. ag. ſu §. hoc etiam. Vtrūque reprobo: quia nulla lex capiſſe dat ſupradictis bo. poſ. ſed eos ſuccedere dicit. ergo non datur hæc ſeptima, ſed Vnde legitimi: vt ff. vnde legit. l. iij. Pone ergo exemplum ex teſtamento in poſthumo alieno inſtituto: vt ī. eodem. §. j. qui incipit. nam ſi alienus. Item tam ex teſtamento, quam ab inteſtato, pone exemplum in eo, qui deceſſit apud hoſtes in cuius bonis datur bonorum poſſeſſio, ex lege noua Cornel. ff. de bonorum poſſeſſ. l. iij. §. ſed & eius.

d ¶ *Senatuſconſulto.* Orfic. & Ter. vt ff. vnde leg. l. ij. in princip. & §. finali. nam eis datur bon. poſſeſ. ibi, & non ſuccedebant de iure ciuili: vt ī. ad Tertylia. in princip. debet ergo dari hic: vt ff. vnde legi. l. iij.

e ¶ *Conſtitutione.* ponunt exemplum ī. de leg. agnat. ſuc. §. hoc etiā. Item Cod. de emanc. lib. l. final. Sed hoc reprobo: cum lege non caueatur eis dari bono. poſſeſ. vnde habent Vnde legitimi vt ff. vnde legi. l. iij. Poteſt tamē dici, quod ibi ſubaudiatur maxime, & ſic ſtabit prima expoſitio. Vel melius dic ſi aliqua noua conſtitutio fieret de nouo quæ daret bonorum poſſeſ. ex ea daretur hæc ſeptima.

f ¶ *Et extraordinarium.* No. duobus modis fieri bonorum poſſeſſionem extraordinariā: quia vaga, vt hic. item quia non tribuit ius: vt Carboniana, & ſi veniet mittatur in poſſeſſionem: & illa quæ datur gratia agnoſcēdæ litis quę datur ſine cauſæ cognitione: vt ff. de carbo. edic. l. iij. §. cauſæ. & de ventr. in poſſ. mitt. l. vbicunque. §. interdum. & de inoff. teſt. l. Papinianos. §. j. & aliæ cum cauſæ cognitione: vt ff. de bonorum poſſeſ. l. iij. §. ſi cauſa. & quis ordo in bonorum poſſeſſ. ſer. l. ij. §. dies. & §. io bonorum.

g ¶ *Plures.* quia decem, quarum ſex remanſerunt ordinariæ. vt ī. eod. §. aliam. vſque ad §. ſeptima.

h ¶ *Diſpoſuiſſet.* alio modo in edicto,

nal. promittitur.

Carboniana poſſeßio tua nō tribuitur. Inſer[illegible] ex[illegible] hoc eſt da[illegible] tur.

pari gradu perſonæ, ne actiões creditorum differrentur[a], ſed haberent quos conuenirent: & ne facilè in poſſeſſionem bonorum defuncti mitterentur, & eo modo ſibi conſulerent, ideo petendæ bonorum poſſeſſioni certum tempus præfiniuit. Liberis[b] itaque & parentibus, tam naturalibus, quàm adoptiuis in petenda bonorum poſſeſſione anni ſpatium[c], cæteris autem agnatis, vel cognatis, centum dierum dedit. Et ſi intra hoc tempus aliquis bonorum poſſeſſionem non petierit, eiuſdem gradus perſonis accreſcit[d]: vel ſi nullus ſit, deinceps cæteris bonorum poſſeſſionem perinde ex ſucceſſorio edicto[e] pollicetur[f]: acſi is, qui præcedebat, ex eo numero non eſſet[g].

¶ *Primo repudiante bonorũ poſſeſſionẽ, ſtatim ſequenti incipit currere tẽpus. Aret.*

¶ Si quis itaque delatam ſibi bonorum poſſeſſionem repudiauerit[h]: nõ [illegible] tempus bonorum poſſeſſioni præfinitum exceſſerit, expectatur: ſed ſtatim cæteri, ex eodẽ edicto admittunt[i].

¶ *Dies ad bonorum poſſeſſionem agnoſcendam præfixi vtiles ſunt non continui: & bonorum poſſeſſionem citra ſolẽnitatem corã iudice agnoſcere ſufficit.*

¶ In petenda autem bonorum poſſeſſióe dies vtiles[k] ſinguli cõſiderantur. Sed bene anteriorès pricipes[l] & huic cauſę ꝓuiderũt, ne quis pro petenda[m] bonorũ

quam de facto competit: vt diximus. ſupra eod. tit. §. ſexto.

a ¶ *Differrentur.* ſic ff. de ſucceſſ. edict. l. j. primo reſpon.

b ¶ *Liberis.* naturalibus & emancipatis & emancipantibus: vt ff. de ſucceſſ. edict. l. j. §. fina.

c ¶ *Anni ſpatium, &c.* in honorem ſanguinis: imo non videntur coarctandi, cum veluti ad propria bona veniant: vt ff. eo. de ſucceſſ. edict. l. j. §. largius. & de li. & poſthum. l. in ſuis.

d ¶ *Accreſcit.* partes enim non petentiũ accreſcunt petentibus. vt C. quan. non pe. par. pe. acc. l. prima.

e ¶ *Ex ſucceſſorio edicto.* hoc intellige in eo gnatis, ſed inter agnatos ſucceſſorium edictum locũ non habebat: ſed hodie vtrunque locum habet: vt ſ. de legi. agna. ſucc. §. placebat.

f ¶ *Pollicetur.* ſcilicet Prætor.

g ¶ *Non eſſet.* excluſus tamen tanquam filius, admitti poteſt vt agnatus, & excluſus vt agnatus, admittitur vt cognatus: vt ſibi ſuccedere videatur: vt ff. de ſucceſſ. edict. l. j. §. ſed videndum.

ADDITIO. *Ta dic quid ſimplex repudiatio, vel oblata ad hereditatem, concernit omne ius & omnes vias ſuccedendi, quando habet ſubſtitutum. ſecus ſi ad ius adeundi: quia ad illud tantum refertur quod exprimitur: niſi eſſet adiecta cauſa generalis, puta, quia hereditas eſt damnoſa, vel ſimilis: nam ex tali ratione repudiatio ad vtrunque refertur, ſecundum Angelum hic.*

h ¶ *Repudiauerit.* intra ſuum tempus.

i ¶ *Admittuntur.* vt C. eodem. l. fin.

k ¶ *Dies vtiles.* in quibus tria occurrere oportet, ſcilicet quòd iudicis copia ſit, item actoris, item rei, vt ff. de diuerſ. & tempor. præſcri. l. prima. & ff. quis ordo in bon. poſſeſſ. ſer. l. j. in prin. & §. dies.

ADDITIO. *Hoc verum intellige de iure antiquo. Item in illa bon. poſſeſſ. quæ tribuitur iure ſcripto in alio, vt eſt bon. poſſeſſ. quæ datur gratia litis agno. tenda. Item Carboniana, & quæ ventris nomine, de quibus an tribuãt ius in poſſ. & an hodie procedant & in eis locum habeat iſte text. vide per Ioann. Fabr. hic. Hodie autem indiſtincte in omnibus bono. poſſeſſ. dies dicuntur vtiles: etiam ſi iudex pro tribunali non ſedeat: & incipiũt currere à die ſcientia & currunt quandiu non dubitat, an ſibi cõpetat bonor. poſſeſſ. ſecundũ Angelum.*

l ¶ *Principes.* Cod. qui admitt. ad bonorum poſſeſſionem. l. penultima. & l. finali.

m ¶ *Pro petenda.* erat enim alia edictalis, quæ ex edicto mortui prætoris competebat. hanc non erat neceſſe peti: vt ff. de bonorum poſſeſſ. l. tertia. §. ſed ſi nemo. Alia decretalis, quæ à prætore viuo decernitur: & hæc [illegible] ſolennites: hodie ſufficit quo[illegible]ue modo dicat ſe velle

agnoſcere quæ iudicialis dici poteſt: quia in iudicis præſentia agnoſcitur, vt hic. & C qui admitt. ad bonorum poſſeſ. l. penult. & finali. Item nunquid hodie bonorum poſſeſſiones locum habeant? Reſpond. ſic: nam & eas proponere, quis poteſt: & contra tabulas, neceſſaria eſt filio emancipato & præterito. Item vnde vir & vxor, neceſſaria videtur, & vt olim aliæ non erant neceſſariæ, ſic nec hodie: eis tamen vti poſſumus. Alij contra, cum nouiſsimo dus ſuccedendi ſit inuentus: vt in autbent. de hære. ab inteſta. per totum. collat. nona.

ADDITIO. *Aemylius Ferretus ex manu ſcriptis libris ita legit, Ne quis pro petenda bonorum poſſeſſione curet, ſed ſi quocunque modo admittendi eam voluntatem demonſtrarit, & iudicium intra ſtatuta tamen tempora oſtenderit, plenarium (alias pleniſſimū) habeat, &c. cuius lectionis veſtigia, ſanè non parua deprehendimus in antiquo libro manuſcripto, quem nobis Germanus Colladonius Iuriſconſultus doctiſſimus, commodauit.*

poſſeſſione curet, ſed quocunq; modo admittentis eam iudicium (intra ſtatuta tamen tempora) oſtenderit[a], plenum habeat earum beneficium.

TITVL. XI.

DE ACQVISITIONE per arrogationem.

¶ *Quamuis omnia arrogati bona (his demptis quæ capitis diminutione pereunt) arrogatori patri olim pleno iure acquirebantur, hodie tamen ſolus aduentitiorum vſuſfructus (inſtar naturalium liberorum) illi quæritur.*

ESt & alterius generis per vniuerſitatem ſucceſſio[b], quæ neque lege duodecim tabularū, neq; Prętoris edicto, ſed eo iure, quod conſenſu[c] receptum eſt introducta eſt. Ecce enim, cum paterfamilias ſeſe in arrogationem dat, omnes res[d] eius corporales & incorporales, quæq; ei debitæ ſunt arrogatori antea[e] quidem pleno iure acquirebantur: exceptis iis, quæ per capitis diminutionem[f] pereunt, quales ſunt operarum[g] obligationes, & ius agnationis[h]. vſus etenim & vſuſfructus, licet his antea cōnumerarētur: attamē capitis diminutione minima eos tolli noſtra prohi-

Hæc glo. nō est Accurſij. a ¶ *Oſtenderit*, coram quocūque iudice.

DE ACQVISITIONE per arrogationem.

¶ *Quia bona quæ nobis acquiruntur titu. vniuerſali, aut acquiruntur per aditionem hæreditatis, aut per bonorum poſſeſſ. aut per arrogationem, aut per addictionem bon. cauſa libertatum conſeruand. ut in. §. finali. ſupra per quas perſonas no. acqu. ideo viſo ſupra de hær. & bonorum poſſeſſ. ſequitur videre de acquiſitione per arrogationem. Porcius.*

E*St & alterius*. Totus iſte titulus diuiditur in tres partes. Primo vnde fuit introducta acquiſitio per arrogationem. Secundo poſtea illud declarat tam de iure antiquo quam moderno: & quid arrogatori acquiratur. Tertio an arrogator teneatur ad debita arrogati. Secūda ibi, ecce enim. Tertia ibi, ſed ex diuerſo.

b ¶ *Succeſſio*. vt ff. pro ſoc. l. actione. §. morte vnius. ver. ſocietas.

c ¶ *Conſenſu*. ſcilicet arrogantis & arrogati.

d ¶ *Omnes res* & etiam filij, vt ſ. de adop. §. illud.

e ¶ *Antea*. id eſt iure veteri.

f ¶ *Per capitis Diminut.* ſcilicet minimam, nam dando ſe in arrogationē minimam capitis diminutionem patitur: vt ſ. de capit. diminu. §. minima.

g ¶ *Operarum*. hoc intellige de operis, quæ a libertis debentur: & nō tranſeunt ad hæredem extraneū: vt ſunt officiales, quæ in faciendo conſiſtunt. ſcilicet, aſſurgere, & ſimilia: vt ff. de ope. lib. l. 1. item in fabrilibus incertis: vt ff. de operi. lib. l. ſi operarum iudicio. aliud ſi conduxerit ille arrogatus operas alicuius. nam iſtę arrogatori quęruntur. *Operas obſequiales debent liberti patrnis.*

h ¶ *Ius agnationis*. ius ſuccedendi, quod quis per agnationem conſequitur. & hoc hodie eſt: vt ī. eo. §. mortuo. Item ius petendæ bonorum poſſeſſionis petit, ſi ante eam petitam arrogandum ſe dederit: aliud ſi iam petiit: vt ff. vnde li. l. fin. & de contra tab. l. iij. §. ſi emancipatus. Accur.

A D D. *Ius tamen adeundi de iure ciuili indiſtincte retinet: & forte etiam inuitus adire cogi poterit ad inſtar naturalis.*

a ¶ *Conſtitutio.* C. de vſufruc. l. corruptionem. Acc[illegible]

buit conſtitutio[a]. Nunc autem[b] nos eãdem adquiſitionem quæ per arrogationem fiebat, coarctauimus ad ſimilitudinem naturalium parentum[c]. Nihil enim aliud, niſi tantummodo vſusfructus tam naturalibus parentibus, quam adoptiuis per filiosfamilias adquiritur in iis rebus, quæ extrinſecus[d] filiis obueniunt dominio eis integro ſeruato.

¶ Arrogati filii in arrogatione vita defuncti ſucceſſio ad arrogationem pertinet: niſi ſuperſint, qui ei præferantur. Item pro debitis ætate per arrogationem contractis, non tenetur arrogator.

¶ Mortuo autem filio arrogato in adoptiua familia, etiam dominiũ rerum eius ad arrogatorẽ pertranſit: niſi ſuperſint aliæ perſonæ[e], quæ ex cõſtitutione noſtra patrem in iis, quæ acquiri non poſſunt[f], antecedant.

¶ Arrogator non tenetur nomine proprio ad debita arrogati prius contracta, ſed nomine filii tenetur. Aretinus.

¶ Sed ex diuerſo, pro eo quod is debuit, qui ſe in adoptionem dedit, ipſo quidem iure arrogator non tenetur, ſed nomine filij conuenitur[g]: & ſi noluerit eũ defendere: permittitur creditoribus per competentes noſtros magiſtratus bona, quæ eius cum vſuſtuctu futura fuiſſent, ſi ſe alieno iuri nõ ſubieciſſet, poſsidere: & legitimo modo ea diſponere.

TITVLVS XII.

DE EO, CVI LIBERTATIS cauſa bona addicuntur.

¶ Si hæreditas illius, qui libertates reliquit, non adeatur, poteſt ille cui libertas eſt relicta, vel alius petere ſibi addici bona defuncti, & ſatisfacere creditoribus: & erit tanquã ſucceſſor defuncti: & ſerui quibus libertas directo vel per fideicommiſſum eſt relicta, erunt liberi, etiam ſi bona forent à fiſco occupata. Aretinus.

b ¶ *Nunc autem.* aduerſatur ei quod ſupra dixerat, omnes res acquirebantur arroganti.

c ¶ *Naturalium parentum.* vbi in aduentitiis tantum vſusfructus quæritur: vt C. de bonis quæ libe. l. cum oportet.

d ¶ *Quæ extrinſecus* id eſt in aduentitiis.

e ¶ *Alia perſona.* vt deſcendentes ex filio arrogato: vt C. cõmu. de ſuc. l. fi. vbi eſt conſtitutio de qua hic fit mentio. Itẽ ſi hic arrogat[?] eſſet impubes & impubes decederet, admitterẽtur & alij ex ſtipulatiõe: vt ff. de adoptio. l. nõ enſ aliter. & l. his verbis & l. hæc autẽ. & de adoptio. §. cum autem. Sed quid in patre naturali, à quo hic arrogatus erat emancipatus? Respond. Pla. eum præferri arroganti, ſed hodie fratres vtrinque coniuncti vocantur cum arrogante: vt in authenti. de hære. ab inteſta. §. conſequẽs. colla. ix.

f ¶ *Non poſſunt.* vt in aduentitiis. profectitia enim ſibi non auferuntur.

g ¶ *Conuenitur.* de facto. nam non tenetur de iure: ſed de iis, quæ cõtraxit poſt, quam fuit arrogatus, tenetur de peculio: vt ff. de pecu. leg. io arrogatorem. & ſi tunc non defendat pater, in bonis ipſius patris fit miſſio: vt ff. quibus ex cau. in poſſeſ. eadem. l. Fulcinius. §. ſi quis. Accorſius.

DE EO CVI libertatis cauſa bona addicuntur.

¶ Supra viſum eſt de acquiſitione, quæ fit per arrogationem, & fit titulo vniuerſali. verùm quia eſt & alia, quæ fit per addictionem bonorum libertatum conſeruandarum cauſa. §. fina. ſuprà per quas perſo. no. acqui. ideo ſubdit de eo cui libertatis cauſa bona addicuntur. Porc.

Acceſſit.

ACceßit. Totus iſte titu. diuiditur in quatuor partes. Primo ponit acquiſitionem cauſa libertatis conſeruãdæ. Secundo illud per reſcriptũ diui Marci probat. Tertio verba dicti reſcripti interpretatur. Quarto illud ſopplet. Secunda ibi, & ita diui. Tertia ibi, Hoc reſcripto. Quarta ibi, Sed cũ multas. Ac.

ACceſsit nouus[a] caſus ſucceſsionis ex conſtitutione[b] diui Marci. Nam ſi ii, qui libertatem acceperunt[c] à domino in teſtamento[d], ex quo non aditur[e] hæreditas[f], velint bona ſibi addici libertatũ conſeruandarum cauſa: addicuntur. Et ita diui Marci reſcripto ad Pompilium Ruffum continetur: verba reſcripti ita ſe habent: Si Verginio Valenti, qui teſtamento ſuo libertatem quibuſdã adſcripſit, nemine ſucceſſore ab inteſtato exiſtente, in ea cauſa bona eius eſſe cœperũt, vt venire[g] debeãt: is, cuius de ea re notio eſt, aditus, rationem deſiderij tui habebit: vt libertatũ, tam earum quæ directò, quàm earum, quæ per ſpeciem fideicommiſsi relictæ ſunt, tuendarum gratia addicantur tibi: ſi idoneè[h] creditoribus[i] caueris de ſolido, quod cuiq; debetur, ſoluendo. Et ij quidem, quibus directa libertas data eſt: perinde liberi erunt, acſi hæreditas adita eſſet[k]. Ij autem, quos hæres manumittere rogatus eſt: à te libertatẽ conſequentur: [illegible] ſi non alia conditione velis tibi bona addici, quàm vt ij etiã qui directò libertatem acceperunt, tui liberti fiant[l]. Nam huic[m] etiam volũtati tuæ, ſi ij, de quorum ſtatu agitur, cõſentiãt[n], authoritatem noſtram accõmodamus[o]. Et ne huius reſcriptionis noſtræ emolumẽtum alia ratione irritum fiat, ſi fiſcus bona agnoſcere voluerit: & ij, qui rebus noſtris attendunt[p] ſciant cõmodo pecuniario præferendam[q] eſſe libertatis cauſam: & ita bona coganda[r] vt libertas iis ſalua ſit, qui eam adipiſci potuerunt, acſi hæreditas ex

a ¶ *Nouus caſus ſucceßionis.* & eſt hic quartus ſuccedendi modus: vt. ſ. per quas perſo. no. acqui. §. fina. Accur.

b ¶ *Ex conſtitutione.* cui⁹ verba ſunt. j. eod. §. ſi Verginio.

c ¶ *Acceperũt.* deſtinatione.

d ¶ *In teſtamento.* idem priuilegiũ datur cuilibet petenti bona h[illegible] contemplatione: vt C. de re. ma. l. fi. Acc.

ADD. *Et hic præfertur qui præuenit. vt ibi, in dicta l. fi. §. ſancimus.*

e ¶ *Nõ aditur.* ſcilicet ab hærede.

f ¶ *Hæreditas.* quo modo ergo valet, quod in eo relictum eſt: vt. ſ. de fideicom. l. cum quam? Reſpõ. hic ſpeciale eſt.

g ¶ *Venire.* id eſt vendi.

h ¶ *Idoneè.* fideiuſſorib⁹ vel pignorib⁹, vel fide habita: vt ff. de fideicommiſſ. li. l. iij. §. addici.

i ¶ *Creditoribus.* vel omnibus, vel vni nomine omnium: vt. ff. de fideicommiſſ. li. l. iiij. §. addici. verſi. creditoribus.

k ¶ *Adita eſſet.* nota mirabile, quod ex hac pactione ſerui fiunt liberi: vt Orcini vt hic. & ff. de fideic. li. l. iiij. §. ij. qui ad. Qui ſint Orcini. & vnde dicantur, dictum eſt. ſ. de ſing. reb. per fideicom. reli. §. penul.

l ¶ *Tui liberti fiant.* ſubaudi. hoc tibi concedim⁹. ſed operas neq; Orcinis, neq; ab eo manumiſſis imponet: vt ff. de oper. liber. le. ſi quis hac lege.

m ¶ *Nam huic.* ſubaudi concedimus.

n ¶ *Conſentiãt.* alias in ſeruitute remaneãt & quem nolũt habere patronum, habebũt dominum. C. de ma. teſt. le. fina. §. iiij.

ADD. *Vide quod no. in dicta l. fina. quia quod dicitur hic, obtinet vbi extraneus petit addici. Secus ſi ſit aliquis de illis, cui ſit relicta libertas: quoniam etiam poteſt petere diſſentientibus alijs. Ang.*

o ¶ *Accommodamus.* ff. de fideicõmiſ. lib. le. quarta. §. ij. qui.

p ¶ *Attendunt.* vt procuratores noſtri.

q ¶ *Præferendam.* hoc eſt, quia competẽt libertates. Accur.

r ¶ *Cogẽda.* id eſt accipienda per fiſcum.

teſtamento adita eſſet[a].

¶Bonis addictis ceſſat venditio ipſorũ. Aretinus.

¶Hoc reſcripto ſubuentum eſt & libertatib[9], & defunctis, ne bona eorũ à creditoribus poſsideãtur, & veneãt[b]. Certè ſi fuerint hac de cauſa bona addicta: ceſſat bonorum venditio. Exiſtit enim defuncti defenſor & quidẽ idoneus: qui de ſolido creditoribus cauet.

¶Addictio bonorũ tunc demum habet locum cùm defunct[9] reliquit libertates ex teſtamẽto vel ab inteſtato. Aretinus.

¶In primis hoc reſcriptum toties locũ habet, quoties teſtamento libertates datæ ſunt. Quid ergo ſi quis inteſtat[9] decedẽs, codicillis libertates dederit, neque adita ſit ab inteſtato hæreditas, [redacted] fauor conſtitutionis debebit locum habere[redacted] Certè ſi [redacted] teſtat[9] deceſſerit, & codicillis dederit libertatem: cõpetere eam[c] nemini dubiũ eſt. tunc enim conſtitutioni locum eſſe verba oſtendunt, cum nemo ſucceſſor[d] ab inteſtato exiſtat. Ergo quamdiu incertum erit, vtrum exiſtat, an non: ceſſabit conſtitutio. Si verò certum eſſe cœperit neminem[e] exiſtere: tũc erit conſtitutioni locus.

e ¶ *Condictio.* ſ. certi generalis: de qua dici vt §. tit. j. diximus circa princip. Item & triticaria locum habet, vbi petitur certum vel incertum: niſi petatur pecunia numerata: vt ff. de tritic. l. j.

f ¶ *Ex ſtipulatu.* ſi autē certū quid mihi debeatur, non ex ſtipulatione, ſed ex alio contractu, agitur cōdictione incerti, nam dico, quod eſt proprium nomen actionis: vt ff. de condi. indeb. l. ſed & ſi me. §. j. vbi de hoc notaui. Accur.

g ¶ *Si incerta.* niſi in caſu: vt C. de rei vxo. action. in princ. Sed quid ſi promitto aliquid in genere? Reſpond. non valet. nam dando muſcam liberarer. oportet enim quod aliqua certitudo ibi ſit: vt homo, vel equus quæ certis finibus contineatur, alias non valet: vt ff. eod. l. ita ſtipulatus. in princ. & ff. de iure dot. l. cum poſt. §. gener. à ſocero. Accur.

h ¶ *Quæ.* ſcilicet ſtipulatio.

i ¶ *Stipulum.* alludit vocabulo. ſic §. de teſta. in prin. & ff. de acquir. poſſ. in principio: nam nomina conſonantia debent eſſe rebus: vt §. de don. §. eſt & aliud.

ADD. *Veteres, inquit Varro, at ſtipem quoque dicebant. nam quod aſſes ex graui ære eſſent, & libra pondere, qui acceperant maiorem numerum, non in arca ponebant, ſed in aliqua cella ſtipabāt, i. cōponebant, quo minus loci occuparent. à ſtipendo, Stipem dicere cœperunt: vnde ſtipendiū dictum, & qui pecuniam alligat, Stipulari ac reſtipulari.*

k ¶ *Firmum.* nam & baculum vel ſtipitem paleæ dabat vnus alteri pro inueſtitura vt hodie fit in Marchia: ſed in Lōbardia

l ¶ *In hac re.* ſ. ſtipulatione contrahenda.

m ¶ *Faciam* quæ omnia dici debebant in ſtipulatione, vel aliqua de his. ſic §. de ſingu. reb. per fideicom. rel. §. fi. ſed hodie vel

vnum ex his, vel etiam aliud dummodo aptum ſufficit: vt j.eo.§.verſ.ſed hæc.qui continuari debet cum iſto §.

a ¶ *Lingua*. vt Aſsiria, Latina, Græca, vel alia: vt ff.eo.l.j.§.fi.in fi.

ADD. *Dummodo ſe intelligant alias erit neceſſarius interpres. idem in teſte in Illyrico'paio cuius lingua non intelligitur: quia iudex eum interrogabit per interpretem. Et ſi ipſe iudex & notarius, vel etiam notarius ſolus ſit interpres, ſufficiet: imo ipſius ſcriptura vel inſtrumentum facere fidem etiā contra nuntium vel teſtem dicentes aliter denuntiaſſe, vel depoſuiſſe quā ſcriptum ſit: & hæc vera in iudiciis ciuilibus. ſecus in criminalibus, vt per Angel. hic.*

gua [a] ſtipulatio cō cipiatur, nihil intereſt: ſcilicet ſi vterq; ſtipulātium [b] intellectū eius linguę habeat: nec neceſſe eſt, eadē lingua vtrunque vti. ſed ſufficit congruenter ad interrogata reſpōdere. quin etiā duo Græci Latina lingua obligationem contrahere poſſunt. Sed hæc [c] ſolennia verba olim quidē in vſu fuerūt: poſtea autem Leonina conſtitutio [d] lata eſt, quæ ſolennitate verborū ſublata ſenſum [e] & conſonantē intellectum ab vtraq; parte ſolum deſiderat, qui buſcūq; [f] tandē verbis expreſſum eſt.

¶ *Stipulationis puræ ſtatim cedit dies, & petēdi ius cōpetit, ſtipulationis vero in diē quamuis ſtatim dies ceſſerit, nō tamen antea promiſſum peti poteſt quam etiam tota dies, in quā ſtipulatio facta fuit, præterierit.*

¶ Omnis ſtipulatio aut purè, aut in diē aut ſub cōditione fit. Purè, veluti, Quinque aureos dare ſpondes? idq; cōfeſtim [g] peti po-

b ¶ *Stipulantium*. propriè & impropriè dicitur. ſic in auth. de æqua.do.§.j.col.vij. & ſic impropriè etiā promittens dicitur ſtipulari vt hic, & ff.de condi. indebit.l.ſi non ſortem.§.decem.

c ¶ *Sed hæc*, quæ diximus ſuprà eodem §.in hac.

d ¶ *Conſtitutio*. vt C.de contrahē.& committ.ſtipu.l.omnes.

e ¶ *Senſum*. alias conſenſum.ſ. verbis expreſſo ab vtroq;, & incontinenti: vt ff.eo. l.j.in princi.& §.qui præſens. & §. ſi quis ita interroget, licet verba inutilia fuerint inſerta: vt ff.eo.l.extrinſecus. alias ſi diceret verba expreſſa non exigi, non differret ab his contractibus, qui conſenſu contrahuntur. vt j.de oblig. ex conſenſu. primo reſpon. Accur.

f ¶ *Quibuſcunque*. habilibus tamē ad hoc. Quid enim ſi dicam a, & velim repreſentare, promittis: tu dicas b, & velis repreſentare promitto? non valet: vt ff.de conſtit.pec.l.qui autem.§.fi.in glo.fi.& l.ſeq. & ff.de mu.& ho.l.vt gradatim.§.& ſi lege.ibi, ſic idonei ſunt.

¶ *Omnis ſtipulatio*. CASVS. Dixi Iuſti. Domine procedatis in materia. & dicatis mihi aliquam ſtipulationum diuiſionem. Et reſpon.q omnis ſtipulatio, aut eſt pura, aut in diem, aut ſub conditione. Sed domine poſuiſtis iam trimembrem diuiſionem: ponatis de primo exemplum ſi placet. Et reſpond.q ſtipulatio ſit pure. Nā ſi quæram à te ſic: frater quinque aureos dare ſpondes? & tu reſpondeas, promitto. iſta ſtipulatio dicitur pura: & ideo illud qđ in iſtam ſtipulationem deductū eſt, ſtatim peti poteſt. nō tamē ſic intelligendū eſt, vt ſtatim veniat cum ſacco paratus. Sed domine, iam vide qualiter ſit ſtipulatio pure: ſed qualiter in diem? Reſpōd. dicēs, In diem fit ſtipulatio, veluti ſi dicat ſtipulator. Promittis mihi in primis Calēd. Iunij x. & promiſſor reſpondeat promitto. iſta eſt ſtipulatio in diē, & ſtatim ſtipulatiōe facta, debetur, qđ promiſſum eſt: ſed non pōt peti ante, quā dies venerit: & die adueniente, vel ſtāte adhuc non pōt peti promiſſum: niſi tota dies ſit præterita, ſiue elapſa: qa incōmutabiliter non poſſumus dicere, q non ſoluerit ſua die.i. appoſita vel præfixa, antequam totus dies fuerit elapſus.

g ¶ *Confeſtim*. i. ſtatim: vt ff.eo.l.cum qui calendis.§.fi.& hoc niſi ratione loci ſit in diem. vt j.eo.§.loca. vel ratione rei, quæ adhuc nō eſt in rerū natura: vt j. de exce. § antepe.& ff.eo.l.interdum. in princi.& de condi.& demon l.j.§.fi. Sed ad quid ſit promiſsio, cū non incontinenti ſoluitur? Reſp. non eſt ſic praue intelligendū verbum cōfeſtim, vt veniat ſtatim cū ſacco paratus: vt ff.de ſol.l.qđ diximus. ſed aliquod ſpatiū puta decē dierū dandū eſt: vt [illegible]de inu.ſtip §.fi & ff.de conſti.pec.l.promiſſor. ſic etiā fere vbiq; conſuetudo interpretatur, vt intra decem dies fiāt præcepta à poteſtatib⁹, quę eſt bona legū interpres, vt ff.de le.& ſenatuſc.l.ſi de interpretatiōe, & c.cū dilect⁹, extra de cōſue.

Stipulatio an poßit fieri ſub cõditione. In diem & ad diẽ differunt.

teſt. In diem[a], cum adiecto die, quo pecunia ſoluatur, ſtipulatio fit: veluti, Decem aureos primis [b] calendis Martiis dare ſpondes? Id autẽ quod in diem [c] ſtipulamur, ſtatim[c] quidem debetur: ſed peti prius, quàm [d] dies venerit, nõ poteſt[e]. At ne eo quidem ipſo [f] die, in quem ſtipulatio facta eſt[g], peti põt: quia totus is dies arbitrio ſoluentis tribui debet[h]. Neque enim certum eſt, eo die, in quem promiſſum eſt, datum non eſſe[i] prius, quàm[k] is præterierit.

¶ *Stipulatio annua quoad quis viuet, pura, & perpetua eſt: ſed poſt mortem ſtipulationis obſtat exceptio hæredi. Aret.*

¶ *Annota, Tempus ipſo iure nõ poſſe tollere obligationem, ſed exceptionis ope.*

¶ At ſi ita ſtipule-

a ¶ *In diem.* ſ. fit ſtipulatio. ſed nunquid ſtipulatio eſt actus ciuilis? Reſpõ. ſic: vt J. de act. §. de cõſtituta. ergo non debet recipere diem, nec etiã conditionem: vt ff. de reg. iur. l. actus. Sed dic, ꝙ hic actus ibi nõ cõputatur. ſic in nouatione. vt dicitur ff. de noua. l. nouatio. Et illa regula, actus, habet locũ in ſuis numeratis caſibus.

b ¶ *Primis.* ſuperſtue hoc dicitur. ff. eod. l. eum qui calendis. in prin.

c ¶ *In diem.* aliud ſi ad diem. nam tunc vſq; ad diem tenetur, & nõ poſt: vt ff. de act. & oblig. l. obligationum fere. §. j & dic, quod idem eſt dicere ex die, quod in diem: vt d. l. in prin. & hic.

d ¶ *Prius quã.* nam ceſſit, ſed non venit dies. quod dic: vt ff. de verb. ſign. l. cedere.

e ¶ *Non poteſt.* ſic ff. ſi cert. pet. l. certi cõdict. in princip. & ſi petat, repellitur per exceptionem: vt infrà de exceptionibus. §. præterea.

Confeſtim determinatur per decem dies.

f ¶ *Ne eo quidem ipſo.* niſi ab initio ſic dicat, Hodie dare ſpondes? quo caſu pura eſt: vt ff. eo. l. liber homo. §. decem. ſed ſi eſt pura: ergo peti non poteſt ante decem dies. Ita enim determinatur verbũ, confeſtim ꝫ. eo. §. omnis. & in d. l. ff. e. l. liber homo. dicitur quod eadem die: ergo male. Sed ibi expreſſa eſt dies.

g ¶ *Facta eſt.* ſ. vt ſoluatur.

h ¶ *Tribui debet.* hic no. quæſtionẽ de facto: iudex ſtatuit terminum peremptoriũ partibus ad audiendam ſententiam, puta diem Iouis: vna partium nõ veniente eadem die, quæro quando debeat ea ſententia ferri, an die ſtatuta, vel ſequenti? Et videtur quod non, die ſtatuta: quia, vt in contractibus, tota illa dies videtur ſua vt hic. & pro hoc eſt ff. de ſeruit. l. inter Romano: per quam legem etiam ſi media nocte veniſſet, ſatis ſufficeret. vnde patet quod ea die ferri non debuit. Item alia ratione: quia poſt peremptoriũ debet cã partem abſentem citare iudex: vt ff. de iudiciis. l. & poſt edictũ. & inter vnam citationẽ & aliã debebat eſſe ſpatiũ x. dierũ olim: vt ff. de iud. lege, per interuallũ. hodie xxx. dierũ: vt in authẽ. de liti. §. omnẽ. coll. viij. & ſecundũ conſuetudinem Bononien. vnius diei. Vnde patet, ꝙ in die peremptorij nõ debet ferri. Sed in illa. l. & poſt edictũ. exponitur, debet. i. põt. Item videtur econtra, ꝙ in die peremptorij debeat iudicari. vt C. quando prouoc. nõ eſt ne. l. eũ non eo die. Item ſi ſit ita prope ſero, vt certũ ſit cã partem amplius non poſſe venire, debet iudicare in die peremptorij: vt ff. de verb. obli. l. eum ſtipulatus ſum mihi à Proculo. & l. liber homo. in fine. Et hæc verior opinio. Sed tamẽ poſt veſperas ſtatim vel in ipſis veſperis debet ferri: vt in authen. de iud. §. ſedebunt. col. vj. ſed nec in nocte debet ferri ſententia: & ita paulo poſt exceſſum veſperarum debet iudicari. Et ita quidem electi ad quoddam conſilium de facto iudicauerunt.

Sententia die præfixa debet ferri etiam abſente altera partium.

A D D I. *Niſi iuriſdictio iudicis ſit peritura. Et hæc procedunt in definitiua, non interlocutoria. quæ etiam de nocte ferri poteſt. & ab opinio. iſtius gl. quam etiã tenuit Bart. & Bald. dicit Angel. non eſſe recedendum. & an die ſequenti peremptorium, poßit ferri ſententia, vide pulchre per eum hic.*

i ¶ *Datum non eſſe.* id eſt, non eſt hoc verum incommutabiliter.

k ¶ *Prius, quàm.* vt ff. eod. l. quicquid. §. fina. & ff. de pign. act. l. ſi neceſſarias. §. ſi annua.

¶ *At ſi ita ſtipuleris.* C A S V S. Suprà vidimus, quod ille, qui promittit, non poteſt conueniri cum effectu quouſque dies venerit. ſed Domine, quid diceretis de illa ſtipulatione[l], qua quis mihi promittit decem quoad viuam? Frater, dicit ipſe: iſta ſtipulatio pura eſt, & perpetuo obligatus eſt promiſſor. vnde ſi pura eſt, poſſum ſingulis annis quandiu viuam, agere de decem in principio cuiuslibet anni, & hæres etiam meus de rigore iuris poteſt agere: ſed ſubmouebitur per exceptionẽ pacti ſa

ri, Decem aureos annuos [a], quoad viuam [b], dare ſpondes? & purè facta [c] obligatio intelligitur: & perpetuatur [d]: quia ad tempus non poteſt deberi: ſed hæres petendo, pacti exceptione ſubmouebitur.

¶ *Stipulatio collata in aliquem futurum euentum incertum, eſt cõditionalis. Aretinus.*

¶ Sub conditione ſtipulatio fit, cum in aliquem caſum [e] differtur obligatio [f]: vt ſi aliquid factum fuerit, vel non fuerit, committatur ſtipulatio: veluti, Si Titius Conſul fuerit factus, quinque aureos dare ſpondes?

¶ *Stipulatio ſub negatiua cõditione concepta: cùm viuo ſtipulatore impleri nequeat, eo mortuo effectum ſortitur.*

¶ Si quis ita ſtipuletur, Si in capito-

---

cti de non petẽdo, quaſi videar tacite pactum feciſſe, quod ego poſſim petere dũ viuo: hæres autem meus nõ poſſit. Iſtud autem (vt dicunt) pactum tacitum eſt inductum à poteſtate iuris ab iſto verbo in ſtipulatione inſerto: videlicet quoad viuam. Eo enim ipſo quod fuit mihi promiſſum illud tantum quoad viuerem, per hoc tacite videor pactus fuiſſe, ne hæres meus petat, & h. d. Et legatur illud at, ſcilicet quod ponitur in principio. §. aduerſatiuæ. videlicet ſic: ita eſt, quod illa ſtipulatio in diẽ quæ eſt in proxi. §. non eſt pura. at, pro ſed.

Promitto x. aureos annuos, & ſingulis annis, differunt.

a ¶ *Annuos.* aliud ſi dixerit, ſingulis annis, Nam primo caſu in initio cuiuſcũque anni, ſecundo in fine committitur ſtipulatio: quia ſic eſt in legato ſic relicto: vt C. quando dies lega. ced. l. j. & ff. quando dies leg. ced. l. nec ſemel. Vnde verſus, Annua ſi debes, tunc inſpicies caput anni: Anno ſi debes, in fine teneberis anni. vt dicet J. de inutil. ſtipul. § qui hoc anno & ff. eo. l. qui hoc anno. Sed nũquid eſt vna ſtipulatio, vel plures? Reſpõ. vna eſt: vt ff. eo. l. ſi Stichũ. §. j. licet legata ſic relicta ſint plura: vt ff. de do. cau. mor. l. ſenatus. §. ſi. Sed quæ eſt ratio? Reſpond. quia ſemel in ſtipulatione inſpicitur conditio ſtipulantis: vt ſi ſit filius, acquirat patri: & vna eſt actio: vt ff. eo. l. ſi filius. ſed in legatis pluries cõſiderantur. ſ. ſingulis annis: cum ſingulis annis cedat dies legati, & plures ſint actiones: vt ff. de annuis legatis. l. cum in annos. & quando di. le. ced. l. cum in annos. Sed M. dicebat hanc eſſe differentiã: quia in ſtipulatione eſt vna verborũ conceptio: ſed quantum ad rei vtilitatem plures ſunt, ſicut legata. & facit pro eo. ff. e. l. plurib[9]. §. j. ſed ibi certe per alia verba fuit facta, ſcilicet per hæc: annua, bima, trima die. vel dic quod ibi quorundam ſententia recitatur. Nec obſtat. quod vna eſt conceptio: nam & in legato vna eſt conceptio.

b ¶ *Quoad viuam.* l. donec viuam.

c ¶ *Pure facta*, ſcilicet ratione primi anni: ſed ratione ſequentium eſt in diem quoad quid: quia ante annum non debetur: & conditionalis quo ad aliud. nam alias non debetur, niſi viuã: arg. ff. eo. l. hoc iure. & l. in illa. Vel dic, quod eſt pura abnegatiue. i. nõ cõditionalis.

d ¶ *Perpetuatur.* i. donec viuat. ſic. ff. pro ſocio. l. j. ſcd'm quoſdam imo dic, per omnia ſecula. etiã poſt mortem. nam tempore non tollitur obligatio, ipſo ſcilicet iure, vt ſequitur vt ff. de act. & obl. l. obligationum fere §. placet. & ff. de ſer. l. ſeruitutes. ſed per exceptionẽ. i. vt ſequitur. ſed hæres petẽdo &c. vt ff. de act. & ob. l. obligatio nũ fere. §. placet. & ff. de ſer. l. ſeruitutes.

¶ *Sub cõditione.* CASVS. Dixi Iuſt. Dñe, iam vidi exemplũ de primo mẽbro diuiſionis noſtræ, ſcilicet qualiter fit ſtipulatio pure: & etiã de ſecundo membro, ſcilicet qualiter fit ſtipulatio in diem ponatis modo ſi placet, exemplum de tertio membro, ſcilicet qualiter fit ſtipulatio ſub conditione? Et ad hoc reſpond. dominus Iuſtinia. quod ſub cõditione fit ſtipulatio, cum in aliquem caſum promiſſio differtur: hoc eſt ad aliquid quod indifferẽter ſe habet ad eſſe, & ad non eſſe: veluti, ſi aliquid factũ fuerit, promittis mihi decem: vel ſi aliquid factũ nõn fuerit, promittis mihi decẽ? Et primo ponit exemplum conditionis, quæ fit per verba affirmatiua: vt puta. Si Titius factus fuerit cõſul, quinque aureos dare ſpondes? Fran.

e ¶ *In aliquem caſum.* i. in aliquam fortunam inopinatã: vt poſſit ſe habere ad eſſe, & non eſſe. quod in futuris tantũ eſt: vt J. eo. §. conditiones.

A D D I. *In textu Committatur ſtipulatio, dic Committi ſtipulationem dici, cùm quod commiſſum eſt. quamobrem quod ſtipulatum eſt debeatur. Sic dicitur commiſſa mulcta, pœna, hæreditas, condemnatio, deuotio, lex, bona. iudiciũ de quibus omnibus vide Fr. Hotomanum in §. ſed hæc quidem. J. de action.*

f ¶ *Differtur obligatio.* nam ante euentum conditionis obligatio ceſſat: vt ff. ſi cert. pet.

lium non aſcendero [a], dare ſpōdes [b]? perinde erit, ac ſi ſtipulatus eſſet, cum morietur [c], ſibi dari.

¶ Conditionalis ſtipulationis ſpes transmittitur ad heredes.

¶ Ex conditionali ſtipulatione, tantùm ſpes eſt [d] debitum iri: eámque ipſam ſpem in hæredem transmittimus [e], ſi prius, quā conditio extet, mors nobis contigerit [f].

¶ Si certo loco ſolutio fienda deſtinetur, etiam pura ſtipulatio tacitā habet diem quâ ſcilicet ad locū veroſimiliter perueniri poßit.

¶ Loca etiam inſeri ſtipulationi ſolent: veluti, Carthagini dare ſpondes? quæ ſtipulatio licet purè fieri videatur, tamen re ipſa habet tēpus [g]

per l. non omnis. & ne ea pendente nō eſt debitor, ſicut nec hæres ſuo conditione inſtitutus in terim eſt hæres: vt ff. famil. erciſcū. l. ſi maritus. Arg. contra. C. de conſtit. pec. l. ij. in eo quod dicit conditionale debitū poſſe conſtitui qđ non poſſet, niſi eſſet debitum: vt ff. de conſti. pec. l. j. Sed dic quòd ſufficit debitum ſpe. Item nec illud interim debetur: vt ff. de conſtitut. pec. l. id quod. Item ar. cōtra. ff. ex quibus cau. in poſſeſſ. ea. l. in poſſeſſione. & ff. de verb. ſign. l. creditores. Sed ratione ſpei creditores dicuntur: vt j. eod. §. ex conditionali.

ADDITIO

Improprie tamen proprie autem creditor eſt, qui ſibi m alterius credendo ſecutus eſt. Et ita intelligitur ſtatutum de eo qui credidit faciens mentionem: ſecus ſi de creditore ſimpliciter quia intelligitur, quocunque modo alium habeat obligatum, dummodo non in diem vel ſub conditione. Angelus.

¶ *Si quis ita ſtipuletur.* CASVS. Ponit exemplum conditionis prolatæ per verba negatiua di. quòd ſi aliquis ſtipuletur, Promittis mihi decem, ſi Capitolium non aſcendero, bene valet talis ſtipulatio, ſed perinde eſt, ac ſi ſtipulator ſtipulatus eſſet cum moreretur, decem ſibi dari. nam in vtroque caſu demū poſt mortem ſtipulatoris poterit illud, quod in ſtipulationem deductum eſt, peti cum effectu. Not. quòd cōditio alia reſpicit tempus futurū: vt j. eo §. ſub conditione. alia præteritum, & alia præſens.

a ¶ *Si in capitolium nō aſcendero.* ſuprà poſuit in affirmatiua conditione & negatiua: nunc in negatiua tantum.

b ¶ *Dare ſpondes.* ſ. quinque aureos, vel aliquid aliud.

c ¶ *Cum morietur.* ſimiles ſunt iſtæ duæ ſtipulationes in hoc, quia mortuo ſtipulante in vtroque caſu committitur vt hæredes agāt. nam poteſt obligatio ab hærede ſic incipere: vt C. vt act. ab hære. & cōtra hæred. l. j. Diſsimiles in hoc, quia prima conditionalis, ſecunda in diem: quā diem certum eſt euenire: vt ff. de condi. inde. l. nam ſi. licet neſciamus quando: vt ff. de condi. & demon. l. j. & in authen. de nupt. §. deinceps. colla. iiij.

¶ *Ex conditionali.* CASVS. Aliquis ſtipulatus eſt aliquid ſibi dari ſub conditione quæ pendet: nunquid habet ſtatim aliū ſibi obligatum ſcilicet illum à quo ſtipulatus eſt? Et reſpon. quòd non: imo ex conditionali ſtipulatione tātum ſpes eſt in debito: & ſi contingat ipſum decedere ante, quam conditio exiſtat, ipſe iſtā ſpem transmittit ad hæredem ſuum.

d ¶ *Spes eſt.* nō autē ceſſit, vel venit dies: ſed in pura ſtatim cedit & venit: ff. de verb. ſign. l. cedere. ſed in illa quæ eſt in diem: ſtatim cedit dies legati, ſed non venit. j. eodem. §. in diem. *Diem cedere & venire differunt.*

e ¶ *Transmittimus,* ſic. C. de his qui ante aper. tab. l. j.

f ¶ *Contigerit.* ſed quare legatarius conditionalis legati ſpem ad hæredē nō transmittit: vt C. de cadu. tol. §. ſin autem aliquid? Reſpond. in ſtipulatione interuenit factum ſtipulantis volentis ſibi proſpicere, & ſic hæredi: vt ff. de prob. l. ſi pactum. quod non eſt in legatario: cuius nullum factū interuenit. & eodem modo reſponde in hæreditate conditionali. *Legatarius conditionalis legati ſpem non trāſmittit*

¶ *Loca etiam inſeri.* CASVS. Suprà dictum eſt, quod in ſtipulationem quandoque dies, quandoque conditio venit. Et non ſolum illa, quę ſuprà dicta ſunt, poſſunt venire in ſtipulationem: imo etiam loca ſtipulationibus inſeri poſſunt: puta ſi dicā ſic, Promittis te mihi daturū decem Carthagini? & tu reſpondes, Promitto. & huiuſmodi ſtipulationes licet puræ videātur: re ipſa tamen habēt tacite tempus adiectum, quo aliquis ire vel mittere poſſit ad locum illum, in quo promiſit pecuniam ſe daturum. vnde ſi aliquis ita ſtipuletur Romæ: hodie Carthagini dare ſpondes? iſta ſtipulatio non valet, cum te promiſſio ſit impoſsibilis, & ratione huius impoſsibilitatis vitiatur huiuſmodi ſtipulatio.

¶ *Loca etiam.* non ſolū conditio vel dies.

g ¶ *Tempus.* quod bonus iudex arbitratur. qđ dic: vt ff. eo. l. continuus. §. cū ita.

ADDITIO. *Nota, quod licet in actibus iudiciariis tempus itinerandi ſit ſtatutum certum, vt viginti milliarium ſingulo die. vt l.j. ff. ſi quis caut. (& dic vt ibi per Bartol. & doct.) tamen in contractibus non eſt determinatum: ſed totum reſidet in pectore iudicis: qui multa debet conſiderare, & locum, & periculum. & qualitatem perſonæ: vt l. continuus. §. primo. & ibi vide Bartolum & Imol. ff. eod. Angel.*

* *Alias iniectum. Quod. vetus. exẽ. habent, interiectum.*

a ¶ *Impoſſibilis.* Ratione enim impoſsibilitatis ſtipulatio vitiatur: vt j. de inutil. ſtipul. §. ſi impoſſibilis. niſi vterque haberet ibi procuratorem, & egiſſet quilibet cum ſuo, vt eadem die fieret ſolutio: vt ff. eodem. l. fin. §. ſi inter eos.

adiectum *, quo promiſſor vtatur ad pecuniam Carthagine dandam. Et ideo ſi quis Romæ ita ſtipuletur, Hodie Carthagine dare ſpondes? inutilis erit ſtipulatio: cùm impoſsibilis [a] ſit repromiſsio.

¶ *Eam propriè conditionem dicimus quæ futurum reſpicit: idcirco cõditio quæ ad præſens aut præteritum refertur, ſtipulationem conditionalem non reddit, ſed aut purã, aut nullã.*

¶ Conditiones, quæ ad præſens vel præteritum tempus referũtur, aut ſtatim infirmant obligationem, aut omnino non differunt: veluti ſi Titius Conſul [b] fuit: vel, Si Mæuius viuit, dare ſpondes? Nam ſi ea ita non ſunt: nihil valet ſtipulatio. ſin autem ita ſe habẽt: ſtatim valet. Quæ enim per rerũ naturam [c] ſunt certa, non morantur [d] obligationem: licet apud nos incerta ſint [e].

b ¶ *Conſul fuit.* ſic ff. ſi certum petatur. l. itaque. & l. cum ad præſens tempus. patet etiam in l. conditio. ff. de verb. obli.

c ¶ *Naturam.* ergo nec futura morantur obligationem. nam etiam illa per rerum naturam certa ſunt: vt de iud. l. ſed & ſi reſtituatur. §. ſi contra. Sed dic, quod aliud eſt eſſe certum per rerum naturam. i. per naturalẽ curſum naturæ, per quã ſola præterita & præſentia ſunt certa: & ita hic accipitur. Et etiam illa futura certa ſunt quæ non habent ſe ad vtrumlibet: vt ſi moriar. nam & hæc non morantur obligationem: vt ff. de condi. inde. l. nam & ſi. & l. præcedent. & ſequent. & ff. de nouat. l. ſi pupillus. §. qui ſub conditione. Et aliud eſt in natura rerum. id eſt in ſcientia Dei: in qua omnia, quæ ſunt vel fuerunt, vel futura ſunt, teſte Boœtio tãquam præſentia ſunt. Item & alias, ſunt mille anni ante oculos eius tanquam heſterna dies quæ præteriit. & dicitur prima natura naturata, ſed ſecunda natura naturans: quod idem eſt, quod ipſe Deus.

Natura eſt duplex

¶ *Conditiones quæ.* CASVS. Quæſiui à Iuſt Domine, ſuprà dictum eſt, quod ſtipulatio conditionalis eſt, cum differtur in aliquem caſum. Sed domine, nunquid omnis ſtipulatio eſt incerta, quæ fit per hanc coniunctionem, ſi? Reſpon. dominus Iuſtinianus quod non: nam ea quæ ſunt præſentia vel præterita, non dicuntur pendere: ſed ea quæ ſunt futura, proprie dicuntur pendere, quaſi diceret: tunc intelligitur ſtipulatio ſub conditione, quãdo differtur in aliquem caſum futurum. Quãdo autem in aliquem de præterito, vel de præſenti concipitur, tunc non eſt ſtipulatio ſub conditione: imo aut ſtatim valet obligatio, aut non valet. Ea enim quæ per rerum naturam certa ſunt, non morantur obligationem. Si enim dicam, Promittis mihi decem ſi Mæuius viuit? & tu reſpondeas, Promitto. ſi viuit tempore conceptæ ſtipulationis, ſtatim valet ſtipulatio: ſi autem non viuat tempore conceptæ ſtipulationis, non valet, imo ſtatim infirmatur: & ita ſtipulationes, quæ concipiuntur in aliquem caſum præſentem vel præteritum: quanquam illi caſus nobis ſint incerti: quia tamen quo ad naturam naturantem ſunt certi, non morantur &c. Franc.

ADDI. *Per naturam certum eſt aliquid dupliciter, ex cauſa ſcilicet, & ex re ipſa. ex cauſa puta, ſi mater vterum gerat: quoniam nõ concepti naſci non poſſunt: re verò ipſa certum eſt quid nunc agat Rex, licet mihi ignotum ſit. illa notitia de futuris eſt. l. ſed etſi, ff. vbi quis ag. vel con. hac. de præſentibus tantum: de qua hic agitur. AEmyl. Fer.*

d ¶ *Non morantur.* i. non ſuſpendunt ſiue differunt. Accurſius.

e ¶ *Incerta ſint.* ff. de reg. iur. l. in totum. contra. Solu. illa loquitur in his, vbi præſens ſolennitas exigitur: vt ſeptem teſtes in teſtamento: vt ſ. de teſt. §. j. Vel loquitur in illis caſibus, vbi certa ſcientia & intellectus de præſenti exigitur in contractibus puris: vt C. de donationib. l. nec ignorans, nec inuitus: hic autem in conditionali.

¶ *Non ſolum res.* CASVS. Suprà dictum eſt de

eſt de ſtipulatiooibus, quæ conſiſtunt in dando: nunc tractandũ eſt de ſtipulationibus, quæ conſiſtunt in facieodo vnde dicit Iuſtinia. non ſolum res poſſunt deduci in ſtipulationẽ, ſed & facta: puta cum ſtipulor aliqd à te fieri, vel non fieri in futurum: & ſi nõ fuerit factũ ſecundum ſtipulationem, potero agere contra te, & petere intereſſe meũ. Et quia difficile eſt probare intereſſe, propterea dat Iuſtin. conſilium ſtipulatori, vt adiiciat pœnã in ſtipulatione: quam petere poterit ſtipulator, ſi non fuerit factum ſecundum ſtipulationem: & ita non habebit neceſſario probare quanti ſua intereſt. Et docet in litera qualiter pœna debet ſtipulari, dicens, quod ſi aliquis ſtipuletur aliqd fieri, veluti turrim: ita adiicere debet. Et ſi turrim noo feceris, decem aureos dare ſpondes nomioe pœnæ? Contingit autem aliquando, quòd in eadem ſtipu. ſtipuletur quis aliquid fieri, & aliquid oon fieri: puta, Stipulor à te, vt eas Romam, ſed noo eas per Floreotiam. & in iſtis ſtipulationibus in quibus ſtipulor aliquid fieri, & oon fieri, ita erit pœna adiicieoda, ſi aduerſus ea factum fuerit. i. ſi iueris per locom prohibitum: ſeu ita factum non erit i. ſi non iueris Romã decem aureos dare ſpondes? Et hæc dicuntur vſque ad fioem.

¶ *Non ſolum*. de ſtipolationibus, quæ in dando cõſiſtunt hucvſque diximus: nunc de iis, quæ in facto conſiſtunt.

a ¶ *Pœnam ſubiicere*. ſic. ff. de præt. ſtipu. l. ſi. vbi datur ſimile conſilium.

b ¶ *Quantitas*. ſ~~cilicet~~. non autem contra. Solut. noo intereſt quoad hoc, vt valeat compromiſſum intereſt, tamen quo ad vtilitatem ſtipulationis.

c ¶ *Probare*. ſed quomodo intereſſe probabitur? Reſpond. per teſtes, vt hic innuitur: vt C. de ſeoten. quæ pro eo. l. j. §. j. niſi ſperatur ex dolo alterius: qa túc p ſolum ſacramentum: vt ff. quod vi aut clam. l. ſemper. §. in hoc interdicto. & §. ſequent. & C. vnde vi. l. ſi quando. & C. de iure dotium pe. l. j.

¶ *Factum in ſtipulationibus deduci poſſe exploratı iuris eſt: quibus (cum intereſſe præſtando à facti obligatione eximatur promiſſor) vtile eſt pœnam adÿci: propter eius quod intereſt difficilem probationem.*

¶ Non ſolùm res in ſtipulatum deduci poſſunt, ſed etiam facta: vt ſi ſtipulemur fieri aliquid, vel non fieri. & in huiuſmodi ſtipulátionibus optimum erit pœnam ſubiicere,[a] ne quantitas[b] ſtipulationis in incerto ſit, ac neceſſe ſit actori probare[c], quòd eius interſit. Itaque ſi quis, vt fiat aliquid ſtipuletur: ita adiici pœna debet. Si ita factum non erit, tunc pœnæ nomine decem aureos dare ſpondes? Sed ſi quædam fieri[d], quædam non fieri[e], vna eadémque cõceptione ſtipuletur quis: clauſula[f] huiuſmodi erit adiicienda, Si aduerſus ea factum erit[g] ſiue quid ita factum non fuerit[h]: tunc pœnæ nomine decem aureos dare ſpondes?

d ¶ *Quædam fieri*. puta ire Romam.

e ¶ *Quædam non fieri*. puta per Florentiã non ire.

f ¶ *Clauſula*. ſcilicet pœnalis. Accur.

g ¶ *Factum erit*. hoc redditur ſecundo dicto.

h ¶ *Factum non fuerit*. hoc refertur ad primum. Et ſi ex vno capite ſit pœna cummiſſa, non committetur plus: vt ff. de arbi. l. ſi duo. §. fina. niſi hoc actum ſit vt pluries committatur: vt ff. de tranſactionibus. l. qui fidem.

ADDITIO. *Item niſi ſit appoſita ſuper facto iterabili, vel continente plura capitula, ſi ratione intereſſe petatur. ſecundum Ioan. Fab. hic. Et not. quod iuramentũ de non contraueniendo habet vim iſtius clauſulæ item facit, vt actus valeat eo meliori modo, quo poteſt. Angelus.*

TITVL. XVII.

DE DVO-bus reis ſtipulandi & promittendi.

¶ *Ne credito hic reos*

DE DVOBVS REIS ſtipulandi & promittendi.

¶ *Quia in ſtipulatione de qua dictũ eſt ſuprà titulo primo. plures perſonæ interueniunt quandoque, quarum quædam dicuntur rei ſtipulandi alia rei promittendi: ideo dicit de duobus reis ſtipulandi ac promittendi. Accur.*

A D D I. *Rei autem ſunt, quorum de re agitur in iudicio. Cicero libr. de Orat. 2. Reos appello non eos modò qui arguūtur, ſed omnes quorum de re diſceptatur, & pauli poſt, Reos appello, quorum res eſt.*

à reatu ſiue delicto dicis ſed eos reos ſtipulādi dicimus, qui duo pluresve ab aliquo ſibi qd dari aut fieri ſtipulātur, quib⁹ ſimul reſpōdetur. promittēdi verò reos qui ſeparatim interrogati, cuipiā idem dare aut facere ſinguli promittūt: proindè ꝙ duobus reis ſtipulandi debetur, ſingulis inſolidū debet: & è regione quòd plures promittendi rei ſpoponderūt, ſinguli ſolidū dare tenētur: vnius tamen ſolutione aut receptione, vtriuſque perimitur obligatio.

ET ſtipulandi & promittendi duo pluréſue rei fieri poſſunt. ſtipulādi ita ſi poſt omniū interrogationē promiſſor reſpōdeat, Spōdeo[a]: vt puta cū duobus ſeparatim ſtipulātib⁹ ita promiſſor reſpōdeat. Vtriq; veſtrum dare ſpondeo. Nā ſi prius Titio ſpopōderit, deī de alio īterrogāti ſpōdeat[b]: alia atq; alia erit obligatio nec creduntur duo rei[c] ſtipulādi eſſe

¶ *Et ſtipulandi.* hic dicitur reus ſtipulandi, qui rem aliquam, vt pecuniam ſtipulatur à re, non à reatu dictus. Et econtra reus promittendi, qui aliquā rem promittit: vt ff. eo. l. j. alias reus tantum debitoi dicitur: vt patet C. de iura. calum. l. ij. alias dicitur reus, qui conuenitur: vt C. de iudi. l. properādum. §. & ſi quidem. & dic vt ff. eo. l. j. Poteſt dici & alio reſpectu reus ſtipula. & promittendi: vt dicitur in gloſſ. Accur.

Reus ſtipulandi. *Reus promittendi.*

a ¶ *Spōdeo.* hoc adiecto. vt ſint duo rei inſolidum etiam iure veteri: vt ff. eod. l. reos. §. fi. & §. cum in tabulis,

Reorū debendi & credendi cōſtitutio an per interuallum impediatur.

b ¶ *Spondeat.* ex interuallo: puta ſi diuerterint ad alios actus extraneor: vt ff. eodem. l. duos. §. fi. alias ſi non eſt extraneus actus, cōtradiceret. d. l. ei. quod quomodo dixerat ibi, nam ſi prius. & quod dicitur. ff. eodem. l. iij. Accurſius.

A D D. *Tu dic, quòd interuallū magnum, puta vnius diei, tum extraneo, vitiat cōſtitutionem duorum correorū, ſi interueniat inter interrogationē & reſponſionem: alias ſi inter obligationem vnius perfectā, & alterius perficiendā, non vitiat conſtitutionem correorum expreſſam ſed tacitā ſic, ſaltem in duobus reis credendi.*

c ¶ *Nec creduntur duo rei.* ſcilicet vt vna ſit obligatio, & vnius rei: ſed ſunt creditores duo, & diuerſarum rerum: vt j. eod. §. ex huiuſmodi.

ET ſtipulādi. Totus iſte titulus diuiditur in quatuor partes. Primo ponit de duobus reis ſtipulandi qualiter fiant. Secundo de duobus reis promittendi. Tertio ponitur effectus ipſius obligationis pluriū reorum. Quarto iedit ad duos reos promittendi. Secunda ibi, §. duo pluréſue. Tertia ibi, Ex huiuſmodi Quarta ibi. Ex duob⁹. *CASVS.* Quęſiui à Iuſtinia. qualiter poſſunt fieri duo pluréſue rei ſtipulandi vel promittēdi? Et reſpond. dicens, quod hoc pacto: ſi poſtquam duo ſtipulati fuerint eandem rem ab eodem, ipſe poſt amborū interrogationem reſpondeat, vtriq; veſtrum dare ſpondeo. verbi gratia, pone quod ſum ſtipulatus à Titio in hunc modum. Promittis mihi Stichum: & Petrus incōtinenti poſt meam ſtipulationem, & ante promiſſoris reſpōſionem ſtipulatus fuerit ab eodem Titio ſibi dari eundem Stichum: & ipſe poſt ambas interrogationes reſpondeat, Vtrique veſtrū dare ſpondeo: & ego & Petrus effecti ſumus duo rei ſtipulandi. Sed pone, domine quid ſi mihi primo ſtipulanti Stichum promiſeris? deinde Petro ſtipulanti ex interuallo eundem Stichum promiſerit? Reſpon. dominus Iuſti. dicens, quod nos ſcilicet, ego & Petrus ſumus duo creditores in eadem re: ſed non ſumus duo rei ſtipulādi vnius obligationis, ſed diuerſarum obligat. Vna enim obligatio mihi eſt acquiſita, & alia Petro ſtipulanti ex interuallo: quia natura duorum reorum ſtipulandi hæc eſt, vt nihil ſit medium inter ſtipulationē vnius & alterius. ſed ſi ſtatim poſt vnam ſtipulationem fiat alia, qualiter intelligi debeat, ex ſequentibus apparebit. Franc.

¶ *Duo pluresve.* *CASVS.* Dixi Iuſti. Domine ī. dixiſtis qualiter fiant duo rei ſtipulandi. ponatis ſi placet exempla de duobus reis promittendi? Reſpon. dominus Iuſti. dicens ſic: In duobus reis promittendi ſunt duo, qui ſtipulentur ab eodem: ſed vbi ſunt duo rei promittendi: vnus ſtipulatur à pluribus. Vnde ſcire debes, quod duo rei promittendi ita fiunt, ſi fuero ſtipulatus in hunc modum, Mæui promittis mihi decem aureos. & ipſe reſpon. promitto. & poſtea ſine interuallo dixero Seio. Sei promittis mihi eoſdem decem

decem aureos quos ſtipulatus ſum à Mæuio? & ipſe reſpoud. promitto. iſti ſunt duo rei debendi vel promittendi. ſunt enim duo debitores debentes eandem rem. Franciſ.

ſeu implicatio verborum eſt ff. de arbit. l. ſi duo. io prin. Vel dic, quod quilibet iſtorum refer... ut ad vtrunque ſupradictū. & poſſunt fieri in ſtipulatione duo rei, & in quolibet genere obligandi: vt ff. eod. l. eandem.

¶ *Si duo promittant eidem eandem pecuniam, efficiũtur duo rei promittẽdi. Are.*

¶ Duo pluresue rei promittẽdi ita fiunt: Mæui decem aureos dare ſpondes? & Sei, eoſdem decem aureos dare ſpondes? ſi reſpondeant ſinguli ſeparatim, Spondeo[a].

¶ *Natura duorũ reorum eſt, vt quilibet teneatur inſolidum: ſed vnius ſolutione & receptione tollitur obligatio vtriuſque. Areti.*

¶ Ex huiuſmodi obligationibus[b] & ~~ſtipulationibus~~ ſolidũ ſingulis debetur: & promittentes ſinguli inſolidum tenentur. In vtraq;[c] tamen obligatione vna res vertitur: & vel alter[d] debitum accipiendo, vel alter[e] ſoluendo, omnium perimit[f] obligationem, & omnes liberat[g].

¶ *Etiam diuerſitas temporis adiectꝭ ſolutioni, non facit ceſſare cõſtitutionem duorum reorum. Areti.*

¶ Ex duobus reis promittendi, alius pure, alius in diem, vel ſub conditione obligari poteſt[h]: nec impedimento erit dies, aut cõditio, quò minus[i] ab eo, qui pure obligatus eſt, petatur.

a ¶ *Spondeo.* hoc acto vt fiãt duo rei, & inſolidum: vt ff. eo. l. reos §. fi.

¶ *Ex huiuſmodi.* CASVS. Dixi Iuſti. Iam vidi qualiter fiãt duo rei ſtipulandi & promittendi, pro Deo dicatis mihi, quis eſt effectus earum obligationum? Ad hoc reſpõ. Iuſtinia. quod ex ſtipu. huiuſmodi ſolidum ſingulis debetur, ſup. reis ſtipulandi: & ioſolidum debent ſinguli, ſcilicet rei promittendi: quia vterq; eorum inſolidum obligatur ſic ſingulis eorum ſtipu. ſolidum debetur. ſed licet inſolidum teneantur, vel ſolidũ ſingulis debeatur, tamen vna res ſola in obligatione vertitur. vnde ſi fuerint duo rei ſtipul. & ita duo creditores: ſi tamen vnus eorum recipiat illud, quod deductum erat in ſtipulationibus ille qui recepit, perimit obligationem ſingulorum: vnde ab altero reo ſtipulandi liberatur promiſſor. & ſi fuerint duo rei promittendi: & ita duo debitores eiuſdem rei, ſi alter rem illam ſoluat, perimit obli. illam, & liberatur alter. Franciſ.

Obligatio eadē poteſt eſſe vni & plures.

b ¶ *Obligationibus.* hoc refertur ad reos promittendi: & qđ ſequitur & ſtipulationibus, ad reos ſtipulandi: vt probatur. infrà ſtatim.

c ¶ *In vtraque.* i. vtriuſque obligatione. nam vna eſt quo ad vnum effectum: vt ff. eo. l. iij. in fi. ſed plures ſunt. quia plures tenentur, vt hic.

d ¶ *Alter.* ſ. reorum ſtipulandi.

e ¶ *Alter.* ſ. reorum promittendi.

¶ *Perimit obligationem.* ille, qui accepit.

¶ *Liberat.* ille qui ſoluit. Similis electio

¶ *Ex duobus reis &c.* CASVS. Quæſiui à Iuſtini. an vnus de duobus reis promittendi aliter poſſit obligari, quã alius. Et videtur qđ non: quia videtur, quod æquitas omnimoda ſiue paritas debeat eſſe inter duos reos debendi, dicit tamen, quod ex duob⁹ reis promittendi alter pure, & alter ſub conditione obligari poteſt, puta decem ſui ſtipulatus à Titio pure, & eadem decem ſui ſtipulatus à Martino ſub conditione. Iſti duo intelliguntur eſſe duo rei debendi: & licet Marti. ſub conditione obligetur: non ideo minus petere potero illa decem à Titio, qui mihi pure eſt obligatus, quanquam adhuc pendeat conditio. & hoc dicit. Fran.

h ¶ *Poteſt.* ſed nonne eſt hic imparitas? quod eſſe non debet. vt ff. eo l. eandem §. ſed ſi quis. Reſpond. ſecundum M. quod ibi regulariter dicitur, fallit hic: vt ff. eo. l. ſi ex duobus. §. fi. Alij vt P. dicunt. quod hic non eſt imparitas: cum adueniente conditione vel die, ambo æqualiter teneantur: ſed adhuc medio tempore remanet imparitas: quare dic quod in quantitate debita, vel re quæ debetur, non poteſt eſſe imparitas, vt ibi, ſed in aliis poteſt: vt hic, & ff. eo. l. ſi ex duobus. §. fi.

Obligatio an poſſit imparitatē cõtinere

i ¶ *Quo minus.* ſed adueniente conditione ſocium poterit conuenire mandati ſecũdum quoſdam, vel verius negotiorum geſtorum. vt C. eod. l. j. Patet ergo conſtitui poſſe pure duos reos debẽdi. & quemlibet inſolidum conueniri: vt C. eod. l. j.

Rei debẽdi inſolidum nõ poſſunt conueniri.

Hodie contra: etiam ſi hoc actum eſt expreſſim, niſi altero abſente, vel inope exiſtente: vt in authentica de duob. reis. §. primo. collatio ij. & authentica hoc ita. eodem titul. Codic. niſi renunciatum fuerit illi conſtitutioni: vt Codi. de pact. l. penultima. & ff. de minor. l. ſi iudex.

put: vt de capit. dimino. l. hodie.

b ¶ *In pleriſque.* hoc propterea dicit, quia hæreditati furtum fieri non poteſt: niſi in tribus caſibus: vt ff. de fur. l. hæreditariæ. & l. ſeq. Item propter vſumfru. qui ſeruo hæreditario permitti non poteſt, vt hæreditati quæratur: vt ff. eo. l. vſusfructus.

Hæreditati furtũ fieri non põt.

ADD. *Et eſt ratio ſecundũ doct. quia ſine perſona cui acceſſit, debe ri non poteſt.*

c ¶ *Defuncti.* non hæredis: vt hic. & ſ. de hæred. inſtit. §. ſeruus. & ff. de acquir. rer. domini. l. hæreditas. Et quæ ſit ratio, quare perſonam defuncti, & non hæredis ſuſtinet: dic vt d. §. ſeruus.

d ¶ *Hæreditati.* ſic ff. de iniu. l. j. §. quoties autem.

TITVL. XVIII.

DE STIPVLATIONE SERVORVM.

DE STIPVLATIONE SERVORVM.

¶ *Suprà titul. j. & titul. præced. dictum eſt de ſtipulatione liberarum perſonarum. Verum quia interdum ſerui ſtipulantur: ideo de his tractaturus intitulauit de ſtipulatione ſeruorum.*

¶ *Seruus hæreditarius, quod ex ſua ſtipulatione hæreditate iacente acquirit, hæredi futuro acquirit.*

SEruus ex perſona domini [a] ius ſtipulandi habet. Sed & hæreditas in pleriſque [b] perſonæ defuncti [c] vicem ſuſtinet: ideoque quod ſeruus hæreditarius ante aditã hæreditatem ſtipulatur, adquirit hæreditati [d]: ac per hoc etiã hæredi poſtea facto adquiritur.

¶ *Seruus ſiue filiusfamilias à quocunque ſtipuletur, & in cuiuſcũque perſona ſtipulationem concipiat: acquirit domino & patri. Aret.*

¶ Siue autem domino, ſiue ſibi [e], ſiue conſeruo ſuo, ſiue imperſonaliter [f] ſeruus ſtipuletur: domino adquirit. Idem iuris eſt & in liberis, qui in poteſtate patris ſunt, ex quibus

SEruus. Totus iſte tit. diuiditur in tres partes. Primo quod ſeruus ſtipulando acquirit domino in cuiuſcunq; perſona ſtipulatio concipiatur. Secundo excipit à regula, quod factum non acquiritur. Tertio ſi ſint plures domini, pro dominicis portionibus acquiritur. Secũda ibi, ſed cum factum. Tertia ibi, Seruus communis.

CASVS. Quæſiui à Iuſti. vtrum ſerui haberent ius ſtipulandi? & videbatur quod non, cùm ſtipulatio ſit actus ciuilis & quantum ad ius ciuile attinet, ſeruus pro mortuo habetur. Et reſpon. dominus Iuſti. quod quanquam ſeruus quantũ ad perſonam ſuam propriã pro mortuo habeatur: ex perſona tamen domini ſui poteſt habere ius ſtipular. Sed dicet aliquis, Domine, hoc verum eſt, ſi ſeruus habet dominum: ſed quando non habet dominum puta dum hæreditas iacet: nunquid valet ſtipulatio? Et reſpon. Iuſti. quod ſic: quia hæreditas in caſu iſto vicem domini ſuſtinet. vnde ſi ſeruus hæreditarius ante aditam hæreditatem ſtipuletur, acquirit hæreditati, & ſic hæredi futuro. Franc.

Dominus eſt caput ſerui.

a ¶ *Domini.* qui dominus caput eſt ſerui: vt infrà de nox. §. omnis. ex ſua enim perſona nihil poteſt: vt ff. de regu. iur. l. ſeruitutem. & l. quod attinet. niſi ex quo manumittitur. tunc enim incipit habere caput: vt de capit. dimino. l. hodie.

¶ *Siue autẽ &c.* CASVS. Dixi Iuſti. Domine, vidi quod ſi ſeruus ſtipuletur aliquid dari domino ſuo: quod illud domino ſuo acquiretur: ſed ponamus, quod nõ domino ſuo, ſed ſibi ſtipuletur aliquid dari: acquirit ne domino ſuo? Et reſp. Iuſti. dicens quod ſiue ſeruus ſtipuletur domino ſuo, ſiue ſibi, ſiue cõſeruo ſuo, ſiue imperſonaliter, i. perſona non adiecta, omnibus iſtis modis quatuor domino acquirit. Idẽ iuris eſt in filio: qui qualitercunq; ſtipuletur, patri ſuo acquirit ex his cauſis, per quas pater per filium acquirere poteſt. Franciſcus.

e ¶ *Siue ſibi.* niſi in caſibus, vt cum factũ eſt in ſtipulatione: quo caſu domino non acquiritur: vt j proxi. §. & cum operas liberto ſtipulatur: vt ff. eo. l. ancpe. & in alijs caſibus, quos not. ff. eo. l. j. & l. ſequẽ. Sed nunquid frater poteſt ſtipulari fratri ſuo in eadem poteſtate exiſtenti? Dic quod ſic: quia ſeruus conſeruo ſuo ſtipulari poteſt, vt hic: igitur frater fratri: argu. C. de diuer. reſcrip. l. j. Item, quia vox filij, vox patris intelligitur: & vox ſerui, vox domini intelligitur: vt j. de inutil. ſtipu. §. ei vero qui. & §. poſt mortem.

f ¶ *Imperſonaliter.* nullius facta mentione, id eſt, vel proprio nomine, vel appellatiuo:

latiuo: vel facta mentione de nomine appellatiuo, ſed non proprio: vt ĩ.de exhæ.lib.§.j.Accur.

ADD. *Idem per omnia dici poteſt in monacho ſtipulante. Ange.*

cauſis adquirere [a] poſſunt.

¶ *Seruus factū, ſuam ipſius perſonam reſpiciens ſtipulādo ſibi, non domino quærit.*

¶ Sed cū factum [b] in ſtipulatione cō tinebitur: omnimodo [c] perſona ſtipulantis continetur [d]: veluti ſi ſeruus ſtipuletur, vt ſibi ire agere [e] liceat. ipſe enim tantum prohiberi nō debet: non etiā dominus [f] eius.

¶ *Ex cōmunis ſerui ſtipulatione vnicuique dominorum pro portione ſcilicet dominica, acquiritur: niſi vni⁹ domini iuſſu aut nomine ſtipulatus ſit: quod autem vni dominorum quæri non poteſt, alteri accreſcit.*

¶ Seruus communis ſtipulando [g], vnicuique dominorum pro portione dominij adquirit: niſi iuſſu vnius eorum, aut nominatim [h] alicui eorum ſtipulatus eſt [i]: tunc enim

a ¶ *Acquirere.* vt ex cauſa profectitia & aduentitia iſto iure. quod dic: vt ĩ. per quas perſ. nobis acqr.§.j.

¶ *Sed cum factū &c.* CASVS. Suprà dictum eſt, quod quocunque modo ſeruus ſtipuletur, quod domino acquirit, ſed hoc eſt verum, ſi ipſe ſtipuletur aliqd quod conſiſtat in dando. Sed pone, quod ſeruus aliquod factum ſtipuletur, puta, vt liceat ei ire, agere: tunc ſeruus per hanc ſtipulationem domino nihil acquirit, ſed ſibi ſoli. vnde ſi dominus vellet ire agere, bene poſſet prohiberi ne iret, vel ageret. Franc.de Aret.

b ¶ *Cum factum.* ſed ſi ſtipulatur ſeruus ſibi ſcribi librum, & ſic factum: nonne acquiritis domino? Reſpond. ſic. & quod hic dicitur, ſed cum factum &c. id eſt, à ſeruo faciendum, & non ab alio, vel etiam à domino.

ADD. *Tu dic ſecundum Angel. quod factū ſi perſona ſerui inhæreat à quocunque, ſiue ipſi ſeruo, ſiue ſibi ab alis ſit præſtandum, non acquiritur domino: alias ſecus. Ioan Fabr.*

c ¶ *Omnimodo.* ſic ff.de vſu & habita.l. plenum.§.ſi vſus.

d ¶ *Continetur.* ſic.ff.de cond.& demon.l. qui hæredi. Accur.

e ¶ *Ire agere.* hæc verba expone. vt ſ. de ſer.in prin.& ff.de ſer.ruſti.præd.l.j. Et nota. quia hic per verba loquitur: aliud ſi per nomen puta iter. tunc enim domino acquiritur: vt ff.eo.l.ſi communis.

Stipulari ire & ſtipulari iter differunt.

f ¶ *Non etiā dominus,* ſubaudi prohiberi non debet: quaſi diceret, debet prohiberi. Sed contra ſ. per quas perſo.no.acqui.§.non ſolum.& ĩ.de his, qui ſunt ſui vel alie.iur.§.j. Sed non eſt contra: quia & hic acquiritur domino commodum, nam ad ſui domini vtilitatem ibit ſeruus.

¶ *Seruus communis &c.* CASVS. Suprà dictum eſt, quando ſeruus vnius ſtipulatur. ſed domine, quid iuris eſt ſi ſeruus communis ſtipulatur? Et reſpō. Iuſti. q ſi ſeruus cōmunis ſtipuleretur aliquid ſibi dari impersonaliter, vel dominis ſub nomine appellatiuo: acquirit vnicuique domino pro portione dominij, & non pro portione virili: niſi vnus ex dominis iuſſerit eū ſtipulari: tunc enim iubenti acquiritur: vel ſi nullus eorum iuſſerit ei, ipſe tamen alterū nominauerit, puta ſtipulat⁹ eſt Petro domino ſuo, tunc per hāc ſtipulationem acquiritur nominato. Si autem vnus iuſſerit, & ipſe alium nominauerit: quid iuris ſit, habes in gloſſ. Fran.

g ¶ *Seruus cōmunis ſtipulando.* impersonaliter, vel ſibi, vel dominis ſuis ſub nomine appellatiuo, aliud ſi propria nomina expreſſerit: nam tunc acquirit pro virili, non pro portione dominij. Sed quid ſi proprium nomen, & appellatiuum? Reſp. ſi præponat proprium, pro virili. ſi appellatiuū præponat, pro dominica: vt ff.de ſtipul.ſer.l. ſi communis ſeruus ita ſtipuletur, Lucio Titio. & ff.de ſtatu libe.l.ita.§.j. Accur.

h ¶ *Nominatim.* proprio nomine: vt ĩ. de hære.libe.§.j. vel appellatiuo: dummodo intelligatur de quo domino dicat: vt C. de libe.præte.l.ij.& iij.& ff.ſi cert. pet.l. certum. Accur.

i ¶ *Stipulatus eſt.* hoc eſt diſiunctim.i. diuiſim exaudi. Sed qd ſi vnus iuſſit ſeruo, & ipſe alteri ſtipulat⁹ eſt nominatim? Diſtingue, ex cuius re vt ſi ex re iubētis ſibi quæratur, alias nominato: vt C. per quas perſo.no.acq.l.fi.§.fi.& ff.eo.l.proinde.§.fi. & l. ſeq. licet antiqui aliter diſtinguebant.

¶ *Quod ſeruus communis.* CASVS. Suprà dictum eſt quid iuris ſit, quando ſeruus communis ſtipulatur ſibi dari aliquid: & dictū eſt, quod vtrique dominorū poteſt acquiri. Sed domine, qd iuris eſt, ſi ſeruus cōmunis ſtipuletur aliquid quod alteri dominorum acquiri non poteſt: veluti ſi res quam ſeruus ſtipulatus eſt, ſit

alterius dominorum:cum rei ſua ſibi acquiri non poſſit. Et reſpond. Iuſti. quod tunc neceſſarium eſt, quod alteri acquiratur. hoc dicit. Franc.

a ¶ *Vnius domini ſit*, nam cum ſua ſit, amplius ei quæri non poteſt: vt §. de leg. §. ſed ſi rem. & §. de act. §. ſi itaque. reſtat ergo vt ſoli alteri quæratur. Aliud ſi ex re vtrius ſtipuletur: quia tūc omnibus quæritur, ſed communi diuidundo iudicio reddetur. i. cum aget communi diuidundo pro iſto ſeruo, poteſt etiam deducere, quòd ſocius ſuus lucratus erat ex ſtipulatione facta ex rebus ſuis: & reddatur illi, ex cuius re quæritur vt ff. eo. l. ſi ex re. §. 1.

ſoli ei adquiritur.

¶ *Seruus communis ſtipulando rem quæ non poteſt vni ex dominis acquiri: acquirit inſolidum alteri. Aretinus.*

¶ Quod ſeruus cōmunis ſtipulatur, ſi alteri ex dominis adquiri non poteſt, ſolidum alteri adquiritur: veluti ſi res quam dari ſtipulatus eſt, vni domini ſit[a].

TITVL. XIX.

DE DIVISIONE STIPVLATIONVM.

¶ *Supra dictum eſt de ſtipulationum materia. Verùm, quia earum multiplex eſt ſpecies: ideo ſubdit de diuiſione ſtipulationum. Per.*

STipulationum. Totus iſte tit. diuiditur in duas partes principales. Primo ponit diuiſionem ſtipulationis. Secundo illam per exempla declarat.

¶ *Secunda ibi, Iudiciales.* CASVS. Tradidit Iuſtinia. diuiſionem ſtipulationum: modo ſingula membra diuiſionis per exempla declarat. Et primo ponit, quæ ſunt iudiciales: dicens, q ille ſunt iudiciales ſtipulationes, quæ à mero iudicis officio proficiſcuntur. quod ſic intellige, ſcilicet quæ proficiſcuntur ab officio iudicis mercenario, & appellatur iudicis officium mercenarium, quando aliquid expeditur per iudicem, propter quod iudex principaliter non aditur. Verbi gratia: aliquis vſucepit rem meam, quam à non domino emit bona fide: ego egi contra eum rei vendicatione, & litem cum eo ſum conteſtatus. lite conteſtata compleuit vſucapionem, non obeſt ei litis cōteſtatio quo ad curſum vſucapionis complendæ. Sed ſecus eſt in præſcriptione quia ſi tantū cōpleta vſucapione probè illam rem meā eſſe: tenetur illā mihi reſtituere: & ita licet quo ad curſum nū noceat ſibi litis cōteſtatio, tamen quo ad effectū vſucapionis ei obeſt: & debet iudex cautionem facere cauere, q non commiſit dolum in re illa, ſeruum forſan petitum alienando: vel manumittendo, vel aliquo alio modo: vt ff. de rei ven. l. ſi poſt acceptum.

¶ *Quæ ſit ſtipulationum diuiſio, & quæ ipſius vis ac ſignificatio ſit, breuiter exponit.*

STipulationum aliæ ſunt iudiciales[b], aliæ prætoriæ

Secundum dicitur eſſe quædam ſtipulatio iudicialis. Si enim ago contra aliquem pignoratitia actione debet iudex ex officio ſuo facere reo interponere cautionē, q in re pignorata non cōmiſit dolū ſeruitutes admittendo, vel aliquo modo ius læſerit: vel de perſequēdo ſeruo. Si enim aliquis meus abſtulit à me ſeruum meū & illū poſtea perdiderit: debet iudex facere cauere de perſequendo ſeruo illo, & de reſtituendo eius pretio. Prætoria autem propriè eſt illa ſtipulatio propter quam aditur iudex vius ad hoc q illud exequatur, qđ mortuus iudex promiſit, vel præcepit. Cum enim prætor mortuus præceperit, q ille eius domus minatur ruinā, caueat de damno infecto: ſi adeatur prætor viuus ad executionem illius præcepti, hoc eſt ad hoc, vt faciat ipſum cuius domus minatur ruinā cauere de damno infecto: iſta cautio ſiue ſtipulatio prætoria nūcupatur. In ver. prætoriæ. Iuſt. manifeſtat per exempla, quę ſunt prætoriæ ſtipulationes, q proficiſcuntur à mero prætoris officio. i. prætor: ita quod non iudicis officio interponantur: veluti dāni infecti cautio & legatorum. & dicunt ſtipulationes ædilitias ſub prætoriis ſtipulationibus contineri, ita q ſi animal tibi vendā, & de vitiis (prout teneor) caueam, dicitur iſta cautio, quāquam ſit ædilitia, prætoria. Franciſcus.

¶ *Stipulationum* ſimile per omnia. ff. de verbo. obliga. l. ſtipulationum. ij.

b ¶ *Iudiciales.* quando iudex ex officio de aliqua

beat iudex facere interponi officium mercenarium: & ſic ſecundum, quod dicit, tera dicitur, mero: quia nunquam prætor viuus vel mortuus hoc ſe intromiſit. ſed lege ſolū fcite interponitur huiuſmodi cautio: vt in cautione de dolo per ſ. prius allege de rei vē di. l. poſt. & ſubdi exemplo. primū eſt veluti de dolo cautio.

l. 7. De verb. oblig.

ADDITIO. *Collige ex gloſſ. duas opiniones. Prima, quod vbi fideiuſſor fideiubet in plus, quam reus principalis debet, obligatur pro occurrente quantitate. & pro hac ſententia allegatur primo. l. ſi a reo ff. eodem lege ſi hactenus. in fine ff. de conditio. per a. l. vtga... in fine ff. mandat. allegatur vulgaris regula: Quia vtile per inutile vitiari non debet, regula iuris. vtile. lib. vj. Chriſtophor.*

c ¶*Nec plus*. contra hanc regulam eſt. ſ. de rerum diuiſione. §. ſi tamen rem alienam. Item ff. de contrahenda emptione lege ſi in emptione. in principio ibi, nec tetert. Item ff. de ſolut. lege qui res. §. mihi decem. & §. qui ſtipulatur. & §. mihi Romæ. Sed his omnibus d[...] generalem ſolutionem, vt ſic exponas hanc literam, non plus eſſe poteſt in acceſſione &c. id eſt in acceſſoria obligatione, ſecundum Ioannem. Item contra. ff. de iudic. leg. non quemadmodum. Solut. ibi non eſt plus: quia licet fideiubeat ante reum, non tamen plus tenetur. Item contra. ſ. eodem. §. j. verſiculo at nec. Sed ibi non eſt plus eo modo, quod dicitur plus. Dicitur enim plus quatuor modis, quorum nullus eſt ibi: vt. ſ. de act. §. plus autem. Accurſius.

ADDITIO. *Et eſt ratio. quia in dictis quatuor modis diſparitas prouenit ex facto ſtipulatoris: ideo ſibi imputet. Diſparitas vero ineſſicacia, ſeu ſubſtantia obligationis ex iuris ordinatione proueniens, ideo ſibi magis ſuccurritur.*

d ¶*Contra*. id eſt ſi reus quinque promiſit, fideiuſſor decem.

e ¶*Contra vero*. Si reus ſub conditione promittat, & fideiuſſor re. Accurſius.

titate, ſed etiam in tempore minus aut plus intelligitur. Plus eſt enim[a] ſtatim aliquid dare, minus eſt poſt tempus dare.

¶ Fideiuſſor ſoluens pro reo, habet contra eum mandati actionem. Aretinus.

¶ Si quid autem fideiuſſor pro reo ſoluerit[b]: eius recuperandi cauſa habet cum eo mandati iudicium.[c] Græcè[d] etiam fideiuſſor ita accipitur, τῇ ἐμῇ πίστει κελεύω [illegible] ri [illegible]: pro eo erit, ac ſi dixerit, λέγω.

¶ Solennitas intrinſeca interueniſſe præſumitur, quando ſcripturæ verba apta ſunt illam comprehendere.

¶ In ſtipulationibus fideiuſſorum, ſciendũ eſt hoc generaliter accipi: vt quodcunq; ſcriptũ ſit quaſi actum, videatur etiam actum.[e] Ideoq; conſtat, ſi quis ſcripſerit ſe fideiuſsiſſe: videri omnia ſolenniter[f] acta[g].

a ¶ *Plus eſt enim*. Facit ad hoc. ff. de verb. ſig. l. ſi cui. §. ſi. & ĩ de actio. §. plus autem & ff. de ſolu. l. ſolidum. & ff. de ſolu. mat. l. ſi conſtante. §. quoties. Accur.

¶ *Si quid*. CASVS. Supra dictum eſt quod inter fideiuſſorem & creditorem eſt obligatio verborum, ſedque eſt obligatio inter fideiuſſorem & principalem reum? Et reſpon. Inſti. quod ſi aliquid fideiuſſor pro reo ſoluerit, habet contra eum actionem mandati: & ita quanquã verborum obligatio, quæ eſt ſtricti iuris, ſit inter fideiuſſorẽ, & principalem debitorem, eſt obligatio mandati: quæ eſt bonæ fidei. Franciſcus.

Fideiuſſor in quatuor caſibus agit antequam ſoluerit.

b ¶ *Soluerit*. ſiue per iudicẽ, ſiue non: vt ff. mandati. l. idemque. §. fideiuſſores. Sed etiam in caſibus quatuor ante, quam ſoluat, agit mandati: vt ſi hoc dictum ſit, vt ad tempus teneatur. Item ſi fuerit condemnatus, item ſi cœpit bona ſua diſsipare reus, item ſi diu ſtetit fideiuſſor in obligatione: vt. C. manda. l. ſi pro ea & ff. manda. l. Lucius. alias non agit ante, quã ſoluat, ſed ſoluere debet: vt. ff. de condic. inde. l. indebitam. Sed etiam in his caſibus nullo modo agit: vt ſi pro inuito, aut donandi animo, aut in rem ſuam fideiuſſit: vt. ff. manda. l. ſi remunerandi. §. ſi paſſus. & l. ſi pro te præſente. Item ſi hoc actum ſit, vt non agam. vt ff. mandati. l. ſi remunerandi. §. Marcellus. Item ſi mandatum non ſit obligatorium: vt. ĩ. mandati. §. illud. Item & ſi fideiuſſor non oppoſuit exceptionem, quam debuit opponere, vt ff. mandati. l. ſi fideiuſſor. Accur.

c ¶ *Mandati iudicium*. i. actionem. ſi interceſſit mandatum, vel etiam eo præſente fideiuſsiſſet: vt ff. mandati. l. qui fide. & l. ex mandato.

A DD. *Græca ſic intelligo, Mea fide iubeo ego. volo. affirmo. dico.*

d ¶ *Græce*. Facit. ff. eo. l. Græce. ĩ. reſpon. & ĩ. quibus mo. tolli. obligatio. §. j. verſic. ſed & Græce. & ſupra, de verbo. obliga. §. vtrum autem. Accur.

¶ *In ſtipulationibus fideiuſſorũ*. CASVS. Stipulatio autem in fideiuſ. poteſt eſſe cauta, & non cauta: ſi autẽ cauta non ſit, vt ſi inſtrumentũ dicat, quod ipſe promiſerit creditori interrogãti, nihilominus omnia præſumuntur ſolenniter acta, quaſi interrogatio promiſsionem præceſsiſſet. hoc dicit vſq; ad finem. Franc.

e ¶ *Etiam actum*. q. d. ſi ita dicit ſcriptura, ac ſi vere ita fuiſſet factum, quod forte fuit vel non fuit actũ, certe præſumitur pro ſcriptura, vt ſic videatur actum: & eſt hæc ſcriptura priuata. dicit enim, ſi quis ſe &c. & ex cauſa: vnde incõtinenti præiudicat, niſi contra probetur: vt ff. de non numera. pec. l. generaliter. Et facit ad hunc. §. ff. de verbo. ob. l. ſciendum. & C. de contrahen. ſtipula. l. j. & ĩ. titu. j. §. ſi ſcriptum. In ſcriptura autem publica conſtat ei ſtandum multo magis, niſi contra probetur: vt. C. de proba. l. cum precibus. & in authen. de fide inſtru. §. ſi vero moriantur. in princ. §. col. vj. Item nota hic præſumi omnia ſolenniter acta, quod probant ſupradictæ leges. Accur.

f ¶ *Solenniter*. i. etiam interrogationem factam fuiſſe: quam neceſſe eſt præcedere: vt. ĩ. de verborum obligatio. in princi. & C. de contrahen. & committen. ſtipula. l. j.

g ¶ *Acta*. ſed contra ff. de pub. in rem actio. l. quæcunq;. §. fina. Solu. ibi ſunt extrinſecæ ſolennitates de tutore & iudice, qui debent adeſſe, cum pupillus vendit. At hic actus promiſsionis nullus eſt ſine actu interrogationis. Vnde ex quo dixi, fideiubeo, vel promitto, intelligitur interrogatio facta eſſe quaſi pars promiſsionis: & ſic non eſt extrinſeca ſolennitas, cum ſit pars ſtipulationis.

l. 10.

l. 8.

DE LITERARVM OBligationibus.

¶Iſte titu.continuatur ad præcedentia. Quia ſupra viſum eſt de obligationibus, quæ contrahuntur re & verbis: ideò nunc ponit de his, quæ contrahuntur literis. Are.

TITV. XXII.

DE LITERArum obligationibus.

¶Qui ſe mutuum accepiſſe, numerationis futuræ ſpe, in ſcriptis confeſſus fuerit, niſi intra biennij ſpatium non numeratæ pecuniæ exceptionē obiecerit, poſtea literis effectualiter obligatur.

Olim ſcriptura[a] fiebat obligatio, quæ nominibus fieri diceba tur: quæ nomina hodie non ſunt in

Olim ſcriptura. Totus iſte titu. diuiditur in duas partes. Primo ponit qualiter olim ſcriptura obligabat, & eius correctionem: & nouum ſtatutum. Secūdo ponit intra quātum tempus olim & hodie poteſt opponi exceptio noo numeratæ pecnniæ. Secunda ibi, Multum.

CASVS. Quæſiui à domino Iuſtinia. quid eſſet obligatio literarum? Et reſpō. dicens, quod obli. literarum eſt illa quæ neque conſtat re, neque verbo, neq; conſenſu: ſed literis ſiue ſcriptura. Iſta obligatio literarum fiebat olim cum quadam ſolennitate, quam hodie non habemos. Obligatio tamen iſta inefficax eſt, quandiu ei poteſt opponi exceptio oon numeratæ pecuniæ, ſcilicet olim vſq; ad quinquennium: ſed hodie intra biennium. Ex iſta autē obligatione naſcitur actio, quæ vocatur condictio ex lege. ſcilicet tunc quando non habet locū exceptio nō numeratæ pecuniæ, cum non ſit verb. ob. ſi enim eſſet ver. ob. nō haberet locū ti. iſte, ſed ad præcedentes tit. eſſet tecurrendū. Ad intellectum tamen tam tex. quam gl. iſtius. §. ſciendum eſt, quod ſi aliquis confiteatur in iudicio ſe debere aliquid alicui, tunc valet iſta confeſsio, etiam ſi ſine cauſa confiteatur: cum authoritas iudicis, ſiue iudicij vicem cauſæ ſuppleat: vt ff. de inter. act. l. j. & iij. ſi autem extra iudicium facta ſit confeſsio: aut eſt facta ſine cauſa, & tunc non valet, aut cū cauſa, & tunc diſtingue: quia aut opponitur cauſa mutui, & tunc in odium fœneratorum poterit opponi exceptio nō nume. pecu. intra biennium: & compellitur fœnerator probare pecuniam ſe numeraſſe. Aut apponitur caoſa dotis, & tunc intra menſem vel annum poterit opponi exceptio non nume. dotis. Si autem ex alia caoſa confiteatur ſe debere, veluti cauſa empt. ſimiliter incontinenti præſumitur cauſa vera. & ſic confitenti præiudicat. Idem quæritur: cum quis confitetur in ſcriptura ſe debere, quare non ſtetit ſcripturæ præciſe, ſed poteſt opponi contra eam except. non numera. pecu. Dicas quod multum refert, vtrum in ſcriptura iſta contineatur ſic, Noueritis M. in noſtra præſentia conſtitutum confeſſum fuiſſe ſe debere tali ex cauſa mutui c. Hæc enim ſcriptura nō dicit pecuniam non numera. fuiſſe, ſed confeſſum fuiſſe ſe debere tali. quod forſan ſpe futuræ numerationis fecit, quę forſan nō fuit ſubſecuta: & propterea contra talem ſcripturā bene poteſt opponi except. non numera. pec. nec ſequitur quod de neceſsitate tali ſtetur ſcripturæ, vt poteſt ſubtiliter indaganti liquere. Si autem ita contineatur in ſcriptura, Noueritis quod talis in præſentia noſtra conſtitutus numerauit vel numerari fecit tali c. hic ſit mentio præciſe in ſcriptura de numeratione facta: ideo ſcripturæ ſtare oportet: quia nō poteſt huiuſmodi literis except. non nu. pec. opponi. Item ſcire debes quod propter tres gradus exiſtentes in ſcriptura ſcilicet ſcripturæ, ſtipulationis & iuramenti, dicunt quidam quod tres ſunt excep. reſpondentes iſtis tribus gradibus. Aut enim confitetur quis ſe debere aliquid in ſola ſcriptura ſcilicet ſine ſtipulatione vel iuramēto, & contra iſtā ſcripturam habet locum exce. non nu. pecu. aut in ſcriptura in qua cōtinetur ſtipulatio: & contra iſtam opponitur except. in factum. Aut in ſcriptura, in qua continetur iuramētum, & contra iſtam opponitur exce. doli. Alij dicunt, quod exc. non nu. pec. non eſt exceptio ſpecialis, ſed generalis cū qua concurrit excep. doli ſpecialis. ſed quia exc. doli nō habet locum contra patrem vel patronum: ideo adinuenta fuit exc. in factum, quæ poterit opponi cōtra ſcripturas in tali caſu. Multi autem dicunt, quod ſi debitor ante biennium exce. non nu. pec. opponat, & artet creditorē ad probandum pecuniam fuiſſe numeratam, poſt biennium etiam poterit ipſam opponere, ſed non cum tanto effectu: quia tunc neceſſe habebit probari pecuniam non fuiſſe numeratam. h. d. Franc. de Are.

a ¶*Scriptura.* id eſt ſolennitate quadam ſcripta, quæ per quædam nomina ſpecialia fiebat, vt ſubijcit.

ADD. *Horum verborum interpretationem*

nobis Fr. Hotomanus iſtam ex ſuis in Verrinas commentariis expoſuit, Veteres ſuas pecunias fere apud argentarios habebant, vnde quum opus eſſet, pecuniam ſumebant: vt ex ſexcentis Plauti locis intelligitur: & his Donati verbis in Adelph. Terentij. Tunc enim (ait) in foro de menſa ſcriptum, magis quam ex arca, domóque vel ciſta, pecunia numerabatur. Id autem Perſcribere, & Ex menſa ſcriptura dare ab antiquis dicebatur: Itemque Tranſcribere, vt l. ſi vir vxori, D. de praſcrips. verb. Terentius in Phorm. Sed tranſi ſodes ad forum, atque illud mihi argentum iube rurſum reſcribi Phormio. P H. Quodn' ego praſcripſi porro illis, quibus debui. Quem locum Donatus ſic interpretatur. Reſcribi, id eſt reddi, ſeu per menſa ſcripturam dari. Quoniam ad numerationem pecunia antecedit ſcriptura, Reſcribere dicebant pro Renumerare. Reſcribi ergo eſt per ſcripturã, id eſt de m̃ſa ſcriptura dari: vnde hodie additur chirographis, Domo ex arca ſua, vel Ex m̃ſa ſcriptura. hac Donatus. Ex cuius verbis illud obiter intelligimus, cur in cautione illa nobili quam Paulus refert in l. Lecta, D. Si cer. pera. adiectum ſit, Quindecim mutua numerata mihi de domo. Quod igitur Imperator ait, Olim ſcriptura fiebat obligatio, qua nominibus fieri dicebatur: ſic intelligendum eſt, non vt cautio, vel ſyngrapha, vel chirographum daretur: vt hodie fieri conſueuit, ſed vt in argentarij tabulis perſcriberetur, Hoc die (verbi gratia) ego argentarius Domitio ex pecunia Memmij expenſa tuli cẽtum. Nam hoc caput, ſiue (vt vulgus loquitur) hic articulus, appellatur Nomẽ, ex quo Nominibus facta obligationes dicebantur, qua ſcriptura, id eſt, reſcriptione vel argentarij, (quod plurimum fiebat) vel amici alicuius, conficiebantur. Quarum exempla manifeſtò demonſtrat idem Hotomanus ex Cicerone & Seneca, in commentarijs Verrina tertia. vnde qua huc pertinebunt ſumas licebit.

vſu. Planè[a] ſi quis[b] debere[c] ſe ſcripſerit[d], quod ſibi numeratũ nõ eſt[e]: de pecunia minimè numerata, poſt multùm[f] tẽporis exceptionẽ[g] opponere nõ

a ¶ *Plane.* licet dicta verba in vſu eſſe deſierint: plane &c.

b ¶ *Si quis* ſcilicet homo priuatus. Idem eſt & ſi fiat per alium, dummodo per publicam perſonam, aliud ſi per priuatam: vt. C. de proba. l. inſtrumenta. argumen. tamen contra. ff. de pign. l. fideiuſſor. §. j. Sed ibi in ſcribentis præiudicium creditur.

A D D. *Not. regulariter ſcripturam priuatam non facere fidem. Fallit quando hac ſcriptura aliquid continet contra ſcribentem: quia non eſt veriſimile aliquem ſcribere contra ſe, quod veritati non innitatur: argu. in l. exemplo. cum ibi no. C. de proba. Fallit ſecundo, ſi talis ſcriptura priuata habet ſubſcriptionem trium teſtium fide dignorum. Authen. ſi quis vult caute deponere. C. qui po. in pig. ha. Christopho.*

c ¶ *Debere.* i. ex cauſa mutui, & ſine ſtipulatione: hæc enim verba nõ ſunt apta ad ſtipulationem: vt. ʒ. de verb. oblig. §. j. Si autem ſine cauſa, nõ præiudicat: vt ff. de proba. l. cũ de indebito. in fi. Quid ſi ſtipulatio interuenit? Reſpon. & tunc habet locum effectus huius titu. nam exceptionem in factum poteſt opponere: vt. C. eo. de non nume. pecu. l. cum vltra. & hoc ſi ſpe futuræ numerationis: alias ſi tanquam iam eſſet debitum, cum non eſſet, ſcienter confitetur, videtur donare, alias id eſt ſi nõ vult donare, ſed quia credit ſe ei debere, non valet ſtipulatio. quia obijcitur exceptio vt ff. de re. iur. l. cuius. & ff. de excep. do. l. ij §. ij. Et not. caute ꝙ hic per verba præſentis temporis fit hæc obligatio: vt per hæc. Scribo me debere: vel, Confiteor me debere, vt hic dicitur: & ſic eſt cõtra opinionem noſtram, qua dicimus obligationem literarum debere fieri per verba futuri temporis tantum: vt. C. de poſtula. l. ſi ſpecie. vt, Scribo me daturum tibi x. ex cauſa mutui: ad inſtar ſtipulationis, quæ per verba futuri temporis tantum fit. vt ff. de verbo. ob. l. ſtipulatio num. j. §. ſtipulatio. Sed certe nec hic dico, quod per hæc verba naſcantur nunc & vt nũc, ſed quaſi etiam prius nata ſit, ſi confiteor per verba preſentis vel præteriti temporis. & facit. C. de epiſc. au. l. ſi præſens, & C. de non nu. pec. l. in contractibus. in princ. Vel apertius, non faciunt hæc verba vt obliger, ſed vt obligatus præſumar. licet habeam exceptionem. Vel verius, licet opponam per verba preſentis vel præteriti temporis, tamen ſemper intelliguntur futura. Quid enim prodeſt dicere, Confiteor me accepiſſe x. vel debere x. ex cauſa mutui: & hoc ſcribam, niſi intelligatur. & ideo reddam? Item quid ſi dicam, Recepi ab illo x. ex cauſa mutui, & hoc ſcribam? Reſpon. quidam non teneri, propter ſupradictam rationem: quia per verba futuri temporis debet fieri. Sed certe ſatis puto, quod preſumar obligatus, ſicut & cũ ſcribo me debere, vt hic. nec enim verbis, imo rebus legem imponimus. vt. C. communia. de lega. l. ij. Vel dic, quod ibi intelligitur futurum, vt predixi.

Stipulatio tantum fit per verba futuri temporis.

d ¶ *Scripſerit.* i. ſcriptura cõfeſſus fuerit.

e ¶ *Numeratum non eſt.* alias enim ſi numeratum eſſet: non literis, ſed re obligatus eſſet: vt ʒ. quib. mod. re contrahi. obl. primo. reſponſo.

f ¶ *Multum.* hoc exponitur. ʒ. proxi.

g ¶ *Exceptionem.* ſcilicet nõ nu. pecuniæ,

quæ poteſt proponi, ſiue petat actor, ſiue reō: vt ar. C. eo. de nō nume. pec. l. ſi quaſi: & in ſcriptis ſecundū quoſdā: vt in auth. de temp. non ſo. pe. ſuper dote. §. col. vij. Vel forte illud ſpeciale, in do. Primum tamen ſecundum Ioan. verius eſt Accur. ADD. *Et hoc verum, vbi non prouocatus oppoſuit. Et eſt ratio, quia tunc obtinet vicem actoris, alias ſecus. Ange.*

poteſt: hoc enim ſæpiſsimè conſtitutum eſt[a]. Sic fit, vt & hodie[b] dū quæri non[c] poteſt, ſcriptura[d] obligetur[e]: & ex ea naſcatur condictio[f]: ceſſante ſcilicet verborum obligatione[g]. Multū[h] autem tēpus ī hac exceptione antea quidem ex principalibus

a ¶*Cōſtitutum eſt.* à multis Imperatoribus, qui fecerunt leges tales. C. eo. per totum vſq; ad. l. generaliter. nam poſtea Iuſtini. ſuni.

b ¶*Hodie.* ſic loquitur quaſi ſupradicta loquātur ante tempora Iuſtiniani. & nūc ſubijcit. quod hodie ſit idem. Vel dicit, Hodie, id eſt, poſtquam cucurrit hoc tēpus, ſcilicet quinquennium olim, hodie biennium: vt. j. proxi. & ſecundum hoc non debet eſſe, &, in textu. Accur.

c ¶*Dum quæri non.* dum querimoniā proponere non poteſt de except. non nume. pecuniæ. quia ex quo cucurrit tempus, obligabitur per ſcripturam ad dandam pecuniam non numeratam.

d ¶*Scriptura.* id eſt per ſcripturam. Sed certe videtur neminem ſcriptura, vel literis obligari, ſed intellectu, qui ex literis percipitur & verbis ff. de act. & obli. l. non figura. quod quidam concedunt. Sed certe vtrunque facit ad obligationem, & ipſa figura literarum, & conſenſus quem exprimunt, & quod dicta. l. dicitur non figura. ſ. ſola. Item nunquid & per contrariam ſcripturā obligatio ciuilis nata poterit tolli. vt ſi creditor ſic ſcribat. Confiteor me non numeraſſe. vel te confeſſum non fuiſſe: vel illum ſoluiſſe? Reſpō. ſic vt ff. de re iudic. l. nihil tam naturale eſt. Accur.

Literarum obligatio tolli poteſt per contrariam ſcripturam.

e ¶*Obligetur.* ſ. ciuiliter & naturaliter poſt biennium. quaſi biennium pariat naturalē obligationem nam ante erat ciuilis tantum, nō naturalis, cum nihil numeratum fuerat. Item ſi ciuilis nō eſſet, fruſtra diceretur habere locū exceptio. Dicimus ergo, ꝙ ſola ciuilis ſit ante bienniū ſed poſt bienniū naturalis adijcitur. Vel quod eſt verius, non adijcitur, ſed prima ciuilis incipit habere vim naturalis & ciuilis. nā & ſtipulatio eſt de iure ciuili. habet tamen effectū naturalis obligationis & ciuilis: nam ciuilis per ſe nō valet ad exigendū, vt diximus. ī. de obli. §. j. item ſic eſt in re iudicata. Adhuc tamen dicūt quidā, vt Io. & Hu. quod ſi vult poſt biennium exceptionem opponere: & probare ſibi non numeratam pecuniam, quod admittitur, ſed ante biennium probat creditor: vt. C. eo. de non nu. pec. l. ſi ex cautione. quod certe eſt æquum. & ita biennium hoc ſolum operatur, quod probationis conuertatur onus. & etiam pro hiſ facit, quod alias dicitur, quod fiant illicitæ exactiones: vt ff. de offic. præſi. l. ille illicitas. Sed certe aliter de iure videtur ſcilicet vt nullo modo admittatur etiam probans. nā ſacramentum non poteſt deferre, quod eſt ſpecies probationis: vt. C. eo. l. in contractibus. §. illo. & C. de iure del. l. fi. §. licētia. Sed certe ſatis credo primum verum & æquū. Nec obſtat, quod de iuramento dixi: quia ex parte illius. l. in contractibus. non habet iuramētum vim probationis, ſi non vult aduerſarius: vt C. de reb. cre. & iureiuran. l. generaliter. §. ſin autem.

Exceptio non numeratæ pecuniæ & poſt biennium poteſt opponi.

ADD. *Ex hac gl. collige, quod ille qui opponit exceptionē nō nu. pecu. ante biennium, non tenetur probare fundamentum ſuæ exceptionis, hoc eſt pecuniam non fuiſſe numeratam: imo agens tenetur probare illam fuiſſe numeratam. Chriſtopho.*

Iuramentum eſt ſpecies probationis.

f ¶*Condictio.* ſcilicet ex illa. l. C. de non nu. pec. l. in contractibus.

g ¶*Verborum obliga.* id eſt, ſtipulatione, quæ verbis fit. nam tunc titulus iſte ceſſat, & habet locum. ſ. de verborum obli. quando accepit: vel habet locum exceptio in factum: vt. C. eo. ti. de non nume. pecu. l. cum vltra. quando non accepit.

¶*Multum autem.* CASVS. Quia. ſ. dixit Iuſti. ꝙ exceptio nō nu. pec. poſt multum tēpus opponi non poterat: ideo hic exponit, qđ eſt multū tēpus, dicens ꝙ hoc tempus erat olim vſq; ad quinquenniū: ſed ne creditores ſuis pecunijs defraudarētur ꝓpter longū tēpus, intra qđ olim potuit opponi exceptio nō nu. pe. ideo illud tēpus per cōſtitutionē Imperatoris vſq; ad ad bienniū eſt coarctatū ita ꝙ intra bienniū poſsit illa exceptio opponi cū effectu, poſt bienniū vero nō cū effectu: ſed cū oneret creditorē ad ꝓbandū pecuniā fuiſſe numeratā, poterit etiā poſt biēniū probare hoc vt. ſ. dictū eſt. h. d. vſq; ad fi. §. i. Frā.

h ¶*Multum.* quia poſt multum tempus exceptionem proponere non poteſt: vt. ſ. modo dixi, quid ſit multū. exponit hic Et no. multū pro quinquennio poni: ſed diu pro decennio poni: vt ff qui & à qui. l. ſi cum fideicommiſſaria. §. Ariſto.

veluti per epiſtolam[a], vel per nuncium. Item in his[b] cōtractibus[c] alter alteri obligatur in id, quod alterū alteri ex bono & æquo præſtare oportet[d]: cum alioqui in verborum obligationibus alius ſtipuletur[e], alius promittat.

TITV. XXIIII.

DE EMPTIONE & venditione.

¶ *Emptio & venditio ſine ſcriptis contracta ſolo conſenſu perficitur. primùm de pretio convenit, etiā ſi nil ſit numeratum, aut arrhæ nomine datum: quæ verò in ſcriptis conficitur, non aliter perfecta eſt, niſi inſtrumenta emptionis completa, atque in mundum recepta, & partibus prælecta fuerint: quibus nondum abſolutis, impunè contrahentibus ab emptione recedere licet; niſi arrhæ intervenerint: quas perdit emptor, venditor autem duplicatas reſtituit.*

EMptio & venditio contra-

rentiam, quam facit inter hunc tit. & ſuperiores. Nam quod dicit, neq; ſcripturam, in hoc diſcrepat ab obligatione literarum: vt ſ. tit. j. Item in eo, quod dicit neque præſentia, dicit propter verborum obligationem, quæ inter præſentes fit. vt. ſ. de inutil. ſtipu. §. item inutilis. Item in eo, quod dicit nō eſſe neceſſe qd dari: ideo dicit. vt diſcrepet ab illa quæ fit re: vt. ſ. quib' modis re contrahitur obligat. per totum.

ADD. *Tu potes dicere ſecundum Ioan. Fab. quod imo etiam iſte text. facit ad differentiam contra Bueir nominatt, qui re interuenientu contrahitur: vt. l. ex placito. C. de rerum per mu. & ng.*

a ¶ *Per epiſtolam.* vt ff. de rei vendic. l. quædam mulier. ad finem titu. Accurſius.

¶ *Item in his contractibus.* CASVS. Imperator dicit hanc eſſe differentiam inter ſuperiores contractus & hos qui ex conſenſu oriuntur, quòd in his contrahentes debent inuicem præſtare quod æquum & bonū eſt, in illis minimè. Quod ſanè mirabile eſt. Cur enim æqui boniq, vbiq; catio non pariter habeatur? Sed cauſam huius differentiæ potes videre in comm. Fr. Hotomani in §. actionum. De act. nempe quoniam in his contractibus par eſt vtriuſque ratio: nam vt venditor ad rem præſtandam, ſic emptor ad pecuniam ſoluendam obligatur. in ſtipulatione verò, aut mutuo, alter duntaxat obligatur, in quo quia potior eſt eius conditio, ac beatior qui obligat, & non obligatur, quam diligentiſsime ſibi aut verbis aut ſcriptura caueat, neq; Prætoris auxilium expectet, vt aliud petat, quā quod lingua (vt aiūt) nuncupatur. Æquū autem & bonū ſic accipe, vt Prætor poteſtatē faciat iudici à ſe in illis iudicijs dato id iudicandi, quod ipſi bonū & æquum videbitur: nam in alijs aſtringitur iudex ad formulam à prætore præſcriptā, vt ſi mille aureos actor peteret, & non potuerit probare niſi nongentos nonaginta nouem, tamen iudex cogatur eū condēnare: vt patet ex cōmentarijs eiuſdē Hotomani in orat. Ciceron. pro Q. Roſc. comœdo, quæ legenda & intelligenda eſt volentibus hác materiam perfecte cognoſcere.

b ¶ *Item in his* fuit ſuperior differentia ad tria genera obligationū: hic autem fit differentia ad ſtipulationem, vel verborum obligationē. Ac.

c ¶ *Contractibus.* qui fiunt conſenſu.

d ¶ *Oportet.* q. d. hinc inde cō trahitur obligatio etiam in ijs, quæ non ſunt dicta. nam veniūt vſuræ poſt moram: vt ff. de act. empt. l. Iulianus. §. ex vendito. Idem eſt & in omnibus bonæ fidei iudicijs: licet non ex contractu. ſed quaſi naſcantur: vt. j. de act. §. in bonæ fidei.

e ¶ *Alius ſtipuletur.* q. d. neceſſe eſt quod omnia deducātur in ſtipulationem nam alias nihil venit in talem obligationem: vt ff. de nego. geſt. l. ſi pupilli. in fine. & l. quia tantuodem. Accur.

DE EMPTIONE ET VEN.

¶ *Suprà dictum eſt de obligationibus, quæ cōſenſu contrahuntur: Verum quia illa conſiſtūt aut in empt. & ven. aut locationibus & conductionibus, vel ſocietatibus, vel mandatis: vt ſupra ti. j. in prin. ideo de his tractaturus incipit de emptione & venditione. Chriſtopho. Porc.*

EMptio. Totus iſte ti. diuiditur in quinque partes. Primo, quando emptio & venditio contrahatur, & quando ab ea poſsit recedi. Secundo, quod pretium debet interuenire. Tertio quando emptio eſt perfecta, & ad quē ſpectat periculū rei venditæ. Quarto an ſub conditione poſſit emptio celebrari. Quinto quibus caſibus emptio eſſe non poſsit. Secunda ibi, Pretium autem. Tertia ibi, Cum autem. Quarta ibi. Emptio tam ſub conditione. Quinta ibi, Loca ſacra.

hitur [a], ſimulatque [b] de pretio conuenerit: quamuis nondum pretium numeratum [c] ſit: ac ne arrha quidem data fuerit: Nam quod arrhæ [d] nomine datur, argumētum eſt emptionis & venditionis contractæ [e]. Sed hoc quidem de emptionibus & venditionibus, quæ ſine ſcriptura [f] conſiſtunt, obtinere oportet. nam nihil à nobis in huiuſmodi emptionibus & venditionibus [g] innouatum eſt.

¶In his autem,

CASVS: Quæſiui à Iuſti. qualiter cōtrahitur emptio & venditio? Et reſpondet dicens, quod emptio & venditio contrahitur ſolo conſenſu, quam cito fuerit de pretio conuentum: licet non fuerit arrha data neq; pretiū, neque aliquid loco pretij: & hæc obtinent ex natura emptiōis & venditionis, quæ fiunt ſine ſcriptura. In huiuſmodi enim emptionibus & venditionibus nihil à nobis innouatū eſt. Fran.

Emptio tribus modis conficitur.

a ¶*Contrahitur.* hic nota tribus modis perfici emptionem. Vno modo, ſcilicet ex quo non poſſunt diſcedere contrahentes: vt. C. de actio. & obligatio. l. ſicut ab initio. ſecundum quem modum etiā conditionalis emptio eſt perfecta. Secundo modo, quando eſt pura: & tunc incipit periculum rei ad emptorem pertinere: vt ff. de peri. & commo. rei vendi. l. neceſſario. in princi. & ita contrahitur hic, ſiue perficitur. Tertio, quando res traditur, dicitur plus perfici adhuc, ſiue impleri: vt ff. de act. empt. l. ſi quis rem alienam.

ADD. Et iſtam inducit Ioan. Fab. ad deciſionem quæſtionis, an & quando ex conſuetudine domino vel proximo per rei venditionis aliquod quæſitum eſſe cenſeatur. Angel.

b ¶*Simulatque.* id eſt, ſtatim poſtquā: vt. ℥. de rerum diui. §. fere. Accur.

c ¶*Numeratum.* nec aliquid datum loco pretij: vt. ℥. titu. j. in prin.

d ¶*Arrha.* vt ff. eod. de contrahend. emptio. l. quod ſæpe. in princ.

e ¶*Emptionis & venditionis contracta.* Nō autem eſt de ſubſtantia contractus.

f ¶*Sine ſcriptura.* id eſt ſine ſolennitate ſcripturæ.

g ¶*Venditionibus.* ſcilicet quæ fiunt ſine ſcriptura.

¶*In his autem.* CASVS. Domine ſupra dictum eſt, quod ſi fiat emptio & venditio ſine ſcriptis, ſolo conſenſu perficitur: ſed quid erit de emptio. & vend. quæ ſcripturâ conſiſtitur? Et reſpon. dicens quod aliter non valet talis emptio & vēditio. nec eſt perfecta, niſi inſtrumenta ab omni vituperio munda, manu alterius cōtrahentium fuerint conſcripta, vel ſi ab alijs ſint ſcripta, oportet quod illa à contrahentibus ſint ſubſcripta & ſi fiant per tabellionē, oportet quod illa ſcripta ſint à partibus ſubſcripta & approbata, vt accipiant complementum. Donec enim aliquid deeſt huiuſmodi ſcripturæ, pœnitentiæ locus eſt tam emptori, quam venditori ſine aliqua pœna. & hoc verū eſt, ſi non fuerit arrha data, ſiue in ſcriptis, ſiue ſine ſcriptis celebrata fuerit emptio: quia tunc emptor à contractu recedere poteſt: perdit tamen arrhas quas dedit. Si autem venditor qui arrhas recepit, à contractu recedere voluerit, poterit: ſed reſtituet arrhas duplicatas ipſi emptori. etiā ſi ſuper arrhis nihil inter contrahentes actum fuerit. hoc dicit. Quæri poteſt hic, ſi tabellio ſcripturam ſuam ſuper contractu empt. & vend. fecerit, & eam per annum vel biennium tenuerit, vtrū ſit contrahentibus locus pœnitentiæ? & poteſt reſponderi quod non, niſi contractus in ſcriptis celebretur: ſine ſcriptura ſit. Sed vlterius quæri poteſt, quis contractus in ſcriptis celebrari poteſt. Et reſpō. quod ſuper hoc diuerſæ ſunt opin. M. enim dicit, quod contractus tunc dicitur in ſcriptis celebrari, quando ita cōuenit inter partes, quod non valet contractus, niſi inde fiat ſcriptura. ſed hoc nō inuenitur in. l. cautum. Dominus autē Gui. dicit quod cōtractus dicitur fieri in ſcriptis, quando in prin. dictum eſt, quod ſuper contractu illo debeat fieri ſcriptura: vt. C. de fide inſtru. l. contractus. Sine ſcriptis autem appellat contractus, ſuper quibus non conuenit, vt fieret ſcriptura: vel ſi fiat ſcriptura, tamen non fit, vt per ſcripturam contractus melius valeat: ſed ſolum modo ad memoriam. Scire autem debes ad dilucidiorem huius materiæ intellectū, quod in Italia talis eſt conſuetudo, quod primo fit inbreuiatura, quādo ſup aliquo contractu à tabellione publico debet cōfici ſcriptura, & fit munda: quod nihil aliud eſt, niſi noua ſcriptura principalis, quæ debet eſſe non cancellata, non vitiata, nec in aliqua ſui parte abolita: ſed ab omni vituperatione munda: & poſtea vocantur partes, & legitur iſtud mundum coram partibus: & ſi conſentiant partes, tunc dicitur ſcriptura à partibus abſoluta Cum autem à tabellione fiunt ſubſcriptiones: tunc eſt ſuperſcriptura cōpleta Et iſta conſuetudo, dixit dominus Iacobus Balduinus, ab iſto. §. eſt deriuata: illa

autem

autem in hoc verſiculo, hoc enim ſubſecuto, ſiue in ſcriptis, ſiue ſine ſcriptis &c. ſic intellige vtrunq; .§. quantum ad pœnam arrhatum. Idem eſt, ſiue in ſcriptis, ſiue in non ſcriptis fuerit venditio celebrata: ſed non intellige quoad pœnitentiam. vnde referas hoc quod dicit, ſolūmodo pœnam arrharum, & concordabit ſcriptura. Nam tunc quando cōtractus in ſcriptis celebratus eſt, & completur: ſi velit emptor vel venditor à contractu recedere, ſuſtinebit pœnam arrharum, ſed non ſolam. Si autem non fuerit contractus ſcriptura completus: volens recedere à contractu, ſolam pœnam arrharū ſuſtinebit. No. quod ſolo conſenſu empt. & vend. perficitur, Itē no, quod arrha non eſt de ſubſtantia contractus. Item not. puniri arrhis illum contrahentem, quem pœnitet. Fran. de Aret.

Venditio fit in ſcriptis & ſine ſcriptis.

quæ ſcriptura conficiuntur [a]: nō aliter perfectam eſſe venditionem & emptionem conſtituimus [b], niſi & inſtrumenta [c] emptionis fuerint conſcripta, vel manu propria cōtrahentium, vel ab alio quidem ſcripta, à contrahētibus [d] autem ſubſcripta: & ſi per tabellionem fiunt [e], niſi & completiones [f] acceperint [g], & fuerint partibus abſoluta [h]. Donec enim aliquid deeſt ex his, & pœnitentiæ locus eſt, & poteſt emptor vel venditor ſinē pœna [i] recedere ab emptione & venditione: ita tamen impunè eis recedere concedimus, niſi iam arrharum nomine aliquid fuerit datum. Hoc enim ſubſecuto, ſiue in ſcriptis, ſiue ſine ſcriptis venditio celebrata eſt: is qui recuſat adimplere contractum, ſi quidem eſt emptor, perdit quod dedit. ſi verò venditor, duplum reſtituere compellitur [k], licet nihil ſuper

a ¶ *Scriptura conficiuntur.* patet hic quod alia eſt emptio, ſiue venditio in ſcriptis, alia ſine ſcriptis In ſcriptis dicitur, quādo hoc agunt contrahentes, vt nō aliter valeat cōtractus, niſi fiat ſcriptura, ſecūdum quoſdā quod nō vidimus in vſu. Alij dicunt: vt P. q ſufficit quod contrahētes vel aliquis eorum dicat in principio cōtractus, q inde ſcriptura fiat: licet non dicat, quod aliter non valeat, niſi fiat: & hoc approbat: vt. C. de fid. inſtr. l. contractus. ibi, illos tamē quos in ſcripturis fieri cōuenit &c. Si aūt ſimpliciter fiat contractus, ſed poſtea ad probationem fiat ſcriptura: valet qđ actū eſt, & etiā valuiſſet ſine ca: vt. ff. de pi. l. cōtrahitur. Et eodē modo dico eſſe intelligendū, vbicunq; dicitur lege contractū aliquē in ſcriptis fieri, vel diſtractū. vt. C. de teſt. l. teſtiū. & in aut. de teſt. §. & licet. co. vij. Sed cū fiat in ſcriptis huiuſmodi vēditio, & ſine ſcriptura non valeret, quare nō dicitur obligatio literarū? Rnd. quia aliud habet nomen. ſ. emptio: & verum eſt hoc nomen, at in mutuo nō eſt verum mutuatū eſſe: tunc enim re eſſet obligatio contracta: vt. §. de lit. obl. §. plane.

b ¶ *Conſtituimus.* præteriti tēporis eſt, & dic vt. C. de fid. inſtr. l. contract⁹.

c ¶ *Inſtrumenta.* quæ vulgo rogationes dicuntur, ſecundum Ioan.

d ¶ *A contrahentibus.* emptore & venditore, & talis ſubſcriptio fit. & alias vbi cōtract⁹ ali⁹ ſit in ſcriptis: vt in auth. de fid. inſtrumēto. aliās de fi. r. cautela & fi. § ſi qs ui tur. & § ſed & ſi q sau muttū & §. ſe. col. vj.

e ¶ *Fiunt.* ſcilicet hæc inſtrumenta & ſubaudi, non aliter valeāt. niſi & comple. &c.

f ¶ *Completiones.* ſ. mundum completum.

g ¶ *Acceperint.* ſcilicet, ab eodem tabellione & à partibus: vt ſubijcit.

h ¶ *Abſoluta.* vt quia lecta fuerint partibus, & laudauerint. Vel dic abſoluta, id eſt, ſubſcripta.

i ¶ *Sine pœna.* ſed quomodo ſine pœna: cum ſtatim in arrhis cū puniat? Reſpon. ſine pœna intereſſe & iuriſiurādi in litem. Nam hæc pœna eſſet quantū ad ſoluentem, licet non quantum ad accipientem: vt ff. ſi quis ius di. non ob. l. j. §. ſi nō autem ab arrhis alter liberatur. vt ſubijcit. ita tamen &c. Item iſte talis non facit contra legem. C. de act. & oblig. l. ſicut cū hæc lex ſibi permittat. Et nn q huius legis permiſſio eſt cū aliqua pœna: ar. cōtra in auth. cōſtitutio, quæ de dig. §. illud coll. vj. Sed ſi nō eſt ſubſcriptū. & tū res eſt tradita: an valeat trāslatio? Quidā dicunt q nō: vt. C. de ſuf. l. vnica. Alij cōtra vt C ſi qs alteri vel ſibi l. multū intereſt, in fi. & in gl. fi. & ff. de dolo. l. & elegāter in pri. Diſtingue aut p errorē, aut ſciēter

Venditor verū vltra arrharū duplū per dictionē tenetur ad intereſſe.

k ¶ *Compellitur.* ſed qua actione? Reſpō condictione ex lege iſta. & ex lege illa.

arrhis expreſſum ſit[a].

¶ *Contractui emptionis certum debet interuenire pretium: pretio autem in arbitrium tertij collato ſuſpenditur effectus emptionis, vt ſi tertius arbitritur, valeat: eo non arbitrante non valeat.*

¶ Pretium autem conſtitui oportet. nam nulla emptio ſine pretio eſſe poteſt[b]. Sed & certũ[c] eſſe pretium[d] debet: alioqui ſi iter aliquos ita conuenerit, vt quanti Titius rem æſtimauerit, tãti ſit empta: inter veteres ſatis abundéq; hoc[e] dubitabatur, conſtaret ne venditio, an non. Sed noſtra deciſio[f] ita hoc conſtituit, vt quoties ſic cõpoſita ſit vẽditio, Quanti ille æſtimauerit[g]: ſub hac conditione ſtaret contractus: vt ſi quidem ille, qui nominatus eſt[h], pretium definierit[i]: tunc omnino ſecũdum eius æſti

C.de fide inſtrum.l.contractus.vel etiam per officium iudicis: vt arg.C.de reſcin. vendi.l.ij.Item per actionem ex empto, ſi tamen fiebat venditio ſine ſcriptis. Nã ſi fieret in ſcriptis, nec eſſet mundum cõpletum, non ageretur actione ex empto: cum non eſſet adhuc venditio, vt hic dicitur, ſed per cõdict.ex leg.vel offic.iudic. vt dictum eſt. Sed nunquid vltra hanc duplicationem arrharum teneturvẽditor ad intereſſe, ſi non tradat: vt ff.de actio. empt.l.j. &.l.ex empto verſi.idem Neratius? M.& Azo dicũt quod non: quia ſibi prẹiudicauit accipiendo arrhas, ſicut & alias ſibi preiudicat quis ſibi eligendo: vt ff. de tri.act.quod l.io hærede.§.eligere.Itẽ quia hoc videntur agere contrahentes inter ſe, vt amiſſione & duplicatione arrharum debeant eſſe contenti: ergo pro expreſſo eſt habendum: vt ff.ſi cer.peta.l. cum quid.Item facit.ff.de leg.ij.l.cum filius.§.varijs.B.& Io.contra.Dicunt enim adhuc poſſe agi ad hoc, vt tradatur.vel ad intereſſe: ita vt arrhæ in intereſſe computentur. & facit pro eis.ff.de mil.teſta. l.iij.& ff.de inoffic.teſta.l.mater.&.C.de pact.dot.l.fina. facit melius.ff.de actio. emp.& ven.l.prædia.in fi.Sed quid ſi dederit pro arrhis.& pro pagamento? Reſpond.pactum ſeruandum, id eſt, non poteſt diſcedere: vt ff.de pact.l.in traditionibus.Et not.duo operari iſto caſu: vnum vt arrhæ debeãt duplicari venditore pœnitente.Item emptio remaneat firma, & agatur ad intereſſe.Item emptore pœnitente eadem duo operatur.

A D D. *Et tunc non totum, ſed quod pro arrhis dumtaxat datum eſt duplicatur. Et not. quod vbi venditor ſe nomine emptoris poſſidere conſtituit, non poteſt agere ex empto vt tradat: ſed aut rei vendicatione, vel Publicana ſimul, aut vti poſſidetis: vt dicit glo.in authen. ſacramenta puberum.C.ſi aduer.ven.* Aug.

a ¶*Nihil expreſſum ſit.* id eſt nihil dictum fuit à partibus, quid ſuper arrhis fiat, altero pœnitente.

¶*Pretium.* CASVS. Supra dictum eſt, quod emptio & venditio contrahitur inter contrahentes: ſi inter contrahentes fuerit de pretio conuentum. Sed debes ſcire, quod oportet, quod pretium ſit cõſtitutum, & etiã quod certum pretium conſtituatur. Sed pone, cum vellẽ equum amici mei emere, dixit mihi, quod haberem equum illum pro tanto, pro quanto Titius communis amicus noſter æſtimaret: quid erit in iſto caſu? Et dicit Imperator, quod alibi ordinatũ eſt, quod ſi communis amicus noſter definierit pretiũ valeat contractus. Si autem ille qui nominatur, noluerit vel nõ potuerit pretiũ definire: nõ valeat cõtractus. Idẽ etiã intelligitur in loca. & conduc.h.d.Fran.

b ¶*Eſſe poteſt.* vt.ff.eo.l.ij.& C.eo.l.vlti.

c ¶*Sed & certum.* No.duo, & quod pretium debet eſſe, & quod certum.

d ¶*Pretium.* repetit de pretio, quod debet interuenire: vt addat duo, ſcilicet, quod ſit certum, item in pecunia numerata. Accur.

e ¶*Hoc.* id eſt, de hoc.

f ¶*Deciſio.* vt.C.de contrahen.emp.l.fi.

g ¶*Aeſtimauerit.* nota, quod caute ponit de tertia perſona. Nã ſecus ſi in cõtrahentis arbitriũ: vt dicemus.j.e.§.emptio.

h ¶*Nominatus eſt.* quid ſi in innominatum contulimus: vt vendo, pro quanto æſtimabitur? Reſpond.non valet inſtar locationis ſic factæ: vt ff.locati.l.ſi merces. in princip.niſi in vno caſu, qui eſt de pigno l.ſi fundus.§.fin.Accur.

A D D. *Solu.ex præcedentibus contractibus, quorum occaſione deuenitur ad venditionem, poteſt ſuper declaratione pretij officium iudicis implorare, vt vl i. Secus ſi nullus præceſſiſſet contractus, vt hic.* Ang.

i ¶*Definierit.* etiam inique: quia à perſona incerta non receditur: vt ff.de verborum obliga.l.ſi quis arbitratu. & hoc verum eſt, quando id quod eſt de ſubſtantia con-

mationem & precium perſoluatur[a] & res tradatur[b], & venditio ad effectum perducatur[c]: emptore quidem ex empto[d] actione, venditore ex vendito agente Sinautem ille, qui nominatus eſt, vel noluerit, vel non potuerit pretium definire, tunc pro nihilo[e] eſſe venditionem, quaſi nullo pretio ſtatuto[f]. Quod ius cum in venditionibus nobis placuit: non eſt abſurdum & in locationibus[g], & in cõductionibus trahere.

¶*Venditæ rei pretium in numerata pecunia conſiſtere debet, non etiam in alijs rebus: alioqui facilè diſcerni non poſſet: vter emptor & venditor ſit: nec quæ res vendita, quód ve pretium: ideo tũc potius permutatio dicetur, quæ ſeparatim ab emptione ſpeciem parit.*

tia cootractus, apponitur: ſed ſecus ſi cõferatur, quod eſt de accidente cõtractus. nam tunc ad arbitrium boni viri recurritur: vt ff.de contrahen.empt.l.hæc venditio.& ff.pro ſocio.l.ſi ita coita.&.l.ſi ſocietatem.&.l.locati.i.ſi in lege.in princi. quæ omnes huic ſunt contrariæ. & hoc ſecundum Ioannem. Sed ſecundum Azo. hoc redigitur ad arbitriu boni viri: & ſic non contradicunt dictæ leges. Nec obſt. ff.de verb.ob. l.ſi quis arbitratu. quia ibi non fuerat arbitratus. quo caſu concedo non recurri ad boni viri arbitrium. Sed quã do dicitur inique definiri? Reſpon. forte vltra dimidiã iuſti pretij: vt arg.C.de reſcinden.ven.l.ſi voluntate.&.l.ij.Vel (vt puto) iudicis officio expedietur, etiam ſi minor ſit deceptio dummodo non minima: vt ff.de in integrum reſtitu.l.ſcio. Nam non tantum ſibi committitur in alienis, quantum ipſis dominis liceret: vt ff.ſolu.matr.l.etiam.§.j.&.l.ſi conſtante.§.ſi maritus.

a ¶*Perſoluatur.* ita quod fiat accipientis: vt.ff.de actio.empt.l.ex empto.§.j.etiam vſuræ poſt moram: vt ff.de act.empt.leg. Iulianus.§.ex vendito.

Venditor an teneatur preciſe ad rem tradendã, vel ad intereſſe. b ¶*Tradatur.* cautè dicit tradatur, & non detur. nam non tenetur facere accipientis. ſed de euictione ſe obligare: vt ff.de act.emp.l.ex empto.in prin. Sed nunquid preciſe tenetur ad rem tradendam? M. dicit quod ſic, & facit pro eo quod hic dicitur, omnino tradatur &c. vt ff.de rei vendi.l.qui reſtituere. &.¯.de dona.§.aliæ. Sed B. contradicit enim eum liberari præſtando intereſſe. & facit pro eod. ff. de actio.empt.l.j.primo reſponſo &.l.ex empto.§.& ex empto.verſicu.idem Neratius ſcripſ.&.C.de actio. empt.l.iiij. Sed forte hic poſſet diſtingui, an venditor habeat rem: & tunc ſententia M. tenet per ſuas leges. an non habeat rem: & tunc, aut dolo & culpa deſijt eam habere, in fraudẽ puta emptoris: & tunc ſententia B. tenet. Aut ſine dolo & culpa: tunc non tenetur venditor: vt.j.eo.§.cum autem. Eſſet enim valde mirum (quod ait B.) vt ſic compellatur æſtimationem pro re recipere: vt ff.ſi cer.peta.l.ij.§.ij.&.C. de fideicom.lib.l.fin. Item ſic improbe pacta rũpere, cum prætor dicat, pacta ſeruabo: vt ff. de pac.l.iuris gentium.§. ait prætor.

c ¶*Ad effectum perducatur.* ſcilicet iam dicto modo. ſcilicet per traditionem rei & pretij: vt.¯.quibus modis tolli.ob.§.fin.

d ¶*Ex empto.* nota, quod ex empto emptor ex vendito vẽditor agit: vt hic.& ff.de act. empt.l.ex empto.primo rñ.&.l.Iulia.§.ex vendito.

e ¶*Pro nihilo.* vt nec ad boni viri arbitrium recurratur, vt modo diximus, ſed legatum non: ideo non eſt pro nihilo ſic relictum: vt.C.commu.de lega.l.ſi duobus.§.ſed & ſi quis. Sed ibi fauore vltimæ voluntatis, ne pereat.

A D D. *Hoc verum intellige cum diſtinctione, an fuit datum arbitrium conditionaliter an non, iuxta.l.j.cum materia.ff.de legat.ij. Item quo ad ſubſtantiam legati, non quo ad pœnæ commiſſionem: vt.l.multa.in prin ff de condi.& demonſtra.Ang.*

f ¶*Pretio ſtatuto.* ſine quo eſſe nõ poteſt venditio: vt in prin.huius.§.

g ¶*Et in locationibus.* vt ff.loca.l.ſi merces.in princ. 25.

¶*Item pretiũ.* C A S V S. Supra dictũ eſt, quod duo requiruntur ad hoc, quod valeat emptio & venditio, videlicet quod pretium conſtituatur, & quod certum pretium: & adhuc tertium eſt neceſſarium, ſcilicet quod ſit in pecunia numerata. Sed nonne ſi dedero tibi equum pro vino, & ita equum pro vino permutauero: erit ne emptio & venditio? Et reſpondet Imperator dicens, quod ſuper hoc apud antiquos quærebatur, & Caſsius & Sabinus dicebant quod ſic. Dicebãt enim

l. 1ª. De contr. Em. et Vend.

¶Item pretium [a] in numerata pecunia conſiſtere debet. Nam in cæteris rebus an pretium eſſe poſſet, valde quærebatur: veluti an homo, aut fundus, aut toga alterius rei pretium eſſe poſſet. Et Sabinus & Caſsius etiam in alia re putabant [b] pretium poſſe conſiſtere. vnde illud eſt, quod vulgò dicebatur, permutatione rerum emptionem & venditionem contrahi: eámque ſpeciem emptionis & venditionis vetuſtiſſimam eſſe: argumentoque vtebantur Græco Poetæ [c] Homero, qui aliquam partem exercit' Archiuorũ vinum ſibi comparaſſe ait, permutatis quibuſdam rebus [d]: his verbis [e].

¶Νῆες δ' ἐκ λήμνοιο παρέστασαν, οἶνον ἄγουσαι, ἔνθεν ἄρ οἰνίζοντο καρηκομόωντες Ἀχαιοί. Ἄλλοι μὲν χαλκῷ, ἄλλοι δ' αἴθωνι σιδήρῳ, ἄλλοι δὲ ῥινοῖς, ἄλλοι δ' αὐτῇσι βόεσσιν. ἄλλοι δ' ἀνδραπόδεσσι.

quod permutatio erat vetuſtiſsima ſpecies emptionis & vẽditionis, & hoc probabant argumẽto Homeri dicentis quod aliqua pars exercitus Archiuorum vinũ ſibi emit permutatis quibuſdam rebus pro vino. & ita permutatio dicitur emptio, ſecundum Homerum. Sed diuerſæ ſcholæ authores aliud ſentiebãt. Dicebant enim aliud eſſe emptio. aliud permutat. quia in permutatione non poteſt parere, quæ res nomine pretij data eſt, & quæ data non eſt. Quod autem vtraque videatur vendi, & loco pretij dari: hoc nulla ratio permittit. Sed Proculus dicebat permutationem eſſe ſpeciem ſeparatam ab emptione & venditione, & eius ſnĩa præualuit. Sed Dñe, quid videtur vobis de ſententia Caſsij & Sabini, quæ vtitur authoritate philoſophorũ? Et reſpondet, quod ſententia Proculi melior eſt, & rationibus validioribus nititur. hoc dicit. Frãc.

a ¶*Item pretium*. dixit pretium debere certum eſſe nunc dicit, quod in numerata pecunia.

b ¶*Putabant*. ſed male. vt infra dicam.

c ¶*Poeta Homero*. Nõta. argu. ꝙ authoritates authorum & philoſophorum ſunt in cauſis allegandæ. ſic ff. de ſolu. l. ſi pater. §. nam & Ariſtoteles. & ff. de iudic. l. proponebatur & ff. de ſtatu homi. l. ſeptimo. Sed interdum redarguuntur: vt hic, & ff de rerum diui. l. in tantum. §. fina. & l. ſed diui.

d ¶*Rebus*. puta equis.

e ¶*His verbis* ſcilicet Græcis, quæ legi non poſſunt. Accur.

¶DD. *Verſus Homeri ſunt in ſeptimo Iliados, quorum interpretatio hæc eſt. Affuit ex Lemno ratibus tunc copia vini, Cæſarie inſignes redimunt hinc vina Pelaſgi. Pars dedit ær nitidum, ferrum pars altera, bubus Tergora diripiens hæc protulit, ille agit ipſos Ad naues tauros. hic bello corpora capta. hæc Hom. Plinius autem lib. 33. c. 1. Vtinamque, ait, poſſet è vita in totum abdicari aurum, ſacra fames, vt celeberrimi auctores dixere. proſciſſum conuitiis ab optimis quibuſque, & ad perniciem vitæ repertum: quanto feliciori æuo, cùm res ipſa permutabantur, inter ſe, ſicut & Troianis temporibus factitatum, Homero credi conuenit. Ita tamen (vt opinor) commercia victus gratia inuẽta, alios coriis boum, alios ferro captiuiſque rebus emptitaſſe tradit. Hac autem tota de re conſultus à nobis Fr. Hotomanus ſic reſpondit, Sabinum confirmaſſe emptionem ſine pecunia numerata poſſe conſiſtere: argumento ex verſibus Homeri ſumpto, quibus ſcribit Homerus Græcos emiſſe vinum è Lemno aduectum, datis pro pretio bobus, coriis, mancipiis &c. Argumentum autem illud exiſtimo fuiſſe Sabini: Emptionis & venditionis contractus eſt iuris gentium, & omni memoria in vita vſurpatus, etiam tum cùm inuentus nummus non erat. Ergo & ſine nummo emptio cõſiſtit. fuiſſe autem ante nummum repertam emptionẽ probat ex verſibus Homeri, qui de Troianis temporibus loquitur. quid ergo? fuit ne omnis permutatio, emptio & venditio? minime. nam & permutatio & emptio ſemper fuere. quo igitur argumẽto emptionem à permutatione diſcernebant? non eſt mihi quidem dubium, quin id Sabinus expoſuerit. Quamobrem quod in hoc genere ſpectatum præcipuè fuiſſe putamus, aperiendum eſt. Quũ vtriuſque ſimilis eſt animus, id eſt, aut neuter cupit ſuam rem alienare ſed alter alterius rei cupiditate adductus eſt ad alienandum: aut vterque cupit alienare nullius certæ rei cupiditate inductus, Permutationem puto Sabinianis fuiſſe: viſoſque eſſe argumento ex eo, quòd ſcribit Homerus permutaſſe Glaucum arma ſua aurea, cũ æreis Diomedis. Quũ autem alter alienãda ſua rei deſiderio tenetur, alter nullo planè, ſed coactus, quòd aliter rem alterius conſequi non poſſet, rem ſuam alteri tradit, tum emptionem & venditionem fuiſſe vt quum Græci boues & mancipia pro vino dabant*

Diuerſæ ſcholæ[a] authores contrà ſentiebant: aliudque eſſe exiſtimabant permutationem rerum, aliud emptionem & venditionem: alioqui non poſſe rem expediri[b], permutatis rebus, quæ videatur res veniſſe, & quæ pretij nomine data eſſe. nã vtrãque videri & veniſſe, & pretij nomine datam eſſe, rationem non pati. Sed Proculi ſententia dicentis permutationẽ propriam eſſe ſpeciem contractus[c] à venditione ſeparatam, meritò præualuit: cùm & ipſe alijs Homericis verſibus adiuuaretur, & validioribus rationibus argumentaretur: quod & anteriores diui principes admiſerunt: & in noſtris Digeſtis[d] latius[e] ſignificatur.

¶Abſoluta vẽditione, rei venditæ cõmodum & periculũ (licet nondum traditæ) ad emptorem pertinet: modò neque dolus, neque culpa venditoris interuenerit: aut periculum cuſtodiæ vſq; ad traditionẽ vẽditor ſuſceperit.

bant non lubenter carebant ijs rebus, ſed coacti, quòd vino indigerent. Atq; hoc quidem, opinor, modo diſtingui poterit hodie quoque in America & alijs nouis inſulis emptionis contractus à permutatione: quum ſatis conſtet reapſe vt appellationes, ſic negotia ipſa diſſimilia ac diuerſa extitiſſe. &c.

a ¶*Schola.* ſingularis numeri eſt hic. Sic infra de mandato §. is qui exequitur.

b ¶*Expediri.* id eſt, cognoſci

c ¶*Speciẽ contractus.* ſcilicet innominati. Nã non habet nomen ſuum: vt ff. de rerũ permuta. l. j. §. itẽ empti. Sed quare dicitur innominatus, cum ita curiale nomen habeat? Reſpondet: quia illi contractus ſunt nominati, qui ſtatim vt fiunt, pariũt actionem: vt ff. de pact. l. iuris gentiũ. in prin. ſiue fiant conſenſu, vt venditio: vt. ſ. eo. in princ. ſiue re vt mutuũ, vt. ſ. quibus modis re contrahi. obli. in prin. At permutatio nec ex pacto parit actionem, nec ex re: ſed parit ex vtroque, ſcilicet poſtea dudum re interueniẽte ex pacto. primo, vt ſubtiliter colligitur. C. de rerum permu. l. ex placito. Et ex hoc contractu oritur actio præſcriptis verbis: vt. ĩ de actio §. actionum. & conditio ob cauſam: vt ff. de præſcrip. verb. l. naturalis § j.

ADDITIO *Nota, quod ſunt quidam contractus nominati, & quidam innominati: de quibus in dicta. l. iuris gentium. in princi. ff. de pact. in. l. naturali per totum ff. de præſcriptis verb. & naturam talium contractuum habes in gloſſ. vnde dixerunt quidam, quod donatio erat contractus innominatus: quia ex ſe nõ pariebat actionem, cum detur cõdictio ex. l. ſi quis argentum. C. de do. Chriſtophorus.*

d ¶*Digeſtis.* vt ff. eodem lege. j. §. j. Accurſius.

e ¶*Latius.* id eſt melius & aptius in ff. dicitur, quam hic.

¶*Cum autem emptio.* CASVS. In ſuperioribus dictum eſt, quod emptio & venditio contrahitur ſimulatque de pretio conuenerit: licet adhuc res non ſit tradita, neque pretium ſolutum: & hoc ſi ſine ſcriptura contracta fuerit venditio. Si enim aliqua venditio contrahitur in ſcriptis poterit tã emptor quam venditor impune à contractu recedere, donec totum fuerit completum. Cum igitur dicat legiſlator poſt contractum cõpletum periculum rei venditæ ad emptorem pertinere: apparet, quod periculum rei venditæ pertinet ad emptorem, poſt, quam de pretio fuerit conuentum. Completus autem dicitur contractus, vt ex præcedentibus patet, quam cito de pretio conuentũ eſt, quamuis emptori res tradita non fuerit, ſed penes venditorem perierit. vnde ſeruus ſi fuerit venditus, & ante, quam emptori tradatur ſine dolo & culpa venditoris penes venditorem deceſſerit, vel aliqua parte ſui corporis læſus fuerit, emptori perit: & nihilominus neceſſe habebit venditori integrum pretium reſtituere, ſi nondum pretium fuerit ſolutum. Idem etiam eſt ſi ædes venditæ ante, quam tradantur, totæ vel aliqua ex parte ſui incendio cõſumptæ fuerint, vel fundus venditus ante, quam tradatur, vi fluminis totus, vel ex aliqua parte ablatus ſit, vel inundatione vel aliquo modo deterior ſit factus: quia ſemper emptoris damnum erit. Quicquid enim ſine dolo & culpa venditoris accidit, in eo venditor ſecurus eſt: periculũ autem ad emptorẽ pertinet. Sed pone, quod in re vẽdita ante, quam

tradatur, aliquod lucrum contingit: puta res vendita, per alluuionem, vel aliquo alio modo longe melior eſt effecta, cuius erit lucrum? Et reſpondet dominus Iuſtinianus, quod emptoris: quia ſecundum naturam

¶ Cùm autem emptio & venditio cõtracta ſit (quod effici diximus[a], ſimul atque de pretio conuenerit) cùm ſine ſcriptura res agitur, periculum rei venditæ ſtatim[b] ad emptorem pertinet: tametſi adhuc ea res emptori tradita non ſit. Itaque[c] ſi homo mortuus ſit, vel aliqua parte corporis læſus

eſt, vt eum ſequantur commoda, quem ſequuntur incommoda. hoc dicit. Franc. de Areti.

a ¶ *Diximus*. ſ. eo. in princip.

b ¶ *Statim. ſed* certe imo non ſtatim: ſed nouem ſunt neceſſaria: Primo, quod venditio fiat non in ſcriptis: alias id eſt, ſi fiat in ſcriptis venditio, non tranſit ad emptoris periculum, niſi modus eſſet completus: vt hic, &. C. de fide inſtru. l. contractus. &. C. de peric. & commo. rei ven. l. cum inter. Itẽ quod fiat pure, alias non perit emptori: licet ſecus ſi facta ſit deterior: vt ff. de peric. & commod. rei vendi. l. neceſſario. §. quod ſi pendente. ver. ſane ſi extat. Item quod ſit facta venditio in ſpecie. nam ſi in genere, vt puta, vendo hominem: non perit emptori ante traditionem. vt ff. de peric. & commo. rei vendi. l. cumque. &. l. quod ſi neque. in gloſſ. j. Item quod ſit certa ſpecies: quia ſi ſub incertitudine ſit vendita: licet ſit ſpecies, non tamẽ ſpectabit ſemper periculum ad emptorem: puta vẽdo Stichum aut Pamphilum, primus enim moritur periculo venditoris: vt ff. de contrahen. emp. l. ſi in emptione. §. ſi emptio. Item quod alio modo pereat, quam publicatione rei, nam tunc non perit emptori: vt ff. eo. l. ſi fundus. Itẽ quod nullum pactum ſit incertum, quod periculũ venditorem reſpiciat. nam tũc non periret emptori: vt ff. eo de peric. & commo. rei ven. l. ſi in venditione. in prin. &. j proxi. §. ꝙ ſi fugerit. &c. ſiue ſpecialiter eſſet de caſu fortuito dictum, ſecundum B. ſiue generaliter ſecundum M. vt diximus ff. ſi quis cau. le. ſed & ſi quis. §. quæſitum. Item quod venditor non fuerit in culpa vel dolo, quare res pereat. vt. j. proxi. §. Item quod non ſit in mora. nã tunc qui vltimã fecit morã, ſibi perit: vt ff. de peri. & commo. rei vendi. l. illud. & hoc eſt verũ hoc caſu. ſ. ſiue res peritura erat penes emptorẽ, ſiue non, ſecundum Io. vs. ff. de leg. j. l. cũ res §. ſi. licet M. diſtingueret arg. ff. de rei ven. l. item ſi verberatũ. § ſi. Itẽ ꝙ non ſit res, que deguſtationẽ deſideret: vt vinum & zinziber, & ſimilia. Nam tunc diſtinguitur an vẽdatur in ſpecie: & tunc poſt deguſtationem eſt periculum emptoris. An in genere: & tunc ſunt duo neceſſaria, vt ſit emptoris periculo, ſcilicet deguſtatio, & menſura ſiue pondus: & hoc ſecũdum Ioã. & B. & Pla. vt ff. de periculo & com. rei vendi. l. j. in prin. & §. j. Sed Azo dicit, ꝙ in vino ſit ſpeciale, quod ſtatim facta venditione, etiam ante deguſtationem ſit emptoris periculum, ſi ſic in ſpecie venditio. vt ff. eo. de cõtrahẽ. emp. l. quod ſæpe. § in his. Sed nunquid diſtinguitur periculum peremptionis à deterioratione vino vendito in menſura, vt in venditione conditionali diximus modo per. l. ff. de peri. & com. rei ven. l. neceſſario. §. quod ſi pendẽte. vt ſic effuſionis periculum ad venditorem, acoris & mucoris ad emptorẽ pertineat? Bul. ait quod ſic. quia hoc ſub quadam conditione fit. ſcilicet ſi deguſtetur. Sed certe ipſemet mutauit conſilium poſtea, & merito: quia aliud eſt in alia conditione, quæ non eſt in poteſtate venditoris: aliud in hac quæ in ſua poteſtate eſt: cum poſſit denuntiari emptori vt guſtet & accipiat, alias poteſt effundere: vt ff. de peri. & commo. rei ven. l. j. in fi. Et ſic indiſtincte periculum ante menſuram eſt venditoris. Accur.

¶ *Quum rei vendita dominium non tranſeat in emptorem, niſi traditione ſecuta, quæro, qua ratione periculum ad eum pertineat, & qui fiat, vt rei non mea aut periculum aut commodum meum ſit. Fr. Hotomanus reſpondi. ita emptoris eſſe periculum, vt tamen actionem ex empto aduerſus venditorem habeat: ſed exceptionem contrà ipſi venditori dari, qua petitionem excludat, SI NON ſine vllo dolo aut culpa mea perierit. Damnum ergo non tam in eo eſt, quod res interierit, qua nondum ad me pertinet: quam quod ab obligatione qua obſtrictus eſt ad dandum, vel faciendum, venditor liberatur: non tamen ipſo iure, ſed per exceptionem. Nam ſola conuentio ſine traditione venditionem quidem perficit, ſed dominium non transfert. lege traditionibus, C. de pactis. Vis enim eius contractus & obligationis, non in eo verſatur, vt rem emptoris faciat, ſed vt venditorem obſtringat ad dandum vel faciendum. L. obligationum. ff. de obliga. & act. Omne igitur periculum in eo eſt, ne ab ea obligatione venditor liberetur.*

c ¶ *Itaque*. nunc ponit exempla.

a ¶ *Periculum eſt*, facit ff.de peric.& com. rei vend.l.id quod.& de regu.iur.l.ſecundum naturam.& ꝭ.de leg.pa.tit.§.fin.

¶ *Quod ſi fugerit.* C A S V S. Dixi Iuſtinia no: Domine, ſuprà dictum eſt quid iuris eſt, ſi res vendita ante quã tradatur, penes venditorem deterior fiat, vel pereat ſed modo quæro, quid iuris ſit, ſi ſeruus venditos poſt completam venditionẽ, antequã tradatur fugerit vel ſurripiatur, ad quem ſpectabit periculum iſtud fugę? Et reſp.dominus Iuſti. dicens, ꝙ ſi ſine dolo & culpa venditoris fugerit, vel ſurreptus fuerit: animaduertẽdum eſt primo verũ venditor aliquod fecerit pactũ cum emptore, per qđ in ſe recepit periculum fugę vel ſurreptionis: veluti ſi cuſtodiam ſerui venditi in ſe ſuſceperit vſque ad traditionem. Tunc enim periculũ tam fugæ, quam ſurreptionis ad vẽditorem pertinebit: & de omni periculo contingente tenebitur. Aliqui autem dicunt, quod etiã adſtringitur per illud ad pretium generale, ſi periculum contingat. Si autem nihil conuenerit inter emptorem & venditorem: tunc erit periculum emptoris. Sed qualiter poterit ei ſubueniri: cum non ſit dominus ſerui: eo quod ſeruus non traditor, ſed magis ſeruum illum à venditore poſsit petere vel rei vendicat. vel condictione furtiua? Et reſponderi poteſt ad hoc, quod emptor aget contra venditorem ad hoc, quod venditor cedat ei tam vendicationem, quam condictionem furtiuam Idem dicit, ſi damnum datum fuerit in ſeruo vendito poſt contractum perfectum: quia actionem legis Aquiliæ ſibi competentem propter damnum in re datum poſt cõtractum tenetur venditor cedere emptori.h.d.Franc.

fuerit, aut ædes totæ, vel aliqua ex parte incendio cõſumptæ fuerint, aut fundus vi fluminis totus, vel aliqua ex parte ablatus ſit, ſiue etiã inundatione aquæ, aut arboribus turbine deiectis, longè minor, aut deterior eſſe cœperit: emptoris damnum eſt: cui neceſſe eſt, licet rem non fuerit nactus, pretium ſoluere. Quicquid enim ſine dolo & lata culpa venditoris accidit, in eo venditor ſecurus eſt. Sed & ſi poſt emptionem fundo aliquid per alluuionem acceſſerit: ad emptoris commodum pertinet. Nã & commodum eius eſſe debet, cuius periculum eſt [a]. Quod ſi fugerit homo, qui venijt [b], aut ſurreptus fuerit, ita vt neque dolus, neque culpa [c] venditoris interuenerit, animaduertendũ [d] erit, an cuſtodiam eius vſque ad traditionem venditor ſuſceperit [e]. Sane enim ſi ſuſceperit: ad ipſius periculum is caſus [f] pertinet: ſi non ſuſceperit, ſecurus eſt. Idem & in cæteris animalibus, cæteriſque rebus intelligimus.

¶ *Annota, Quoties quis ideo tenetur: quia actionem habet, eam cedendo liberatur: alioqui ſecus.*

¶ Vtique tamen vindicationem rei & condictionem [g] exhibere [h] debebit emptori: quia ſanè qui rem nondum emptori tradidit, adhuc ipſe

b ¶ *Venijt.* id eſt vẽditus eſt.

c ¶ *Neque culpa.* etiam talis qualis in commodato gratia vtriuſque partis cõtracto venit: vt ff.de pericul. & commo. rei vendi. l.cuſtodiam.& ff.commod.l.ſi vt certo.§.interdum.

d ¶ *Animaduertendum*. id eſt diſtinguendum.

e ¶ *Suſceperit.* quod pactum valet: vt hic, & ff.eodem.de contrahen. emptio.l.quod ſæpe.§.ſi rer.& ff.de pericu.& commo. rei ven.l.j.§.j.Ac.

f ¶ *Is caſus.* etiam leuiſsima culpa contingens, ſecundum Ioan. non vero fortuitus licet M. contra: vt Cod. de pig. act. l. quæ fortuitis.

g ¶ *Conductionem*. ſcilicet furtiuam, quæ ſcilicet ſoli domino dabatur: vt hic, & ff. de condict.furti.l.j.

ADDITIO. *Sed cur furti actio, in eum qui rem venditam ſurripuerit, venditori competit, cùm hac ei competat, cuius intereſt, non domino?el.cuius.ff.de furt.nimirum, quòd venditoris intereſt, qui ad actiones cedendas tenetur ex empto, & quod dominium apud eum ſit ante traditionem.l.cum qui, & l.ſi vendideto, ff.de furt.emptoris contra non intereſt, qui ex empto agendo ſibi conſulere poſsit.* E. E.

h ¶ *Exhibere*. ſed cedendo actiones iſtas.

& hoc quando non fuit in culpa, alias non liberatur eedendo: vt ff. pro ſocio. lege de illo. in principio. quæ eſt contra.
a ¶*Et de damni.* puta, ſi fuerit res vendita venditori ſubtracta, vel in ea datum ſit dammnum: vt in principio huius §. nam hæc actio damni iniuriæ domino datur: vt ff. ad legem Aquiliam lege item Mela. §. legis.
¶*Emptio tam.* *CASVS.* Quæſiui à legislatore: Domine, vultis ne plura dicere de emptione & venditione? Et ipſe reſpond. dicens: Frater, adhuc præter prædicta ſcire debes quod emptio tam pure, quã ſub conditione contrahi poteſt. Et ponit exemplum de emptione facta ſub conditione, quia pura emptio omnibus manifeſta eſt. Et eſt exemplum ſuum tale. ſi emptori dicat venditor in hunc modum. Si Stichus intra certum diem, veluti hinc ad quindecim dies tibi placuerit, erit tibi emptus pro decem: hæc eſt emptio ſub conditione. hoc dicit. Et not. ad intellectum huius §. quod cũ tria ſint in emptione, ſcilicet commercium, pretium, & res, duo prima non poſſunt conferri in arbitrium alterius contrahentium, hoc eſt emptoris: veluti, ſi dicat venditor emptori ſic, Vendo tibi rem pro quanto volueris. Secus autem eſt, quãdo datur à venditore emptori optio in re ipſa: veluti cum cõuentum eſt de pretio, & dicit venditor emptori ſic, Si res tibi placeat hinc ad dies octo, ſit tibi empta pro tot. Sed dicet aliquis, ſemper intra terminum illum poteſt emptor dicere, quod res ſibi non placet: & ita in poteſtate emptoris erit, vtrum contractus valeat, nec ne. Certe verũ eſt, quod per obliquum, & implicite eſt hoc in poteſtate ſua, ſed directè non, neq; expreſſe. Expreſſa enim nocent, non expreſſa non nocent. Franciſcus.

dominus eſt. Idem etiam eſt de furti & damni[a] iniuriæ actione.

¶*Etiam ſub conditione poteſt emptio celebrari: & accidentalia contractus poſſunt in alterutrũ ex contrahentibus celebrari. Accur.*

¶Emptio tam ſub conditione, quàm purè contrahi poteſt. Sub conditione, veluti, ſi Stichus intra certum diem tibi placuerit[b], erit tibi emptus aureis tot[c].

¶*Emens ignoranter rem, quæ non eſt in commertio, habet contra venditorem actionem ex empto ad intereſſe. Aretinus.*

¶Loca ſacra[d], vel religioſa, item publica (veluti forum, baſilicam) fruſtra quis ſciens emit: quæ tamen ſi pro prophanis, vel priuatis[e] deceptus à venditore quis emerit: habebit actionem ex empto, quòd[f] non habere ei liceat, vt conſequatur, quod ſua intereſt, eum deceptum nõ eſſe. Idem iuris eſt, ſi

b ¶*Placuerit.* Sed videtur, quod in alterius cõtrahentiũ arbitriũ conferatur emptio quod eſſe non poteſt: vt C. eo. de contrahen. emp. l. in vendentis vel ementis. & ff. e. ff. de contrahẽ. emp. l. quod ſæpe. §. j. quæ ſunt contrariæ. Sed dic rem ipſam hic conferri in arbitrium emptoris. Aliud ſi commerciũ, vt ſit tibi empta ſi vis, vel pretiũ pro quãto voles, vt dictis legibus contrarijs. Itẽ opponitur, hæc venditio, quæ hic ſit, nõ videtur conditionalis: vt ff. e. de cõtrahen. emp. l. iij. quæ eſt cõtra. Sed certe ibi fuit empta pure, ſed reſolutio debebat ſub conditione fieri. at hic ſub conditione facta fuit: vnde non poteſt impleri, niſi impleta conditione vt ff. eodem. l. hæc venditio. in prin.

Emptio an poſſit in alterius contrahẽtium arbitrium conferri.

c ¶*Aureis tot.* puta decem.
¶*Loca ſacra.* *CASVS.* Quæſiui à Iuſtinia. vtrum poſſum emere loca ſacra vel religioſa? Et reſpond. dicens, quod loca ſacra & religioſa cuiuſmodi ſunt, iter, forum, & baſilica fruſtra quis emit. & hoc verum eſt de publicis, quæ publico vſui deſtinata ſunt cuiuſmodi ſunt forum, & baſilica. ſecus autem eſt in rebus, quæ ſunt in patrimonio publico, vt cœmiterium. Et hoc eſt verum, ſi ſciens quis huiuſmodi res emerit. ſi autem quis ignorans emerit deceptus à venditore, credens ea prophana vel priuata: tunc ſibi competit actio contra venditorem ad intereſſe. Idem iuris eſt, ſi hominem liberum deceptus à venditore pro ſeruo emerit, hoc dicit. Franc.
d ¶*Loca ſacra.* quę ſint iſta, habes. I. de rerum diuiſio. § flumina. & §. nullus. & §. religioſum.
e ¶*Priuatis* redde ſingula ſingulis. nam priuata contraria eſt publicæ, prophana ſacræ & religioſæ. & facit ff. e. de cõtrahẽ. emp. l. & liberi. & l. quia. & l. libert. Acc.
f ¶*Quod.* id eſt, quia.

¶*Emeris*

a ¶*Emerit*. ignotans vt ff.de contrahen, emptio.l.liberi hominis.

DE LOCATIONE ET CONDUCTIONE.

¶*Tex.continuatio. Quia locatio eſt ſimilis emptioni: vt in tex. & ff.eo.l.j. ideo poſt emptionem ſequitur videre de locatione & conductione.*

hominem liberum pro ſeruo emerit [a].

TITVL. XXV.

DE LOCATIONE & CONDUCTIONE.

¶*Sicut emptio & venditio ſolo conſenſu ſimul atque de pretio conuenit perfi.i.ur: ita locatio & conductio quam primum merces conſtituta eſt: quæ vſque adeò emptioni ſimilis eſt, vt eiſdem regulis conſtet: idcirco ſi locationi incerta merces interuenerit, à contrahentibus tamen poſtea certificanda non propriè eſt locatio, ſed innominatus contractus.*

Locatio [b] & cõductio proxima eſt [c] emptioni & venditioni, iiſdémque iuris regulis conſiſtit. Nam vt emptio & venditio ita contrahitur, ſi de pretio [d] conuenerit: ſic & locatio & cõductio ita contrahi intelligitur, ſi merces [e] conſtituta ſit. & competit locatori quidem locati [f] actio, conductori verò conducti. Et quæ ſuprà diximus [g], ſi alieno arbitrio [h] pretium promiſ-

Locatio Totus iſte titu. diuiditur in quinq; partes. Primo ponit quod iſte contractus habet ſimilitudinem cum contractu empt. Secundo illud per exempla declarat. Tertio, quid veniat in iſto contractu. Quarto ad quid tenetur conductor. Quinto, an iſte contractus tráſeat ad hæredem. Secúda ibi, Nam vt emptio. Tertia ibi, In §.cõductor. Quarta ibi, Qui pro vſu. Quinta ibi, In fine. Mortuo.

CASVS. Quæſiui à Iuſti. quæ eſſet natura locationis & conductionis? Et reſp. dicens, quòd proxima eſt emptioni & venditioni. Eiſdem enim regulis conſiſtunt iſti duo contractus. nam ſicut emptio & venditio cõtrahuntur, ſimul atq; de pretio cõuenerit: ita locatio & conductio. cũ certa merces. i. pretiũ fuerit inter eos cõſtitutũ cõtrahitur. & ſicut in præcedenti contractu actio ex empto datur emptori, & actio ex vendito datur vẽditori: ſic in iſto contractu actio ex locato datur locatori, & actio ex cõducto datur conductori, & dicit quod locatio & conductio proxima eſt emptioni. i. vicina quo ad tractatum, & quo ad ſententiam. Sed domine, ſatis vidi, quod iſti duo contractus conſiſtunt iiſdem regulis, habetis ne plura exempla? Dicit quòd ſic: quia ſicut ſi vendidero rem pro pretio, quod Petro iuſtum viſum fuerit, ſi pretium definiuerit Petrus, valet cõtractus: ſi autem non fuerit arbitratus, quòd ſit iuſtum pretium, non valet contractus: vt ſ.titu.proxi. dictum eſt: ſic eſt in contractu locationis & conductionis: quod ſi aliquis domũ ſuam locauerit alicui, pro quanto Petrus æſtimauerit, ſi Petrus æſtimationem definiuerit, valet contractus, ſi non definierit, non valet contractus. hoc dicit. Franciſcus de Aret.

b ¶*Locatio*. ſic ff. eodem. l.ij. Accur.

c ¶*Proxima eſt*. quo ad tractatum, & quo ad ſententiam.

d ¶*Si de pretio*. vt ſ. titu.j.§. pretiũ autem.

e ¶*Si merces*. ſcilicet, certa, & in pecunia numerata: vt ff. depoſi. lege prima.§.ſi quis ſeruum. & ff. de præſcript. verb. lege naturalis.§ at cũ dotem. Vnde partiarius colonus, qui partẽ domino reddit fructuum: impropriè dicitur conductor, imo ſocius magis. vt ff.eod.l.ſi merces.§.vis maior. Accur.

Colon' partiarius nõ eſt conductor.

ADDITIO. *Et ideo tempore exigetur ſtare tali colono. quod nota pro limitatione not. in l. emptorem. C. eod. Ange.*

f ¶*Locatori quidem locati*. ſicut venditori ex vendito, emptori ex empto actio competit: vt ſuprà titu.j.§.ſed & certum eſſe pretium. in fine.

g ¶*Suprà diximus*. vt ſ.titu.j.§.ſed & certum eſſe. Accur.

h ¶*Arbitrio*. ff.eodem.l.ſi merces. primo reſponſo.

¶*Qua de cauſa CASVS*. Verſi. iſte non refertur ad verſi. proximè dictum & præcedentem: ſed ad illud quod dictum eſt in princip. titu. quia ſicut emptio & venditio contrahitur, quam citò de pretio conuenitur, ſcilicet, certæ pecuniæ: ita ſi in pecunia numerata fuerat merces conſtituta, cõtrahitur locatio & conductio: qua

de cauſa ſi in pecunia numerata nõ fuerit certa mihi res cõſtituta, non valet cõtractus locationis & conductionis. Pone ergo, ꝙ tradidero veſtes meas poliẽdas, nulla certa mercede conſtituta, dicitur ne contractus locationis & cõductionis? Et reſpon. ꝙ non. Qualiter ergo agetur inter me & ipſum, cum nõ poſsit agi locati & cõducti? Et reſp. dicens, quod agetur præſcr. ver. hoc dicit. Franc.

ſum fuerit: eadem & de locatione & conductione dicta eſſe intelligimus, ſi alieno arbitrio merces permiſſa fuerit. Qua de cauſa [a], ſi fulloni [b] polienda curandáve, aut ſarcinatori [c] ſarcienda veſtimenta quis dederit, nulla ſtatim mercede conſtituta, ſed poſtea [d] tantum daturus quantum inter eos conuenerit: non propriè locatio & cõductio contrahi intelligitur, ſed eo nomine [e] actio præſcriptis verbis [f] datur.

¶ *Locata rei merces in numerata pecunia conſiſtere debet: alioqui ſi in ſpecie conſiſtat, non locatio quidem, ſed innominatus contractus eſt, ex quo præſcriptis verbis actio oritur.*

¶ Præterea ſicut vulgò quærebatur [g], an permutatis rebus emptio & venditio contraheretur: ita quæri ſolebat de locatione & conductione, ſi fortè rem aliquam vtendam, ſiue fruendam tibi aliquis dederit, & inuicem à te vtendam, ſiue fruendam aliam rem acceperit. Et placuit non eſſe locationem & conductionem, ſed proprium genus contractus: veluti, ſi cùm vnum bouem quis haberet, & vicinus eius vnum, placuerit inter eos vt per denos dies inuicem boues cõmodarent [h], vt

a ¶ *Qua de cauſa.* quia dixi certum debere pretium interuenire.

Fullo. b ¶ *Fulloni.* eſt autem fullo ꝗ lauat, ſiue tingit, ſiue polit. Accur.

Sarcinator. c ¶ *Sarcinatori.* ſarcinator eſt, qui fracta veſtimenta reſarcit: vt dicemus. j. man. in fin. & proprius dixiſſet ſartor, ſecundum aliquos, à ſarcio, ſarcis.

A D D. *Fullo eſt qui curãda & polienda veſtimenta accipit: Sarcinator, qui ſarcienda: ſarcire autem eſt integrum facere, autore Sex. Pomp.*

d ¶ *Poſtea.* Nota, poſtea. nam prius re non ſecuta, id eſt nondum tradita ad reaptandum, actio non daretur: vt C. de rerum permu. l. ex placito.

e ¶ *Nomine.* quaſi ex nouo contractu nominato: vt ff. de præſcri. verb. l. j.

f ¶ *Præſcriptis verbis.* j. man. §. fin. contra. ſed diſtingue, aut certa merces interuenit, & tunc agitur locati: vt ſ. eo. in prin. aut incerta: & tunc præſcriptis verbis agitur, vt hic aut nulla, & tunc eſt mandatum: vt ff. de præſcript. verb. l. ſi tibi polienda. & in contrario.

Merces quãdoque eſt certa, quãdoque incerta quãdoque nulla

A D D I T I O. *Intellige ſi res erat ſolita locari, alias ſecus: vt lege naturalis §. at cum do. ff. de præſcript. verb. Angel.*

¶ *Præterea ſicut.* C A S V S. Dixi Iuſtini. Domine, bene perpendi per exempla ſuperiora, quòd iſti duo contractus, ſcilicet emp. & vend. loc. & conduct. magnam habent adinuicem familiaritatem, ſiue conuenientiã, quid amodo ſuper illis oſtẽdere proponitis? Frater, dicit ipſe, adhuc iſtud tibi propono oſtẽdere ex alio exemplo, ſicut enim dictum fuit in præced. quòd apud veteres dubitabatur, vtrum empt. & vend. poſsit eſſe in permutatione, & dictũ fuit quod non: ita ſolebat quæri de loca. & cõduct. vtrum poſſet fieri in rerum permutatione: & dicitur quòd nõ ſed eſt proprium genus contractus. Pone enim quòd ita conuenerit inter me & te, quòd ſi ego nõ haberem niſi vnum bouem, & tu ſimiliter vnum, quod tu haberes bouẽ meum ad arandum vna cum tuo per duos dies, & ego tuum haberem poſtea ad arandum per alios duos dies, & bos meus apud te tua culpa perierit, quæ actio mihi competit contra te? non actio empt. & vend. quia non eſt certum pretium conuentum inter nos, neque loca. & conduct. quia non eſt certa merces conſtituta inter nos, neque commodati, non enim erat gratuitum. Quid ergo erit? Et reſpon. quod præſcriptis verbis eſt agendum. h. d. Frã. de Aret.

g ¶ *Vulgo quærebatur.* ſuprà titu. j. §. item pretium.

h ¶ *Commodarent.* impropriè ponitur, vt ſequitur.

¶ Bo-

opus facerent, & apud alterũ, alterius bos perierit[a]: neque locati, neque conducti, neque cõmodati cõpetit actio: quia nõ fuit[b] commodatũ gratuitum: verum prçſcriptis verbis[c] agendum eſt.

¶ *Emphyteuſis conſtitutio (id eſt, cùm prædium perpetuò fruendũ annua penſione conſtituta cuipiam conceditur) neque venditio, neque locatio eſt: ſed propriam contractus ſpeciem parit: in qua ſi de rei periculo nihil inter contrahentes actum ſit, totius rei interitus ad dominum: particularis verò ad emphythentam ſpectat.*

¶ Adeò autem[d] aliquam[e] familiaritatem inter ſe videntur habere emptio & venditio[f], itẽ locatio & cõductio[g]: vt in quibuſdã cauſis quæri ſoleat, vtrum emptio[h] & venditio cõtrahatur an locatio[i] & cõductio. vt ecce de prçdiis, q̃ perpetuò[k]

a ¶ *Bos perierit*. ſua culpa, alias nõ tenetur, cũ vtriuſq; gratia contractum ſit: vt hic, & ff. de præſcrip. verb. l. ſi gratuitam. §. ſi. l. margaritas. & ff. commo. l. ſi vt certo. §. nunc videndum.

b ¶ *Quia non fuit*. bona ratio vt §. qui. mod. re contrahitur oblig. §. commodata.

Præſcriptis verbis agitur impliciter.

c ¶ *Præſcriptis verbis*. quæ cõpetit ex contractib[us] tribus innominatis, do vt des, facio vt facias: do vt facias: vt ff. de præſcr. verb. l. naturalis. §. j. ij. & iij. alias datur ex pactis incõtinenti appoſitis: vt C. de rer. permut. l. rebus. alias datur quando dubiũ eſt de nomine cõtract[us]: vt ff. de præſc. ver. l. j. §. ſi. & l. j. ij. iij & iiij.

A D D. Sed cur dicitur actio præſcriptis verbis? an quòd in aliis negotiis eſſent certæ formulæ, vt Cicero ſcribit in orat. pro Q. Roſcio: vbi autẽ nouum exoriebatur negotiũ, de quo non erat certa præſcripta formula, nouã formulam confingere oportebat, quam prætor iudici præſcribebat, ex quo præſcriptis verbis agi dicebatur? ſic videtur Hotomano in commento. in præd. orat. ex lege j. ff. de præſcriptis verbis.

¶ *Adeo autem*. C A S V S. Dixi Iuſtinia. Domine, per exempla ſupradicta perpendi, quod eſt maxima familiaritas inter contractum iſtum & præcedentem, quid plura? Frater, adhuc maior familiaritas poteſt parere in iſto caſu, in quo dubitatur, an ſit contractus loca. & conduc. vel contra emp. & vend. Pone ergo, quod ego tradiderim alicui ſub annuo cenſu aliquod prædium de meis fruendum: dicens quod quandiu penſio prædij domino prçdij, vel eius hæredi ſolueretur, non liceret domino neque eius hæredi, conductori, neque eius hæredi. vel ei cui conductor, hæresve eius prædium vendiderit, aliòve modo alienauerit auferre. de contractu tali dubitabatur apud antiquos vtrum eſſet contractus empt. & vend. eo, quòd conductori non poteſt dominus auferre prædium, quandiu penſio fuerit ſoluta. rurſum poteſt iſte contractus ſapere naturam loca. & conduct. eo, q quolibet anno ſoluitur certa penſio. ſuper hoc dubitauerunt antiqui vſq; ad tempora chriſtianiſsimi Zenonis, qui dicebat contractum iſtũ nec eſſe empt. & vend. neq; loca. & conduc. ſed contractũ emphyteuticũ qui dicitur proprius contractus, & ſuam propriam habet naturam. Sed pone quòd tanta fuerit ſterilitas in prædio ſibi dato in emphyteuſim perpetuam, ita quòd conductor nihil poſſit de fructibus illius prædij ſuſcipere, cuius erit detrimentũ, vel domini conductoris, vel illius emphyteutæ?: Et reſpond. Iuſtini. quod Zeno ita ordinauit in iſto cõtractu quòd ſi aliqua conuentio facta eſt inter ipſum, qui prædia dedit in emphyteuſim, & emphyteutam, quod conuentio illa obſeruetur: ſi autem nihil conuenerit inter eos, aut eſt periculum totale: & tunc detrimentum illud pertinet ad dominum, ita quòd non teneatur emphyteuta pro tempore illo ſibi reddere penſionem: aut eſt particulare detrimentum: & tunc erit periculum emphyteutæ, hoc dicit. Franciſcus.

d ¶ *Adeo autem*. quia ijſdem regulis & conſtitutionibus, conſiſtunt: multa ergo habent inter ſe communia.

e ¶ *Aliquam*. alias non eſt in litera aliquam.

f ¶ *Et venditio*. ſcilicet ex vna parte.

g ¶ *Et conductis*. ſ. ex alia.

h ¶ *Vtrum emptio*. quod videbatur, cum talis datio alienatio ſit: vt in authentica de non alien. §. alienationis. columna ij. quod locatio non facit: vt ff. co. l. non ſolet. Accur.

i ¶ *An locatio*. quod videbatur, cum mercedem ſoluere teneretur.

k ¶ *Perpetuò*. aliter accipitur. ff. pro ſocio. lege prima.

quibuſdam fruenda traduntur, id eſt, vt quandiu penſio [a], ſiue reditus [b] pro his domino præſtetur, neque ipſi conductori, neque hæredi eius, cuive conductor, hæréſve eius id prædium vendiderit, aut donauerit, aut dotis nomine dederit, aliόve quocunque modo alienauerit [c]: auferre liceat [d]. Sed talis contractus: quia inter veteres dubitabatur, & à quibuſdam locatio, à quibuſdam venditio exiſtimabatur: lex Zenoniana [e] lata eſt, quæ emphyteuſeos [f], contractus propriam [g], ſtatuit naturam, neq; ad locationem [h], neque ad venditionem [i] inclinãtem, ſed ſuis pactionibus fulciendam. & ſi quidem aliquid pactum fuerit: hoc ita obtinere, ac ſi naturalis [k] eſſet contractus: ſi autem nihil de periculo rei fuerit pactum: tunc ſi qui-

a ¶ *Penſio.* in pecunia.

b ¶ *Reditus.* in ſpecie. veluti ſi certa frumenti menſura in annos ſingulos conſtituta ſit.

c ¶ *Alienauerit.* cum multi ſint modi alienandi: vt ff. de publi. l. iij. iiij. v & vj.

d ¶ *Auferre liceat.* interdũ autem datur ad certũ tempus, interdũ in tertiam perſonã vel generationem, cũ omnia pacta ſup hoc contractu habita valeãt: vt J. proxi. §. ſed eccleſia dat in emphyteuſim vſq; ad tertiã generationem tantum: vt in auth. de non alie. collat. ij. §. emphyteuſim. Vel vt puto, etiã in perpetuum dabit, vt quilibet priuatus, vt hic & in auth. de alie. & emphyt. §. licentiam col. ix. Accur.

Emphyteuſis datur ad varia tempora.

A D D I. *Tu dic de iure canonico, cui ſtandum eſt, quod aut ſit ſine ſolemnitate, de qua habetur xij. q. ij ſine exceptione. & in c. j. de reb. eccle. non alie. in vj. & in c. nulli. extra eo. tit. & tunc non valet vllo modo, aut ſit cum dicta ſolemnitate, & valet: & ad omnes etiam extraneos tranſibit. Ange.*

e ¶ *Lex Zenoniana.* vt Cod. de iure emphyteu l. j.

f ¶ *Emphyteuſeos.* emphy. Græcè Latine dicitur melioratio, hoc loco. quia olim tantũ ſterilia dabantur, vt meliorarentur: ſed hodie non tantũ ſterilia dantur, ſed etiã fertilia, niſi in eccleſia, quæ dat ſola ea, quæ congrua videntur œconomo & alijs gubernatoribus eccleſiæ. ſic C. de ſac. ſan. eccle. auth. perpetua quoque. Accur.

A D D I. *Emphyteuſis nomen eſt Græcum, ab* ἐμφυτεύω: *id eſt, inſero. quemadmodum autem inſitionibus, ita arbor arbori inſeritur, vt illi inhæreat, naturamq; tamen ſuam pro portione retineat: ſimiliter hoc contractu res ita à domino in emphyteuticarium perpetuò transfertur, vt priorem directúmque dominium ſemper reſpiciat, afficiatque commodo. Æmy. Ferr.*

g ¶ *Propriam.* agitur ergo condictione ex l. ad omnia obſeruanda quæ conueniunt. Sed nunquid emphyteuta poteſt alij date in emphyteuſim? Reſp. ſic, vt in hoc §. in auth. de non alie. aut permu §. alienationis. colla. ij. Item nunquid illud vtile dominiũ, quod ſolum habet, transfert in eũ? Reſp. ſic, eũ rei vendicatio vtilis ſibi decur: vt ff. ſi ager vec. l. j. & iij. Sed qualiter ager prim⁹ emphyteuta eõtra ſecundũ, vt eum expellat? Reſpond. rei vendicatione, quæ licet de iure ſibi non competat, exceptio tamen opponi nõ poteſt: quia replicaretur, & ſic non dominus dominum vincet: vt C. de irã ſact. l. vbi. vbi de facto tantũ agit, & vincit, & ff. de excep. rei. iud. l. ſi qs. Vel verius aget præſcriptis verbis, vel die ex lege Zenonis ad mercedem.

Dominus vincitur à nõ domino.

h ¶ *Neque ad locationem.* imo differt in ſeptem. Nã hic etiã in ſpecie pſtatur pẽſio: ſed ibi in pecunia tantũ vt hic ſcripſim⁹. Item hic poſſidet naturaliter. ſicut fructuarj⁹ vt ff. de acquir. poſſ. l. naturaliter, ſed conductor non: vt C. commu. de vſucap. l. j. Item hic habet dominium vtile, ſed conductor non: vt ff. cod. l. non ſolet. Item hic contractus ſit in immobilibus tantum, ille etiam in mobilibus vt in authen. de alie & emphy. §. licentiã. col. ix. Item agitur hic condictione ex lege, ibi, ex conducto. Item hic contractus iuris ciuilis eſt, ille naturalis, vt hic dicitur. Item eſt hic in ſcriptura, ille etiã ſine ea vt Codic. de iure emphyteu. lege prima. & ſuprà de obligat. ex conſenſu. vt ſuprà eodem. in princip.

Emphyteuſis à locatione in ſe ptẽ differt.

i ¶ *Neque ad venditionem.* quia hic penſio præſtatur: ibi, res libere tranſit. Item ob hoc res reuertatur, ſed ab emptore, non per venditorem: vt Codi. de rei vendi. lege inciuile. Item hic vtile tranſit dominium, ibi directum: vt J. de rer. diui. §. per traditionem.

k ¶ *Naturalis.* id eſt iuris gentium, quod naturali ratione eſt inductum: vt J. de iu. natu. §. qđ vero. hic enim eſt de iure ci. vt & alij: vt J. de act. §. conſtituta pecunia.

Emphyteuta res ſi pereat, cuius erit damnum.

dem totius rei interitus acceſſerit, ad dominum [a] ſuper hoc redundare periculum: ſin autem particularis [b], ad emphyteuticarium huiuſmodi damnum venire: quo iure vtimur [c].

¶ *Conuentio vt ex artificis materia opus fiat mercede certa conſtituta, venditio eſt, quòd ſi ex conductoris materia, locatio eſt.*

¶ Item quæritur, ſi cum aurifice Titius conuenerit, vt is ex auro ſuo [d] certi ponderis, certæque formæ [e] annulos ei faceret, & acciperet (verbi gratia) decem aureos: vtrum emptio & venditio, an locatio & conductio contrahi videatur? Caſsius ait, materiæ quidem emptionem & venditionem cõtrahi, operæ autem locationem & conductionem. Sed placuit tantùm emptionem & venditionem cõtrahi. Quòd ſi ſuum aurum Titius dederit, mercede pro opera conſtituta: dubium non eſt, quin locatio & conductio ſit.

¶ *Quæ partium expreſſa conuentione promiſſa fuerunt, necnon, & quæ ex bono, & æquo præſtari debent (licet de iis conuentum nõ ſit) hoc contractu ſeruanda ſunt.*

¶ Conductor autem omnia ſecundum legem conuenit. & lege Sabinus. Vel facies punctum in dictione, ſuo.

a ¶ *Ad dominum*, vt penſionem non habeat. Accurſius.

b ¶ *Particularis*, i. medietatis, vel minus, ſecundum M. & Ioan. Arg. ff. de vſufru. l. etiam & de ver. ſign. l. nomen filiarum. §. portionis. & ff. de dam. infect. l. inter quos. §. damni. & de cõtrahend. emp. l. domi. Nos dicimus, ſi aliq̃ etiam paris remanſit, damnũ emphyteutæ eſſe. arg. huius §. & C. eo. l. 1. De hoc dantur tales verſus, Res perijt tota: nũc nihil dabit emphyteuta. Si pro parte perit, non ita liber erit.

c ¶ *Vtimur*. ſunt & duo alia naturalia ſiue tacita pacta in hoc cõtractu, vt de reijciendo emphyteuta, ſi non ſoluerit penſionem per triẽnium: vt C. eo. l. 2. §. 1. & in auth. de non alie. §. ſcire. col. 2. Item & ſi velit emphyteuta vendere, q̃ domino primo denunciare debeat: vt C. e. l. fi. §. 1. Ac.

ADDI. *Quod dictũ eſt emphyteutam poſſe expelli non ſoluta penſione per triennium, verum eſt in emphyteuta priuati: quoniam emphyteuta eccleſiæ ceſſans per bienniũ ſolutione, expelli poteſt. auth qui rem. C. de ſac. ſan. ec. & no. C. de iur. emphyt. l. 2. in gloſſ. repellere. & extra de loca. c. potuit. & in auth. de non alie. §. ſcire. in gla. biennium. col ij. Sed in ſimplici colono indiſtinctè biẽnium expectatur: vt ff. de loca. l. quæro. § inter locatorem.*

¶ *Item quæritur*. CASVS. Per exempla ſuperiora vidiſtis familiaritatem inter iſtos cõtractus, adhuc eſt familiaritas mirabilis in exemplo ſeq. verbi gratia, cõueni cum quodam aurifice, vt de ſuo argento mihi faceret ſcyphum certæ formæ, certique ponderis: quæritur modo vtrũ inter me & ipſum videatur empt. & ven. vel loc. & condu. Caſsius dicit, q̃ in caſu quantum ad materiam eſt empt. & vend. quantum vero ad operam, eſt cond. & loca. Iuſtinia. autem dicit quòd magis placet ſibi, quod ex toto ſit emptio. & vendi. quia perinde eſt, ac ſi aurifaber ſchyphum de argento ſuo feciſſet: & poſtea mihi factũ vẽdidiſſet. Sed pone, quòd conueni cum aurifabro, vt de meo argento mihi ſcyphum certi põderis, certæque formæ & menſuræ faceret: quid iuris in iſto caſu? Et reſpondet Iuſtinian. quòd non dubium, quin ſit locatio & conduct.

d ¶ *Suo*. ſcilicet, artificis.

e ¶ *Formæ*. ſcilicet demonſtratæ: ſed quid ſi certa non eſt materia demonſtrata? Reſpondet. non intereſt: vt ff. de contrahen. emptione. l. lege conuenit. & lege Sabinus. Vel facies punctum in dictione, ſuo.

¶ *Conductor autem omnia*. CASVS. Dicit dominus Iuſtinia. quod conductor omnia, ſecundum quòd conuenit in conuentione, facere debet: ſi autem aliquid eſſet omiſſum, ita quod in conductione de eo nihil eſſet actũ, veruntamen inter eos debet illud quòd fuit omiſſum, ex bono & æquo præſtari. puta ſi conductor in mora fuerit ſoluendæ penſionis. Nam licet de vſuris nihil actum fuerit, tenetur tamen ad vſuras, & econuerſo, licet nihil actum fuerit de oſtijs reficiendis, nihilominus adhuc tenetur locator. & hoc vult dicere litera præſens.

a ¶ *Legem*.i.pacta:vt ff depoſi.l.j.§.ſi conueniat. Accurſius.

b ¶ *Ex bono & æquo* vt vſuras poſt morã vi.C.eo.l.præſes. Idem ecõtra:nam côductor agit vt domus & oſtia ſibi reparentur: vt.ff.eo.l. ex cõducto. in princi.

¶ *Qui pro vſu veſtimentorũ*. *CASVS*. Quidam conceſsit mihi iumentum ſuum aut veſtimentum ſuum, aut argentum vtendum pro certa mercede, quæritur qualem cuſtodiã in iſta re mihi præſtare tene r? Et reſpon. Iuſti. q talem diligentiã teneor præſtare, qualem paterfa. diligẽs præſtaturus eſſet. & ita expone, diligentiſsimus. id eſt diligens. & hoc eſt: quia vtriuſq; gratia celebratur cõtractus. hoc dicit. Franciſcus.

c ¶ *Diligentiſſimus*.i. diligẽs ſic exponitur. ff.eo l. ſi merces. §. qui columnam. nam cũ vtriuſq; gratia fit locatio non venit exactiſsima diligẽtia: vt ff. commo.l.ſi vt certo.§ nunc videndum. Alij proprie ponunt, & dicunt ſpecialem in his rebus, quę facile poſſunt frangi.

A D D. *Et hac vltima videtur communior: & ratio diuerſitatis fundatur ſuper facili harum rerum fragilitate: ideoque diligentior cura eſt adhibenda. cap. vbi periculum. de elect. libr. vj. Chriſtopho.*

d ¶ *Amiſerit*. vel damnum datum ſit, q̃d præuideri non poterat: vt ff. eodem.l. ſed & de damno.

¶ *Mortuo conductore*. *CASVS*. Quæſiui à Iuſti. ſic, Quidam conduxit ſibi hoſpitiũ, intra tempora conductionis deceſsit cõductor. & ſucceſsit hæres eius in conductione: poterit ne alteri domũ locare? Et reſpondet Iuſti. quod ſic, quod intellige iure loca. & conduct. non autem iure ſocietatis. h.d. vſque ad finem.

e ¶ *Conductore*. proprietatis, ſecus in vſufructu: vt C. de vſufruct.l. ſi domina. Vel dic vt ibi, & de iure dotiũ.l. ſi ſocius. in fine.

f ¶ *Succedit*. vt C.eo.l. viã. ſed an moriente ſcholari vel recedente, ſubſtituere poteſt? Reſp. ſic de iure conductionis, ſed ratio ſocietatis prohibet, quæ peræ ualet vbi certa perſona eligitur: vt j. tit. j. §. ſoluitur.

dum legem[a] conductionis facere debet: & ſi quid in lege prætermiſſum fuerit: id ex bono & æquo[b] præſtare.

¶ *Conductor de leui culpa tenetur. Aretinus.*

¶ Qui pro vſu aut veſtimentorũ aut argẽti, aut iumenti mercedem aut dedit, aut promiſit: ab eo cuſtodia talis deſideratur, qualem diligentiſſimus[c] paterfamilias ſuis reb[9] adhibet: quam ſi præſtiterit, & aliquo caſu fortuito eam rem amiſerit[d]: de reſtituenda ea nõ tenebitur.

¶ *Contractus locationis ad hæredes tranſit conductoris. Aretinus.*

¶ Mortuo conductore[e] intra tempora conductionis hæres eius eodem iure in conductione ſuccedit[f].

TITVL. XXVI.

DE SOCIETATE.

¶ *Et omnium bonorum, & certæ negotiationis coiri poteſt ſocietas: in qua quæ circa lucrũ aut damnum pacta ſunt ſeruari oportet: quòd ſi nihil conuentum ſit, æquas parteis & in lucro, & in damno, inuicẽ referre decet: in hac tamẽ ſocii paciſci queunt vt alteri pl[9] lucri, alteri plus dãni obueniat: quinimò vt quod vnus lucri partem ferat, de damno verò non teneatur.*

¶ *Annota, Id lucrũ dici quod omni damno deducto ſupereſt.*

SOcietatẽ coire ſolem[a], aut

DE SOCIETATE.

¶ *Iſte titulus ſic continuatur. Dictũ eſt ſuperâ de quibuſdã contractibus, qui fiunt conſenſu: verum quia ſocietas eſt etiam cõtractus, qui fit conſenſu, vt patet ſuprà, de obl. ex conſenſu. §. j. ideo ſequitur titulus de ſocietate. vnde dicit hic Accur. Eſt autem ſocietas (vt ait Marcus Tullius) duorum plurium ve conuentio honeſte contracta ad vberiorem quæſtum & commodiorem vſum.*

SOcietatem. Totus iſte tit. diuiditur in quatuor partes. Primo ponit in quibus rebus poſsit contrahi ſocietas. Secundo quæ partes poſſunt eſſe in lucro & damno, & ſi non fuerint à partibus expreſſæ quæ intelliguntur. Tertio quando ſocietas & quomodo finitur. Quarto ad quid ſocius tenetur. Secunda ibi, Et quidem. Tertia ibi, Manet autem. Quarta ibi, Socius ſocio.

C. A.

totorum [a] bonorū, quā Græci ſpecialiter κοινοπραξίαν appellāt: aut vnius alicuius negotiationis, veluti mancipiorū vendendorū emendorúmq;, aut olei, aut vini, aut frumēti emendi [b] vēdendiq;. Et quidem ſi nihil de partibus lucri & damni nominatim conuenerit, æquales [c] ſcilicet partes & in lucro, & in dāno ſpectātur. Quòd ſi expreſſæ [d] fuerīt partes: hæ ſeruari debēt. Nec enim vnquā dubiū fuit, quin valeat cōuentio [e] ſi duo inter ſe pacti ſint, vt ad vnū quidem duæ partes & lucri & damni pertineant, ad alium tertia [f].

¶ Valet cōuentio inter ſocios, vt maiorem partē lucri ferat alterquā damni, & econtrà: & etiā quòd lucrū participet alter, & damnū non ſentiat. Et lucrū dicitur quod ſupereſt omni damno deducto. Aretinus.

¶ De illa ſanè conuentione quæſitum eſt: ſi Titius & Seius inter ſe pacti ſint, vt ad Titium [g] lucri duæ partes pertineāt, dāni tertia: ad Seium duæ partes dāni, lucri tertia: an rata debeat haberi conuentio? Quintus Mutius contra naturam ſocietatis talem pactionem eſſe exiſtimauit: & ob id non eſſe ratā habendā. Seruiꝰ [h] Sulpitius (cuius ſententia præualuit) contrà ſenſit: quia ſæpe quorundā ita pretioſa eſt opera in ſocietate, vt eos iuſtum ſit conditione meliore in ſocietatem admitti. Nam & ita coiri

¶ *CASVS.* Dixi Iuſtinia. Domine, bene perpendi per ſupradicta, quod iam de ſocietate eſtis tractaturus, pro Deo qualiter contrahitur ſocietas? Et reſpōdet dominus Iuſtinia. quod ſolemus cōtrahere ſocietatē oīm bonorū, quam Græci κοινοπραξίαν appellabant: aut vnius negociationis, veluti vini, olei, frumēti vēdēdi & emēdi: & tūc æqualiter participabūt lucrum & damnū. ſi autē ſuper partibus lucri aut dāni aliquid ſtatuerint: tūc quod inter eos cōuenit, ſeruabunt.

a ¶ *Totorum.* i. oīm. & exp̄ſſe: vt. ff. eo. l. j. §. j. & l. iij. §. j. Nā hoc nomen. ſ. totus, tota, totū, totitatē ad vnā rē ſignat. ADD. *Hoc verū, ſi ad vnam adiicitur, aliās ſi ad vniuerſitatē, de illa tanquam de vno prædicatur. Ioan. Fab.*

b ¶ *Emēdi.* itē duobꝰ alijs modis. ſ. ſimpliciter: vt. ff. eo. l. coiri. & l. nec adiecit. Itē vniꝰ rei: vt ff. eo. l. ſocietas. Ac.

c ¶ *Aequales.* ſic. ff. de hær. inſti. l. quoties. §. heredes. & ī. de hęr. īſti. §. ſi plures. & ff. eo. l. ſi nō fuerit. & dic ęquale fuiſſe capitale. Ac. ADDITIO. *Alias erit in arbitrio iudicis conſideratis ſociorum operis. Et nota, quòd ſicut capitale, ita nec lucrum durante ſocietate extrahi poteſt. Angel.*

d ¶ *Expreſſæ.* etiam in ſolo lucro: vt ī. eo. §. illud.

e ¶ *Conuentio.* ſcilicet talis vt ſequitur.

f ¶ *Tertia.* ſcilicet pars lucri & damni.

¶ *De illa. CASVS.* Commodè ſic fingitur. Titius & Seius vel ad tempus certū, vel in perpetuū. i. quoad viuerēt, ſocietatē ita coierunt, vt duæ partes lucri ad Titiū pertinerent, dāni verò tantū tertia, & cōtrà ad Seium tertia pars lucri, & duæ partes damni ſpectarēt. Finita ſocietate ſingularū negotiationū lucris, damniſq; collatis inter ſe, omniq; damno deducto, reliquū eſt lucrū ſexcentorū aureorum. Ex ſupra ſcripta pactione, Titiꝰ quadringētos aureos, Seius ducētos feret. E contrario ſi damnum reliquatur totidē aureorū, Seius cccc. aureorū dānū feret, Titius ducētorū. l. Mutius. ff. eo. nā & illa pacta ſeruabuntur vt Titius ſolā operā conferat. Seius etiā pecuniā vt lucrū cōe ſit, dānū ad Seiū reſpiciat in ſolidū. Quid enī ſi induſtria & opa eius tanti ſit, quāti dānū (vt dixi) cuius alter iacturā fecit? q̄ res efficit, vt Leonina ſocietas nō ſit hac lege coita.

g ¶ *Ad Titiū.* Cōputatio hic ita expedita fiat, vt ſi lucrū in vna re, in alia vero damnum contigerit, vt ſi deducto omni damno lucrum ſupereſt, vnus in duas partes, alius in tertiam partē admittatur eius lucri. Si vero tantum damnū ſupereſt: is qui duas partes dāni ferre debet: in rebus, quæ ſuperſunt, tāto minus quam alter accipiat: quantū faciat tertia pars dāni: vt ff. eo. l. Mutius.

h ¶ *Seruius.* hic Seruius ſibimet cōtradicere videtur, vt ff. eo. l. Mutius. ſed non

DD x

eſt verum.nam ibi dicit de facto hoc eſſe non poſſe.ſ.vt damnũ & lucrũ ſit in eadẽ ſocietate,cũ damnũ lucro,& econtra lucrum damno deducto intelligatur: vt ibi dicitur,& infra eod.verſi.& adeo.

hoc caſu? Rñ.q; eadẽ eſt ratio obſeruãda in damno,quæ & in lucro eſt expreſſa, & econuerſo.hoc dicit.

e ¶ *Seruari.* Nota eandẽ eſſe rõnem contrariorũ.ſic ff.de leg.iij.l.fin.§.fin. ff.ſo. ereiſc.l.ſi filia §.Papinianus. Arg.contra.ff.de libe.& poſthu.l.cõmodiſſime.& ff.loca.l.ea.lege.j.rñ.& ff.de neg.geſt.l.ſi quis negotia.

poſſe ſocietatẽ nõ dubitatur,vt alter pecuniã conferat, alter nõ conferat, & tamẽ lucrũ inter eos commune ſit:quia ſæpè opera alicuius pro pecunia valet. Et adeò [a] contrà Quinti Mutij ſententiã obtinuit: vt illud quoq; conſtiterit, poſſe cõuenire, vt quis lucri partẽ [b] ferat, de damno nõ teneatur. quod & ipſum [c] Seruius cõuenienter ſibi [d] [illegible] exiſtimauit. Quod tamẽ ita intelligi oportet, vt ſi in alia re lucrũ, in alia damnum illatũ ſit:cõpenſatione facta,ſolũ quod ſupereſt, intelligatur lucro eſſe.

¶ *Pars in lucẽ adiecta, in dãno quoq; adiecta videtur, & è diuerſo.*

¶ Illud expeditũ eſt,ſi in vna cauſa pars fuerit expreſſa: veluti in ſolo lucro, vel in ſolo dãno : in altera verò omiſſa: in eo quoq; quod prætermiſſum eſt, eandẽ partẽ ſeruari [e].

¶ *Renuntiatione ſoluitur ſocietas: quò fit vt quæ poſt renũtiationẽ obuenere,cõmunicãda non ſint: niſi callidè quis ſocietati ideò renuntiarit,vt ſolus expectatũ lucrũ cõſequeretur*

¶ Manet aũt ſocietas euſq;, donec in eodem cõſenſu perſeuerauerint. At cùm aliquis renuntiauerit [f] ſocietati: ſoluitur ſocietas. Sed planè ſi quis callidè [g] in hoc renuntiauerit ſocietati, vt obueniens aliquod lucrũ ſolus habeat: veluti,ſi totorum [h] bonorum ſocius,

a ¶ *Et adeo.* hæc pacta inæqualia tũc demũ locũ habẽt qñ alter plus conſulit operæ vel induſtriæ q̃ alter:vt ff.eo.l.ſi nõ fuerint.in prin.ibi,ſi vero placuerit.ſecundum Azo.cũ ſocietas ſit fraternitatis ius : vt ff.eo.l.verum.in fi.j.rñ.Ioan.contra & ſubaudit in.l.illa ſi non fuerint maximè. Alij idẽ, quod Ioã. ſed tali rõne, quia iura conuentionis valent, nõ ſocietatis ff.de pollici.l.j.§.ſi conuenerit. Acc.

ADD. *Iſta cõmuniter approbatur vt per Chriſtoph.hic. Et hæc vera intellige, quando vel de vtroq;,vel de altero tantũ aliquid inter partes conuentũ eſt. Si vero nihil, ſed ſimpliciter tantũ ſit contracta ſocietas : dic vt per Ang.hic.*

b ¶ *Partẽ.* nõ totũ : alias eſſet Leonina, vt dicitur in fabula Auiani vel Æſopi, & ff.eo.l.ſi non fuerint.§.ſi.& l.ſi vnus.§.ſed ſi pretium.in fine.

c ¶ *Quod & ipſum.* ſcilicet dictum hoc proximo caſu.

d ¶ *Conuenienter.* id eſt, conueniens ſuæ ſententiæ,quã dixit.ſ.eo.§.de illa.

¶ *Illud expeditum.* CASVS. Pone, duo mercatores ſocietatẽ adinuicẽ cõtraxerunt, & ſuper hoc literas cõfici fecerunt: in quib⁹ cõtinebatur quod lucrũ ſi quod inter eos cõtingeret, diuideretur: & nulla fuit facta mentio de dãno:quid iuris in

¶ *Manet autem.* CASVS. Supra dictum eſt,qualiter ſocietas cõtrahitur : reſtat nũc videre, qualiter diſſoluitur. Dicit ergo Iuſti. q; ſocietas inter aliquos tandiu manet, quãdiu perſeuerauerint in eodẽ cõſenſu, cũ aũt alter eorum ſocietati renuntiauerit: diſſoluitur ſocietas.ſi autem callidè renuntiauerit ſocietati,ad hoc q; ipſe ſolus aliquod lucrum ſentiat, illud lucrũ ſolus non habebit,ſed tenetur illud lucrũ ſocio ſuo communicare, ſi autem aliquod lucrum aliunde ſenſerit, q̃ ſibi ſperabat ſ. quãdo ſocietati renuntiauit.i.ex inſperato ſibi euenit,id totum habebit, quicquid antẽ lucratus fuerit ille,cui renuntiatum eſt: poſt renuntiationem illi ſoli acquiritur.

f ¶ *Renuntiauerit.* præſenti ſocio,nõ abſenti:vt ff.eo.l.ſed & ſocius §.ſi abſenti.

g ¶ *Callidè.* idem & ſi intempeſtiue renuntiet : item & ſi expediat non renuntiari: vt ff.eo.l.actione.§.Labeo.&.l.ſed & ſi ſocius.§.ſi.

Societas multis modis ſoluitur.

h ¶ *Totorum.* i.omnium,hoc expreſſo: vt ff.eo.l.iij.§.j.alias contra:vt ff.eodem lege nec adiecit.

¶ *Si quid*

cùm ab aliquo hæres eſſet relictus, in hoc renuntiauerit ſocietati, vt hæreditatem ſolus lucrifaceret: cogitur hoc lucrum cõmunicare. Si quid verò [a] aliud lucrifaciat, quod nõ captauerit [b]: ad ipſũ ſolùm pertinet. Ei verò, cui renunciatum eſt, quicquid omnino poſt renunciatam ſocietatem acquiritur, ſoli conceditur [c].

¶ *Adijciũtur quatuor modi, quibus finitur ſocietas, ſcilicet morte ſocij, negotio finito, publicatione, & bonorum ceſſione.*

¶ Soluitur adhuc ſocietas etiã morte [d] ſocij: quia qui ſocietatem cõtrahit, certam perſonã ſibi eligit. Sed & ſi conſenſu pluriũ ſocietas contracta ſit: morte vnius ſocij ſoluitur, etſi [e] plures ſuperſint: niſi in coeunda ſocietate aliter conuenerit [f]. Item ſi alicuius rei [g] cõtracta ſocietas ſit, & finis negotio impoſitus eſt: finitur ſocietas. Publicatione [h] quoque diſtrahi ſocietatem manifeſtum eſt: ſcilicet, ſi vniuerſa bona ſocij publicentur: nam cũ in eius locum alius [i] ſuccedat, pro mortuo [k] habetur [l].

¶ Item ſi quis ex ſocijs mole debiti p̃grauatus, bonis ſuis ceſſerit [m], &

a ¶ *Si quid vero.* alias ſi quidem. ſic ff. ex qui. cau. in poſ. e. l. Fulcin. § quod ſi aduerſus. ſic. ff. eo. l. actione. §. diximus.
b ¶ *Non captauerit.* i. non præcogitauerit.
c ¶ *Conceditur.* nota hic v. modos ſoluendæ ſocietatis: & ſequentibus quatuor §§. ſũt & alij duo, vt interemptione rerũ naturali, vel ciuili: vt ff. eo. l. verũ. §. pen. incipit, ſocietas. Item cũ ab alio ſtipulor animo nouandi, vel iudiciũ cũ aliquo dicto aĩo nouãdi: vt ff. e. l. actione. j. rñſo. ¶ *Soluitur adhuc* CASVS. Non ſolũ per renuntiationẽ de qua dicitur ſ. ſoluitur ſocietas, ſed & morte: vnde non ſuccedet ſocio ſuperſtiti hæres in ſocietate, niſi hoc placuerit ipſi ſocio ſuperſtiti: & tũc etiam dicitur contrahi ſocietas. & ſi plures contraxerunt adinuicem ſocietatẽ, ſi vnus illorũ deceſſerit, diſſoluitur ſocietas inter omnes, niſi aliter cõuentum fuerit inter eos. In §. item ſi alicuius rei &c. dicit Impera. quod non ſolum duobus modis ſupradictis diſſoluitur ſocietas: imo & Tertio modo, ſcilicet, quando finis impoſitus eſt negotio, propter quod contraxerunt adinuicem ſocietatem. In §. publicatione. caſus talis eſt: Iã vidiſtis tres modos ſoluendi ſocietatem: modo ponitur hic quartus modus, quo ſoluitur ſocietas, puta per publicationem omnium bonorum ſuorũ in fiſcum propter ſuum delictum: quando enim fiſcus in loco ſuo ſuccedit, pro mortuo habetur.
¶ *Item ſi quis.* Iam vidiſtis quatuor modos, quibus ſoluitur ſocietas. Item quinto modo ſoluitur ſocietas: veluti ſi vnus ex ſocijs ceſſerit bonis, ne in carcerem detrudatur: ſi tamẽ adhuc alter in ipſum cõſenſerit, noua videtur contrahi ſocietas
d ¶ *Morte.* idem eſt in tutela ſecus in depoſito & mandato: vt ff. de his qui no. in fa. l. furti. §. illud.
e ¶ *Et ſi.* id eſt quamuis. Accurſius.
f ¶ *Conuenerit.* ſ. vt duret inter ſuperſtites, etiã vno moriente: non aũt ad hæredẽ tranſit etiam ex pacto: vt ff. eo. l. adeo. & l. nemo. niſi in ſocietate vectigaliũ: vt ff. eo. l. verum. §. in hæredem & l. adeo. j. reſpõ. & niſi denuo conſentiant: vt ff. eo. l. plane.
ADD. *Item niſi iuramẽto hinc inde appoſito: quia forte de iure canonico teneret etiam in perſona hæredis, nec morte vnius ex ſocijs ſolueretur, per c. cum contingat. extra de iureiur. ſecundum Ioan. Fab. hic.*
g ¶ *Item ſi alicuius rei.* vt duo tabernarij de vendendo vinum in foro.
h ¶ *Publicatione.* quæ publicatio fit propter delicta: vt ff. de bon. dam. lege prima, primo reſponſo.
i ¶ *Alius.* alias alter. ſ. fiſcus.
k ¶ *Pro mortuo.* ſic ff. eo. l. actione §. publicatione. Accurſius.
l ¶ *Habetur.* ſed quid ſi hic ſocius, cuius bona publicata ſunt. ratione operæ ſocius erat non rerum, quod eſſe non poteſt: vt ſupra eodem §. de illa. verſi. nam ita? Reſpon. idem cum libertatem, vel vitam, vel ciuitatem amittat: vt ff. de bon. damn. lege prima & .j. proxi. §. innuitur in fin.
m ¶ *Bonis ſuis ceſſerit.* quod facere poteſt, ne in carcerem detrudatur: vt ſupra de actione. §. fin. & C. de ceſ. bon. lege prima

a ¶*Debita.* quia fiſco vel priuatis debebatur vt ff.eo.l.actione.§ j.

b ¶*Veneat.*i.vendatur.

c ¶*Sed hoc caſu.*q.d. non ſicut ſuperiori proximo.ſ.qñ bona fuerũt publicata.nã hic viuẽs & in ciuitate exiſtẽt ſibi poſtea acquirere poteſt : vt ff. de ceſſ.bo.l.v.

Ceſſio bonorũ quare ſit.

¶*Socius ſocio.* CASVS. Dixi Imperatori: Dñe, iam vidi quinq;modos, quib⁹ ſocietas ſoluitur:modo quæro:verũ ſocius ſocio ſuo teneatur propter dolũ, vel etiã ꝓpter culpã. vel etiã ex negligẽtia teneatur? Et reſpon.Imperat. quod non ſolũ ex dolo tenetur. ſed etiam ex negligẽtia. Sed dñe,quam diligẽtiã debet ꝓſtare ſocius? Et rñdet quod non exactiſſimã,ſed eandẽ, quã ĩ reb⁹ ſuis ſolet ꝓſtare.vñ ſi in rebus ſuis ſolet eſſe negligẽs:quãq̃ ĩ oĩbus reb⁹ ſit diligẽs,nõ tenetur, ſed debet de ſe cõqueri, qui parũ diligentẽ ſociũ ſibi aſſumpſit.hoc dicit.

ideo propter publica aut priuata debita [a] ſubſtantia eius veneat [b]:ſoluitur ſocietas. Sed hoc caſu [c], ſi adhuc cõſentiant in ſocietatẽ, noua videtur incipere ſocietas.

¶*Socium in communi re tantã adhibere diligentiã,quãtam in re propria ſufficit : ideo eo noĩe tantùm tenetur, ſi quid in cõmunibus rebus ſegnius egerit, quam in ſuis.*

¶Socius ſocio vtrum eo nomine tantũ teneatur pro ſocio actione [d], ſi quid dolo cõmiſerit,ſicut is,qui deponi apud ſe paſſus eſt [e]: an etiam culpæ,id eſt, deſidiæ, atq; negligentiæ nomine,quæſitum eſt. præualuit tamẽ etiam culpæ nomine teneri [f] eum.Culpa autem non ad exactiſſimam diligentiam dirigenda eſt.Sufficit enim talẽ diligentiam comunibus rebus adhibere ſocium qualem rebus ſuis adhibere ſolet [g].Nam qui parum diligentẽ [h] ſociũ ſibi aſſumit: de ſe queri, ſibiq; hoc imputare debet.

TITVL. XXVII.

DE MANDATO.

¶*Mandatũ obligatoriũ cõtrahitur pluribus modis: nec obligatur quis, ſi mandatarij gratia tantùm mandet.*

MAndatum [i] cõtrahitur

d ¶*Pro ſocio actione.* quæ eſt directa ab vtraq; parte:vt ĩ.de pœ.teme. litig.§.ex quibuſdam& finita ſocietate naſcitur,vt C.eo.l.tãdiu.niſi in caſu:vt ff. eo.l.actione.§.ſi communis.verſi.nonnunquam.

e ¶*Paſſus eſt.* qui de ſolo dolo tenetur, & lata culpa,quæ dolũ repręſentat:vt ff. depoſi.l.quod Nerua.& ff.ſi quis teſt.lib. eſſe iuſſ.fue.l.j.§.non autem.

f ¶*Teneri.*niſi alter tanquã culpã pręſtiterit,quantã.& iſte,& afferret par dãnũ: quo caſu compẽſatur culpa:itẽ dolus cũ dolo:vt ff.de compenſa.l. ſi ambo.in principio. de dolo.l.ſi duo.

Depoſitarius ſolum tenetur de dolo & lata culpa.

g ¶*Solet.* ante contractã ſocietatẽ,& in hoc diſcrepat à depoſitario,qui vt ĩ præſenti tenetur. ſic. ff.depoſit.l.quod Nerua. ſic eſt in eo, cũ quo habeo rẽ cõmunem ſine ſocietate : vt ff.famil. erciſ.l. hæredem.§.non tantum.

h ¶*Qui parum diligentẽ.*ſic.ĩ.quib. mod. re contra.obli. prætерea.

DE MANDATO

¶*Obligationũ aliæ re cõtrahuntur, aliæ verbis, aliæ literis, aliæ conſenſu:vt ĩ.de oblig. Itẽ earum quæ ex cõſenſu, aliæ per venditionẽ, aliæ per locationẽ & conductionẽ,aliæ per ſocietatem , aliæ per mandatũ:vt ĩ.de obli.ex conſenſu. in princi. De tribus primis dixi: nunc de quarta.i.de mandato. Accurs.*

M*Andatũ.* Tot⁹ iſte tit. diuiditur ĩ quatuor partes.Primo ponit quot modis mãdatum cõtrahitur, & illud per exẽpla declarat. Secundo,ꝙ fines mãdati nõ ſunt prætereundi. Tertio, quo mandatũ finiatur, & qũ mandatũ poſſit renuntiari. Quarto, ꝙ mãdatum debet eſſe gratuitũ.Secũda ibi, Is qui. Tertia ibi,Rectè. Quarta ibi,Inſũma CASVS. Quæſiui à Iuſti.de mandato quot modis cõtrahitur: & ipſe conſiderans reſpondet,quod ſex modis.Dicit e ꝙ mandatũ quinq; modis obligatorijs contrahitur. Aut enim tua gratia contrahitur &c.aut alijs quatuor modis enumeratis in litera. Sextus aũt modus non eſt obligatorius : quia qñ aliquis tua gratia tantũ mãdat,nullũ eſt mandatũ, nec aliqua naſcitur obligatio,ſed quinq; modis præcedentibus obligatio contrahitur, & ex his mandati actio naſcitur.

i ¶*Mandatum.* mandatum eſt officium gratuitum ab eo,qui ſuſceperit exhibendũ.niſi enim fiat gratis incipit eſſe locatio,

quinque modis [a]: ſiue ſua tantũ gratia aliquis tibi mãdet, ſiue ſua & tua, ſiue aliena tãtùm, ſiue ſua & aliena, ſiue tua & aliena. At ſi tua tantũ gratia mandatũ ſit: ſuperuacuum eſt mãdatum: & ob id nulla ex eo obligatio [b], nec mandati inter vos actio naſcitur.

¶ *Eius gratia fieri mandatum dicitur, cuius emolumentum reſpicit.*

¶ Mandãtis tantũ gratia interuenit mandatũ: veluti, ſi quis tibi mandet, vt negotia eiꝰ gereres [c], vel vt fundũ ei emeres, vel vt pro eo ſponderes. Tua gratia, & mandantis: veluti, ſi mandet tibi, vt pecuniam ſub vſuris [d] crederes ei [e], qui in rem ipſius [f] mutuaretur: aut ſi volente te agere cum eo ex fideiuſſoria cauſa, mandet [g] tibi, vt cum reo agas periculo mandantis:

tio, ſi non erat facturus alias tale factom: ideóque locari conſueuit: vt j. eo §. fin. & fit per verba rogo, volo, mando, ſupplico, & ſimilia: vt ff. eo. l. j. §. j.

a ¶ *Quinq; modis.* imò videtur quod ſex, vt ſequitur. Sed dic quinq; ſcilicet obligatorijs. Vltimum enim. ſ. quãdo tua gratia nõ eſt obligatoriũ: vt ff. eo. tit. l. ij. §. fi. Item ſecundũ Ioan. eſt quoddam aliud ſextom obligatorium, vt cũ ſua gratia, & tua & aliena aliquis tibi mandat, vt emas fundũ pro me, & te & Titio. Accurſius.

ADDITIO *Et exemplifica: vt ff. eo l. ſi procuratore. §. ſi tutores. vbi tutor mandat contutori ſuo vt fundum neceſſariũ emat pupillo, & ſic gratia mandãtis & mãdatarij, & pupilli contrahitur mandatum.*

b ¶ *Obligatio.* niſi dolus & calliditas intercedant: vt ff. de reg. iur. l. conſilij.

¶ *Mandantis tantum.* CASVS. Quæſiui à Iuſti. domine, qualiter poteſt interuenire mandatum gratia mandantis tantũ? Et reſpon. ꝙ tunc mandãtis gratia interuenit mandatum, cum mandat tibi aliquis, vt negotia eius geras, aut fundum ei emas, aut pro eo fideiubeas: & ſi tale mãdatum ſuſceperis, de neceſſitate obligaberis: quanquàm ab initio tibi liberum ſit ſuſcipere mandatom, vel non ſuſcipere, & h. d. & ſuper illa glo. & tunc quia ſuſcepit, intellige ꝙ ſi bene geſſiſſet, non eſſet obligatus. Itẽ ſi male geſſit. non propter hoc eſt obligatus, ſed ſi male geſſit, cum ei eſſet mandatum, obligabitur eodem modo, ac ſi ita eſſet mandatum, vt non agerer, & geſſit tua gratia & ſua? Et reſpon. ꝙ tunc hoc modo contrahitur, ſed male impleuit. Modo ſumus in ver. tua gratia, &c. Quæſiui à Iuſtin. qualiter mandatum contrahitur, quando aliquis tibi mandat, vt ſub vſuris pecuniam credas ei, qui rem ſuam eſſet mutuaturus, vel ſi fideiuſſor datus tibi, mandet tibi volenti agere cõtra eum, vt periculo ſuo experiaris cum reo principali, vel diẽ ſi

fideiuſſor tibi mandet, vt ſuo periculo ſtipuleris à quodam, quem delegabit tibi eo tempore, quo cœpiſti agere contra eum. Qualiter enim homini mandata contrahãtur, tam mandantis gratia, ꝙ mandatarij, patet cuilibet intuẽti. & ſumus in ver. aliena &c. Modo videamus qualiter aliquis mãdat gratia alterius tantũ: exemplum eſt planum, veluti, ſi mandet tibi aliquis, vt Petri negotia gereres, quod nõ eſt grã tui, nec ſui immo ſolum gratia Petri. & ſic de alijs exẽplis. In verſi. ſua & aliena, &c. ponit exẽplum qualiter mandatũ contrahitur gratia ſua & aliena, & nihil ad vtilitatem ſuam: & eſt exemplũ tale: veluti, ſi de communibꝰ negotijs ſibi & Titio, tibi mandet aliquis, vt ſibi & Titio fundum emeres, vel vt pro eo & Titio penes aliquem ſpondeas. h. d. Franc.

c ¶ *Gereres.* & tunc quia ſuſcepit mandatum, non quia geſſit, tenetur: vt ff. eo. l. ſi remunerandi. §. j.

d ¶ *Sub vſuris.* in hoc eſt vtilitas mutuantis propter vſurarum lucrum. Sed cõtra ff. de vſur. l. cum quidã. §. ſi pupillo. in fi. Sed ibi debet ſubaudiri tantũ. Vel dic nõ ſunt propter lucrum inductæ leges principaliter, vt ibi, ſecundariò tamen ſic, vt hic dicitur. Accurſius.

ADDITIO. *Vel aliter ſecundum doc. aut vſuræ debẽtur ex ſtipulatu: quia in ſtipulatu expreſſe deducta ſunt: & tunc lucrum ſapiunt: & loquitur hic. Aut debentur vſuræ propter moram, ſiue negligentiam non ſoluentis, & tunc non ſapiunt lucrum, quia tanquã intereſſe præſtantur, & loquitur dicta. l. cum quidam. §. ſi pupillo. Chriſtopho.*

e ¶ *Ei.* puta procuratori mandantis.

f ¶ *Ipſius.* mandatoris. & in hoc eſt vtilitas mandantis.

g ¶ *Mandet.* ſcilicet fideiuſſor. Et hoc caſu agetur contra fideiuſſorem mandantem actione mandati, non ex ſtipulatione prima, ſi nouandi animo hoc mandatum intercesſit: vt ff. end. lege ſi man-

vel vt ipſius periculo ſtipuleris ab eo, quem tibi deleget in id, quod tibi debuerat. Aliena autem tantùm cauſa interuenit mandatum: veluti ſi tibi aliquis mandet, vt Titij negotia gereres, vel vt Titio fundũ emeres, vel vt pro Titio ſponderes. Sua & aliena: veluti ſi de cõmunibus ſuis & Titij negotijs gerendis tibi mandet [a], vel vt ſibi, & Titio fundum emeres, vel vt pro eo & Titio ſponderes. Tua & aliena: veluti ſi tibi mandet, vt Titio ſub vſuris crederes: quia ſi ſine vſuris pecuniam crederes [b], aliena tantùm gratia intercedit mandatum.

¶ *Mãdatum gratia mandatarij tantũ factum, potius conſilium quàm mandatum eſt: quã ob rem mandantem non ligat: cùm ex conſilio etiam pernicioſo nemo obligetur: niſi, vt certæ perſonæ mutuetur, mandatum fuerit.*

¶ Tua tantùm gratia [c] interuenit mãdatum: veluti ſi tibi mandet, vt pecunias tuas in emptiones potius prædiorum colloces, quam fœneres: vel ex diuerſo, vt pecunias tuas fœneres potius, quàm in emptiones prædiorum colloces. Cuius generis mãdatum magis conſilium, quàm mandatum eſt, & ob id non eſt obligatorium: quia nemo ex cõſilio [d] manda

dato meo. in fine legis. Si autem non nouandi animo, agetur ex prima cauſa: vt ff. de procur. l. licet. §. ea obligatio. § fine.

a ¶ *Mandet*. hic agi poteſt duabus actionibus, mandati ſcilicet contra mandantem, & negotiorum geſtorum contra Titium, quæ datur & mandanti: vt C. de nego. geſt. l. ſi mãdatum.

b ¶ *Crederes*. ſcilicet mandaueris.

¶ *Tua tantum gratia.* CASVS. Vidiſtis iam qualiter quinq; modis obligatorijs contrahitur mandatũ, licet etiam ſexto modo contrahatur mandatum, ſed nõ ſit obligatorium: veluti ſi mãdet Titius, vt pecunias tuas potius fœneres, quam in emptionẽ prædiorum colloces, vel econuerſo, & huiuſmodi obligatio plus ſortitur nomen conſilij, quam mãdati. & hac de cauſa non eſt obligatorium: & illud patet euidenter: quia nemo ex huiuſmodi conſilio obligator, quanquàm mandatario non expediat, niſi in caſibus exceptis: & hoc ideo eſt, quia liberum eſt ſuſcipienti conſiliũ penes ſe explorare, an ſuſceptum conſilium ſibi expediat, necne: & propter hoc ſi te, pecuniam habentem mouerit aliquis, vt ex ea rem aliquam compararer, vel crederes, non tenetur tibi iudicio mandati, licet tibi non expediat eam emiſſe vel alicui credidiſſe. & hæc vera ſunt, cum mandatum ſit ſine aſſignatione certæ perſonæ. Sed pone quòd mandabat tibi aliquis, vt Titio nominatim crederes pecuniam, nunquid eo facto is qui tibi mandauit, erit tibi obligatus? Et certe ſecundum ſententiam domini Sabini dicendum eſt, quod ſic: quia forte aliter non credidiſſes Titio, niſi tale mandatum ſuſcepiſſes. Franc.

c ¶ *Tua tantum gratia.* hic autem addunt docto. ſextum modum. quod dic vt ſupra eodem. in principio. in glo. imo videtur &c. in fine gloſ.

Cõſiliũ nõ facit quẽ teneri, niſi in caſibus quibuſdã.

d ¶ *Ex conſilio.* not. bonam regulam, quẽ de conſilio nõ teneri. Fallit tamen in caſibus, qui his legibus dicũtur: vt ff. de do. l. quod ſi cum ſcires. & ff. de proxene. l. ij. Sed certe ibi fuit fraudulentum cõſilium: vt ff. de reg. iuris. l. conſilij. Item fallit: vt ff. ad legem Aquil. l. liber homo. primo reſponſo, &. ſ. de iniur. § non ſolum. & ff. de iniur. lege non ſolum. in principio. & §. Proculus. & ff. quod vi aut clam. lege ſemper. §. primo & ff. de furtis. lege ſi quis vxori. §. cum Titio. & ff. de ſer. corrup. lege prima, primo reſponſo. & §. perſuadere. Sed hoc in maleficijs. ideo non datur mandati: tenetur tamen vel de dolo, vel alijs actionibus. Item alias factum non erat in prædictis caſibus, alias obtinet hæc regula: vt hic. & ff. eodem lege ſi remunerandi. §. plane. Sed certe nec his caſibus videtur teneri: vt infra proxi. §. ſed dic non tenetur illi cui tale conſilium præſtitit, vt ibi: ſed illi in cuius læſionem conſuluit, vt hic dicimus. Vnde dici poteſt, quod nec his caſibus fallit dicta regula: cum dicat non teneri illi, ſcilicet

cet cui conſiliũ præſtitum eſt: niſi in caſu illius l.h.ff.de dol.l.quòd ſi cum ſciret.& illi in leg.ſ ff.de proxene.l.ij.
ADD. *Landem gloſſ.habes.ff.eo.l.ij.§.fi.*
a ¶ *Mandati.* ſcilicet actione.

vt furtum facias, vel iniuriam aut damnũ alicui inferas, huiuſmodi non obligant quem, & ſi mandatarius præſtiterit pœnam ei contra quem deliquit: attamen aduerſus mandatorem nullam habebit actionem. Franciſcus.

ti[a] obligatur, etiã ſi non expediat ei, cui mandabatur: cùm liberum[b] cuique ſit, apud ſe explorare, an ſibi expediat conſiliũ. Itaque ſi otioſam pecuniam domi te habentem hortatus fuerit aliquis, vt rem aliquam emeres, vel eam crederes: quamuis non expediat eam tibi emiſſe, vel credidiſſe: non tamen tibi mandati tenetur. Et adeò hæc ita ſunt, vt quæſitum ſit, an mandati teneatur, qui mãdauit tibi vt pecuniã Titio fœnerares. ſed obtinuit Sabini ſententia, obligatorium eſſe in hoc caſu mandatum: quia non aliter[c] Titio credidiſſes, quã ſi tibi mandatum eſſet.

¶ *Mãdatum rei turpis, vel contra bonos mores, non valet.*

¶ Illud quoq; mandatum non eſt obligatoriũ[d], quod contra bonos mores[e] eſt: veluti, ſi Titius de furto, aut de damno faciendo, aut de iniuria facienda mãdet tibi. licet enim pœnam iſtius facti nomine præſtiteris[f]: nõ tamen vllã habes aduerſus Titium[g] actionem.

b ¶ *Liberum.* ſ. ſuſcepto conſilio, ſed ſuſcepto mandato neceſſe eſt conſummari, ſecũdum Io. niſi congruo tempore renuntietur: vt infrà eodem.§.mandatum.& ff.eod.l.ſi mãdauero.§.fin.& ff.commo.l.in commodato.§.ſicut.

c ¶ *Non aliter.* hoc eſſe videtur pro opin. Plac. qui dixit duo, ſcilicet vbi cõſulo certæ perſonæ mutuari, teneor ita demum, ſi alias facturus non eras. Vbi autem non eſt deſignata aliqua perſona, non teneor: etiã ſi alias facturus nõ erat. Sed Ioan. in vtroque caſu dicit contra. Nã primo indiſtinctè teneor, ſiue alias eras mutuaturus, ſiue non. Secundo autem cum diſtinctione, non alias & facit pro eo.ff.eodem. lege ſi remunerandi.§.plane.& ſuprà eodem.§.tua & aliena.in fine.& ff.de negot. geſt.lege tertia.in fine.& lege iiij. Nec obſtat, quod hic dicitur: quia & ſi alias etiam facturus erat, tenetur q mãdauit, vt dictũ eſt: vnde poteſt ſubaudiri maximè, qa nõ aliter &c.
ADDITIO. *Hæc opini. Ioan. veluti communior approbatur: de quo in l.ſi remunerandi.§ plane.ff.eo. Chriſtophorus.*

d ¶ *Non eſt obligatorium.* etiam ſi iuramentum intercederet: vt in authent.ſcenicas non ſolũ.§ j.colla.quinta. & facit ad hunc §.ff. eod. lege ſi remunerandi.§. rei turpis.& l.ſi mandauero.ij.§.qui ædem.& ff. de arbit.l.ſi cum dies.§.compromiſſo.& ſuprà de inutil. ſtipula.§.quod turpi.& ff. de verborũ obligationi.lege generaliter.& lege ſequen.& ff.de condition. inſtit. l. conditiones.j.& ij.

e ¶ *Contra bonos mores.* hic quæritur, quid ſi mandaui tibi vt illi nomine meo iniuriam inferres, an teneor? Reſpon.vtique.argu.ff. de damn.infect.l.damni.ſi mandato.

f ¶ *Præſtiteris.* ſ.ei, cui commiſſum eſt maleficium, vt pœnam dupli. & ita licet interſit mandatarij: tamen non agit, quia nec intereſſe fingitur: vt ff.de condi.inſti.l.filius.in fin.& melius.ff. de regul. iur.l.quod quis ex culpa.in fi.

g ¶ *Titium* ſcilicet mandantem.

¶ *Illud quoque.* CASVS. Dixi Iuſtini. Domine, ſuprà vidimus qualiter mandatum contrahitur quinque modis obligatorijs: & etiam ſexto modo non obligatorio, quid modo plus dicetis? Et dominus Iuſtinianus reſpondet: Frater, vna cum prædictis ſcire debes, quod ſicut mandatum gratia tua tantum, non eſt obligatorium, ſic nec conſilium ſeu mandatum de re turpi: veluti ſi tibi mandet aliquis

¶ *Is qui exequitur.* CASVS. Dixi Iuſti. Domine, bene vidi quot modis & qualiter cõtrahitur mandatũ: pro Deo dicatis mihi, qualiter mandatarius tenetur exequi id, qđ ſibi datur ĩ mãdatis? Dicit ipſe Scire debes qđ ſi mãdetur alicui ſub certa forma, nõ debet mãdatarius illã formã excedere. nã ſi aliquis tibi mãdaſſet, vt ei fundũ emeres veluti pro centũ vel vt pro Titio in tanta pecunia ſpõderes, nec teneberis pluris emere, nec in ampliorẽ pecuniam fideiubere, q ſi feceris ad id qđ expẽderis prædictam actionẽ nõ habebis.

¶Mandati fines excedere nequaquam licet : alioqui excedenti (quatenus exceſſerit) mandati actio denegatur.

¶ Is qui exequitur mandatum[a], nõ debet excedere fines mandati. vt ecce, ſi quis vſque ad centũ aureós mandauerit tibi, vt fundum emeres, vel vt pro Titio ſponderes: neque pluris emere debes, neque in ampliorem pecuniam fideiubere : alioqui non habebis cum eo mandati actionem[b]: adeò quidem, vt Sabino & Caſsio placuerit, etiam ſi vſque ad centum aureos cũ eo agere volueris, inutiliter te acturum. Sed diuerſæ ſcholæ authores rectè vſq; ad centum aureos te acturũ exiſtimant, quæ ſententia ſanè benignior eſt. Quòd ſi minoris emeris: habebis, ſcilicet, cum eo mandati actionem[c]: quoniã qui mandat, vt ſibi centum aureorum fundus emeretur, is vtiq; mandaſſe intelligitur, vt minoris (ſi poſſit) emeretur[d].

¶Mandatum re integra renocatum extinguitur : rem autẽ integram appellamus, ſi quando nihil quod ad mãdati conſummationem attinet, vel factum vel inchoatum ſit: morte quoque mandantis re integra contingente euaneſcit mandatum: mandatario tamen mortem aut reuocationem ignoranti ſubuenitur.

¶ Rectè[e] quoque mandatum contractum, ſi dum adhuc integra res ſit, reuocatum fuerit: euaneſcit[f].

vnde Caſsius & Sabinus dicebant in hoc caſu, quòd non cõpeteret tibi actio cõtra mandantem etiam pro centum aureis in mandato comprehenſis, & hoc ſi contra formam mandati plus expenderis. Aliter tamen obtinuit ſecũdum opinionem aliorum, quòd vſque ad pecuniam in forma mandati comprehenſam agere poteris. Sed pone quòd is cui mandaui, vt emeret mihi fundum pro centũ aureis ꝑ minori pretio illum comparauit: nunquid habebit act. cõtra me? Et certe ſic: quia rite videor mandaſſe, vt dictũ fundum pro minori pretio emeret ſi poſſet. litera eſt plana vſque ad fi. tit. Franc.

a ¶ *Mãdatum.* ſ. certæ formæ. Nam quãdoq; habet certam formam: & tũc habet locum quòd hic dicitur: vt ff. e. l. diligenter. quãdoque non: & tũc bona fide facere debet: vt ff. eod. l. iij. & probatur etiã hæc diſtinctio. ff. e. l. ſi quis pro e.

b ¶ *Mandati actionem.* ſed nec certe neg. geſt. ſecundum B. & Ioan. & eſt pro eis C. de neg geſt. l. vlti. & ff. de neg. geſt. l. qui aliena. §. liberros. & de pecu. l. ſi creditor. §. j Sed M. dabat vtilem nego. geſto. actionem. & reſpondebat illi. l. ſi. de nego. geſt. quia ſpecialis ibi fuit prohibitio. Sed certe minor de hac opinione, cum videatur lex expedita, quæ etiam vtilem denegat expreſſe: vt ff. eo. l. ſi pro te. & ff. de edend. l. j. §. cauſa.

c ¶ *Mandati actionem.* pro pretio dato. vt ff. de in rem verſ. lege ſi fundum.

d ¶ *Emeretur.* eſt autem illa ratio: quia maiori ſummæ minor ineſt: vt hic, & ff. de verborum obligationibus. lege j §. ij. & l. inter ſtipulantem. §. ij. & ff. de recep. arbi. l. diem. §. ſi plures.

ADDITIO *Et hæc vera, vbi negotiũ quod mãdatur, reſpicit damnum vel vtilitatem mandantis, vel mandatarii, ſecus ſi tertiũ tantum: quia nõ poteſt ampliari nec reſtringi tanquam odioſum, vt in ca. cui, de non ſacerdotali. de præben. in vj. Ioan. Fab.*

e ¶ *Recte.* nam ſi non recte, nõ eſt neceſſe reuocari: vt ſ. e. §. illud.

f ¶ *Euaneſcit.* ſpeciale eſt in mãdato, vt ſic facile reuocetur per voluntatem vnius partis tantum. In alijs enim cõtractibus nõ ſic: vt C. de act. & obligatio. l. ſicut. quæ eſt cõtraria huic. Et eſt ratio, quia hic non ſtatim intereſt & ideo non ſtatim hincinde naſcitur obligatio, quæ ex intereſſe datur vt ff. eodem. l. ſi procuratorem. §. mandati actio. & facit ad hunc §. ff. de iuriſdict. lege & quia. & ff. de minoribus. l. quod ſi minor. §. Scæuola. & Codic. de repud. hæred. lege ſi. & ff. de ritu nuptiar. l. plerique.

ADDI. *Hoc tamen ita accipiendum eſt, vt mandator reuocet, antequam mandatarius incipiat exequi: & mãdatarius renunciet quamprimum antequam incipiat mandatori in eo lece eſſe, vt amplius eam rem explicare non poſſit l. ſi quis. ff. eo. E. B.*

¶Item

Item, ſi adhuc integro [a] mandato mors alterutrius interueniat, id eſt, vel eius qui mandauerit, vel illius, qui mandatum ſuſceperit: ſoluitur mãdatum. Sed vtilitatis cauſa receptum eſt, ſi eo mortuo, qui tibi mandauerat, tu ignorans eum ceſsiſſe, executus fueris mandatum: poſſe te agere mandati actione: alioqui [b] iuſta & probabilis ignorantia [c] tibi damnum afferet [d]. Et huic [e] ſimile eſt, quod placuit, ſi debitores manumiſſo diſpenſatore Titij, per ignorantiam liberto [f] ſoluerint: liberari eos [g]: cum alioqui ſtricta iuris ratione non poſſent liberari [h]: quia alii ſoluiſſent, quã cui ſoluere debuerint.

¶ Mandatũ ſuſcipere, voluntatis eſt: ſuſceptũ verò adimplere, neceſſitatis: niſi congruo tẽpore illi renũtietur, quòd ſi aut nõ renuntietur, aut intempeſtiuè renuntiatum ſit, mandati actio aduerſus mãdatarium cõpetit: niſi iuſta ratione excuſetur.

¶ Mandatum non ſuſcipere, cuilibet liberum eſt: ſuſceptum autem, conſummandum eſt, aut quamprimùm [i] renuntiandum. vt per ſemetipſum, aut per alium eandem rem mãdator exequatur. Nam niſi ita renũtietur vt integra cauſa mandatori reſeruetur, eandem rem explicandi: nihilominus mandati actio locum habet: niſi iuſta cauſa [k] interceſſerit, aut nõ renuntiãdi, aut intempeſtiuè renuntiandi. Mandatũ & in diem differri, & ſub conditione fieri poteſt.

¶ Mandatum debet eſſe gratuitum, alids tranſit in aliũ contractum. Areti.

¶ In ſumma [l] ſciendum eſt, mãdatum niſi gratuitum ſit, in aliam formam negotii [m] cadere. Nam mercede [n] conſtituta incipit locatio & condu-

a ¶ *Item ſi adhuc integro.* ſed vſq; quo dicetur integrum? Reſp ſi mandata fuit emptio, donec arrhas dederit vel alias ſe emptori obligauerit, & idem in ſimilibus. Et (vt breuius accipias) ſi iam cœperit intereſſe mandatarij, non eſt res integra, alias ſic: argu ff. eo. l. ſi procuratorem. §. mãdati. Si vero non eſt res integra, non finitur mãdatum, niſi in iudicio: vt ff. de iudi. l. iam ex contractibus. §. ſi. Sed qd prodeſt, ſi non finitur mandatum re non integra? Reſpon. quia per hæredem cœpta negotia debẽt cõſummari. ff. pro ſo. l. ſ. licet noua inchoare neceſſe non ſit: vt ff. de neg. geſt. l. nam & Seruius. §. ſi viuo. & ff. pro ſoc. l. hæres ſocij, quod non eſt re integra, cum nullũ cœptum ſit.

b ¶ *Alioqui.* id eſt, ſi nõ poſſes agere. Accurſius.

c ¶ *Probabilis ignorantia.* quæ eſt in facto alieno: vt hic, & ff. eo. l. idemq;. § penulti. alias nõ eſt probabilis: vt ff. ad Velleia. l. quãquã. & C. de reſcin. vend. l. quiſquis. & ff. de ædil. edict. l. j. §. cauſa,

d ¶ *Afferet.* quod eſſe non debet.

e ¶ *Et huic.* ſ. proximo caſui.

f ¶ *Liberto.* primo diſpenſatori & ſeruo. Ac.

g ¶ *Liberari eos.* facit ff. ſi cer. peta. l. eius qui in prouincia & C. de ſolut. l. ſi cũ ſer.

h ¶ *Non poſſent liberari.* niſi in caſibus: vt j. quib. mod. tol. oblig. in prin. dicemus.

i ¶ *Quamprimum.* ſcilicet poteſt fieri.

k ¶ *Iuſta cauſa.* puta caſus fortuitus. nam de dolo tenetur & lata culpa, & leui, & leuiſsima ſecundum B. & Ioan. vt C. eo. l. in re mandata. & l. à procuratore. Alij dicunt de leuiſsima mandatarium non teneri: ſed de dolo tantum quando gratia mandantis tantum ſit: vel de leui culpa quando vtriuſq; gratia. inſtar aliorũ cõtractuum vt ff. de reg. iu. l. contractus. Sed primũ videtur veriuſ: cum hic contractus multũ diſcrepet ab alijs cõtractib9. *A D. In dic, quòd de lata, leui, vel leuiſsima culpa eatenus tenetur quatenus id qđ venit in mandato. exactã vel exactiſsimã requirit diligentiã. Ar.*

Mandatarius de quo teneatur.

l ¶ *In ſumma.* id eſt, breuiter amodo hunc titulum expediamus.

m ¶ *Negotii.* id eſt, contractus.

n ¶ *Mercede.* ſ. vt mercede: vt quia alias non erat pariturus mandato, ſi autem alias pariturus erat, & conſtituatur aliquod ſalarium gratia remuneran

Salarium interueniens in mãdato an peti poſſit, & quæ actione

di, non minus erit mandatum: vt ff.cod.l. ſi remuoerandi. primo reſpon. Et ad huius rei euidentiam diſtingue: quia aut eſt incertum re & geocre: puta ſi dicam tibi, Beoe retribuã tibi hoc ſeruitiũ: vel reco gnoſcã, & tunc non poteſt peti quicquam: vt C. eodem. l. ſalarium. & ff. eodem. l. qui mutuam. §. ſalarium. Aut certũ genere, licet incertum ſpecie, vt dabo tibi equũ, vel par veſtimentorum: & tunc poteſt dici, ꝙ valeat conuentio ſalarij: cum non ſit prorſus incertum: vt ff. cod. l. ſi fide iuſſor. in gloſſ. j. ſecus in ijs, quæ pondere vel numero conſiſtunt: vt ff. de legat. j. l. ſi hominem. Si autem certum omnino, tunc aut ſtipulatione promittitur, & tũc certi condictione petitur. Si autem ſine ſtipulatione, & incontinenti ante mandatum vel poſt, petitur actione ex eo contractu: ſcilicet contraria mandati informata. Si autẽ ex internallo, ſcilicet poſt, quam contrahentes ad alia diuertiſſent negotia, petitur officio iudicis: vt C. eo. l. j. & ff. eod. lege ſalarium. & C. de pact. lege petens. & de duobus reis. lege duos, in fine.

ctio eſſe. Et vt generaliter dicamus, quibus caſibus ſine mercede ſuſcepto officio, mandati ſiue depoſiti contrahitur negotium: his caſibus interueniente mercede [a] locatio & conductio intelligiẽ contrahi. Et ideo ſi fulloni [b] poliẽda curãdave quis dederit veſtimenta, aut ſarcinatori ſarcienda, nulla mercede cõſtituta, neque promiſſa: mandati cõpetit actio [c].

a ¶ *Interueniente mercede.* ſcilicet in pecunia numerata: vt diximus ſuprà loca. in principio. Item hæc regula generalis eſt vera: niſi ſit talis perſona, quæ nõ conſueuerat locare operas ſuas, vel res talis quæ non conſueuerat locari, tunc enim non locati ſed præſcriptis verbis agitur: vt ff. de præſcrip. verb. l. ſi tibi. & l. naturalis §. at eum do.

b ¶ *Fulloni*. fullo eſt qui lauat & tingit pannos, & etiam polit eleuando ſuperflua. Sed ſarcinator econtra: qui ſarcit & addit, vbi eſt ſciſſum veſtimentum, vel pannus, & conſuit. Vnde dicitur, Iſte habet ſarta tecta: quia cũ eſſent fracta ſunt reparata ex quibuſdã adiunctionibus: ſic ff. de vſufruct. lege hactenus. Et dicitur ſarcinator à ſarcina: & ſignificat proprie eũ qui plurimum veſtium ſumit. Aliquando etiam pro ſutore accipitur, vt hic.

ADDITIO. *Dic quòd fullo eſt, qui lauanda & polienda veſtimenta accipit, ſarcinator qui ſarcienda: ſarcire autem eſt, integrũ facere, auctore Sex. Pompeio.*

c ¶ *Actio.* imo videtur præſcriptis verbis competere: vt ſuprà loca. §. primo. ſolutio. vt ibi.

TITV. XXVIII. DE OBLIGATIONIBUS QUÆ QUASI EX CONTRACTU NASCUNTUR.

¶ *Valet argumentũ à ſufficienti partiũ enumeratione. Are.*

DE OBLIGATIÕIBUS quæ quaſi ex cõtractu naſcuntur.

Poſt gene-

¶ *Tituli iſtius continuatio ſumitur ex § ſequen. ſuprà titul. de obligationibus. vbi dicitur, quod obligationũ quædam ſunt ex contractu, quædam ex quaſi contractu &c. Et quia dictum eſt ſuprà de obligationibus ex contractu, ſequitur de obligationibus ex quaſi contractu. & etiam hic continuatur in text. Aretinus.*

P*Oſt genera.* Totus iſte titu. diuiditur principaliter in duas partes. Primo ponit continuationem tituli, de quo eſt tractaturus. Secundo illud per exemplã declarat. Secunda ibi, Igitur cum quis.

CASVS. Iſtum titul. continuat Iuſtinia. cũ præcedentibus, ita dicens, quod poſt genera contractuum enumerata, diſpiciendum eſt de quibuſdam contractibus ſiue obligationibus, quæ ex contractu proprie naſcuntur: quia tamen nõ oriuntur ex maleficio, nec ex quaſi maleficio, ſupple per totum titulum iſtum, vt bona ſit illatio, nec ex contractu, & dictum eſt in princi. relinquitur ergo. quod ex quaſi cõtractu naſcantur: vnde de huiuſmodi cõtractibus ſiue obligationibus notat dominus Iuſtinia. plura exempla. Et primum exemplum eſt tale, Aliquis geſsit negotia abſentis alicuius ſine mandato. ex iſta geſtione naſcuntur duę actiones, id eſt naſci poſſunt. Si enim bene geſſerit negotia abſentis, datur ſibi actio nego. geſt. contraria contra eum, cuius negotia geſſit, ad repetendum illud quod impendit. Si autem male geſſit, datur actio negot. geſt. directa ei, cuius negotia geſta ſunt, cõtra gerentem. Sed domine, quæ eſt differentia inter has duas actiones? Et dicit, quod quo ad effectum nulla eſt differentia, ſed ſubtilitate iuris talis eſt differentia, quod actio illa quæ datur domino contra gerentem, vocatur directa: illa

ra[a] contractuum enumerata diſpiciamus etiam de iis obligationibus quæ quidem non propriè naſci ex contractu intelliguntur. ſed tamen quia non ex maleficio[b] ſubſtantiam capiunt: quaſi ex contractu naſci videntur.

¶ Cùm quis abſentis negotia ſine mandato curauit, hincinde ex quaſi contractu naſcitur obligatio: ex qua duæ proficiſcūtur actiones: altera negotiorum geſtori aduerſus dominum (ſi quid eius nomine vtiliter impenderit) competit: altera verò domino contra geſtorem vt adminiſtrationis rationem reddat: qui quidem ſi minus quàm oportebat geſſerit, tunc etiam de leuiſſima culpa tenetur, cùm alius cō-modius negotia erat adminiſtraturus.

¶ Igitur[c] cùm quis negotia abſentis geſſerit: vltro citròque[d] inter eos naſcuntur actiones, quæ appellantur, negotiorum geſtorum. ſed domino quidem rei geſtæ aduerſus eum qui geſſit, directa competit actio: negotiorum autem geſtori[e] contraria: quas ex nullo contractu propriè naſci manifeſtū eſt. quippe ita naſcuntur iſtæ actiones, ſi ſine mandato[f] quiſque alienis negotiis gerendis ſe obtulerit. Ex qua cauſa ii, quorum negotia geſta fuerint, etiam ignorantes obligātur, idque[g] vtilitatis cauſa receptum eſt: ne abſentium, qui ſubita feſtinatio-

a:illa autem quæ datur geſtori contra dominum vocatur contraria, vt dictum eſt. & naſcuntur iſtæ duæ actiones, vt ſuprà dictum eſt, quando aliquis ſponte & ſine mandato accedit ad negotia alterius gerenda, vt puta abſentis: & ſi ea bene & vtiliter gerit, habet cum cuius negotia gerit, & ignorantem & inuitum ſibi obligatū. & hoc maxime vtilitatis cauſa factum fuit ſiue inſtitutū, ſcilicet ne negotia negotiatorum qui ſubita feſtinatione compelluntur abeſſe nulli de mandata negotiorū ſuorum geſtione, deſerta relinquerētur: quod contingeret niſi huiuſmodi actiones negotiorum geſtoribus darentur. Nullus enim ſine mandato accederet ad negotia aliena gerēda, ſi de eo quod impendiſſet, ad illud recuperādum nullam haberet actionem. In verſi. Sicut autem. Caſus eſt talis: Suprà dictum eſt, quod ille qui ſine mandato vtiliter geſſit negotia abſentis, ſi aliquid de ſuo impendit, poterit illud recuperare per actionem negotiorum geſtorum contrariam: eodem modo & econuerſo, ſcilicet ſi male ſe habuerit geſtor in gerendo negotia abſentis, domino tenetur actione negotiorum geſtorum directa. & hac ratione ad reddendas rationes adminiſtrationis ſuæ tenetur geſtor præſtare exactā diligentiam: & non ſufficit, quod talem diligentiā adhibeat, qualem in rebus ſuis adhibere ſolet, & hoc eſt verum, ſi alius diligentior eo acceſſiſſet ad negotia illa gerenda, ſi ipſe ea non geſſiſſet. hoc dicit Franciſcus.

a ¶ *Genera.* id eſt, materies vel diuerſitates contractuū vt ſuprà obli. §. ſi. vſque huc.

b ¶ *Ex maleficio.* ſubaudi, vel quaſi, vt ſit bona argumentatio. ſic infrà, de obliga. quæ ex quaſi maleſi. in prin.

c ¶ *Igitur.* quia de his obligationibus quæ ex quaſi contractu ſunt, dicere debemus: incipiamus de hac, quæ ex ſola prouenit amicitia: vt infrà eodem. §.

d ¶ *Vltro citroq;* id eſt, hinc inde poſſibile eſt eas naſci. nam ex vna parte tantum quādoque agitur, vt ſi alterius non interſit, ſed ſua tantū.

ADDITIO

De directis & contrariis actionibus longa eſt diſputatio apud Hotomanum in §. actionū. de act. vbi hanc regulā tradit, quam quidam eſſe familiaris hoc loco in ſuum librum deſcripſit. Quoties par eſt vtriuſque ratio in contractu, vtrinq; naſcitur directa. quoties potior eſt alterutrius cauſa, hinc naſcitur directa, inde contraria.

e ¶ *Negotiorum autem geſtori.* licet etiam vnum negotium ſit geſtū. ff. de nego. geſt. l. iij. §. j. ver. negotia. ſic. J. vt bonor. rap. in prin. & ff. vi bo. rapt. l. ij. §. qđ ait pretor.

f ¶ *Sine mandato.* ſcilicet eius, cuius negotia geſſerit. & ſic ſoluitur. C. de nego. geſt. l. ſi mandatum.

g ¶ *Idque.* ſ. vt repetat quod impendit.

Negotiorū geſtor certis in caſibus non repetit quod impendit.

ne coacti, nulli de mandata negotiorum ſuorum adminiſtratione peregre profecti eſſent, desererentur negotia[a]: quæ ſanè nemo curatur[*] eſſet: ſi de eo, quod quis impendiſſet, nullam[b] habitur[*] eſſet actionem. Sicut autem is, qui vtiliter geſsit negotia, dominũ habet obligatum[c] negotiorum geſtorũ: ita & contra iſte quoque tenetur, vt adminiſtrationis reddat rationem: quo caſu ad exactiſsimã[d] quiſque diligentiam compellitur reddere rationem, nec ſufficit talem diligentiam adhibere, qualem ſuis rebus adhibere ſolet: ſi modo alius diligentior eo, cõmodius adminiſtraturus eſſet negotia.

¶ *Ea quæ inter tutorem & pupillum, ex geſtione tutelæ oritur obligatio, ex qua ſi contractu naſci dicitur: ex qua tutelæ actio directa & contraria reſultat: prima pupillo datur, vt tutelæ rationem conſequatur, altera tutori, vt quod ei pupilli nomine abeſt, recuperet.*

¶ Tutores[e] quoq;, qui tutelæ iudicio tenentur, non propriè ex contractu obligati eſſe intelliguntur (nullum enim negotium inter tutorem & pupillum contrahi-

nisi denunriatio inhibeat: vt C.de nego. geſt.cod.l.fina.vel paterna affectio: vt.C. eo.l.ſi patrono.& l.quod in vxorem.&.ff. eo.de nego.geſt.l.is qui. Vel obſequium: quod eſt ſi libertus patroni negotia gerat vt. C.eodem.l. officio. His enim caſibus nihil repetitur, alioqui quandoque repetitur inquãtum locupletior eſt vt dicemus.j. §.proxi.

a ¶ *Desererẽtur negotia.* quod in multis noceret: vt ff.eo. l.j Accur.

b ¶ *Nullam.* cum neminem ſit veriſimile ſuam pecuniã iactare vel effũdere: vt ff.de probat.l.cũ de indebito.§.qui enim.

c ¶ *Obligatũ.* ſcilicet inſolidum: dummodo ſit vtiliter cœptum negotium, licet diuerſus exitus ſit ſecurus: vt ff.eod.l ſed an vltro § j.In caſibus tamẽ nõ tenetur inſolidum, vt ſi pupillus eſt, cuius negotia ſunt geſta. Itẽ ſi animo depræ[illegible]di geſſit vt ff.eod.de ne.geſt.l.ſi pupilli.j.rñ.& §.ſed &.ſi quis nego. mo[illegible]tẽ & ſi ad noua negotia gerẽda acceſsit: vt.ff.e.l.ſi qs. negotia.Itẽ ſi pacto, & hoc [illegible] eſt: vt.C. eo.l.negotiũ.Itẽ & ſi fuit in culpa gerens, vt ff.codẽ l.ſiue hæreditaria. Item ſi fuit in mora.vt.ff.de lega.j.l.cum res § fin.

ADDITIO. *Et eſt ratio: quia in omnibus iſtis caſibus gerens tenetur etiam de caſu fortuito: & in eis non ſufficit eſſe cœptum vtiliter, niſi vtilitas perduret: vt not.gl.iu.l.ſi negotia.in verb.ſi: ſcilicet ff.de nego.ge. Ang.*

d ¶ *Ad exactiſsimam.* no.geſtorem interdum de dolo ſolo & lata culpa teneri, ſi ad deſerta negotia acceſsit ff.de nego.geſtis.l.iij.§.interdũ Quandoque de dolo, lata culpa, & leui: & hoc regulariter: vt C.eodem l.tutori.& ff.eodem.l.ſi pupilli.§.fina. Quandoque de leuiſsima: vt quando alius diligentius volebat adminiſtrare, vt hic dicitur, & ff eodem l.ſi pupilli.§. videamus.quãdoq, de caſu: vt in his caſibus, vbi agitur in quantũ dominus locupletior eſt, vt modo.ſ.diximus in cod. §.Accur.

ADD. *Et hæc vera in geſtis. de neglectis autem tenetur: ſiue gerere incepit, & poſtea dimiſit: ſiue non incepit, dummodo a principio, vt omnia geſturus acceſſit. Idem ſi non vt omnia geſturus ſi alias diligens erat geſturus alias ſecus. Angel.*

¶ *Tutores quoque* CASVS Viſo vno exẽplo de obligationibus, quæ ex quaſi contractu naſcuntur: videndum eſt de alio. Nõ ſolum enim geſtores negotiorum tenentur, ſine mandato quaſi ex contractu: verum etiam tutores, qui tutelæ officio tenẽtur, ex quaſi contractu obligantur. Nullum enim negotium inter pupillũ & tutorem gerit nn ſed quia non tenetur ex contractu. nec ex maleficio, vel quaſi, ſupple: ex quaſi contractu teneri videtur, & naſcuntur actiones hincinde. Ex iſta enim obligatione naſcitur actio directa pupillo contra tutorem. contraria vero naſcitur tutori contra pupillum ad petendum ſi aliquid impendit de ſuo in negotijs pupilli: aut ſi aliquid eſt ei abſuturum. vt ſi pro pupillo alter fuit obligatus. hoc dicit. Frãc.

e ¶ *Tutores* ſcilicet quondam. nam quandiu eſt tutor, non oritur obligatio: vt ff. de tutorib.& ratio.diſtrahen.lege ſi tutor.§. finali, & id eſt, ſed non datur. Azo.

tur)ſed quia ſanè non ex maleficio [a] tenentur: quaſi ex contractu teneri videntur. Hoc autem caſu mutuæ ſunt actiones. Nõ tantùm enim pupillus cum tutore habet tutelæ actionem [b]: ſed & contrà tutor cum pupillo habet contrariam [c] tutelæ, ſi vel impẽderit aliquid in rem pupilli, vel pro eo fuerit obligatus [d]: aut rẽ ſuã creditoribus eius obligauerit.

¶ *Habentes rem aliter quam ex contractu ſocietatis, communem: vltro citroque ex quaſi contractu obligantur, quæ obligatio actionem familiæ erciſcũdæ & communi diuidundo producit.*

¶ Item ſi inter aliquos cõmunis res ſit ſine ſocietate [e]: veluti quod pariter eis legata donata ve eſſet, & alter eorum alteri ideo teneatur communi diuidundo iudicio: quod ſolus fructus ex ea re perceperit, aut quod ſocius eius [f] ſolus in eam rem neceſſarias impenſas fecerit: non intelligitur ex contractu propriè obligatus eſſe: quippe nihil inter ſe contraxerunt: ſed quia ex maleficio [g] nõ tenetur: quaſi ex contractu teneri videtur. Idẽ iuris [h] eſt de eo, qui cohæredi familiæ erciſcundæ iudicio ex his cauſis [i] obligatus eſt.

Actio pro tutela directa & cõtraria, eſt ex quaſi [contractu].

a ¶ *Ex maleficio.* ſubaudi vel quaſi, vt bona ſit illatio. Accurſius.

b ¶ *Actionem.* ſcilicet directam, tenetur etiam alijs actionibus tutor, vt diximus. ℥. de Attil. tut. §. fina. Et ita habes hoc. §. actionem tutelæ directam & contrariam eſſe ex quaſi cõtractu, Quidde actione pro tutelæ. Rñ. idem cum ad inſtar actionis tutelæ ſit inducta: vt ff. de eo, qui pro tu. negot. geſ. l. j. §. pro tutore.

c ¶ *Contrariã.* quam finita tutela demũ intendit. vt modo diximus de directa: vt ff. de contr. act. tu. l. j. §. finito. Ac.

d ¶ *Obligatus.* vnde abſuturum eſt: quod perinde. eſt, ac ſi iam abeſſet: vt ff. de negot. geſt. l. ij. in fine & l. ſi quis mandato in fi.

¶ *Item ſi inter aliquos &c.* CASVS. Vidiſtis iam duo exempla de obligationibus, quæ ex quaſi contractu naſcuntur: modo ponit hic dominus Iuſtin. tertium exemplum, dicens: Si inter aliquos fuerit res aliqua communis ſine ſocietate. vt quia eis pariter fuerit legata, vel donata. ſi vnus eorum alteri teneatur iudicio communi diuidundo: & hoc, vel quia alter ſolus in re cõmuni fecerit impenſas, vel quia ipſe ſolus fructus ex ea re ceperit, tunc non intelligitur proprie obligatus ex contractu eo, quod nihil inter ſe contraxerint, ſed quoniã ex maleficio, vel quaſi, ſupple, non tenetur: ex quaſi contractu teneri videtur. Idem iuris videtur de eo, qui cohæredi ſuo obligatur, vel qui cohæres in re communi fecerit impenſas neceſſarias: vel quia ipſe ſolus fructus perceperit, cum enim inter ſe non contraxerint, nec ex maleficio ſit obligatus vel quaſi, ideo ex quaſi contractu obligatus videtur. hoc dicit Tran.

e ¶ *Sine ſocietate.* tunc enim ageretur pro ſocio. ſcilicet ſi eſſet ſocietas. Videtur tamen quod hic. §. ſibi ipſi cõtradicat. nã nunc dicit ꝙ non eſt ſocietas. & poſtea dicit, ſocius eius &c. Sed dic, ꝙ non eſt ſocietas vera, ſed quædam incidens: nam vera contrahitur cõſenſu: vt. ℥. de oblig. ex conſen. in princi. Hæc autẽ præter ſpem: vt in hoc. §. dicitur.

f ¶ *Socius eius.* id eſt conſors eius. improprie enim ponitur, vt modo diximus.

g ¶ *Ex maleficis.* ſubaudi, vt ſit bona illatio: vt. ℥. eo. in princi. & facit ad hunc. §. ff. fa. er. l. hæredes. § non tantum. in fi. §. & ff. cõmu. diui. l. ij. in fi. j. reſpon. & ff. pro ſoc. l. vel ſi pro ſocio. & l. lege actione. §. ſi poſt diſtractam. Accur.

h ¶ *Idem iuris.* non per omnia: quia ſuperior, ſcilicet, communi diuiduodo, pro rebus ſingularibus competit, hæc autem ad vniuerſitatem: vt. ℥. §. proxi. & ff. pro ſocio. l. pro ſocio arbiter. Item ſuperior pluries intendi poteſt: hæc autem ſemel tantum: vt ff. fami. erciſ. l. ſi filia. §. familiæ. & C. fami. erciſ. l. j.

i ¶ *Ex his cauſis.* quas ſuperiori. §. diximus.

¶ *Hæres quoque &c.* CASVS. In primo. §. dictum eſt, quod hæres ſi ſit cohæredi obligatus ex cauſis ſupradictis ſcilicet ſi fructus rei communis ſolus perceperit, vel ſi cohæres ſuus in rem communem impenſas fecerit neceſſarias, quod tunc ex quaſi contractu intelligitur obligatio

¶Aditione hæreditatis quaſi contrahere hæres cum legatariis dicitur.

¶Hæres quoq; legatorum nomine non propriè ex cõtractu obligatus intelligitur (neque enim cum hærede, neque cum defuncto vllum negotium legatarius geſsiſſe propriè dici poteſt) & tamẽ quia ex maleficio[a] non eſt obligatus: quaſi ex contractu debere intelligitur[b].

¶Qui recipit indebitum ſolutum per errorem: ex quaſi cõtractu dicitur obligatus ad reſtituendum illud. Aretinus.

¶Item is, cui quis per errorem non debitũ ſoluit, quaſi ex contractu debere videtur[c]. Adeò enim non intelligitur propriè ex contractu obligatus eſſe, vt ſi certiorem rationẽ ſequamur: magis (vt ſuprà diximus[d]) ex diſtractu, quàm ex contractu poſſit dici obligatus eſſe. Nam qui ſoluendi animo pecuniã dat: in hoc dare videtur, vt diſtrahat potius negõrium, quàm contrahat. Sed tamen perinde is, qui accipit, obligatur[e],

cõtracta. Sed quid dicetis de hærede, qui obligatus eſt legatario: obligatur ne ex quaſi contractu? Et rñ. dominus Iuſt. dicens, quod ex contractu non eſt obligatus legatario, eo quod nullum negotium geſsit legatarius cum hærede, neque cum defuncto, nec ex maleficio, nec ex quaſi ſupple, quare intelligitur obligatus ex quaſi contractu. h. d. Franc.

a ¶*Ex maleficio.* ſubaudi, vel quaſi.

b ¶*Intelligitur.* ſcilicet actione ex teſtamento: vt. § de legat. § noſtra. Rei vendicatio autem quę datur, vt in eo. §. dicitur, num quid ex quaſi contractu? Reſpon. non puto: quia nõ eſt obligatio: vnde non debet dici ex contractu vel quaſi: vt. J. de actio. §. j. Item ſcilicet quod in rei vẽdicatione, de hypothecaria dico, quæ ſimiliter legatarijs datur: vt. C. commu. de lega. l. j. & in. d. §. noſtra. J. de leg. Sed vnde naſcitur hic quaſi contractus, vel vnde oritur actio ex teſtamento? Reſpon. adeundo hæreditatem, hæres quaſi contrahere videtur: vt ff. quib. ex cauſ. in poſſ. ea. l. apud Iulianum. §. fi. & l. ſeq. Item quid de petitione hæreditatis? Rñd. & hæc eſt ex quaſi cõtractu: cum is non contraxerit, qui poſsidet pro hærede vel poſſeſſore: nec etiam deliquit vel quaſi. vnde ſequitur ex argumentis, quæ fiunt in hoc titulo, quod ſit ex quaſi contractu. Item quid de actione finium regundorum? Reſpond. idem quia & illa habet ſimilitudines multas cum actione familiæ erciſcundæ, & communi diuidundo, & cum petitione hæreditatis: vt. J. de actio §. quædam. & ff. de pet. hære. l. ſi bonæ fidei. § petitor autem hæreditatis. & l. ſed & ſi lege. § petitio hæreditatis.

¶*Item is, cui. C A S V S.* Iam habuiſtis multa exempla de obliga. quæ fiunt ex quaſi cõtractu. Adhuc reſtat vnum exemplum, veluti ſi quis credens ſe debere Titio centum, cum in veritate ſibi in nullo teneretur, per errorem ſoluerit indebitum: habet Titium, cui iſta centum ſoluuntur indebita, obligatum, & non ex contractu proprie: imo videtur magis ex diſtractu obligatus. Dicitur ex diſtractu: quia qui ſoluendi animo pecuniam dat, potius eam dare videtur vt diſtrahat, quam vt contrahat. nec ex maleficio eſt obligatus: vel quaſi, ſupple, quia per diuiſionem illam J. de obliga. §. ſequens diuiſio. apparet quod ex quaſi cõtractu obligatus eſt. vnde iſte qui indebitum accepit, perinde obligatur: ac ſi mutuum ei daretur. & hoc verum eſt quãtum ad effectũ obligandi, & non quantum ad nomẽ obligationis vel actionis. h. d. Fran.

c ¶*Debere videtur.* nam eo ipſo, quod ſoluit, aliquid negotij contrahere videtur: vt ff. de condi. inde. l. ſi in area. Cum ergo ſit ex quaſi cõtractu: ad quid ponitur hæc condictio indebiti inter actiones, ſiue obligationes ex contractu. J. qui. mo. re contra. obli. § j. quæ eſt huic contra? Rñ. vt ibi, in fi. §. diximus, in glo. conducticia.

A D D. *Reſponde, quod ideo hæc conditio indebiti fuit appoſita inter obliga. quæ re contrah. non quia dicatur prouenire ex contractu: ſed quia non poteſt ſine re ſuſtentari. ibi igitur poſita fuit, vt eius ſubſtantia denotetur. hic autem etiam poſita fuit, vt eius inſinuetur origo: quia ex quaſi contractu trahit originem Chriſtopher.*

d ¶*Supra diximus.* vt. J quib. mod. re cõtrahi. oblig. §. is quoque. Accur.

e ¶*Obligatur.* ſcilicet benignitate inſpecta, quæ præualet: vt. C. de iudi. l. placuit nam nemo debet locupletari cum aliena iactura: vt ff. de condi. inde. l. nam hoc natura,

Locupletari nemo debet cum aliena iactura.

Error ne impediat dominij tranſlationem.

ac ſi mutuũ ei daretur: & ideo condictione[a] tenetur.

¶ *Si in eo cauſarum genere, quæ inficiando duplantur, indebitũ ſolutum fuerit, repetitio. ceſſat. ideo quod ex lege Aquilia, vel legato religionis & pietatis intuitu venerabilibus rebus facto, ſolutũ eſt, non repetitur.*

¶ Ex quibuſdã[b] tamen cauſis repeti non poteſt, quod per errorem[c] non debitũ ſolutũ ſit. Sic nãque definierunt veteres. Ex quibus cauſis inficiando lis creſcit, ex iis cauſis nõ debitũ ſolutum, repeti non poſſe: veluti ex lege Aquilia[d], item ex legato[e]. quod veteres quidem in iis legatis[f] locũ habere voluerunt, quæ certa

natura.

a ¶ *condictione.* ſcilicet, indebiti: & ita tranſit dominium in accipientem. alias enim condictio nulla daretur, niſi contra furem: vt ff. de vſufruc. quẽad. ca. l. fi. Sed cõtra. ff. de acqui. re. do. l. ſi procurator. Solu. multum intereſt, an error ſit in obligatione, an in re. primo caſu tranſit dominium, vt hic dicitur, & condictio oritur. Secũdo vero, nec tranſit dominiũ, nec oritur actio: vnde agens exceptione repellitur: vt ff. man. l. ſeruum Titij. Accur.

¶ *Ex quibuſdã.* CASVS. Iſte. § non eſt proprie pertinens ad titulum iſtum: ſed ponitur hic gratia vberioris doctrinæ ad proximã materiam de indebito. Et pone caſum ſic, ſupra dictũ eſt, quod ſi aliquis ſoluit alicui indebitũ per errorẽ, quod ille qui indebitũ recipit, ſoluẽti obligatur ex quaſi contractu, & iſte qui ſoluit a recipiente, pecuniã illã repetere poteſt. Aliquando tamẽ in aliquibus caſibus nõ eſt ita: veluti, ſi quis ſoluerit indebitum ex cauſa illa, quæ ex inficiatione creſcit. Eſt & aliud exemplũ in legato relicto: & hoc verum erat, ſed nõ in omni legato. Quatuor enim olim erãt genera legatorũ. ſcilicet per vẽdicationẽ, per damnationẽ, per ſinendi modũ, & per præceptionẽ: vt. ſ. de leg. §. j Illud aũt beneficiũ per quod creſceret legatũ per inficiationẽ ſolũmodo locũ habebat in relicto per damnationẽ, ſed cũ vna hodie ſit natura omniũ legatorũ, & etiã fideicõmiſſorũ vt. ſ. de le. §. noſtra aũt cõſtitu. ideo nõ diſtinguitur. hodie qualiter legetur, ſed cui legetur. Si enim ſacroſan. eec. vel alijs venerabilibus locis, quæ religionis vel pietatis intuitu decorãtur, aliqua legata ſint: huiuſmodi legata per inficiationem creſcũt: & ſi huiuſmodi locis legata indebita ſoluantur, non repetuntur. h. d. vſq; ad fi. Fran.

b ¶ *Ex quibuſdam.* iſte. § nõ facit ad hunc titulum: ſed ponitur hic gratia vberioris doctrinæ ad proximã materiã de idebito.

c ¶ *Quod per errorẽ.* licet ponat vnũ caſum tantum, in quo ſolutũ per errorẽ indebitum, non poteſt repeti: tamen & alij ſex ſunt, vt ſi ſcienter ſoluit indebitum: nam non habet locum repetitio: vt ff. de condic. inde. l. j. Itẽ propter ſententiã ſolutũ etiam indebitum non repetitur: vt. C. de condi. inde. l. j. Item propter tranſactionẽ: vt ff. de cõdi. inde. l. in ſumma. in prin. verſ. & quidẽ. & C. eodẽ. l. ij. Item ſi iurauit quis ſibi deberi etiã indebitum, deferente aduerſario quia fuerit ſolutũ, non repetitur: vt ff. de iureiur. l. nam poſtea. §. j. Itẽ quando ſoluitur in cauſa, quæ per inficiationẽ creſcit: vt ff. eo. de codic. inde. l. eleganter. §. fin. in glo. & C. eod. de cõdic. inde. l. ea quæ. & hic dicitur. Item cauſa pietatis ſolutum indebitum nõ repetitur: vt ff. de condi. indebi. l. cum is. §. ſi mulier. Item ſi eſt ab alio debitum, licet ſit indebitum ab eo qui dedit. vt. C. de peti. hæredi. l. de hæreditate.

ADD. *Intellige ſi nomine debitoris ſoluerit alias ſecus. l. ſi pœna. §. j. ff. de condic. indebi. Angelus.*

d ¶ *Ex lege Aquilia.* vt ſi ſoluam emendando damnum ab alio datum, quaſi ego dediſſem, videor enim confiteri me damnum dediſſe, quod ab alio datum eſt. Nã ſi à nullo datum eſt non impediar repetere, ſicut nec mihi præiudicat confeſſio mea, ſi à nullo datum eſſet damnum: vt ff. ad legem Aquil. l. inde Neratius. §. fin. &, l. ſeq. & ff. de interrog. act. l. qui ſeruũ. §. j. & §. ij. in fine. Sed nunquid hæc ſunt vera ſiue in iure, ſiue in facto erret is qui ſoluit? Rñ. cũ lex illa, C. eo. ti. de condic. inde. l. ea quæ. non diſtinguat, nec ego diſtinguam: & eſt ar. ff. vt in poſ. leg. l. j. Sed quidã diſtinxerunt, vt ſi errauit in iure, nõ repetat, ſi in facto, repetat. Primæ ſñæ ſto. vt ff. eo. de cõdic. inde. l. ſed & ſi me putẽ. Sed cõtra hũc. §. eſt. ff. de cõdic. inde. l. eleganter. § fin. Sol. illa erat pœnalis à principio, hæc autem ex inficiatione: vt hic dicitur, & . ĩ de act. §. ſed furti.

e ¶ *Itẽ ex legato.* quod & ipſum per inficiationẽ creſcit, vt. ĩ de act. §. itẽ mixta. Accur.

f ¶ *In ijs legatis.* ſcilicet indebite ſolutis, quãſi ad ſoluentem, debite tamen quantũ ab alio. vt & modo diximus in lege Aquilia, & hoc ſecundum quoſdã. Sed B. cõtra. dicit enim de indebito à quolibet,

conſtituta, per damnationem[a] cuique[b] legata fuerāt. Noſtra autem cōſtitutio[c] cùm vnā naturam omnibus legatis & fideicommiſsis indulſit, huiuſmodi augmentum in omnibus legatis[d] & fideicommiſsis extendi voluit. ſed non omnibus legatarijs[e] hoc præbuit: ſed tantummodo in ijs legatis & fideicommiſſis, quæ ſacroſanctis eccleſijs, & cæteris venerabilibus locis, quæ religionis[f] vel pietatis[g] intuitu honorātur, relicta ſunt: quæ ſi indebita ſoluantur, non repetuntur.

& ſic differt à ſuperiori proximo caſu, & eſt ſpeciale in hoc legato, de quo hic dicitur, alias aūt, id eſt in alio legato diſtinguo: aut ſoluitur ſcienter indebitū legatum quocunque modo, & tunc non repetitur. vt ff. de condic. inde. l. fideicōmiſſum Si autem per errorem iuris, idem eſt, vt nō repetatur ſi eſt debitum naturaliter, ſed ciuiliter indebitum: vt. C. ad legem Fal. l. error. niſi ſit minor, qui repetit vtroque caſu per reſtitutionem in integrum: vt. C. ſi aduer. ſol. l. ij. Si vero per errorem facti repetitur: vt. C. de condi. inde. l. fideicommiſſum.

a ¶ *Per damnationē*. vt per hæc verba, Damnas eſto hæres, illum ære alieno liberare: vt. ſ. de leg. §. ſed & tale.

b ¶ *Cuique*. aliascuiuſcūq;.

c ¶ *Conſtitutis*. vt. C. commu. de leg. l. ij.

d ¶ *In omnibus legatis* i. in omnibus generibus legatorum quorum quatuor erant genera: vt. ſ. de leg. §. j.

e ¶ *Legatariis*. vt eis ſolutum indebitum non repetatur.

f ¶ *Religionis*. vt monaſterijs.

g ¶ *Pietatis*. vt hoſpitalia & ſimilia, quæ nominantur in authen. de non alie. §. nos igitur. colla. ij.

PER QVAS PERSONAS NObis obligatio acquiritur.

¶ *Continua illam tit. vt hic in nigro, in principio. Dictum eſt. ſ. de obliga. iam de illis, quæ contrahuntur re, verbis, literis, & conſenſu, quam de alijs: Nunc. ſequitur videre per quas perſonas nobis acquiritur obligatio.*

AD D. *Nec quaquam mouerì oportet, quòd ſi mihi huic aliàs titulus ſuprà lib. ij. ſit poſitus. quia ibi de acquirendis rebus corporalibus & aliis, præter obligationes: hîc ſpecialiter de his acquirendis pro materia ſubiecta tractantur.*

E*Xpoſitio*. Totus iſte titu. diuiditur in tres partes. Primo oſtenditur quomodo nobis acquiritur per illos, qui ſunt in totum in dominio vel poteſtate noſtra. Secundo quomodo per illos in quibus habemus aliquod ius, vel qui ſeruiūt nobis bona fide. Tertio quo modo acquiritur per illos qui ſunt in dominio noſtro pro parte. Secunda ibi, Itē per libertos. Tertia ibi, Cōmunem. ¶ *CASVS*. Dicit Iuſti. quod nō ſolū p noſmet ipſos nobis acquiritur aliquid. ſed etiam per eos, quos in poteſtate habemus, veluti per ſeruos ac filios noſtros. Sed Domine, eſt ne differentia inter illud, quod acquiritur alicui per ſeruum, & illud quod acquiritur alieni p filiū? Et dicitur, q ſic. Quod enim ex obligatione aliqua p filium meum mihi acquiritur, illud mihi acquiritur quo ad vſumfr. filio autē quo ad proprietatem. C. de bo. quæ liber. l. fi. & hoc verum eſt, niſi obligatio fuerit ex caſtrēſi peculio vel quaſi. tunc enim nec quo ad vſumfru. nec quo ad proprietatem patri acquiritur, quod ex tali obligatione filio debetur. Ex omni enim cauſa aduentitia acquiritur proprietas rei filio per obligationem in perſonam filij factam, & vſufru. patri: & competit etiam actio patri, & non filio. h. d. Franc.

TITV. XXIX.

PER QVAS perſonas nobis obligatio acquiritur.

¶ *Obligatio acquiritur etiā per ſeruum vel filium, per ſeruū quidem in totū, per filium autem quò ad commodum vſusfructus. Aretinus.*

EXpoſitis generibus obligationum, quæ[h] ex contractu vel quaſi ex contractu naſcuntur: admonendi ſumus acquiri nobis nō ſolùm per noſmetipſos, ſed per eas quoque perſonas, quæ in noſtra poteſtate ſunt: veluti per ſeruos & filios noſtros.

h ¶ *Quæ*. ſcilicet obligationes. Sed quid differt hic titu. à ſuperiori. ſ. per perſonas nob. acqui? Reſpon. ille dicit de rebus acquirendis: hic autem de obligatione, vt ibi diximus. Item quid differt iſte

iſte ab alio.ꝫ.de ſtip.ſer.cũ ibi de obligatione dicatur? Rñ.ille ſpecialis eſt in obligationibus quæſitis per ſtipulationem: hic autem in omni genere obligationum loquitur acquirẽdo per filiũ, vel per ſeruum: præter, quam ſi ſint ex caſtrenſi peculio vel quaſi: quibus caſibus nec adproprietatem nec ad vſumfructũ patri acquiritur: vt.C.de bonis quæ lib.l.cum oportet.§.ij.

tor.&.§.filio &.l.pater.in fi.niſi pater abeſſet: vt ff.de iud.l.ſi lõgius.§.j quod etiã in mutuo erat: vt ff.ſi cer.pet.l.cũ filius. Sed hodie ex omni cauſa aduẽtitia acquĩ ritur ipſi filio proprietas, vt hic dicitur. ADD. *Dic vndecunque dicta actiones in factum deſcendũt vel ex edictis prætorum, vel ex interdictis. & eſt ratio: quia prætor vſus eſt aequitate. & illa tantum mouet: & in illis non tantum quæritur patri, quando aliquid non remanet penes filiũ vt.l.j. cum ibi. not.C.quadmod. ad bon.poſ. ergo non mirum, ſi omnes actiones in factum filiofa. competebant & ita dicit Bar.in dicta.l.in factũ. Angel.*

vt tamẽ[a] quod per ſeruos noſtros nobis acquiritur[b], totum noſtrum fiat: quod autem per liberos, quos in poteſtate habemus, ex obligatione fuerit acquiſitũ, hoc diuidatur ſecundum imaginem[c] rerum proprietatis & vſusfructus, quã noſtra decreuit cõſtitutio[d]: vt quod ab actione commodum perueniat, huius vſumfructũ quidem habeat pater, proprietas autem filio ſeruetur, ſcilicet patre actionẽ[e] mouente ſecundũ Nouellæ noſtræ cõſtitutionis diuiſionem[f].

¶ *Liberi & ſerui alieni bona fide poſſeſſi & ſerui vſufructuarij & vſuarij acquirunt nobis ex re noſtra, & ex opera ipſorum. Aret.*

¶ Item per liberos homines[g], & alienos ſeruos, quos bona fide poſsidemus, acquiritur nobis: ſed tantùm ex duabus cauſis, id eſt, ſi quid ex operis ſuis, vel ex re noſtra acquirant. Per eum quoque ſeruũ, in quo vſumfructum[h] ~~vel vſum~~ habemus, ſimiliter ex duabus iſtis cauſis nobis acquiritur.

¶ *Seruus communis acquirit dominis cõmuniter pro portione dominica: niſi vni, vel iuſſu vnius*

a ¶ *Vt tamen.* alias eſt, attamen. alias, vt quod.& hic ſimiliter ſubaudiatur, tamen.

b ¶ *Acquiritur.* niſi ab alio poſsideatur ſeruus: qui poſſeſſori nec dominium nec poſſeſsionẽ quærit, ſi non ex re eius comparauit, vel ex opera ſua: nec domino ſi ex re bonæ fidei poſſeſſoris, vel opera ſua acquiſiuit: quia eum non poſsidet: vt ff.de acquiren.rerum domi.l.ſi ſeruus.j.reſponſ. &.l. homo liber.§.fina.

c ¶ *Secundum imaginem.* quaſi dicat, fiat hæc diuiſio imaginarie & intellectualiter.nam viſibiliter fieri non poteſt: cum ſint incorporalia, quæ non diuiduntur: vt ff.de acqui.rerum domi.l.ſeruus.§.incorporales.& ꝫ.de rebus corpo.& incorp.j. reſpon.& ꝫ.de vſufruc.in prin.

d ¶ *Conſtitutio.* vt C.de bo.quæ libe.l.fi. §.vbi autem. Accur.

e ¶ *Actionem.* proprietas tamen ipſius actionis eſt filij, vt hic dicitur.& hoc obtinet: hodie in omnibus aduentitijs. Sed olim tantũ quinq; actiones filiofamilias cõpetebant ratione proprietatis: vt iniuriarũ, quod vi aut clam, depoſiti, commodati, & actiones in factum: vt ff.de act.& ob.l.filiusfamilias.&.l.in factũ. has tamẽ pater exercebat vel ſuus procurator, nõ filius: vt ff.de iniur.l.ſed ſi vnius.§.ait præ

Filiofamilias olim.v.actiones competebant ratione proprietatis, quas tamen non exercebat Aduentitiorũ proprietas filij eſt.

f ¶ *Diuiſionẽ.* quam diuiſionem longũ eſſet hic dicere, ſed dicitur plene per ordinem in dicta.l.C.de bo.quæ libe.l.fin.

¶ *Item per liberos homines.* CASVS. Non ſolum per filios noſtros & ſeruos nobis acquiritur, ſed etiam per liberos homines & ſeruos alienos quos bona fide poſsidemus, nobis aliquid acquiritur: ſed hoc intellige in duobus caſibus, ſcilicet ſi ex operis ſuis aliquid acquirant, aut ex re noſtra. & ſimiliter per ſeruum illum in quo vſumfruc. habemus, vel vſum, ſecundum aliam literã, vt patet in notula, ex duabus cauſis nobis aliquid acquiritur. hoc dicit. Frãc.

g ¶ *Per liberos homines.* No. quod liber homo quandoque bona fide poſsidetur, vt quãdo poſſeſſor credit eum ſeruũ eſſe, & ſuũ.& qñque mala fide, vt qñ credo eum ſeruũ eſſe, & ſcio meum non eſſe: vt ff.de acqui.poſ.l.j.§.ſed & per eũ. quandoque nullo mõ poſsidetur, licet detineatur, vt qñ ſcit liberũ eſſe: vt ff.de acq.poſ.l.qui vniuerſas.§.j.& ff.de proba.l.ſi qs liberũ.

Liber homo quãdoque bona. quãdoque mala fide poſsidetur.

h ¶ *Vſumfructum.* in quibuſdam libris eſt

in litera.vſumfructum,vel vſum & ſecũdum hoc videtur, quòd per eum ſeruum in quo habeo vſum,ex duabus cauſis acquiram.Sed cõtra.ff.de vſu & habi.l.per ſeruum.in prin. Sol.dicunt quidam illud corrigi. Vel dic ſecundum Ioan. ꝙ illud verbũ, ex duabus, referatur ad ſolũ vſumfructum, alterum vero ſi ex re,ad vſuariũ, & ſic erit in litera confuſio: ſicut.C.de col.l.illã. & .ſ.qui da.tut.poſ.§.ſi quis.Sed in alijs libris non eſt, vel vſum: & tunc planũ eſt, & nullum eſt cõtrarium. Accur.

ADDITIO Tu dic, ſecũdum doct. vſuarium poſſe vti operis ſerui in ſuis fundis, non autem eas alteri locare. Angelus.

ADD. Ego vero puto ſeruum vii poſſe ad ſtipulandum, & aliqui contrahendum, non vſque ad compendium, ſed ad vſum ſibi & familiæ neceſſarium.l.plenum.ff.de vſu & habitatis.

fuerit ſtipulatus. Aretinus.

¶Communem ſeruum pro dominica[a] parte dominis acquirere certum eſt : excepto eo, quòd nominatim vni ſtipulãdo, aut per traditionẽ accipiendo, illi ſoli acquirit: veluti cũ ita ſtipulatur, Titio domino meo dare ſpondes? Sed ſi domini vnius iuſſu ſeruus fuerit ſtipulatus[b]:licet antea dubitaretur:tamen poſt noſtram deciſionem res expedita eſt, vt illi tantum acquirat qui hoc ei facere iuſsit,vt ſuprà dictum eſt[c].

¶Communem ſeruum. CASVS. Supra dictum eſt, ꝙ per ſeruos noſtros acquirimus, ſed nunquid per ſeruũ communem poſſumus nobis acquirere? Et reſpond.ꝙ per ſeruũ cõmunem domino acquiritur. quod intelligo vt ſic dicendo, Dñis meis dare ſpondes?fiat ſtipulatio,ſcilicet propria nomina in ſtipulatione inferendo. Tunc enim pro virilibus portionibus dominis acquiretur. Et hoc verũ eſt,niſi nominatim vni eorũ rẽ ſtipulatus fuerit, vel vni tradiderit.Itẽ quæſiui à Iuſti. Domino ſi vnus duorũ ſeruo cõmuni iuſſerit,ꝙ aliquid ſibi ſtipuletur,ipſe autẽ ſeruus alterũ (cui voluerit acquirere) nominauerit in ſtipulatione:cui acquiritur per ſtipulationẽ illã?Et ſñ.ꝙ ei qui iuſſit,& nõ ei quẽ noĩauit , ſic ponũt multi caſum in iſto vlti.rñ.Sed ſi domini,& ſic vult gl.or.ꝙ ita ponatur ſed domin⁹ Guido dicit,ꝙ iſte nõ eſt caſus iſtius ver.quã quã veritatẽ contineat:iſte enim eſt caſus quẽ habes.C.per quas perſ.no.acq.l.ij. & nõ iſtius rñ.& hoc patet per hoc qđ dicit in fi.iſtius ver.ibi,ſupradictũ eſt. Poteſt ergo ſic poni caſus: Sed qđ ſi vnus ex dñis iuſſerit ſeruũ cõmunẽ aliquid ſtipulari,cui acquiritur per ſtipulationẽ iſtã? Et Rñ.di.ꝙ licet ante tẽpora huius libri in tali caſu dubitaretur,vtrũ duobus dominis,an iubenti per ſtipulationem iſtã acquireretur : tamẽ poſt cõpoſitionẽ huius libri eſt quæſtio iſta expedita, ſcilicet quod iubenti tantum acquiret,vt ſupra dictum eſt de ſtip.ſer.§.vl.

Seruus vſufructuarius quærit nobis ex re & operis : ſed vſuarius ex re tantum.

a ¶*Pro dominica.* niſi cũ propria nominatorum ſtipulatione ſeruit,vbi pro virilibus portionibus acquirit: vt ff.de ſtipu.ſer.l.ſi cõmunis ſeruus.

b ¶*Stipulatus.* ſcilicet ſimpliciter vel ſibi, vel domino iubenti,vt ſtatim ſequitur,alias nullum eſſet dubium : vt.ſ.de ſtipu.ſeruo.§.penulti.

c ¶*Supra dictum eſt.* ſ.de ſtip.ſer.§.penul.

TITV. XXX.

QVIBVSMODIS tollitur obligatio.

¶*Eius quod debetur ſolutio,à debitore vel à quouis ipſius nomine facta, omnẽ obligationẽ perimit.quo fit vt ſolutione principalis , euaneſcat fideiuſſoria obligatio: & verſa vice, idem dicito.*

TOllitur

QVIBVS MODIS TOLLItur obligatio.

¶*Viſum eſt ſuprà de obligatione inducenda, ſequitur videre de obligatione diſſoluenda ſiue tollenda : quia nihil tam naturale eſt, quàm vnum quodque vinculo, quò ligatur diſſolui poſſe.l.nihil tam naturale.ff.de regu.iur.Io.d. Aretinus.*

TOllitur. Totus iſte ti.diuiditur in quatuor partes.Primo ponitur qualiter tollatur obligatio ſolutione.Secũdo qualiter acceptilatione.Tertio qualiter nouatione. Quarto qualiter,conſenſu. Secunda ibi , Item per acceptilationem. Tertia ibi , Præterea obligatio. Quarta ibi,Hoc amplius . CASVS. Scire debetis,quod obligatio tollitur per ſolutionem eius,quod debetur. Sed nunquid tollitur ob.ſi debitor ſoluat aliud quam debeatur:puta ſi aſinum dederit pro pecunia quã debebat?Et reſpõ.ꝙ ſic : dum tamẽ volente creditore fiat . Regulariter enim loquẽdo inuito creditore aliud

alio ſolui no por. Sic ergo, vt iã dictũ eſt, ſolutione ei .s, qđ debetur, tollitur omnis obligatio: ſed verũ eſt, ſi ipſe debitor ſoluat qđ debetur, ſiue aliquo noĩe debitoris, etiã debitore inuito & ignorãte. h.d. quod credebat ſoluẽs. ſ liberationẽ. Itẽ eſt cõtra ad hoc.j.reſpon.in authen.vt ij q ob.ſe hab.per res §.ſi vero tacuerit.col. vj. Sol. illud ſpeciale eſt. Item cotra ff.de ſo.l. ſi rẽ meam. Itẽ contra ff.de ver.ob.

ADD. Sed quæres aliquis, cur hic ſimiles hoc loco ſit poſitum ante tract. de ob. ex malef. quum aliqui modi in eo exponantur, quibus ipſo iure tolluntur obligationes etiam ex maleficio, vel quaſi maleficio venientes, vt furti, rapina &c. Eg. Baro, reſpõdes, quoniã iã ſatis exercuiſſe hic liber videbatur, cõmunẽ hunc tit. hîc inſertum, & obligatiões ex malef. reiectas in librum 4. vbi de actionibus tractatur poſt res corporales & incorporales, inter quas ſunt obligationes omnes. §. fin. ĩ. de vſu & hab.

Tollitur [a] autem omnis obligatio [b] ſolutione eius, quòd debetur: vel ſi quis conſentiente creditore [c] aliud pro alio ſoluerit. Nec intereſt, qui ſoluat: vtrum ipſe qui debet, an alius pro eo. liberatur enim & alio ſoluente, ſiue ſciente, ſiue ignorante debitore, vel inuito eo ſolutio fiat [d]. Item ſi reus ſoluerit: etiam ii, qui pro eo interuenerunt [e], liberantur. Idem ex contrario contingit, ſi fideiuſſor ſoluerit: non enim ipſe ſolus liberatur [f], ſed etiam reus.

¶ *Acceptilatione (id eſt, imaginaria quadam, & ficta ſolutione, mutua interrogatione & reſponſione concepta) verborum obligatio tantùm tollitur: reliquæ verò obligationes ex re, conſenſu, & alio quouis modo contractæ, non antea ſoluũtur quàm in Aquilianam ſtipulationem, id eſt, verborum obligationem deducantur: vt ſic demum acceptilatione ſopiri queant.*

l. Iulianus. §. quoniã. Itẽ contra ff. como. l. iij. §. ſi reddita. Sed his legibus licet fuerit facta ſolutio, nõ tamen fuit facta ſicut debuit fieri: vnde pro non facta quantum ad hoc habetur. Itẽ contra id qđ ſubijcit, q demum ſciẽte creditore ſoluitur pro alio ff. de leg. j. l. nõ amplius. §. fi. & l. ſi domus. §. ij. & iij. & ff. de aur. & arg. leg. l. j. §. fi. & C. de do. l. ſi quis argentũ. ff. de ſol. l. qui hominem. & ff. de ver. ob. l. inter ſtipulantẽ. §. pcoul. & l. ſi ſeruus. In quibus legibus dicitur, quod liberatur quis ſoluendo aliud pro alio. Sed hæc ſpecialia ſunt, hoc autem regulare.

a ¶ *Tollitur.* alias tollitur, alias ſoluitur. Si tollitur ergo non renaſcitur de cætero: vt ff. de ſol. l. qui res §. aream. ver. in perpetuum. & de noxa. l. ſi alienus. & C. de remiſ. pig. l. cum ex cauſa. & de ſen. paſ. l. ſi debitor. vbi magis ſuſcitatur ſolutio eius quòd debetur, quã tollatur vt ff. de noxa. l. elect. §. fi. Sed ibi æquitatis ratiõe, nec ſublata dicitur gl.

b ¶ *Omnis obligatio.* ſiue re, ſiue verbis, ſiue literis, ſiue conſenſu. nã de his. ſ. dictũ eſt à tit. de oblig. vſque huc. Sed nũquid eſt idem in ijs, quæ ex maleficio ſunt vel quaſi? Reſpon. ſic Itẽ hæc ſunt vera, ſiue ciuilis & naturalis fuerit obligatio ſimul, ſiue naturalis tantũ: vt hic, & ff. ad. l. Fal. l. ſi pupillus, in princ. Sed nunquid ciuilis tantũ tollitur ſolutiõe eius quod debetur: videtur q non: vt ff. de ſol. l. qui hominẽ. §. fi. & hoc quidã dicunt. Sed contradico. ſi enim ſciens me debere ciuiliter tantũ, ſicut econtra ſi nudo pacto tibi decẽ debeã, & ſoluã cauſa meæ fidei implẽdæ: quare nõ liberor: vt ff. de cõdi. indebi. l. fideicõmiſſum. Quod autẽ in d. l. qui hominẽ, dicitur: ideo eſt, quia aliud operatur ſolutio, quã crederet ſoluens. ſ. repetitionẽ: eũ errabat credens ſe teneri naturaliter, non ergo mirum, ſi non facit

c ¶ *Conſentiente creditore.* interdum tamẽ etiam aliud pro alio ſoluitur creditori etiam inuito: vt diximus in authen de fideiuſ. § pen. in gl. coactum col. j. & quoſdam ex his notauimus. ſ. proxi.

d ¶ *Solutio fiat.* paret hic, q beneficiũ confertur in inuitũ. Sed cõtra ff. de reg. iur. l. inuito. So. illa regula in priuilegijs loquitur, hæc autẽ in alijs. Vel dic q nõ poteſt directo, põt tamen per mediũ. prima verior eſt. Sed nũquid ecõtra põt fieri alij ſolutio inuito creditore? Reſ. nõ: vt ff. de do. l. ſi Stichũ. §. fi. niſi creditori creditoris ſoluatur: vt ff. de ne. ge. l. ſi liber. vel pro curatori creditoris: vel ei cui extiterit hæres creditor, vel futuro debitori, vel ſimilibus perſonis, q numerantur. ff. de ſol. l. ſolutam & ff. de pig. act. l. ſolutum. §. ſolutam.

e ¶ *Interuenerunt.* vt ſunt fideiuſſores, & mandatores, & ſponſores, vt ff. de exce. l. omnes. & C. de non nume. pe. l. iiij.

f ¶ *Ipſe ſolus liberatur* ſ. fideiuſſor. & ſi quidem ſoluat nomine ſuo, liberatur ipſo iure, reũ autẽ liberat per exceptionẽ: vt ff. man. l. ſi quis. in fi. & l. Papinia. & ff. de

¶Itẽ per acceptilationem tollitur obligatio. Eſt autem acceptilatio, imaginaria[a] ſolutio. Quod enim ex verborum obligatione Titio debetur, id ſi velit Titius remittere, poterit ſic fieri, vt patiatur[b] hæc verba debitorem dicere: Quod ego tibi promiſi, habes ne acceptum? & Titius reſpondeat, Habeo. Sed & Græcè[c] poteſt acceptilatio fieri: dummodo ſic fiat, vt Latinis verbis ſolet exigi, ἔχεις λαβὼν δηνάρια τόσα· ἔχω λαβών. Quo genere (vt diximus[d].) tan

peti.hære.l.ſi quid poſſeſſor.in princi. Si vero nomine rei, liberat ipſo iure reũ vt ff.de neg.geſt.l.ſoluendo. & ff.de noua.l.ſi Stichum.in fi. Sed ſi hoc verũ eſt, quod liberatur reus ſoluẽte fideiuſſore, quoquo modo cedat actionẽ creditor fideiuſſori q̃d facere debet. vt ff.de ſol.l.modeſtinus. & ff.de fideiuſ.l.ſi.deiuſſoribus. quæ ſunt contra hãc legem? Rñ. illud poteſt fieri ante ſolutionem ſcilicet ceſſio, vel etiam poſt ea, hoc acto prius: quia videtur ineſſe, probator hæc ſolutio. ff.de fideiuſ.l.cum is. Item nota hic vnam ſolutionẽ parere plures liberationes. & facit ℥.de duo.reis.§.ex huiuſmodi. & ff.de ar.l.ſi duo. Accur.

¶ *Item per acceptilationem.* CASVS. Iam vidiſtis vnum modum principalem obli. tollendæ, eſt & alius modus obli. tollendæ principalis, vt per acceptila. Sed domine, quid eſt acceptilatio? & reſpõd. q̃ acceptil. eſt imaginaria ſolutio. Si enim creditor debitori ſuo illud quod ſibi debet ex verbo.ob. remittere velit, poterit hoc facere in hunc modum, ſi patiatur debitorẽ hæc verba dicere: Domine creditor, quod tibi debeo per ſtipulationem habes ne acceptum? & reſpondeat creditor, Habeo: liberatus eſt debitor, ac ſi creditor ſoluiſſet ei quod debuiſſet. Item videbatur aliquibus, quod ſtipulatio poſſet fieri per verba latina tantum, & non per verba græca, & quaſi ad iſtam dubitationem reſpõ. Iuſtinia. dicens, quod nõ ſolum per verba latina, ſed etiam per verba Græca poteſt fieri acceptilatio, dum tamen per verba Græca ſic fiat, ſicut exigitur per verba latina, & diſſoluũtur per acceptilationem obligationes verbis ſolummodo contractæ: quia conſentaneũ eſt iuri obligationem verbis contractã, verbis poſſe diſſolui. Ad intellectum finis notulæ ſignatæ ſuper illo verbo certe diſtinguere debes, vtrũ acceptilatio ſit inutilis ratione rei ſuper qua concipitur, vt ſi ſuper debito conditionali concipiatur: quia talis acceptilatio inutilis eſt, & quanquam non habeat hanc vim acceptilationis, attamen habet vim pacti. & ſic intellige illas leges ff.de reſcin.vendi.l.cum emptor. & ff.de accep.l.acceptilatio. Aut ratione cõceptionis inceptæ vt ſi tibi dicam. Quod ego tibi debeo, habes ne acceptum in diem? & tu ipſe reſpõdeas, Habeo acceptũ. & talis acceptilatio inutilis nõ habet vim pacti, & ſic intelligo.l.an inutilis ff.de acceptil. Inver.

Sicut autẽ. caſus eſt talis: Quæſiui à legislatore, an acceptilatio poſſit fieri in parte debiti, ſicut ſit in toto? Et Rñ. dicens q̃ accep. poteſt fieri pro parte debiti, ſicut poteſt fieri pro toto: hoc dicit, & ſumus inver. Eſt autẽ prodita. in quo dic. Tractatũ eſt. ℥. quod obli. alia à verbali põt deduci in ſtipulationem, & tũc tolli poteſt per acceptilationem: hic autem dicit, q̃ eſt prodita quædam ſtipulatio, quæ vulgo Aquiliana appellatur. cuius verba expendamur. Quũ ait Ex quacũque cauſa, intellige omnes obligationes, ex contractu vel quaſi, ex maleficio vel quaſi. Quum ait, Dare facere, perſonales complectitur, quæ vel dandi ſunt, vel faciendi. Oportet ad veritatẽ obligationis refertur, nõ ad iudicis facultatẽ.l.verb.opor.ff.de ver.ſig. Oportebit ne, ſignificat ea quæ ſub conditione debẽtur. Præſens, tria genera obligationũ complectitur, puram. in diem, & ſub conditione.§.j.℥.de verb.ob.

a ¶*Imaginaria* i.facta.hic, ff.de reg.iur.l.imaginaria. Vel dicitur imaginaria.i.per momentum duratura. ſic in authen.quomo.opor.epiſc.circa princ.§. neque enim idiota. in glo. nec imaginariam. col.j. & in Pſal. In imagine pertranſit homo &c.

ADD. *Ipſa tamen acceptilatio habetur pro ſolutione: vt.l ſi ex pluribus.ff.de accep. vt in ſimili etiam dicimus de iuramento quod habetur loco ſolutionis inter deferentem & iurantem: non tamen etiam eſt propriè ſolutio: vt.l.duobus.§.j.& ibi gl.in verbo, ſolutionis. & de cto.ff.de iureiuran.* An.

b ¶*Vt patiatur.* & etiam reſpondeat ei. vt.℥.eod.§.eſt autem. in fi.§. nam ſola patientia non prodeſt.

c ¶*Sed & Græce.* non ſolum latinis, ſed etiã Græcis verbis, dũtamẽ aptis ad hoc, vt ſequitur. & facit.℥.de ver.ob.§ vtrũ. & ff de ver.ob.l.j.§.ſi. Acc. Porro Græcorũ quæ hic adiecta ſunt is eſt ſenſus, Tot denarios acceptos habes? acceptos habeo.

d ¶*Vt diximus.* ℥.eod.§.ibi, quod enim ex verborum. Ac.

Cætera.

tùm eæ ſoluuntur obligationes, quæ ex verbis cōſiſtūt: non etiam cæteræ[a]. Cōſentaneū[b] enim viſum eſt, verbis factam obligationem, aliis poſſe verbis diſſolui. Sed & id, quod alia ex cauſa[c] debetur, poteſt in ſtipulationem deduci, & per acceptilationē diſſolui[d]. Sicut autem quod debetur, pro parte rectè ſoluitur[e]: ita in parte debiti acceptilatio fieri poteſt. Eſt autem prodita ſtipulatio, quę vulgò Aquiliana appellatur: per quam contingit, vt omnium rerum obligatio in ſtipulatum deducatur: & ea per acceptilationem tollatur. Stipulatio enim Aquiliana renouat omnes obligatiões: & à Gallo Aquilio ita cōpoſita eſt.[f] Quicquid te mihi ex quacunque cauſa dare[g] facere oportet, oportebit præſens, in diem ve, aut ſub conditione: quarumque rerum mihi tecum eſt actio[h], quæque aduerſus

a ¶*Cæteræ*. ſcilicet quæ ſunt de iure gentium, cū acceptilatio eſt, quæ eſt ciuilis actus: vt ff. de reg. iur. l. actus. nō poſſit iura gen. tollere: vt. ṡ. de leg. agna. tut. §. fi. quæ ſunt vetuſtiora & firmiora: vt. ī. de re. diui. §. ſingulorum. Sed nū quid alias obligationes iuris ciuilis tollet acceptilatio, vt literarū & emphyt. & ſimiles, vt diximus. ṡ. de iure natu. gen. & ciui. §. ius autē. Reſpondetur: nō, cum ſolam obligationem verbis inductā tollat, vt hic dicitur. Sed certe licet nō poſſint tolli iure acceptilationis ſcilicet obligatio iuris gentiū, & aliæ ciuiles, tamen poſſunt iure pacti etiam acceptilatione facta ſecundum Io. vt ff. de reſcin. ven. l. emptio. & l. cum emptor. Quod generaliter etiā dicebat M. quod vbicunque fieret acceptilatio inutilis, q̄ habeat vim pacti. & facit pro eod. ff. de pact. l. ſi vnus. § pe. vbi de hoc. At B. totum cōtrarium, & erat pro eo. ff. de accep. l. an inutilis. j. reſpon. & ff. de conſtit. pecu. l. j. §. cum qui. Sed nos dicimus idem, quod M. vbi fuit inutilis ratione rei, vt dictū eſt: Item idem quod Bulg. vbi eſt inutilis ratione conceptionis. & facit pro nobis ff. de acceptila. l. ſi acceptolatum. Accur.

Acceptilatio inutilis ratione rei habet vim pacti. ſecus ſi eſt inutilis ratione conceptionis in opera.

A D D. *Et eſt ratio diuerſitatis: quia minus eſt peccatum, quod prouenit ex alieno facto, vt in primo caſu, quam quod prouenit ex propria culpa, vt in ſecundo caſu.* Ioan. Fab.

b ¶*Conſentaneum*. & facit ad hoc. ī. eo. §. fina. & ff. de regu. iur. l. nihil eſt tam. & C. quando lic. ab empt. diſce. & ff. de pact. l. ab emptione.

c ¶*Ex alia cauſa*. quam verbis.

d ¶*Diſſolui*. ſcilicet, ipſum debitum. Et nota mirabilem proditionem. nam cum non pateretur contractus alius tolli ſuo contrario actu, ſcilicet, per acceptilationem, decipitur. & deducitur in quendam non proeſus contrarium actum, vt in ſtipulationem: quod eſt obligatoriū, & ſic fit nouatio indiſtincte iure iſto: vt. ī. eod. §. præterea. & ff. de actio. & ob. l. obligationū fere. §. fin. & ipſa ſtipulatio patitur ſe tolli per acceptilationē. vt hic dicitur.

e ¶*Recte ſoluitur*. ſcilicet volente creditore. Sed nūquid eo indebito debiti pars ſolui tur? Reſpond. aut confitetur de toto debitor: & tunc nō poteſt ſoluere niſi totum, vt ff. de vſufr. l. tutor. §. Lucius quæ eſt huic contra. niſi volenti creditori, vt hic dicitur. aut differtur, & tūc pars confeſſa, tantum recipiatur ab inuito: vt. ff. ſi cer. per. l. quidam exiſtimauerūt. & hoc etiam caſu poteſt intelligi quod hic dicitur.

Solutio particularis an creditore inuito fieri poſſit.

f ¶*Ita poſita eſt*. i. his verbis, quæ ſequūtur, quicquid te &c. Idem habet ff. de accep. l. & vno. §. eius eci. Et not. quod non poteſt ſic legi, quin aliqua verba ſint hic ſuperflua, Item nunquid vnū ſolum ex his duobus. ſ. dare vel facere, ſufficit. ſcilicet dare. cum ſolū quod erat dandum, in hac ſtipulatione deducitur: vt. ī. ibi, tantam pecuniam &c. Reſpon. ſic. argu. ī. de verbo. obliga. §. ſed hæc ſolennia. &, C. de dona. l. fin.

A D D. *Aquiliana dicta eſt à C. Aquilio Gallo, auditore Q. Mutij Pont. Max. vt refert Pomp. in l. ij. ff. de orig. iur. Serui Sulpitij in iure præceptor, vt Cicero tradit in Bruto: clarus iuris ciuilis ſcientia, a quo de dolo malo formula prolata eſt, quam Cicero euerriculum malitiarum omnium appellat in lib. de natu. Deor. iij. & de offi. iij. & alia de inſtituendis poſthumis nepotibus de qua in l. Gallus. ff. de poſthu.*

g ¶*Dare*. vbi debet dominium transferre. vt. ī. de act. §. ſic itaque. & ff. de verbo. obli. l. vbi autem non apparet. §. fin.

h ¶*Actio*. in perſonam, at petitio in rē, perſecutio vtrunque continet, vt ff. de act. & oblig. l. actio in perſonam.

Perſecutio continet actionem & petitionem.

te petitio[a], vel aduerſus te perſecutio eſt, vel erit, quodque tu meum habes, tenes, poſsides, dolove[b] malo feciſti, quô minus poſsideas: quanti quæque earum rerum res[c] erit, tantam pecuniam dari ſtipulatus[d] eſt Aulus Agerius, ſpopondit Numerius Nigidius. Itē ex diuerſo Numerius Nigidius & interrogauit Aulum Ageriū, Quicquid tibi hodierno die ~~per Aquilianā ſtipulationem~~ ſpopondi, id ne omne habes acceptum? Reſpondit Aulus Agerius, Habeo, acceptum. ~~quæ tua~~

¶ *Nouatio eſt prioris debiti in aliam obligationem transfuſio: quo fit vt priore obligatione ſublata noua conſtituatur: quæ olim nouæ perſonæ interuentu (etiam quæ naturaliter tantùm obligari poſſet) inducebatur: eadem verò interueniente perſona, ita demum nouatio facta erat, ſi quid priori obligationi poſterior adiiceret, vel detraheret: hodie autem nunquā inducta cenſetur nouatio, niſi expreſſim contrahentibus hoc agatur: aliàs anterior firma manet, & poſterior*

a ¶ *Petitio.* in rem.
b ¶ *Ve.* pro vel.
c ¶ *Res.* id eſt, æſtimatio.
d ¶ *Stipulatus.* nunc mutat perſonas: de ſecunda enim tranſit ad tertiam. Et not. q etiā realis actio deducitur in ſtipulationē facta rei æſtimatiōe. & ipſa pecunia ſiue rei æſtimatio deducitur ī ſtipulationem & in acceptilationem. Nam ipſa res nō poteſt: cum nemo rē ſuam poſsit ſtipulari ſibi dari: vt. ʒ. de inutil. ſtipul §. ij. Sed quomodo deducam æſtimationē, cum non debeatur? Rō imo quaſi debita eſt. liberatur enim exceptione quaſi a rei vendicatione, ſi præſtat æſtimationem: vt ff. de rei vē. l. ei[9] rei & l. ſeq Si aūt ipſam rem in acceptilationē deducam: valet iure pacti, ſecundum R. vt diximus. ʒ. eod. §. quo genere. Accur.

Actio realis poteſt in ſtipulationem deduci.

ADDITIO. *Tu dic, quod quamuis actio realis nec obligationē, nec officium iudicis præſupponat: præſupponit tamen quandam æquitatem, ex qua datur actio: & illa æquitas nouatur per acceptilationem Ang.*

¶ *Præterea nouatione.* CASVS. Iam vidiſtis, quod duobus modis tollitur obli. tollitur etiam tertio modo ſcilicet per nouationem voluntariam: veluti. ſi illa decem quæ debes Seio, Seius ſtipulatus ſit ab aliquo alio, quam à te animo nouādi: quia tūc tollitur prima obligatio interuentu nouæ perſonæ: & noua naſcitur obligatio, prima obligatione trāſlata in poſteriorē: adeo etiā, q ſi nō valeat noua obligatio, prima per ſecūdam nihilominus tollitur, veluti, ſi à pupillo ſine tutoris authoritate fueris ſtipulat[9] illud qđ tibi debebā. Omnino etiā amittitur actio tua, eo quod prima obligatio ſublata eſt: & ſic inutilis eſt actio quo ad effectū experiendi: eſt tamen aliqua, ſcilicet naturalis. Sed pone: Supra dictū eſt, quod ſi creditor ſtipulatus fuerit à pupillo id, quod debitor pupilli ſibi debet: tollitur obligatio ipſius debitoris. Sed ſcire debes, quod non idem iuris eſt, ſi creditor ſtipulatus eſt à ſecundo alicuius animo nouandi illud qđ debitor ſibi debet, cum enim ſecunda obligatio nulla ſit ipſo iure, neq; naturali, neq; ciuili: perinde remanet prior debitor obligatus, ac ſi non eſſet aliqua nouatio facta, verbi gratia: Vbi enim per ſecūdā obligationē debet tolli prima: oportet q ſecunda ſit aliqua: puta naturalis vel ciuilis. Itē ver. ſed ſi eadē, caſus eſt talis: Supra dictū eſt: quod interuentu nouæ perſonæ nō naſcitur obligatio. ſed pone quod ſtipulatus fuit à debitore meo & ex alia quacunque cauſa, quam ex ſtipulatione mihi debebat: diciturne in hoc caſu fieri nouatio, cum in hoc caſu noua perſona non interuenerit? & reſpō. q ſic, ſi aliquid noui interuenerit in ſecunda obligatione id eſt in ſtipulatione iſta: veluti, ſi cōditio vel dies, vel fideiuſſor obligatiōi adijciatur: ſcire tamē debes, quod ſi cōditio in nouatiōe addita exiſtat, valet nouat. ſi aūt nō exiſtat nō valet, & ſumit in ver. ſed cū. ſi quo dic: Supra dictū eſt, quod nouatio fit interuētu nouæ perſonæ. vel etiā eiuſdē, dūmodo fiat per diei vel cōditionis adiectionē vel ſubiectionē. ſed ſcire debes, q apud antiquos hoc verū erat, quod his modis fiebat nouatio, dū tamen animo nouandi fieret: & ita quod ſæpe diuerſæ præſumptiones inducebantur ad probandum, quod animo nouandi fieret: vnde ſuper hoc apud antiquos magna fuit altercatio. & propter hoc dicit dominus Iuſtinia. Fecimus quan-

quandam conſtitutionem ad huiuſmodi altercationes tollendas, in qua cauetur, quod tunc demum intelligatur fieri nouatio interuentu nouæ perſonæ, (vt dictum eſt) quando hoc expreſſe actum eſt inter contrahentes, quod propter nouationem prior obligatio ir hoc fiat. alioqui, ſi hoc nõ fuerit expreſſe actum, intelligitur fieri nouatio interuẽtu nouo perſonæ: ſed accedit ſecunda obligatio primæ, & manet vtraq; obligatio. Franc.

loco incrementi accedit.

¶Præterea [a] nouatione [b] tollitur obligatio: veluti ſi id quod [redacted]debebas, à Titio dari ſtipulatus [redacted]. Nam interuentu nouæ perſonæ [c], noua naſcitur obligatio: & prima tollitur, translata in poſteriorem: adeò vt interdum licet poſterior ſtipulatio inutilis ſit, tamen prima nouationis iure tollatur: veluti, ſi id quod Titio debes, à pupillo [d] ſine tutoris authoritate ſtipulatus fuerit: quo caſu res amittitur. Nam & prior debitor liberatur, & poſterior obligatio nulla eſt [e]. Nõ idem [f] iuris eſt, ſi à ſeruo quis fuerit ſtipulatus, nam tunc prior perinde obligatus manet, ac ſi poſtea nullus ſtipulatus [g] fuiſſet. Sed ſi eadẽ perſona ſit, à qua

a ¶*Præterea.* non ſolum ſolutione vel acceptilatione, vt dictum eſt ſupra.

b ¶*Nouatione.* ſi fiat per ſtipulationem, vt ſubijcit, ſiue per iudicium: vt ſi aliquis nomine meo iudicium ſuſcipiat animo nouandi: vt ff. de ſolu. lege ſolutionem. & ff. de in rem verſo. leg. ſi pro parte. & ff. de verb. obligatio. lege ſcire debemus. in fin. primo reſponſo.

c ¶*Noua perſona.* etiam ſi hoc nõ agitur: vt fiat nouatio iure iſto, hodie contra: vt j. eodem. § ſed cum.

d ¶*A pupillo.* qui naturaliter tenetur: Vt ff. de nouat. lege prima in fin. ſi eſt maior Infante. alias nec naturaliter: vt ff. de act. & obliga. l. pupillus.

e ¶*Nulla eſt.* ſed nunquid reſtituitur creditor in priorem debitorem? Quidam dicunt quod ſic: vt C. de repub. lege prima. § primo. & ff. de fideiuſſo. lege ſi Titius. §. huic. quæ eſt cõtra. & quod hic dicitur, res amittitur, ſcilicet, iure communi: ſed non per reſtitutionem, vt dictum eſt. A lij, vt Plac. dicũt hãc in impubere (quaſi ſtultè acceperit hic creditor tam paruulum) illam in pubere loqui. Vel verius refert, an minor iuuetur, vt non teneatur per beneficium reſtitutionis: & tunc etiam reſtituitur creditor in veterem debitorẽ, vt ibi. An vero nõ reſtituatur: quia non eſt neceſſe, cum tantum naturaliter ſit obligatus: vt ff. de nouatio. l. j. in fin. & tunc nec creditor reſtituitur, vt hic: nec etiã tunc quãdo dolo creditoris minor fuit obligatus: vt ff. de fideiuſſ. lege ſi Titius. § fin. (Vnde huic doloſo non ſuccurritur: quia fruſtra legis auxiliũ inuocat, qui committit i legẽ. ff. de mino. l. auxiliũ in fine. & l. ſi ex cauſa. § nunc videamus, & ad Velleianu, ſi decipiendi.) Quod etiã in muliere dicitur: nã reſtituitur in priorem debitor actio, ea ſubducta per Velleianum: vt C. ad Vell. l. ſi mulier. niſi fuerit dolo inducta: vt ff. ad Vell. l. quædam. & d. l. ſi Titius. in fi. At ſecus eſſet, vbi nulla eſſet ſecunda obligatio, vt in ſeruo ſubijcitur: quia non poteſt etiam naturaliter teneri fideiubendo vel intercedendo quoquo modo: vt ff. de fideiuſ. l. ſeruus inſcio & l. ſequ. Idẽ etiã in infãte dicatur, qui ſecũdo ſe obligauerit. Nã quũ nulla ſit, non tollitur prima cum non habeat in quẽ trãſeat. Quidam tñ dixerũt naturaliter ſeruũ teneri, etiã fideiubendo, quod falſum eſt: nã nec aliter tenetur, niſi naturaliter: cuius occaſione dominus tenetur de peculio: at hic non tenetur: vt ff. de peculio l. iij. §. ſi fideiuſſor. & facit ad hunc. §. ff. de fideiuſ. l. ſi Titius. §. huic ſimilis.

f ¶*Non idẽ.* ſed quæ eſt ratio diuerſitatis inter hunc. § & ſuperius reſponſũ? Reſp. quia ibi ſaltẽ naturalis obligatio fuit, hic nulla in ſeruo, vt ibi diximus. Item hoc ideo quia pupillus, potuit obligari naturaliter & ciuiliter cũ authoritate tutoris. & per eũ. ſ. creditorẽ ſtetit: quare ſibi imputet. Vñ prior actio tollitur, & poſterior nõ manet. Seruus aũt nullius authoritate põt obligari ciuiliter: ideoque non imputatur. ſ. creditori. vnde etiam actio prior durat.

A D D. *Dic quòd ſeruus nõ poteſt eſſe fideiuſſor alicuius, niſi ex cauſa peculiari: vt. l. iij. §.* [redacted]*ilius. ff. de pecul. Angelus.*

g ¶*Stipulatus.* i. interrogatus. Stipulor enim, id eſt, interrogo, ſecundum Priſcianum, ſic accipitur. ff. de condictione indebiti. lege ſi non ſortem. §. ſi decem.

Hæc clauſula vnde &c. vſq; ad illam quod etiã, non eſt Accurſij.

Seruus nõ poteſt obligari fideiubendo.

Stipulor ſignificat interrogo.

Nouatio triplici in re fit.

poſtea ſtipuleris: ita demũ nouatio fit[a] ſi quid in poſteriore ſtipulatione noui ſit: fortè ſi cõditio, aut dies, aut fideiuſſor adijciatur, aut detrahatur. Quod autem[b] diximus, ſi conditio adiiciatur, nouationem fieri: ſic intelligi oportet, vt ita dicamus factam nouationẽ, ſi conditio extiterit: alioqui, ſi defecerit, durat prior obligatio. Sed cùm hoc quidem inter veteres conſtabat, tunc fieri nouationem, cum nouandi[c] animo in ſecundam obligationem itum fuerat: per hoc autem dubium erat, quando nouandi[d] animo videretur hoc fieri, & quaſdam de hoc præſumptiones alij in aliis caſibus introducebant[e]: ideo noſtra proceſsit conſtitutio[f], quæ apertiſſimè definiuit: tunc ſolùm nouationem [illegible] ~~obligationis~~ fieri, quoties hoc ipſum inter contrahẽtes expreſſum fuerit, quod propter nouationem prioris ~~obligationis~~ conuenerunt: alioqui & manere priſtinam obligationẽ, & ſecundam ei accedere[g], vt maneat ex vtraque cauſa obligatio, ſecundum noſtræ conſtitutionis definitionẽ, quã licet ex ipſius lectione apertius cognoſcere.

¶*Contractus qui conſenſu cõtrahitur, contrario cõſenſu re non ſecuta diſſoluitur. Aret.*

¶Hoc amplius, eæ obligationes, quæ conſenſu[h] contrahuntur, contraria voluntate diſſoluuntur. Nam ſi Titius & Seius inter ſe conſenſerint, vt fundum Tuſculanum emptum Seius haberet centum aureis: deinde re nõdum ſecuta, id eſt,

a ¶*Nouatio fit.* nota hic tria iuta circa nouationem, antiquiſſimum, vbi etiam ſi nihil noui interueniret, fiebat tamen nouatio: vt ff. de actio. & obliga. l. obligationum fere. §. fina. Item nouũ, vbi nouatio præſumpta fiebat, quoties noui quid interueniret: & ſemp intelligebatur hoc agi vt hic, & ff. de nouat. l. ij. Item tertiũ, quãdo hoc expreſſum diceretur: vt C. de nouatio. l. fina. Vel dic tantũ (& verius) duo eſſe. Primo fiebat ſi hoc agebatur expreſſe vel tacite: vt ff. eod. de nouatio. l. ij. & nouo iure (ſi id exprimatur: vt J. eod. § proximo. & in dicta. l. obligationum fere.) nouum interueniebat. ſ. ſtipulatio pœnalis. & facit ad hoc §. quibus modis teſtamẽ. infr. §. j. & ff. de re iudicata. l. iiij. §. ſi ex conuentione. & §. ſed & ſi pignora.

ADD. *Et nota quod caſus, in quibus olim ex verbis expreſſis inſurgebat tacita coniectura nouationis, hodie non corriguntur: quia in illis fit nouatio ſaltem ope exceptionis. Angelus.*

b ¶*Quod aũt.* facit. ff. de noua. lege quoties.

c ¶*Cum nouandi.* expreſſe vel tacite.

d ¶*Quando nouandi.* ſ. tacite.

e ¶*Introducebant.* & alij in alijs: vt quia forte aliquid noui in obligatiõe erat adiectũ: vt §. eo. §. verſicu. ſed ſi eadem.

f ¶*Cõſtitutio.* vt C. de nouatio. l. ſi. Accur.

g ¶*Accedere.* fit tamen exactio tantum ſemel de eo: vt ff. de reg. iur. l. bonæ fides.

¶*Hoc amplius.* CASVS. Iã vidiſtis tres modos principales tollendæ obligationis, quarto etiam modo obligationes, quæ cõſenſu naſcuntur, contrario conſenſu tollũtur: veluti, ſi conuenerit inter me & Titium, vt fundum Tuſculanum habeam emptum pro centum, deinde nõdum precio ſoluto, nec fundo tradito, placuerit inter nos, quod ab emptione & venditione diſcedatur, inuicẽ liberamur: & ſic per contrarium conſenſum tollitur obligatio conſenſu contracta. Idem etiam intelligas in omnib[us] alijs contractibus ex cõſenſu deſcendentibus. hoc dicit vſque ad finẽ.

h ¶*Quæ conſenſu.* ſcilicet ſolo, ſed quæ ſunt hæ? Reſpon. enumerantur: §. de obli. ex conſenſu. Itẽ in quibuſdam ex maleficio, vt nudo cõſenſu etiam tollantur ipſo iure, vt iniuriarũ, itẽ furti, & ſimiles: vt ff. de pac. l. ſi tibi decẽ. §. quædam actiones. aliæ non ipſo iure tolluntur conſenſu. ſ. pacto de nõ petendo,

do, ſed per exceptionem: vt ff. de pac. l. ſi vnus. §. pactus. Accurſius.

a ¶ *Neque pretio ſoluto.* ſed quid ſi partem pretij ſoluat? Reſpon. nõ eſt res integra, & ideo oon receditur nudo conſenſu, ſed ita demum ſi hincinde facta ſit retro traditio: vt C. qñ. li. ab emp. diſce. l. j. & ff. de pac. l. ab emptioe. & eſt ratio vtrobiq; : quia nihil eſt tã conueniens naturali æquitati, quã eodẽ genere quodq; diſſolui, quo ligatũ eſt: vt ff. de reg. iur. l. nihil.

neque pretio ſoluto[a], neque fundo tradito, placuerit inter eos, vt diſcederetur ab ea emptione & venditione: inuicem liberantur. Idem eſt in conductione & locatione, & in omnibus contractib[b], qui ex conſenſu, deſcendunt: ſicut iam dictum eſt.[b].

Finis tertij Libri.

b ¶ *Dictũ eſt.* ſ. eod. §. & no. in fi. huius tit. xij. eſſe modos per quos tollitur obligatio tã ciuilis quã naturalis ipſo iure, vt nullæ maneant reliquię. Per ſolu. vt. ſ. eo. i. prio. Itẽ per accep. vt ſ. eod. §. Itẽ per accepzilationem. Item per nouationem voluntariam: vt ſ eo. §. præterea. & ſ. proxi. §. Item per nouationem neceſſariam, vt per ſententiam & cõteſtationem litis, vt ſi alius meo nomine ſubeat pro me iudicium animo nouandi, & liberandi me: vt ff. de noua. l. delegare. j. §. & l. aliam. Item per compenſationẽ: vt. j. de act. §. penul. & § in bonæ fidei. Itẽ per delegationem: vt ff. de noua. l. delegare. j. reſpon. Item per cõfuſionem debiti: vt ff. de fideiuſ. l. ſi debitori creditor. Itẽ per oblationem, conſignationem, & depoſitionem. vt C. de ſol. l. obſignatione. & etiam ipſo iure: vt ff. depoſi. l. j. §. ſi pecunia. in fi. §. Item per interitum ſpeciei: vt ff. de verb. obli. l. ſi ex legati. Item maleficio ſuo mora non præcedente, vt per cõſtitutionem, ſi quis in tantam. vel per edictum diui Marci: vt C. vñ vi. l. ſi quis in tantam. & ff. quod metus cau. l. extat. & ff. ad legẽ Iuliam de vi priua. l. penul. Item nudo coofenſu qnandoq;: vt in hoc §. Item nudo pacto, vt in maleficijs. Sed & alijs modis tollitur non vtraq;. ſ. ciuilis & naturalis, ſed interdum ciuilis tantum, & remanet naturalis, vt per ſententiã: vt ff. de condic. indeb. l. Iulianus. Itẽ remanet ciuilis, & tollitur naturalis, vt per pactum, & chirographi redditionem & iuſiurandum: vt ff. de ſolu. l. Stichum. §. naturalis. Ipſa etiam ciuilis ſic elidi-tur, vt non habeat vigotẽ: vt. j. de except. §. præterea. Item ſunt & alij mbdi, quibus tollitur obligatio per exceptionẽ: quos habemus. j. de except. per totum. Accurſi.

INSTITVTIONŨ, ſiue elementorum D. Iuſtiniani ſacratiſsimi Principis. Liber. IIII.

TITVLVS. I.

DE OBLIGATIONIBUS QUÆ EX DELICTO NAſCUNTUR.

DE OBLIGATIONIB[9] quæ ex delicto naſcuntur.

¶ *Continuatio eſt facilis & aperta ex ipſo textu ſed diuiſus hic liber ab Imperatore neceſſariis commodè videtur: quum præſertim eius magna pars ad obligationum tractatum pertineat. Sic tamen à Theophilo. diſtinctus eſt. Quidam teſtantur ſe vidiſſe librũ antiquum, in quo liber 3. incipiebat à tit. de obliga. liber verò 4. ab actionibus.*

¶ *Omnis obligatio ex delicto, naſcitur ex re, id eſt, ex maleficio. Aretinus.*

CVm ſit expoſitum libro

CVm ſit. Totus iſte tit. in nouem partes diuiditur. Primo cõtinuat iſtũ librũ ad librũ præcedentẽ. Secundo ponit definitionem, alluſionẽ, & diuiſionẽ furti: ibi, Furtum, eſt contrectatio. Tertio ponit duo genera furtorum, eorum pœnam annectendo: ibi, Manifeſtum eſt. Quarto in quibus rebus fiat furtum, & quando fur excuſetur: ibi, Furtum autẽ fit. Quinto quando quis præſtat opem: Ibi, Interdum furti. Sexto quando illi, qui ſunt in poteſtate alterius ſ. domino vel patri furantur: ibi, Hi qui. Septimo cui competit actio furti: ibi, Furti autem actio. Octauo an impubes committeos furtum teneatur: ibi, In ſumma. Vltimo ponit, quæ ſit vera pœna furti manifeſti.

CASVS. Cum igitur in ſuperioribus ſatis dictum ſit de obligationibus, quæ ex contractu vel quaſi contractu naſcuntur, nunc tractandum eſt de obligationibus, quæ ex maleficio vel quaſi deſcendunt. Scire tamen debetis, quod obligationes quæ naſcuntur ex contractu in quadruplici geocre reperiuntur, vel in quatuor genera diuiduntur. obligationes tamen quæ naſcuntur ex maleficio, in vno genere reperiuntur. ſemper enim

ſuperiori de obligationibus ex contractu[a], & quaſi ex cōtractu[b] ſequitur vt de obligationibus ex maleficio[c], & quaſi ex maleficio diſpiciamus. Sed illæ[d] quidem (vt ſuo loco tradidimus) in quatuor genera diuidūtur[e]; hæ[f] verò vnius generis ſunt. nam oēs ex re naſcuntur, id eſt, ex ipſo maleficio: veluti ex furto, rapina, damno, iniuria[g].

¶ *Furtum latius clariúsq; ſic definitur: furtum eſt contrectatio rei alienæ, inuito domino, fraudulosa, lucri faciendi gratia, vel ipſius rei, vel etiam vſus eius, vel poſſeſſionis.*

¶ Furtum eſt contrectatio[h] frau-

naſcuntur ex re ipſa, id eſt, ab ipſo delicto perpetrato veluti ex furto, aut damno, aut iniuria. hoc dicit. Sed ſuper. §. iſto dubitari poteſt ſuper id quod dicit, quod obligationes ex contractu in quatuor genera diuidūtur: obligationes tamen quę ex maleficio naſcuntur, ſūt vnius generis. Et quia ſicut obligationes, quæ ex contractu naſcuntur: aliquando ex re, aliquando ex verbis, aliquando ex literis, aliquādo ex conſenſu naſcuntur: ſic obligatio, quæ ex maleficio oriuntur, aliquando ſūt re, vt patet in furto: aliquando verbis, vt patet in contumelia: aliquando literis, vt patet in libello famoſo ad infamiam alicuius compoſito: quid eſt ergo quod dicit obligatio. ex maleficio eſſe vnius generis magis, quam obligationes ex contractu? Si dicas, quod omnes naſcuntur ex re ipſa, id eſt ex maleficio ipſo: ſic ſimiliter & ex alia parte omnes obligationes ex contractu naſcuntur. Ad hoc dicas, quod ex vno fonte naſcuntur obligatio. ex maleficio, ideòque omnes ſunt eiuſdem generis. vnde licet omnes ſint odioſæ, & ſtricti iuris, & diuerſam habeant pœnā: ſecus tamen eſt in obligationibus quæ naſcuntur ex contractu: quia diuerſam ſortiuntur naturam ſecundum diuerſam contractuum qualitatem. Quædam enim ſunt obligationes bonæ fidei, quædam ſtricti iuris. Item obliga. quæ fiunt ex maleficio, ſtatim obligant maleficio commiſſo. ſic autem non eſt in obligationibus, quæ naſcuntur ex contractu. Sed diceret aliquis: Nonne actio iniuriæ diſſimulatione aboletur? quare ergo ipſo maleficio non videretur malefactor obligatus? Reſpon. imo deberes contrarium concludere: ſi enim aboletur diſſimulatione, ergo nata fuit. hoc dicit. Franci.

a ¶ *Ex contractu.* vt ſupra de obligatio. ex contractu. vſque ad tit. de obliga. ex quaſi contractu.

b ¶ *Quaſi ex contractu.* vt ſupra de obliga quæ ex quaſi contractu. Accurſius.

c ¶ *Ex maleficio.* eaue tibi: quia licet hic promittat dicere de omnibus his, non tamen dicet in hoc titu. de ijs quæ ſunt ex quaſi maleficio: ſed dicet. ī de obliga. ex quaſi malefi. Nec etiam de omnibus, quæ ex maleficio, ſed de ſolo furto agitur in hoc tit. ſicut & alias rubrica eſt generalior, quam ſit text. vt ff. ſi cer. peta. & de con. cer. & C. de rebus cre. & iureiur. Nam non dicit ibi de rebus cred. ſed in ſequentibus ſit. poſt illum.

ADDITIO *Nota, quòd non eſt inconueniēs, quod rubrica ſit aliquando generalior tex. de quo dic vt dictum eſt ſupra in rubrica proœmij. Ang.*

d ¶ *Sed illæ.* ſ. quæ ſunt ex cōtractu: non autem repetit eas: quæ ſunt ex quaſi contractu.

e ¶ *Diuiduntur.* ſ. re, verbis, literis, & cōſenſu: vt ſ. de obliga. §. fina.

f ¶ *Hæ.* ſ. quę ſūt ex maleficio, vel quaſi.

g ¶ *Iniuria.* ſed nonne fit iniuria verbis, & conuitio: vt ff. de iniur. l. j. §. iniuria. Itē literis infamatorijs: vt ff. de iniur. l. lex Cornelia. § ſi quis librum. & ſ. de iniur. §. j. Sed certe & tunc ex maleficio fit, & de re fit: quia maleficium fit verbis vel literis: & ſic habet locum, quod hic dicitur, Accurſius.

¶ *Furtū &c.* CASVS. Quęſiui à Legiſlatore quid eſſet furtum, & quid rapina &c. Et ipſe primo ponit definitionem de furto, dicens, quod furtum eſt contrectatio rei alienæ inuito domino. & exponit hoc nomen rei di. ſiue ipſius rei, id eſt, proprietatis, ſiue poſſeſſionis. & iſtud furtum communiter fuit prohibitum à lege diuina. ſ. per præceptum illud. Non furtum facies. h. d. Franc.

h ¶ *Furtum eſt contrectatio. &c.* & facit extra de elec. ca. dudum. ij. circa princip. in ver. retinendo. & ibi gl. furtum. hæc exigitur in furto, & ſine ea non fit furtum: licet voluntas, vel alia verba, vel ſcriptura interueniat: vt ff. eodem lege ſi quis vxori. §. ſi quis aſinum. & l. inficiando. in princ. & l. j. §. ſola. Quandoq; tamen ſine contrectatione, vt in charta raſa: vt ff. eod. de fur. l. qui tabulas. § fi. & l. ſi quis vxori. §. ſi quis aſinum. Sed certe ibi contrectatio interceſſit, cum generaliter contrectationem accipiamus: licet non fuerit ibi amoſlo. Accurſius.

ADDITIO *Ant. Auguſtinus lib. emēd.* 4. c.

dulosa [a] lucri faciendi gratia, vel ipſius [b] rei [c], vel etiam vſus [d] eius, poſſeſsionis [e] ve: quod lege naturali [f] prohibitum eſt admittere. Furtū autē vel à furuo, id eſt, nigro dictū eſt quod [g] clam & obſcure fit, & plerunq; nocte, vel à fraude: vel à ferendo, id eſt, auferendo [h]: vel a Græco [i] ſermone, qui φῶρας appellant fures. Imò & Græci ἀπὸ τοῦ φέρειν φῶρας dixerunt.

¶ Qui cum re furtiua antè, quam eò perueneris, quo furtum perferre deſtinaret, vbiuis locorum deprehenſus fuit, fur eſt manifeſtus: qui ſi locum deſtinatum iam aduentarit, etiã ſi demum cum re deprehendatur, nõ manifeſtus dicitur.

¶ Furtorum autē duo ſunt genera: manifeſtum, & nec manifeſtum.

4.c.4. *legit ex Pand. Flor. cõtrectatio rei fraudulosa &c. quam ſcriptu.ã vetus codex Germani Colladonij iuriſconſulti. doctiſſimi confirmat.*

a ¶ *Fraudulosa.* hoc ideo dicit, quia ſi credat ſibi licere nõ facit furtũ: vt ĩ titul. pri. §. quia tamẽ. Item ſi credat dominum permiſſurum, non facit furtum. ĩ. eod. §. placuit. In duobus tamen caſibus videtur furtum fieri etiã ſine fraude furandi. vt in eo qui ſaccum pecuniæ ſurripuit. Nam etiã tacet nomine furti tenetur: licet ſaccum nõ propoſuerit furari, ſed pecuniam: vt ff. eo. l. qui ſaccum. Sed certe licet non principaliter, ſecundario tamen voluit ſaccum ſurripere. Alius caſus eſt: vt ff. de condi. cau. da. l. pe. §. ſed ſi tuus. in glo. fina. Item ſubaudi ad diffinitionem, quæ fit inuito domino: nam eo volente non poteſt committi furtum. vt ĩ. eo § placuit.

b ¶ *Vel ipſius.* ſcilicet rei, id eſt, proprie totius rei.

c ¶ *Rei.* ſubaudi mobilis. nam de immobili non poteſt fieri furtum: vt ſupra de vſuc. §. quod autem. niſi in caſu, vt in certa. Sed certe iam illa eſt mobilis: vt ff. e. de fur. l. ſi certæ. Item ſubaudi, corporalis. nam de incorporalibus nõ fit furtum: cum nec contrectatio in his eſſe poſſit: vt ff. de acqui. re. do. l. ſeruus. §. incorporales. Item ſubaudi, alienæ: quia rei meæ non facio furtum, in eo quod eſt meum, ſed ſecus in communi: vt ff. eodẽ. l. ſi locius. Idem & ſi eſt nullius: vt hæreditariæ rei, non fit furtum: vt ff. eodem. l. hereditariæ. & ideo dixi ſubaudi. alienæ.

d ¶ *Vſus.* vt habes exemplum. ĩ. eod. tit. §. furtum autem fit. Sed qualiter quadruplicatur hic? Reſpon. vſus æſtimatio tantum quadruplicabitur, vt non plus extendatur pœna, quam delictum: vt C. de pœ. lege ſancimus. in fine. & facit. ff. eodem lege vulgaris. in fine. & lege ſi quid fur. primo reſponſo. §. j. & §. ij. & lege verum eſt. Alij dicunt etiam ipſam proprietatem debere æſtimari quia non poteſt ſeparari vſus à proprietate: vt ff. eo. lege qui iumenta. & lege ſi vendidero. §. cum autem. Prima tamen verior eſt: vt nota. in lege ſecunda C. de ſer. fug.

ADDITIO *Dic primam opinio. quòd vſus tãtum quadruplatur, tenet glo. in l. ij. C. de ſer. fugi. & ibi Cyn. & docto. in gloſ. in. l. qui furtum. ff. de condic. fur. & iſtam opinio. ſequitur Bart. in dicta. l. qui in memia. ff. eodem. Angelus.*

e ¶ *Poſſeſſionis.* ex hoc dico ipſam poſſeſſionem duplicari, cum aliud ſit pretiũ rei, aliud poſſeſſionis: vt ff. vti poſ. leg. ſi duo. §. fina. & ſubaudi quod hoc fecerit animo lucrandi, alias non eſt furtum: vt ff. eodem lege prima. §. primo. Accurſius.

f ¶ *Lege naturali.* id eſt, diuina. vnde illud, Non facies furtum &c. Item illud. Quod tibi non vis fieri, alij ne feceris.

A D D I. *Id etiam patet ex. l. probrum. ff. de verb. ſig. quam tamen Alciatus conatus calũniari merito reprehenſus eſt ab Anto. Aug. lib 4. c. 4. Sed quam regulam ſequemur in his diſputationibus hanc, opinor: vt quoties quid humanã ſocietatem diſſoluit, eiq; aduerſatur, id contra ius naturæ eſſe affirmemus. nihil enim tam naturæ conſentaneum eſt, quàm humanæ ſocietatis conſeruatio.*

g ¶ *Quod.* id eſt, quia.

h ¶ *Auferendo.* quia fur auſert.

i ¶ *A Græco.* phor Græcè, dicitur fur Latine. & phoras, id eſt, fures. & epautophoro, id eſt, manifeſtus fur, ſcilicet qui cum re deprehenditur, & eſt indeclinabile. nam apud Græcos aduerbium eſt. alias dicitur autophoros.

¶ *Furtorum autem &c.* C A S V S. Satis ſupra dictum eſt, quid eſt furtum, & vnde dicatur: modo dicendum eſt,

quot ſunt genera furtorũ: & dicitur quod duo: quia furtum aut eſt manifeſtum, aut non manifeſtum. Imo diceret aliquis, quod quatuor ſunt genera furtorum. Aliud eſt manifeſtum, aliud non manifeſtum, aliud conceptum, & aliud oblatũ. Et reſpond. quod non eſt ita: quia conceptum & oblatum ponunt ſpecies potius, quam genera. Et dubitatur ſuper hoc, quod in iſto §. dicitur. quòd ſi extraneus viderit furem rem meã furtiue aſportantem, quòd propter viſionem extranei fur ille dicitur manifeſtus, & ita actiõe furti manifeſti tenetur mihi ad quadruplũ: & ita viſione extranei mihi acquiritur actio: quod eſt contra illud generale: Per liberam perſonam nil nob. acqri. Ad hoc dicunt quidam, quòd hoc eſt ſpeciale in odiũ furti: ſicut & in odium foris hoc introductum eſt, quòd aliquis teneatur act. furti perpetuo, tamen aliæ prætoriæ actiones pœnales ſunt annales. Alij dicunt quòd in iſto caſu mihi acquiritur actio nõ per liberã perſonã: ſed ex delicto furis mihi acquiritur, cum exinde vitiatur. hoc dicit. Fran.

Nam conceptum & oblatum ſpecies[a] potius actionis ſunt furto cohærentes, quàm genera furtorum: ſicut inferius apparebit[b]. Manifeſtus fur eſt, quem Græci ἐπαυτοφώρῳ appellant: nec ſolùm is, qui in ipſo furto deprehenditur, ſed etiam is, qui in eo loco deprehenditur, quo furtum fit: veluti, qui in domo furtum fecit, & nondum egreſſus ianuam deprehenſus fuerit: & qui in olivueto, oliuarum, aut in vineto, vuarum furtum fecit, quandiu in eo oliueto, aut vineto deprehenſus fuerit. Imò vlterius furtum manifeſtum extendendum eſt, quandiu eam rem fur tenens viſus vel deprehenſus fuerit: ſiue in publico, ſiue in priuato, vel à domino, vel ab alio[c] ante, quàm eò peruenerit quò deferre, vel deponere deſtinaſſet[d]. Sed ſi pertulit quò deſtinauit: tametſi deprehendatur cum re furtiua, non eſt manifeſtus fur. Nec manifeſtum[e] furtum quid ſit, ex iis quæ diximus, intelligitur. nam quod manifeſtum non eſt, id ſcilicet nec manifeſtum eſt.

¶ Varia furtorum genera ex quib' quoque varia actionum ſpecies prodibant, hodie in deſuetudinem abierunt: Qui ſciens prudenſq; rei furtiuæ & receptator & occultator eſt, furti non manifeſti obnoxius ſit.

¶ Conceptum furtum dicitur, cùm

a ¶ *Species*. id eſt, caſus. Accur.

b ¶ *Apparebit*. vt j. eod. §. conceptum & §. oblatum. Accur.

AD D. *Quod autẽ ſequitur, ἐπ' αὐτοφώρῳ ſignificat in ipſo furto, ſiue in ipſo actu, dum rem auferret.*

c ¶ *Ab alio*. per hoc videtur infringi regula per liberam perſonam nihil acquiri: vt C. per quas perſ. no. acqui. l. j. quod falſum eſt: quia magis ex delicto ſuo proprio, quam alterius facto hoc euenit: vt ff. de vſu. l. ſi quis ſolutioni §. fin. & ff. quod vi aut clam. l. prohibere. Et ſunt hæc vera niſi in caſu l. cum ſe occultauit ille cui fiebat. Nã licet fur viſus fuerit tamen eſt fur nõ manifeſtus: vt ff. de fur. l. ſi quis in ſeruitute. §. cæterũ.

d ¶ *Deponere deſtinaſſet*. Intantum ſecundum Hug. vt ſi vltra montes perferre deſtinaſſet: tamen ſi deprehendatur ante, erit fur manifeſtus.

e ¶ *Nec manifeſtum*. ſ. quia contrariorũ eadem eſt diſciplina: vt ſ. de his q ſui & ali. iur. ſunt §. j. & facit ad hunc §. ff. eo. l. ij. iij. iiij. v. vj. vij. & viij.

Diſciplina eadem eſt contrariorum.

¶ *Conceptum furtum &c.* C A S V S. Reiectis Aretij nugis, dicamus ex Caij Inſti. lib. 2, titu. vlt. Conceptum furtũ dici, cum res furtiua alicui à fure datur, vt apud ipſum furem inueniri nõ poſſit. Paulus autem lib. ſenten. Concepti, inquit, actiõe is tenetur, apud quem furtum quæſitum, & inuentum eſt: Oblati actione is tenetur, qui rem furtiuam alij obtulit, ne apud ſe inueniretur. Cõcepti is agere poteſt, qui rem concepit, & inuenit: Oblati is agere poteſt, penes quẽ res concepta & inuenta eſt. Hæc ille. Sed cuiuſmodi furtum fuerit quod Per lancem & licium conceptum veteres appellabant, magna quæſtio eſt. Hotomanus ſuſpicabatur id fuiſſe, quod per ſimulationem religionis amicti licio ſacerdotes de-

tes deprehendere ſolebant. quum panem A étite lapide côditum, & in lance cere moniæ cauſa delatum, eum qui furti ſuſpectus erat deuorare iubebant. Qua de re Dioſcoridis verba ſubſcribemus, ἔστι δὲ ἡ λεπτὴ ... ἐπιθείη τις εἰς τὸν προσφερόμενον ἄρτον ὁ γὰρ κλέψας οὐκ ἂν δύναιτο καταπιεῖν τὰ μασσηθέντα. φασὶ δὲ ὅτι καὶ συνεψόμενος ὁ λίθος τοῖς ἐδέσμασι, κλέπτην ἔλεγχος γίνεται. οὐ γὰρ δύναται ὁ κλέψας καταπιεῖν τὰ συνεψόμενα αὐτῷ. Furem quoque Aëtites deprehendit, ſi quis in pane conditũ, offerat: fur enim mãſum deuorare non poterit: quin etiã concoctus, furem coarguit, quippe decocta cum eo, deuorare non poterit.

d ¶ *Ex conſequentia*. hæc non eſt ſemper bona conſequentia, vt ſublata ſolennitate, ideo id tollatur, quod eum ſolennitate fit: vt ī. de ver. oblig. §. ſed hæc. & C. de for. & imp. ſub. l. j. & ij. Accur.

apud aliquem teſtibus præſentibus [a] furtiua res quæſita & inuenta ſit. nam in eũ propria actio conſtituta eſt [b], quamuis fur non ſit, quæ appellatur Concepti. Oblatũ furtũ dicit, cùm res furtiua ab aliquo tibi oblata ſit, eáque apud te concepta ſit: vtiq; ſi ea mente tibi data fuerit, vt apud te potius, quam apud eũ qui dederit, conciperetur. nam tibi apud quem cõcepta ſit, propria aduerſus eum qui obtulit, quamuis fur non ſit, conſtituta eſt actio: quæ appellatur Oblati. Eſt etiã prohibiti furti actio aduerſus eum, qui furtum quærere teſtibus præſentibus volentem prohibuerit. Præterea pœna cõſtituitur edicto Prætoris, per actionem furti non exhibiti, aduerſus eum, qui furtiuam rem apud ſe quæſitam & inuentam non exhibuit. Sed hæ actiones, ſcilicet cõcepti & oblati, & furti prohibiti, necnon furti nõ exhibiti, in deſuetudinem abierunt. Cùm enim requiſitio rei furtiuæ hodie, ſecundum veterem obſeruationem non fiat [c]: meritò ex conſequentia [d], etiã præfatæ actiones ab vſu communi receſſerunt: cùm manifeſtum ſit, quod omnes qui ſcientes rem furtiuam ſuſceperint, & celauerint furti nec manifeſti obnoxii ſunt. Pœna manifeſti [e] furti, quadrupli eſt, tam ex ſerui [f], quam ex liberi perſona: nec manifeſti [g] dupli [h].

¶ *Quævis indebita alienæ rei contrectatio, inuito domino facta furti alligat contrectantem: quapropter, qui re aliena abutitur furtum committit.*

¶ Furtum autem fit, non ſolùm cùm quis intercipiendi cauſa rem alienam amouet. ſed generaliter cùm quis alienam rem

a ¶ *Teſtibus præſentib.* Nota. quod magis dicitur notus ille, qui præſentibus teſtibus in delicto prehẽditur, facit l. hæredes palam. in prin. ff. de teſti. Angelus.

b ¶ *Conſtituta eſt*. ſcilicet olim. Acc.

c ¶ *Non fiat*. imo fit: vt ff. de ſer. fugi. l. j. §. hoc autem. ſed illud eſt ſpeciale in perſona ſerui.

e ¶ *Pœna manifeſti*. quæ eſt de iure prætorio: vt ī. de per pe. & temp. §. j. Accur.

f ¶ *Ex ſerui*. hoc tamen caſu ſeruus pro noxa dari poterit: vt ī. de noxa act. in prin.

g ¶ *Nec manifeſti*. ſ. quæ deſcendit ex lege xij. tabul. vt ī. de no. §. ſunt autẽ. Sed quare minor pœna iure leg. xij. tabu. imponitur quã per prætorem? Reſpon. quia maius delictũ eſt: vt ī. tit. proxi. in prin. præter ea tempore l. xij. tabu. pauperiores erant homines: vnde minores pœnæ imponebantur vt ī. de iniur. §. pœna. Acc.

h ¶ *Dupli*. niſi in caſu: vt C. de ſer. fugi. l. mancipia. Accurſius.

¶ *Furtum autẽ fit &c.* CASVS. Quæſiui à Iuſti. qualiter fieret furtum? Reſpond. dicens, quod nõ ſolum fit furtũ, quando animo intercipiẽdi. i. intrandi proprietatem aliquis quippiam amouerit: ſed etiam cum aliquis rem inuito domino cõtrectat, vnde ſi creditor pigno

inuito domino [a] cõtrectat. Itaque, ſiue creditor pignore, ſiue is apud quem res depoſita eſt, ea re vtatur: ſiue is, qui rem vtendam accipit, in alium vſum eam transferat, quàm cuius gratia ei data eſt, furtum committit: veluti, ſi quis argentũ vtendum acceperit, quaſi amicos ad cœnam inuitaturus, & id peregre ſecum tulerit: aut ſi quis equum geſtandi cauſa [b] commodatum ſibi, longius aliquò duxerit: quod veteres ſcripſerunt de eo, qui in aciem equũ perduxiſſet [c].

eos, qui rebus commodatis aliter vterentur, q̃ vtendas acceperint: ita furtum cõmittere, ſi ſe intelligãt [d] id inuito domino facere: eumq; ſi intellexiſſet, nõ pmiſſurum [e]. at ſi permiſſurũ credãt: extra crimen videri. optima ſanè diſtinctione: quia furtũ ſine affectu furandi nõ committitur [f].

¶ *Contrectans rem, quam cõtrectare credit probabiliter domini voluntate, furti non tenetur.*

¶ *Qui etiam inuito domino contrectare falsò credit, ſi id volẽte domino faciat, furti reus nõ eſt: excipe alieni ſerui improbũ ſolicitatorẽ: quippe q etiã ſi domini conſenſu eius rem aſſequutus fuerit, furti obnoxius eſt: nihilominus ſerui corrupti iudicium ſubiturus.*

¶ Placuit tamen

¶ Sed & ſi credat aliquis inuito domino ſe rem cõmodatã ſibi cõtrecta-

re vtatur vel depoſitarius re depoſita penes ipſum: vel res quæ ad vnũ vſum conceditur, in alium transferatur, quam cuius gratia data eſt: omnibus his caſibus furtum fit. Vnde ſcire debet, q illi, qui habent rem ſibi ad vnũ vſum commodatam: ſi in aliũ vſum conuertãt: ita demum furtũ committunt, ſi ſe intelligãt inuito domino hoc facere. Sed pone qd ſi credant ſe inuito domino hoc facere, ſed dominus hoc ratum habeat, fit ne furtum in hoc caſu? R ñ. quod non. Vnde ad hoc quod commodatarius eõuerrens rem ſibi commodatam in alium vſum, quam in eum ad quem commodata erat, furtum faciat, duo exiguntur, videlicet, quòd credat ſe inuito domino hoc facere, & credat eum non permiſſurum h.d. vſq; ad §. ſed & ſi. Franciſ.

Furtũ facit qui de alieno largitur.

Prætor plˀ punit quã lex xij. tabularum.

a ¶ *Inuito domino.* & quãdoque volente: vt ĩ. eo. §. vnde illud. Acc.

b ¶ *Geſtandi cauſa.* id eſt ducendi.

c ¶ ¶ *Perduxiſſet.* idem eſt, & ſi aliij cõmodauit. ſpecies enim furti eſt de alieno largiri: vt ff. eo. l. ſi pignore. §. j.

d ¶ *Intelligant.* & eſt ratio: qa voluptas diſtinguit maleficia: vt ff. e. l. qui iniuriæ. in h. j. reſpõ. & facit C. ad l. Cornel. de ſica. l. j. & ff. ſi cer. pe. l. qd te*. patet in e. cũ de voluntate. extra de ſen. excom.

* *Hoc non eſt Accur.*

e ¶ *Permiſſurũ.* qd ſi hoc credidit. ſ. dominũ p miſſurum: ſed ſtulte credebat? R ñd. furti nõ tenetur: cũ nõ fiat furtum abſq; effectu vt hic ſubijcit, & ĩ. de vſucap. §. item ſi is. & facit. ff. de furt. l. inter oẽs. §. recte. Sed actiõe ex eo cõtractu vt commodati vel ſimili, bene tenetur: vt ff. eõ. l. q re ſibi cõmodata. Sed ſecus, ſi ſtulte opinor te permiſſurũ rẽ tuã accipere: vt ff. de fur. l. q var. §. vetare. Acc.

A D D. *Quid autem in filio familias, vxore, viro, vel monacho corruptis: an habeat locũ pœna iſtius. §. dic vt per Angelum hic.*

f ¶ *Non committitur.* niſi in duobus caſibus, vt dixi ĩ. eo. § j. Accur.

A D D. *No. cõtra illos qui accipiunt in cõmodatum equũ vſq; ad villam, & poſtea ducũt eum Bononiam: quia furtum committunt. Angel.*

A D D. *Geſtari hoc loco eſt, vel voluptatis gratia, vel valetudinis, ſella geſtatoria aut lectica portari. Brutus autem apud Gell. libr. teſtatur olim quendam furti damnatum fuiſſe, quòd iumentum alìorſum duxiſſet, quàm quò vtendum acceperat, idque Mutium Scæuolam reſpondiſſe. Quod & Valerius Max. lib. 8. c. 2. refert de eo, qui equo, cuius illi vſus vſque ad Ariciam commodatus fuerat, vlteriore eius municipij cliuo vectus eſſet.*

¶ *Sed & ſi.* C A S V S. Suprà dictũ eſt, q furtũ non fit, niſi cõtrectatione rei alienæ & dño inuito. & ita neceſſe eſt, q duo cõcurrant, ſ. q contrectans credat ſe inuito dño contrectare: & q dño inuito contrectet. & qa ita eſt: ideo quæritur, vtrũ verũ eſſet furtũ cõmiſſum in tali caſu: Titius acceſſit ad ſeruũ meum, & eũ ſolicitauit hoc modo: Serue nequã, vade furare dño tuo res iſtas: & cũ eis venias ad me ad caſtrum meũ, & ego bene defendã te contra dñm tuũ. Seruus autẽ ille acceſſit ad me domi-

re, domino autem volente id fiat: dicitur furtum [a] non fieri. Vnde illud quæſitum eſt, cùm Titius ſeruũ Mæuii ſolicitauerit, vt quaſdam res domino [b] ſubriperet, & ad eum [c] perferret, & ſeru' id ad Mæuium pertulerit [d]: Mæuius autẽ dum vult Titiũ in ipſo delicto deprehendere, permiſerit ſeruo quaſdã res ad eum perferre: verũ furti, an ſerui corrupti iudicio teneatur Titi', an neutro? Et cùm nobis ſuper hac dubitatione ſuggeſtũ eſt, & antiquorũ prudentium ſuper hoc altercationes perſpeximus: quibuſdã neq; furti neq; ſerui corrupti actionem præſtãtibus, quibuſdã furti tãtummodo: nos huiuſmodi calliditati obuiam eũtes, per noſtram deciſionem [e] ſancimus non ſolum furti actionem [f] ſed & ſerui corrupti contra eum dari. Licet [g] enim is ſeruus deterior à ſolicitatore minimè factus eſt, & ideo non concurrant regulæ [h] quæ ſerui corrupti actionem introducunt: tamẽ conſilium corruptoris ad perniciẽ [i] probitatis ſerui introductum eſt: vt ſit ei pœnalis actio impoſita, tanquam ſi re ipſa fuiſſet ſeru' corruptus: ne ex huiuſmodi impunitate [k] & in alium ſeruũ, qui facilè poſſet corrumpi, tale facinus à quibuſdam [l] perpetretur.

dominum ſuum: & intimauit mihi omnia hæc. Ego autẽ volens Titium in furto deprehendere, dixi illi ſeruo meo Serue bone & fidelis ſuper multa te conſtituã. vnde volo, quod res illas capias & fugias ad Titiũ ſolicitatorem. Seruus autẽ me de voluntate mea res illas detulit ad Titium: venio poſtea ego, & res meas furtiuas ſeu furtiuas, ſimul cũ ſeruo meo inuenio apud Titiũ: facio eũ in iudicium conueniri, & intento contra eũ, tam actionem furti, quam ſerui corrupti. Ex aduerſo aduocati Titii ipſũ viriliter defendentes dicunt ſe paratos eſſe oſtẽdere, quod neutra iſtarum actione teneatur. Innotuit enim iã nobis tota veritas. Actione enim ſerui corrupti non tenetur, dicunt ipſi: quia ſeruus non eſt corruptus: quia non habet res illas me inuito: ſed magis me volente: & iuſſu meo fuerũt ſibi deportatæ. Sup iſta quæſtiõe olim fuit magna dubitatio, conſtitutio tñ dñi Iuſti. ſtatuit, q teneatur actionibus ambabus: qa quãtũ i eo fuit, ipſe res illas inuito dño contrectauit & etiã ſeruũ corrupit. Et propter hoc ſtatuit Iuſtin. q prædictis duabus actionibus teneatur, vt auferatur occaſio delinquẽdi: ne furte ſi in caſu iſto impunitus remaneret, ex hui' impunitate alij temptarent ſeruos alienos corrumpere, q de facili, poſſent corumpi: quanq iſte bonus nõ fuit corruptus. h d. & litera plana eſt vſque ad §. interdum quoque furti. Franc.

a ¶ *Furtum.* vt furti actio naſcatur, furtũ tamen fit ſecundum quoſdam. Sed certe ſmo nec furtũ fit: vt ff. e. l. inter oẽs. §. pe.

b ¶ *Domino.* ſcilicet Mæuio.

c ¶ *Et ad eum.* ſcilicet Titium.

d ¶ *Pertulerit.* i. domino hoc renuntiauerit: vt C. de fur. l. ſi quis ſeruo alieno perſuaſerit.

e ¶ *Deciſionem.* vt C. de fur. & ſer. corrup. l. ſi quis ſeruo alieno perſuaſerit.

f ¶ *Furti actionẽ.* ſpeciale eſt, quod hic dicitur: alias nõ fit furtũ volenti: vt ſ. proxi. §. & ff. de don. inter vir. & vxo. l. de eo. in fine. quæ eſt contra. Sed videtur q nec hoc caſu debeat eſſe ſpeciale: vt C. de ſer. fug. l. quicunq;. §. fi. Sed ibi incepit malitia à domino hic autem ab ipſo corrumpente. Acc.

g ¶ *Licet.* i. quãuis. Accur.

h ¶ *Regulæ.* quas regulas habemus. ff. de ſeruo cor. l. j. in prin. & per totum titulum.

i ¶ *Perniciem.* i. deſtructionẽ.

k ¶ *Impunitate.* ſic j. titu §. ſed nedum talia.

l ¶ *Quibuſdam.* item vt vnius pœna ſit metus multorũ: vt C. ad legem Iul. rep. l. j. Et nota in hoc. §. puniri affectum, etſi nõ ſequatur effectus. ſic. C. de epiſc. & cle. l. ſi quis non dicã. & C. de iis qui ad eccl. cõfu. l. præſenti. Arg. contra. ff. de pœ. l. cogitationis. Sed certe hæc cogitatio iam deuenerat ad aliquem actum: vnde non erat nuda. Acc.

Affectus punitur, licet non ſequatur effectus.

ADDITIO. *Tu dic circa iſtam materiã, quòd aut quis non cogitat delinquere: nec agit, nec perficit, & regulariter non tenetur. fallit in caſu lege quiſquis. Cod. ad legem Iuliam. maieſtatis. & lege ii. Codi. de liber. & eorum lib. aut cogitat tantum: & iure poli punitur, nõ*

ſori. Aut cogitat & agit, ſed non perficit, & tunc ciuilis actio non datur, niſi delictum de facili transeat in exemplũ, vt hic. In criminali autem diſtingue: quia pro delicto acceſſorio, puta: quia fregit oſtium vel feneſtras, punitur: nõ pro principali, niſi proceſſerit ad actum proximum ipſi delicto. quod ex facti impedimento non perfecerit. Aut egit & perfecit, ſed non cogitauit. & tunc ſiue culpa id euenerit, ſiue caſu, ſemper tenetur: dummodo culpa præceſſerit caſum. minus tamen punitur. quatenus ex leuiori culpa fuit obnoxius. Quãdo autem agit, cogitat & perficit: clarũ eſt ipſum fore puniendum: nec eſt locus pœnitentiæ l. qui ea mente ff. eo. fallit in l. ij. ff de cri. ſtel. Angel.

¶ *In filijs in poteſtate poteſt etiam furtũ committi. Are.*

¶ Interdum etiam liberorum hominum furtum fit[a]: veluti ſi quis liberorum noſtrorum, qui in poteſtate noſtra ſunt, ſubreptus fuerit.

¶ *Debitor qui ſurripit rem pignoratam creditori, furti tenetur.*

¶ Aliquãdo autem etiam ſuæ rei furtum quis committit: veluti ſi debitor rem, quam creditori pignoris cauſa dedit, ſubtraxerit[b].

¶ *Furti quoque actione tenetur non modò qui furatur, verùm etiam qui opem & conſilium ad id patrandum præſtat, eademq; pœna qua fur condemnandus eſt: qui ſi conſilium tantùm dederit, non tenetur.*

¶ Interdum quoq; furti tenetur[c], qui ipſe furtum non fecit: qualis eſt is, cuius ope & conſilio furtum factum eſt. In quo numero eſt, qui tibi nummos excuſſerit ...

furti non naſcitur: vt ✠. eo §. ij qui. Interdum furtũ fit & actio oritur, ſed non fit res furtiua. vt hic dicitur.

¶ *Interdum quoque furti.* CASVS. Scire debes, quod quandoque tenetur ille qui furtum non facit: & hoc reperitur in illo, cuius ope & coſilio furtum factum eſt: cuiuſmodi eſt ille, qui de manu tua pecuniam ſeu nummos excuſſerit vt ab alio ſurriperentur: & etiam qui tibi volenti euadere reſiſtit, vt alius res tuas rapere: necnon & ille qui panno rubro, vel aliquo alio modo oues vel boues fugauerit, vt alius abigens eas ſurriperet. Et hoc verum eſt, ſi hoc eo animo fecerit, vt alius eas ſurriperet. Si enim per laſciuiam hoc fecerit, & nõ vt ab aliquo alio ſurriperentur, tũc non tenetur actiu. fur. ſed lege. Aquil. Cum autem ope vnius alter furtum fecerit, ambo act. furt. tenẽtur. Et tunc ibi, quòd bene ſciat literã & naturam diſtinguere: quia, quod iam dictum eſt, quòd ille cuius ope fit furtum, tenetur actio. furt. intellige de eo, qui opem expreſſam præbuit: ſicut ſi aliquis furtum volenti facere, ſciens quid ipſe facturus eſſet, accommodauit ſcalas, vt feneſtram aſcendat & frangat. nam aliter vult litera ſequens, ſcilicet quod ille qui præbet conſilium tantum facienti furtum, act. furt. non teneatur: veluti ſi aliquis ſolũ conſilium dederit alicui facienti furtum: quia tunc actione furtiua non tenebitur. hoc dicit. Et ita habes in hoc §. tres caſus. vnus eſt, quando aliquis opem vel conſilium expreſſum præbuit furtum facienti. ſecundus quando opem vel conſilium tacitum, tertius quando ſolum conſilium, & non opem. In primis duobus caſibus tenetur act. furt. in tertio non tenetur. h. d. Fran.

a ¶ *Furtum fit.* non ratione dominij, ſed maleficij: & ideo ex hoc maleficio non ciuiliter, ſed criminaliter agitur. Nam cum ſit liberum corpus, non recipit æſtimationem: vt j. de ob. quæ quaſi ex del. § ob hominẽ. criminaliter autem extra ordinem ageretur: vt ff. eo. l. fi. & de priua. delic. l. fi. mater vero nõ agit. ſed & pater non agit cõdictione furtiua: cũ ipſa ad poſſeſſionem vel proprietatẽ competat, quorum neutrum in filio habet locũ: vt ff. eod. l. cum qui. § an pater. verſicu. ſi filius. & l. mater. in princip. & §. liberorũ. & ff. de acquir. poſſ. l. cum hæredes. §. fi. & ff. de rei vendicat. l. j. §. per hanc.

Corpus liberum, eſt inæſtimabile.

Condictio furtiua ad poſſeſſionẽ vel proprietatem competit.

ADDITIO. *Iſtam gloſſ. reprobant docto. quia imo ciuiliter agitur, & duplicantur opera vel damna, quæ pater ſuſtinuit: qui licet non proprie, largo tamen modo habet in filium dominium & poſſeſſionem: quod patet, quia habet rei vendi. de iure Romano: vt l. j. §. j. ff. de rei vendicatio.*

b ¶ *Subtraxerit.* ſed hæc res non efficitur furtiua: vt ff. de vſucapionibus. l. ſequitur. §. ſi rem: & ff. pro emp. l. ſi rem. Vnde dic. quòd quandoque eſt res furtiua, & fit furtum, & naſcitur actio furti: vt fere in toto hoc titulo. & ff. eo. & C. eod. Interdum nullum eorum eſt: vt ſi re mea vtar. Interdum furtum fit, & res furtiua, ſed actio

Fur, furtiua res & condictio furti, quandoque ſeparantur.

c ¶ *Furti tenetur.* non manifeſti: licet etiam deprehendatur: vt ff. eodem. lege is qui.

¶ *Alius*

moſ excuſſit. vt alius eos raperet: aut tibi obſtiterit, vt alius[a] rem tuam exciperet: aut oues tuas vel boues fugauerit, vt alius eas acciperet. Et hoc veteres ſcripſerunt de eo, qui panno rubro fugauit armentũ. Sed ſi quid eorum per laſciuiam[b], & non data opera, vt furtum admitteretur, factũ eſt: in factũ[c] actio dari debet. At vbi[d] ope Mæuij Titius furtum fecerit. ambo furti tenẽtur. Quo conſilio eius quoque furtum admitti videtur qui ſcalas forte feneſtris ſupponit[e]: aut ipſas feneſtras vel oſtium effringit, vt alius furtum faceret: quive ferramenta ad effringendum, aut ſcalas, vt feneſtris ſupponerẽtur, cõmodauerit, ſciens cuius rei gratia cõmodauerit. Certè, qui nullam opem ad furtum faciendum adhibuit, ſed tantum conſilium dedit: atque hortatus eſt ad furtũ faciẽdum non tenetur furti[f].

¶ Furtum in re noſtra ſi ſeruus, aut quem in poteſtate habemus filius fecerit: nulla inde nobis naſcitur actio. Aduerſus eum autem, qui aut ope aut conſilio eos iuuerit: furti actio propoſita eſt.

¶ Ii, qui in parentum vel dominorũ poteſtate ſunt, ſi rem eis ſurripiũt, furtum quidem faciunt: & res in furtiuam cauſam cadit: nec ob id[g] ab vllo vſucapi poteſt ante, quam in domini poteſtatẽ reuertatur. ſed furti actio non naſcitur[h]: quia nec ex alia vlla cauſa po-

a ¶. *Alius*. facit ad hoc. ff. ad leg. Aquil. l. ſi ſeruus ſeruum. §. ſi quis de manu mihi. & ff. eo. furti. §. pecul. & l. qui ſeruo.
b ¶ *Per laſciuiam*. id eſt ſtultitiam
c ¶ *In factum* i. vtilis legis Aquiliæ. ſi corpora læſa ſint. alioqui ſubſidiaria. vt j. ad legem Aquil. §. ſina. & §. penultimo.
d ¶ *At vbi*. aduertatur proximo dicto, vbi dixit dari in factum.
e ¶ *Supponit*. Nõ hic dari conſilium ſolo facto, alias dicitur conſilium hominis nutu vel propoſitum: vt ff. eo. l. ſi quis fur. §. j. Item dicitur conſilium, quod alij datur bonum vel malũ: vt ff. e. l. in furti §. pe. in fine. Item conſiliũ dicitur, quod capitur a multis: vt C. de iec. & conſt. l. humanum
f ¶ *Non tenetur furti*. cum alias eſſet facturus furtum etiam ſine conſilio huius, alias. i. ſi non erat alias facturus: tenetur vterq; ff. de ſer. l. qui ſeruo. & de ver. ſig. l. ſæpe. Aliud videtur in actione ſerui corrupti: vbi tenetur etiã ſi alias eſſet facturus, nec enim oportet laudando augeri malitiam: vt j. ad leg. Aquil. §. cæterum. & j. de act. §. in quadruplum. & ff. de ſer. corrup. l. j. §. perſuadere. Sed quæ eſt ratio? Reſpo. quia hic agitur de delicto ſecuto poſt perſuaſionem, non autem ex ipſa perſuaſione. Et ideo diſtinguitur, an erat alias facturus, vel non, ſed in alijs caſibus ex ipſa perſuaſione agitur, quicquid poſtea ſe-
quatur: vt j. eod. §. vnde illud. dummodo non ex interuallo nimio ſequatur: vt ff. de ſer. corrupt. l. in hac. & lege Neratius. Item eſt contra. j. de iniur. §. non ſolum. Sed ibi non erat alias facturus, & fecit.

¶ *Ij, qui in &c.* CASVS. Meus filius vel ſeruus meus ſ. iudicem meum mihi ſurripuit: nunquid poſſum contra eum agere act. furt. Reſpond. quod non. res tamen ipſa in furtiuam cauſam deuenit, vnde vſucapi poteſt ante, quam in domini poteſtatem reuertatur. Si tamen aliquis filio meo, vel ſeruo mihi furtum facienti ipſe conſilium & opem dederit: tenebitur act. furtiua, ſ. Acc.
g ¶ *Nec ob id*. quod verum eſt, ſcilicet rem furtiuam non poſſe vſucapi, niſi fuerit litis æſtimata, vel dominus vendiderit furi. vt ff. eodem. leg. quamuis in fine titu. Accurſius.
h ¶ *Non naſcitur*. niſi ſit filius habens ſtrenſe peculium, vel quaſi caſtrenſe vbi filius tenetur patri, & pater filio. Idem de vxore quod hic de filio dicitur: vt ff. [illegible] ſi quis vxori, in prin. & in §. j.
¶ *Furti autem actio &c.* CASVS. Dixi legiſlatori Domine, iam bene video, in quibus poteſt fieri furtũ: quia nedũ in re aliena ſed in re ppria. Sed domine, pro Deo cui competit actio furti? Ipſe Rñd. dicens, quod act. furti competit ei, cuius intereſt rem non fuiſſe ſurreptam. quamuis non ſit do-

teſt inter eos actio naſci. Si verò ope & conſilio alterius furtum factum fuerit: quia vtiq; furtum committitur, conuenienter ille furti tenetur, quia verum eſt, ope & conſilio eius furtum factum eſſe.

¶ *Actio furti compe tit illi cuius intereſt furtum factum non eſſe. Aretinus.*

¶ Furti autem actio ei competit, cuius intereſt[a] rem ſaluam eſſe, licet dominus non ſit. Itaq; nec domino aliter cõpetit, quã ſi eius interſit rem non perire. Vnde cõſtat creditorem de pignore ſurrepto furti actione agere poſſe, etiam ſi idoneum debitorem habeat: quia expedit ei pignori potius incumbere, quàm in perſonam agere. adeò quidem, vt quamuis ipſe debitor eam rem ſurripuerit: nihilominus creditori competat[b] actio furti[c].

¶ *Qui alienæ rei cuſtodiendæ exactam curam præſtare tenetur (vt puta fullo & ſarcinator) re furto ſublata, contra furem experiri poſſunt modo integrè ſoluendo exiſtant.*

¶ Item ſi fullo[d] polienda curandave, aut ſarcinator ſarcienda veſtimenta mercede certa cõſtituta[e] acceperit, eáque furto amiſerit: ipſe furti habet actionem, non dominus: quia domini nihil intereſt eam rem non perire: cùm iudicio locati à fullone aut ſarcinatore rem ſuam perſequi poſſit. Sed & bonæ[f] fidei emptori ſurrepta re, quam emerit, quamuis dominus nõ ſit, omnino cõpetit furti actio quemadmodum & creditori. Fulloni verò & ſarcinatori non aliter furti actionem competere placuit, quàm ſi ſoluẽdo fuerint.

minuit rei ſurreptæ quia etiam ipſi domino rei non competit, niſi eius interſit furtum factum non eſſe. vnde ſi creditori res obligata ſurripiatur: domino rei, ſcilicet debitori non competit actio furt. ſed magis creditori ipſi: quamuis enim creditor habeat actionem perſonalem per quam poſſit à debitore ſuum conſequi, ſi idoneus fuerit debitor: tamen tutius eſt ei pignori incumbere, quam in perſonam agere. & hoc vult innuere: qa ſi debitor creditori pignus ſurripuerit, poterit creditor cõtra debitorem actio furti experiri. hoc dicit.

Furti agit cuius intereſt.

a ¶ *Cuius intereſt.* etiã modice: vt ĩ titu. j. §. fina. & ff. vi bonorum rapt. l. ij. §. in hac actione. ver. ſed ideo addidit. Item oportet, quòd interſit ex iuſta cauſa & probabili. nã ſi eſt malæfidei poſſeſſor vel huius rei fur, furti non aget: vt ff. eo. l. itaque. circa prin. ver. ſed furti. & l. eum qui emit. §. is autem. Sed ſi bonum initium habuerit: vt quia tibi commodaui, vel locaui, habet actionẽ furti. Et hic eſt caſus, in quo fur furti agere poteſt: vt ff eod. l. qui var. §. ſi ego tibi. verſi. quia non debueras. ibi, furtum admiſeris.

Fur furti quandoque agit.

b ¶ *Competat.* contra debitorem, qui ſurripuit.

c ¶ *Actio furti.* res tamen non ſit furtiua: vt dixi ĩ. eo. §. aliquando.

¶ *Item ſi fullo.* CASVS. Sempronius conductor veſtimentorum poliendorum, vel ſarciendorum mercedẽ capiens, quum ſua negligẽtia veſtimẽta perijſſent, quæſitũ eſt vtri actio furti danda ſit: ipſi, an domino? Imperator reſpondet, ipſi Sempronio, ſi modò ſoluendo ſit: quia eius intereſt, cũ teneatur Ex locato. Quòd ſi caſu fortuito vel leuiſſima culpa in negligendo furtum factũ ſit, nihil eius intererit: & ideo domino actio in furem dabitur. Sed malæfidei poſſeſſori ex improbitate ſua actio in furem nõ datur. l. itaque. ff. de furt. Si ſoluendo non ſit fullo, domino dabitur actio: nam qui non habet quod reddat, ex locato pulſatus, eius periculo nihil eſt, vt merito furti non agat, cum ſua non interſit. E.B.

d ¶ *Fullo. ſarcinator:* qui ſint, dic vt ſuprà manda. §. fina.

e ¶ *Conſtitutam.* * ſupple in pecunia numerata, alias autem non eſſet locatio: vt lege j. §. ſi quis ſeruum. ff. depoſi.

* *Iſta gloſ. non eſt Accurſij. ſed addita.*

f ¶ *Sed & bonæ.* facit ff. eod. l. itaque.

a ¶*Poſſint.* imo videtur, quod ſemper dominus debeat furem conuenire: vt ff. loc. & conduct. l. cum in plures. §. veſtimenta. Sed ibi de actione in rem, vel condictione furtiua dicit: hic autem de actione furti.

furt. & ſi dominus vnam iſtarum actionum elegerit, ad alteram non poteſt redire. Si enim dominus act. fur. moueat aduerſus furem, cõmodatarius penitus liberatur: ſi autem contra commodatariũ moueat actio. non poterit poſtea contra furem agere: ſed commodatarius q. à cõmodatore conuenitur poterit aduerſus furem habere actionem, & nullo modo commodator, niſi ignarus rei ſurreptæ, contra commodatarium actio. cõmodati egerit primo, ex hoc enim non obijcitur ſibi obſtaculum à iure re comperta, quin poſſit agere, niſi à cõmodatario ſibi fuerit ſatiſfactum. hoc dicit. Franc.

b ¶*Idem eſt.* vt furti actio cõpetat domino, & facit ad hũc §. ff. de condictione ſine cauſa. in l. ſi fullo.

¶*Quæ de fullone. CASVS.* Suprà dictum eſt: quod ſi veſtimentum fulloni vel ſarcinatori curandum vel ſarciendum tradi[tum] ſurreptũ fuerit, quod fulloni, ſi ſoluendo fuerit, nõ domino cõpetit actio furti. Item intelligas, ſi res fuerit, ſurrepta cõmodatario: quia ſi fuerit ſoluendo, ſibi & non commodatario cõpetit actio, qa ad rem reſtituendam non tenetur. & hęc vera fuerunt ſecundũ iura antiqua. Dominus tamen Iuſtinia. in quadam conſtitutione, quam habes, Codic. de furtis & ſeruis corruptis. l. fin. §. tales itaque. hoc emendauit. Statuit enim, quod in electione cõmodatoris ſit, vtrum velit agere contra cõmodatarium actione cõmodati vel aduerſus eum, qui rem ſurripuit act.

hoc eſt, ſi domino rei æſtimationem ſoluere poſsint [a]. Nam ſi ſoluendo nõ ſint: tunc quia ab eis ſuũ domin[us] conſequi non poſſit, ipſi domino furti competit actio: quia hoc caſu ipſi[us] intereſt, rem ſaluam eſſe. Idem eſt [b] & ſi in parte ſoluẽdo fuerit fullo aut ſarcinator.

¶*Qui è duabus expetiundi vijs alterutram elegerit, ita demum alteri renũtiaſſe videtur, ſi ſciẽs prudenſque plures ſibi competere, alteram intentari: quòd ſi aut neſcius, aut dubitans egerit, nil prohibet, quin iam inſtituta actione omiſſa, ſibi competentem proponat.*

¶Quæ de fullone & ſarcinatore diximus, eadem & ad eum cui cõmodata res eſt, transferenda veteres exiſtimabant. Nam vt ille fullo mercedem accipiendo, cuſtodiam pręſtat: ita is quoq;, qui cõmodatum vtendi cauſa accepit, ſimiliter neceſſe habet cuſtodiam præſtare. Sed noſtra prouidẽtia etiam hoc noſtris deciſionibus [c] emendauit: vt in domini voluntate ſit: ſiue cõmodati actionem aduerſus eum, qui rem commodatam accepit, mouere deſiderat, ſiue furti, aduerſus eum qui rem ſurripuit: & alterutra earum electa, dominum non poſſe ex pœnitẽtia ad alteram [d] venire actionem, ſed ſi quidem furem elegerit, illum, qui rem vtendam accepit penitus liberari, ſinautem cõmodator veniat aduerſus eũ, qui rem vtendam accepit: ipſi [e] quidem nullo modo competere poſſe aduerſus furẽ furti actionem. eum autem, qui pro re commodata conuenitur, poſſe aduerſus furem furti habere actionem [f]: ita tamen, ſi dominus ſciens rem eſſe ſurreptam, aduerſus eum, cui res cõmodata fuerit, peruenit [g]. Sin autẽ neſci[a]

c ¶*Deciſionibus.* vt C. de furt. & ſer. corrupr. l. fin. §. tales itaque.

d ¶*Ad alterã.* vnde actio furti hoc caſu nõ eſt ambulatoria.

AD. *Et de dictione penitus, vltra iſtum textũ vide textum in l. fi. C. de noua. Angelus.*

e ¶*Ipſi.* ſ. commodatori.

f ¶*Habere actionem.* & pœnam exactam domino reſtituere non cogitur: quia vbi periculum, ibi commodũ. vt C. de furt. & ſeruis corrup. l. fin. §. ſed cum in fine. §.

Onus ſentiens, habeat lucrũ

g ¶*Peruenit.* a- F f 2

& dubitans rem ſurreptā eſſe apud eum, commodati actionem inſtituerit: poſtea autem re comperta voluerit remittere quidem commodati actionem, ad furti autem actionē peruenire: tunc licentia ei conceditur & aduerſus furē venire, obſtaculo nullo ei opponendo: quoniam incertus conſtitutus mouit aduerſus eum, qui rem vtendam accepit, cōmodati actionē: niſi domino ab eo[a] ſatisfactū fuerit. tunc etenim omnino furem à domino quidem furti actione liberari, ſuppoſitum[b] autē eſſe ei[c]: qui pro re ſibi cōmodata domino ſatisfecit: cū manifeſtiſſimum[d] ſit, etiā ſi ab initio dominus actionem cōmodati inſtituerit, ignarus rē eſſe ſurreptam: poſtea autē hoc ei cognito, aduerſus furem tranſierit: omnino liberari eum, qui rem commodatam acceperit, quencūque cauſæ exitum dominus aduerſus furem habuerit. eadem definitione obtinente ſiue in parte, ſiue inſolidum ſoluendo ſit is, qui rem commodatam acceperit.

¶ *Depoſitarius, qui tenetur de dolo non habet furti actionē, ſed dominus. hoc dicit Aretinus.*

¶ Sed is, apud quē res depoſita eſt, cuſtodiam non præſtat: ſed tantum in eo obnoxius eſt, ſi quid ipſe dolo[e] malo fecerit. qua de cauſa ſi res ei ſurrepta fuerit: quia reſtituēdæ eius rei nomine, depoſiti nō tenetur: nec ob id eius intereſt rem ſaluam eſſe, furti agere non poteſt: ſed furti actio domino cōpetit.

¶ *Impubes non tenetur furti, niſi fuerit doli capax. Aretin.*

¶ *Cum ex furandi doloſo animo furtum conſiſtat, is tantùm furti tenetur, qui doli capax eſt.*

¶ In ſumma[f] ſciēdum eſt quæſitum eſſe, an impubes rem alienam amouēdo[g], furtū faciat. Et placuit, quia furtū ex affectu furandi conſiſtit, ita demū obligari eo crimine impuberē, ſi proximus pubertati[h] ſit, & ob id intelligat ſe delinquere.

¶ *Duplum aut quadruplum, quòd in furti actione venit, ad pœnæ perſecutionem tantùm pertinet, nā præterea res ipſa furto ſubtracta, aut à quocunque poſſeſſore per rei vendicationem, aut ab ipſo fure eiuſque*

gendo contra eū actione cōmodati. Ac.
a ¶ *Ab eo.* ſcilicet commodatario.
b ¶ *Suppoſitum.* ſ. furem.
c ¶ *Ei.* ſ. commodatario.
d ¶ *Cum manifeſtiſſimum.* hec ſic dico, quod eligendo vnā, repellitur ab altera niſi ſit eorū principio fuit. cum &c.
¶ *Sed is apud quē* CASVS. Dictum eſt ſuprà de fullone & commodatario, qualiter eis competat actio pro re aliena modò videamus de depoſitario, vtrum ſi res apud aliquem depoſita fuerit depoſitario, cōpetat act. fur. Non enim tenetur niſi de dolo. & ita non intereſt ſuam rem non fuiſſe ſurreptā. ſi autem in dolo fuit, non dabitur ſibi actio, ut ex malitia ſua actionem conſequatur. h. d. Franc.
e ¶ *Dolo* ſ. qb. mod. re cotra. ob. l. 1. §. pterea. & C. depo. l. j. §. pen. & l fi. & idem qd̄ hic habemus. ff. co. l. eū q. §. 1. antē.
¶ *In ſumma.* CASVS. Dixi Iuſti. Domineque quid plura vultis dicere in ſtudio iſto? Iam tantum dixiſtis de materia iſta, quod generatur ex ſtudium Deo, & toti mundo. Et reſpon Iuſtini. Frater. vt breuiter hunc titul. expediamus. ſcire debes, quod apud antiquos, quæſitum fuit verū impubes rem alienam amouendo, furtum facere poſſit, & placuit domino Iuſti. q ſi impubes animum furendi habuerit, & in ipſum poſſet cadere iſtud delictum, hoc eſt ſi ſit proximus pubertati: q act. furt. tenetur. hoc dicit. Franc.
f ¶ *In ſumma.* id eſt vt breuiter hunc titul. expediamus.
g ¶ *Amouendo.* Not. quod furtum fit contrectando & amouendo, & ſine eo non fit: vt l. ei qui. ff. eo. Ang.
h ¶ *Proximus pubertati.* à decimo anno & dimidio ſ. vt

ſupra diximus de inutil. ſtipu. § furioſus. & facit ad hunc §. ff. eod. l. impuberem. & ff. ad ſyllanianum. l. excipiuntur. & ff. de reg. iur. l. pupillus.

A D D. *Quando pubertati proximus ſit, & doli capax lex nuſquam definit. & ideo iudex æſtimabit. arg. l. continuus ff. de ver. oblig. E. E.*

fur inæqualiter puniũtur. Secũdo, quãdo quis rapit rem ſuã vel alienã putans eſſe ſuam. Tertio, quid ſit ſubiectum in hac actione: videlicet, qd debet deducere actor. Secũda ibi, Quia tamen. Tertia ibi, Sane in hac.

hærede per condictionem furtiuam extorqueri queat.

¶ Furti actio, ſiue dupli, ſiue quadrupli, tantùm ad pœnæ perſecutionem pertinet. Nã ipſius rei perſecutionem extrinſecus habet dominus: quam aut vendicando [a], aut condicendo [b] poteſt auferre. Sed rei vendicatio quidem aduerſus poſſeſſorem eſt: ſiue fur ipſe poſſidet, ſiue alius quilibet. cõdictio autem aduerſus furẽ ipſum, hæredemve eius, licet non poſſideat, competit.

TITVL. II.

DE VI BONORUM RAPTORUM.

¶ *Quiſquis res alienas rapit, non tantùm furti obnoxius eſt, ſed etiam vi bonorum raptorum actione conueniri poteſt: quæ intra annum a commiſſa rapina in quadruplum, poſt vero in ſimplum datur, ita quod in quadruplo etiam rei perſecutio cõtineatur: eius enim triplum in pœnam, ſimplum vero in rem computatur.*

Qui res alienas [c] rapit, tenetur quidem etiam furti [d], (quis enim magis alienam rem inuito domino cõtrectat, quam qui vi rapit [e]? ideoque rectè dictum eſt, eum improbum furem eſſe) ſed tamen propriam actionem eius delicti nomine Prætor introduxit, quæ appellatur, Vi bonorum raptorum: & eſt intra annum [f] quadrupli [g], poſt annum, ſimpli: quę

¶ *Furti actio.* CASVS. Quæritur a Iuſti. de natura furti, ſ. ad qd detur actio furti? Et reſp. Iuſt. quod act. furt. ſiue ſit ad duplũ, ſiue ad quadruplũ, datur ad pœnam. & non ad rem ſuam perſequendam. datur etiam domino alia actio, ſ. rei vend. & cõdictio furtiua. Scire tamen debes, q rei vend. datur contra quemlibet poſſidentem, condictio furt. datur contra furem & eius hæredem. h. d. vſq; ad finem tit. Franc.

a ¶ *Vendicando.* i. dominium petendo ſi extet.

Condictio furtiua. b ¶ *Condicendo.* id eſt, in perſonam agendo cõdictione furtiua, ſi conſumpta ſit. Et facit ad hunc §. ff. de condictio. furt. l. ſi pro fure. §. furti & l. in condictione. & infra de actio. §. ſic itaque. & C. de furtis. l. ancillæ.

c ¶ *Alienas.* large accipe. vt etiam ſi ſint communes. idẽ ſit quo ad ſocii partem. vt ff. de fur. l. ſi ſocius. Acc.

d ¶ *Furti.* ſ. nõ manifeſti etiã ſi deprehendatur ſecundum P. qd falſum eſt, imo ſi deprehendatur, manifeſtus eſt, & in quadruplum poteſt cõueniri: vt ff. de fur. l. ſi vendidero. §. cũ raptor. alias ſi non deprehendatur, non manifeſti tenetur: quia actione ſi fuerit actũ tollitur vi bono. rapt. niſi in id quod excedit: vt ff. e. l. j. Item in caſu nec manifeſti, necnon manifeſti tenetur: vt ſi qs ex domo, in qua nemo erat rapuerit, ſed tantum hac actione vi bono. rap tenetur, ſecundum P. vt ff. de furt. l. ſi quis de domo. Sed hoc eſt falſum: q a ſibi erat actio furti non manifeſti. & ideo amplius ceſſat actio furti: & ideo datur hæc actio vi bo. rap. quia excedit, & in id quod excedit vt d. l. ff. e. l. j. & ff. de act. & obli. l. qui ſeruum § fi.

e ¶ *Qui vi rapit.* q. d. nullus vt hic, & ff. q met. cau. l. cum except. § qui vim. Acc.

f ¶ *Annum.* ſ. vtilem. vt C. eod. l. fin. & i. ret. & C. de noxa. l. pe.

g ¶ *Quadrupli.* niſi in caſu quo agitur ad duplũ tantũ: vt C. de pag. Chriſtianis.

DE VI BONORVM RAPTORVM.

¶ *Viſo de furto, ſequitur de rapina: & conſequenter vt potes videre §. item. j. in prin.*

Qui res. Totus iſte titu. diuiditur in tres partes. Primo quod raptor &

quæ eſt huic cõtra. Sed illud eſt ſpeciale.
a ¶*Vtilis.* i. efficax & directa. Vel dic ꝙ directa copetit, quando plures res raptæ ſunt: ſic ꝙ vtilis qñ vnũ tantũ bonum raptũ eſt. i. vna res rapta eſt. Et facit ad hoc ꝙ pluralis oratio ſ. raptorum trahatur ad ſingularẽ. ff. de cõdi. & demõ. l. falſa. §. vl. & ff. de nego. geſt. l. iij. §. hæc verba. ver. negotia. & ff. de peri. hę. l. regulariter. & l. licet.
b ¶*Diximus.* vt ſ. tit. j. in fi.
c ¶*Comprehendatur raptor.* ſed quomodo põt raptor non deprehendi cũ dicatur eripere, quaſi de manu auferre: vt ff. ne quis eũ qui in ius. l. iiij. §. j. Reſp. diſtingue animũ auferentis: vt ſi erat animus ei palã, & quàſi ꝑ vim auferendi licet ibi neminẽ inueniat: tñ eſt raptor. Sed fur eſt, qui habet animum, vt faciat clam, licet interdum deprehendatur: ex qua deprehenſione efficitur manifeſtus: vt argu. ſ. titu. j. §. furtum autem à furuo.

actio vtilis [a] eſt, etiam ſi quis vnam rem, licet minimã rapuerit. Quadruplum autem nõ totum pœna eſt, ſicut in actione furti manifeſti diximus [b]: ſed in quadruplo ineſt, & rei perſecutio, vt pœna tripli ſit: ſiue comprehendatur [c] raptor in ipſo delicto, ſiue non. Ridiculum [d] enim eſſet, leuioris conditionis eſſe eum, qui vi rapit, quàm qui clam [e] amouet.

¶*Si quis rem ſuam, aut quam ſuam opinabatur penes aliũ conſtitutam violenter aut rapuerit, aut inuaſerit, is ſi dominus ſit, à dominio cadet: ſi non ſit, poſt rei reſtitutionem eiuſdem quoque æſtimationem vim paſſo præſtare cogitur.*

¶Ita tamen [f] competit hæc actio, ſi dolo malo quis rapuerit, quare qui aliquo errore ductus rem ſuã eſſe exiſtimans, & imprudens iuris, eo animo rapuerit, quaſi domino liceat, etiam per vim rem ſuam auferre à poſſeſſoribus, abſol-

nifeſto leuius mulcetur. præſertim cũ ſub ti. de perp. & tẽp. dicatur, quũ annua ſit hæc in quadruplũ Bon. raptorũ actio, furti tamẽ manifeſti perpetuã eſſe in quincuplum actionẽ. Quapropter & Furti generalem eſſe actionem exiſtimat, (quod etiã Imperator hic apertè ſignificat) & ſi raptor manifeſtus ſit, furti manifeſti actione teneri: ſi nec manifeſtus ſit, nec manifeſti. Quod ille copioſe in ſuis in Verrinas cõmentariis diſputauit ex quibus qua ad hunc locum pertinent, ſumas licebit. Nam Papinianus ſanè in l. ſi vendidero, De furtis, pluniſſimè demonſtrat, ſi dolo meo factum ſit vi raperes, quia æquiſſimum eſt te grauius quàm me puniri, quum ego iam vi bonorum raptorum tenear, te non furti nec manifeſti præterea, ſi manifeſtus raptor es, ſed manifeſti obligatum eſſe.

Raptor & fur diſtinguuntur.

ADDITIO. *Vult dicere glo. quòd fur manifeſtus ſemper tenetur vi bono. rapto. ſed non manifeſtus ita demum, ſi habuit animum &c. Et aduerte vnicum furtũ dici, quod de loco vnico contextu, ſiue vnico tempore fit, licet plures res ſimul aſportentur: ex quo non veniret quis furca ſuſpendendus, niſi eſſet egregium. quod pluribus paruis præualeret. vt hic per Ange.*
d ¶*Ridiculum.* bene dixi, ſiue non, ridiculum enim &c.
e ¶*Qui clam.* i. fur nec manifeſtus. Nam raptor tenetur in quadruplum: hic autem, ſ. fur non manifeſtus in duplum tantum, vel triplum cum re ſurrepta. ſed qui palam furatur, certum eſt in plus teneri, quam raptorem: cum in quintuplũ cum re teneatur. Acc.

Raptor in minus tenetur quã fur manifeſtus.

A D D. *Contrà tamen Hotomannus in Verrinas ita diſputat. Quanuis propter pœna vtraq; in ſpecie æquabilitatem, grauius quiddã in raptorum genus cõſtitui videatur, tamen negari non poteſt quin ereptor, ſaltem manifeſtus, fure ma-*

¶Ita tamen. *C A S V S.* In iſto §. dicit. quòd actio. vi bonorum raptorum. ita cõpetit, ſi aliquis rem alterius dolo malo rapuerit. Cæterum ſi aliquis errore ductus rem alienã credens eſſe ſuam, eam alteri rapuerit, iure primitiuo non tenetur actio vi bonorum raptorum. ſed ne inueniatur via per quam raptores ſuam malitiam impune poſsint exercere, conſtitutionibus Principum eſt prouiſum ne alicui liceat rem mobilem, vel immobilem, licet ſuam eſſe dicat vel æſtimet, alicui per vim auferre ſi contra hoc ſtatutum venerit: ſi ſit dominus rei, qui eam capit, cadit à dominio ſuæ rei. Si autem res aliena fuerit, debet eam primum reſtituere, & poſtea in pœnam ſui delicti æſtimationem rei præſtare. & illud non ſolum habebit locum in rebus mobilibus, ſed etiam immobilibus: vt ex hac cauſa ab omni rapina homines ſe abſtineant. hoc dicit. Franci.
f ¶*Ita tamen.* alias quia tamen: ſed iſtud quia, videtur ſuperfluum. Vel pone: quia pro ſed. Alias tamen, & tunc eſt planior.

¶*Abſo*

ui [a] debet. Cui ſcilicet, conueniens eſt, nec furti teneri eum, qui eodem hoc animo rapuit. Sed ne, dum [b] talia excogitantur, inueniatur via [c], per quam raptores impunè ſuam exerceant auaritiam: melius Diualibus conſtitutionibus [d] pro hac parte proſpectum eſt, vt nemini liceat vi rapere, vel rē mobilem, vel ſe mouentem, licet ſuā eandem exiſtimet: ſed ſi quis contra ſtatuta Principum fecerit rei quidem ſuæ dominio cadere [e]. ſin autem aliena res ſit: poſt reſtitutionem eius, etiam æſtimationem eiuſdem rei præſtare. Quod nō ſolùm in mobilibus rebus, quæ rapi poſſunt, conſtitutiones obtinere cenſuerunt: ſed etiam in inuaſionibus, quæ circa res ſoli [f] fiunt: vt ex hac cauſa ab omni rapina homines abſtineant.

¶ *Is cuius intereſt rapinam factam non fuiſſe, quanquam dominus non ſit vi bonorum raptorum actionem mouere poteſt: vt id ſcilicet conſequatur, quod ſibi abeſſe docuerit.*

¶ Sanè in hac actione [g] non vtique ſpectatur, rem in bonis [h] actoris eſſe. Nam ſiue in bonis ſit, ſiue nō, ſi tamen ex bonis ſit [i], locum hæc actio [k] habebit. Quare ſiue locata, ſiue commodata, ſiue etiam pignorata, ſiue depoſita [l] ſit res apud Titium, ſic vt interſit eius eam rem per vim non auferri (veluti, ſi in depoſi-

a ¶ *Abſolui.* ſcilicet ab actione vi bonorum raptorum iudicis ſententia, vt quidam dicunt: vel ipſo iure, ſecundum Azonem. argumen. ff. de public. & vect. l. commiſſa. §. fina.

b ¶ *Sed ne, dū* pro tamen, ſecundum quoſdam: vel pone proprie.

c ¶ *Inueniatur via.* ſic. §. titu. j. § vnde illud.

d ¶ *Conſtitutionibus.* vt. C. vnde vi. l. ſi quis in tantam. Et in alijs ſequentibus vſque in fi. titu. ſed hic proſequitur iā tum tenorem illius. l. ſi quis in tantam. Super qua materia longū eſſet hic dicere: cū plures quæſtiones ibi moueātur ſuper prædicta.

e ¶ *Cadere.* repete, proſpectum eſt, & etiam ibi præſtare: nec eſt neceſſe ponere. cogitur vel debet: quæ verba non inuenies in libris emendatis.

f ¶ *Res ſoli.* proprie, quando que tamen improprie: vt. C. de ac. empt. l. ij. ſed rei mobilis dicitur occupatio: licet etiam quando que immobilia dicantur occupari: vt. C. de rei vend. l. dominum. in glo. j.

¶ *Sane in hac.* C A S V S. Dixi Iuſtin. Domine, cōpetit mihi hæc act. ita demū ſi dominus fuero rei. Rēd. q imo, ſiue in bonis eius fuerit res rapta, ſiue in bonis videlicet eius, qui ius aliquod habuerit in re: vt quia ſibi ſit commodata vel impignorata, ſiue locata vel depoſita, vel aliquid iuris habeat in ea. ita quod eius interſit modu non rapi. Semper enim cōpetit iſta act. non vt dominium res raptæ accipiatur: ſed quod res ſibi rapta reſtituatur. Et vt breuiter me expediam: ex quacunque cauſa poteſt competere alicui actio furti propter furtum datum in re: ex omni cō ſimili cauſa poteſt dari actio vi bonorum raptorum, propter rapinam in re factam. hoc dicit. Franciſcus.

g ¶ *In hac actione.* ſcilicet vi bonorum raptorum.

h ¶ *In bonis.* i. in dominio: vt ff. de acquirendo rerum do. l. rē in bon. & l. ſtatuas. & ff. de verborum ſignifica. l. bonorum appellatio. Vel ſi etiam bona fide poſſideantur, idem eſt. A D D. *Quid ſit in bonis, Vlpianus in titulo ſit. elegantiſſime docet his verbis. In bonis tantum alicuius ſeruus eſt, velut hoc modo Si ciuis R. à ciue R. ſeruū emerit, iſq; traditus ei ſit, neque tamen mancipatus ei, neque in iure ceſſus, neq; ab ipſo annuo poſſeſſus ſit. nam quandiu horum quid fiat, is ſeruus in bonis quidem emptoris eſt, ex iure Quiritum autem venditoris eſt.*

i ¶ *Ex bonis ſit.* vt aliquod ius habeat: vt ſtatim per exempla probat.

k ¶ *Hac actio.* ſcilicet vi bonorum raptorum.

l ¶ *Depoſita.* promiſſa cuſtodia à depoſitario: vt. §. titu. j. §. penul. Vel etiam cōmiſit culpā, vt ſequitur. Vel etiā ſic pre-

tium accepit depoſitioois, non tamē quaſi mercedem, tenetur eidem: vt ff. eo. l. ij. §. dicet aliquit. alioqui eſſet locatio i. vt. ã. mand. §. ſi.

A D[a]D. *Dic vt habetur in l. naturalis. §. ij. in gloſſ. ſi vet. ff. de præſcript. & fa. ci. l. ij. §. ſi quis ſeruum. in gloſſ. non datur. ff. de pi.. Ange.*

a *¶ Dominij* i. dominij vſti mationem, vt ff. quod metus cau. l. ſi mulier §. qui poſſeſsionem, & ff. vti poſſ. l. penulti. §. ſi.

b *¶ Hanc actionem.* facit ff. vi bon. ra. l. ij. §. & generaliter.

tare culpam quoque promiſit) ſiue bona fide poſsideat, ſiue vſumfructum quis habeat in ea, vel quid aliud iuris, vt interſit eius non rapi: dicendum eſt ei competere hāc actionem, [illegible]t dominium[a] accipiat, ſed illud ſolùm, quod ex bonis eius, qui rapinam paſſus eſt, id eſt, quod ex ſubſtātia eius ablatum eſſe proponatur. Et generaliter dicendū eſt, ex quibus cauſis furti actio competit in re clàm facta, ex eiſdem cauſis omnes habere hanc actionem[b].

TITVL. III.

DE LEGE A-quilia.

¶ Primo legis Aquiliæ capite cautum eſt, vt qui alienum ſeruum, aut quadrupedē (quæ eorum numero eſt) quæ gregatim paſci conſueuerunt iniuria occiderit, quanti ea res eo anno retrorſum plurimi fuerit, tantum domino præſtare cogitur.

DAmni iniuriæ actio[c] cōſtituitur per legem Aquiliam: cuius primo capite[d] cautum eſt, vt ſi quis alienum hominem alienamve quadrupedē, quæ pecudum numero ſit, iniuria[e] occiderit[f]: quanti ea res

DE LEGE Aquilia.

¶ Poſt maleficiū rapinæ, ſequitur de damno, quod per legem Aquiliam punitur. Accurſius.

DAmni. Totut iſte ti. diuiditur in duas partes. Et primo tractat de primo capite. leg. Aquil. Secundo tractat de tertio capite. Secunda ibi, Capite tertio Itē prima ſubdiuitur: quia primo ponit verba primi capitis. l. Aqui. Secuodo illa interpretatur. Secunda ibi, Quod aūt nō præciſe. Item ſecuodà principalis ſubdiuiditur in duas partes, Nam primo ponit verba: ſecūdo interpretatur. Secuoda ibi, Itaque ſiquis C A S V S. Si aliquis dederit mihi damnum per iniuriam: ad dānū illud puniendum conſtituitur actio per lēgē Aqui. Et ſciendum eſt, quod. l. Aqui. tria ſunt capita: videndum eſt ergo de primo capite. In primo autem capite eſt cantum, vt ſi aliquis ſeruū alienū alienam ve quadrupedē quæ in pecudū numero ſit, ioiuria occiderit: quāti pretij ea res in anno proxim. præterito fuerit, taotū domioo dare cōdemnetur. In vet. quod aūt. dic caſum. Poſuis materialiter verbis Galli Aquilij, quæ aliquantulum ſunt obſcura, intendit Imp. verba illa per ordioem exponere: & primo exponit quare noo ſufficit ſibi dicere preciſe, ſi quis hominem alienum, alienamve quadrupedē occiderit, ſed adiecit quæ pecudū oumero ſit. hoc enim adiecit ad ſignificandum, quod ſi aliquis occiderit vrſūm meum, vel leooē, vel aliam ferā beſtiam, quod non debeat puniri per primū caput legis Aquiliæ, eo quod non ſuot de numero pecudū illarum, quæ gregratim paſcuntur, id eſt, in paſcuis cuſtodiuntur, ſicut equi, muli, oues, & boues, capræ, & ſimilia. Sed domine de ſuibus quid dicemus, continetur ne ſub pecudum numero? Et reſpon. dicens, quod ſic. quia gregatim paſcūtur. & hoc confirmat per authoritatem antiquorum: dicēs quod ſic voluerunt Homerus & Aelius Martianus Fran. de Aretio.

c *¶ Iniuria actio.* i. actio legis Aquiliæ. quæ competit pro damno dato, id eſt de ſtructione alicuius rei facta. Nam ſic dicitur damnum diminutio patrimonij: vt ff. de damno inf. ct. l. iij. ſi autem rem alterius ſurriperes, licet videaris damnum inferre, tamen non infers tale, quod per hunc tit. tenearis, ſed actione furti: vt ff. eodem l. ſi ſeruus ſeruum. §. ſi olyuam. & §. idem & in ſylua.

d *¶ Primo capite.* habebat enim hæc tria capita ſiue capitula. & de primo capite dicitur hic, Secundū autē no eſt in vſu. De tertio dicitur. J. eod § caput ſecuodum. & § capite tertio. & ff. eo. l. ij. Acc.

e *¶ Iniuria.* i. nō iure. vt. J. eo. §. iniuria.

f *¶ Occiderit.* nota occiderit: nam ſi alio modo læſerit, ex tertio capite agitur: vt. J. eo. §. capite tertio. Accur.

In

in eo anno[a] plurimi[b] fuerit, tantum domino[c] dare damnetur. Quòd autem non præciſe de quadrupede, ſed de ea tantum quæ pecudum numero eſt, cauetur: eò pertinet, vt neque de feris beſtiis, neque de canibus cautum eſſe intelligamus. ſed de ijs tantùm, quę gregatim propriè paſci dicũtur, quales ſunt equi, muli, aſini, oues, boues, capræ. De ſuibus quoque idem placuit, nam & ſues pecudum appellatione continẽtur: quia & hi gregatim[d] paſcuntur. ſic denique & Homerus in Odyſſea ait, ſicut Aelius Martianus in ſuis inſtitutionibus refert:

Δήεις τόν γε σύεσσι παρήμενον, αἱ δὲ νέμονται πὰρ κόρακος πέτρῃ, ἐπί τε κρήνῃ Ἀρεθούσῃ.

Qui caſu occidit, lege Aquilia non obligatur, qui autẽ aut dolo, aut culpa: obligatur.

Iniuria[e] autem occidere intelligitur, qui nullo iure occidit. Itaque qui latronem[f] [illegible] occiderit: non tenetur, vtique ſi aliter periculum effugere non poteſt. Ac ne is quidem hac lege tenetur, qui caſu occidit: ſi modò culpa eius nulla inueniatur. nam alioqui[g] non minus[h] ex dolo, quàm ex culpa quiſq; hac lege tenetur. Itaq; ſi quis dum iaculis ludit, vel exercitatur, tranſeuntem ſeruum tuum traiece-

a ¶ *In eo anno.* ſcilicet præterito.
b ¶ *Plurimi.* habita æſtimatione non ex affectione ſingulorum, ſed communi æſtimatione: vt ff. eo. l. ſi ſeruum meum.
c ¶ *Dominus.* vt ff. eo. l. item Mela. §. item & cum eo. ver. legis autẽ Aquil. vel quaſi domino vt fructuario, vel alij qui habet ius in re: vt ff. eo. l. item Mela §. ſi & l. ſeq.
d ¶ *Gregatim paſcuntur.* facit ff. de lega. iij. l. legatis ſeruis. §. pecoribus.
A D D. *Duorum verſuum Odyſſ. li. 13. hic ſenſus eſt, Iuuenies illum aſſidentem ſuibus, ad Coracis ſaxum, fontemque Arethuſam.*
¶ *Iniuria autẽ.* C A S V S.
Exponit Iuſti. illud verbum poſitum prius, iniuria occiderit, dicens, ꝙ ille iniuria occidit, qui nullo iure occidit. & manifeſtat per exempla qualiter quis poteſt iure occidere, quia hoc videtur alicui dubium. Vnde dicit. Si enim ſeruum meum latronem diuturnum, dum tamen telo ſe defenderet, quis occiderit, iure permittente eum occidere videtur: & ideo nõ tenetur, & hoc intellige ita, ſi non poſſit occiſor alio modo euadere periculum. Idem dicit de eo qui caſu occidit ſeruum alienũ, ſi nõ fuerit in culpa & dolo. & de hoc ponitur tale exemplũ. Quidã miles ludebat cum iaculis in campo eis deputato ad ſe exercitandos, ſi ſeruus alienus ibi tranſitũ fecerit ad ludũ reſpiciendũ, cum tamen eius nõ interſit: ſi eum aliquis militũ ſe exercitantiũ traiecerit, nõ intelligitur miles eſſe in culpa: & ideo non tenetur. Si autem aliquis priuatus hoc fecerit, cuius non intererat telo traijcere, culpæ reus eſt: & ideo tenetur ex primo capite legis Aquil. eodẽ modo ſi miles in alio loco, quam militibus ad ſe exercitandos deſtinato hoc fecerit, culpæ reus eſt: & tenebitur. h. d. Franc. de Aretio.
e ¶ *Iniuria.* facit ff. eo. l. ſed & ſi quacunque. §. iniuriã.
A D D. *Ex quo tex. nota differentiã inter hanc actionem, & actionem iniuria. quia in illa non ſufficit culpa, ſed requiritur contumelia & dolus. eſt & alia differentia: quia in hac agitur ad damnum, ſed in actione iniuriarum agitur ad vindictam, & ſapit inſtar cauſæ criminalis: vt ff. de iniur. l. prætor edixit. §. primo. Ant.*
f ¶ *Latronem.* ſcilicet diurnum: vt tamen clamet: & ille ſe defendat, ſed furem etiam ſi ſe non defendat, vt hic ſubijcit. & ff. eod. l. iiij. Accur.
A D D. *Sed hoc eſt contra l. furem ff. de ſica. vnde dic, quod eſt differentia inter inſidiatorem, latronem, & furem: vt in authen. vt nul. iu. §. pen. quia latronem inſidiatorem itineris poſſum occidere indiſtincte: vt ff. eo. fact. l. j. & ij. C. quan. li. ſe ſi. in. vin. Si autem ſit fur, tunc debet diſtingui, aut eſt diurnus: & tunc ſi poteſt capi, vel à damno euadi: non debet interfici. Nocturnum autem licet occidere, ſi interficiens non poſſit ei parcere ſine periculo ſuo: vt dicit tex. in l. furem ff. de ſicarijs.*
g ¶ *Alioqui.* ſi culpa interueniat.
h ¶ *Non minus.* id eſt non plus ex dolo quam ex culpa: eum etiam leuiſſima cul-

rit: diſtinguitur[a]. Nam ſi id a milite in eo campo, vbi ſolitum eſt exercitari, admiſſum eſt: nulla culpa[b] eius intelligitur. ſi alius tale quid admiſerit, culpæ reus eſt[c]. Idem iuris eſt de milite, ſi in alio loco, quàm qui ad exercitandum militibus deſtinatus eſt, id admiſerit.

¶Ex qualitate loci indicatur damnum datum dolo, vel culpa incidentis .h.d. Vel ſic, In putante dicitur adeſſe culpa, quando diligentia potuit prouidere: & non fecit. Areti.

¶Item ſi putator[d] ex arbore deiecto ramo ſeruum tuũ tranſeuntem occiderit, ſi propè viã publicam, aut vicinalem id factũ eſt, neque proclamauit, vt caſus euitari poſſet: culpæ reus eſt. ſed ſi proclamauit, nec ille curauit præcauere: extra culpã eſt putator. Aequè extra culpã eſſe intelligitur, ſi ſeorſum à via fortè, vel in medio fundo cædebat, licet nõ proclamauit[e]: quia in eo loco nulli extraneo ius fuerat verſandi.

¶Imperitia culpæ adſcribenda eſt: quo fit, vt qui onus peritiæ & viribus impar ſubierit, ſi ob eius imperitiam vel imbecillitatem quid dãni datum ſit, culpæ reus dicatur.

¶Præterea ſi medicus, qui ſeruum tuum ſecuit, dereliquerit curationem eius, & ob id mortuus fuerit ſeruus: culpæ reus eſt. Imperitia[f] quo

pa in hanc actionem veniat: vt ff.eo.l.in lege.ij. Vel proprie lege: & conueſte liiterã, non minus &c. id eſt non minus ex culpa, quam ex dolo. ſic & alias ff.de pac. l.iuris gentium.§.pactorum. in gloſſ. non minus. & .C.de ſecun. nuptijs l.cum apertiſſime. in gl. quã tum filio. & ff. de pig.l. Paulus .§. domus. & eſt figura. hyſteron proteron, id eſt ordo conuerſus. ſecundum Io.

a ¶*Diſtinguitur*, verum cõmiſerit: dolo vel culpa, vel non.

b ¶*Nulla culpa.* Niſi data opera factum eſt: vt ff.eod.l. item ſi obſtetrix in fin. & .l. nam ſicut.

c ¶*Reus eſt.* quia hoc non eſt ei deputatum. arg. in authen. vt ij, qui obli. ſe habere perhi. res min. §.ſin vero tacuit. col.vj. & ff.eo.l.idem iuris. in fine.

¶*Item ſi putator.* CASVS. Hic ponit aliud exemplũ, in quo ſi in culpa fuerit, qui hominem occiderit, tenetur lege Aquil. ſi autem cum ſine culpa occiderit, non tenetur. & eſt exemplum tale: Quidam putator ex arbore deiecto ramo ſeruum alicuius interfecit. Vnde quid iuris in iſto caſu ſit, quæritur: & reſpondetur quod diſtinguitur: quia aut illud factum eſt prope viam publicam, aut prope viam vicinalem: & tunc ſi non proclamauit, videtur eſſe in culpa, & tenetur. ſi autem proclamauit, & qui tranſibat, hoc non obſtante proceſsit, & ſibi præcauere noluit: tunc putator extra culpam eſt, & non tenetur. Item dico ſi prope locum aliquẽ vbi non erat ius conuerſandi vel tranſeundi, ramo ex arbore deiecto, putator ſeruum alicuius ibidem tranſeuntem occiderit: quia tunc quanquam non proclamauerit extra culpã eſt, niſi de dolo putatoris conſtiterit: quem cum viderit, tamen nõ proclamauit, in iſto tamen caſu ſemper præſumendum eſt pro putatore, ſcilicet eũ eſſe extra culpã & dolum, niſi dolus poſsit probari. & ſic intellige quod hic dicitur. in. §.præterea. Impe. ponit adhuc bonum aliud exemplum, in quo ſi aliquis ſeruum alicuius occiderit: ſi fuerit in culpa, tenebitur: ſi autem non fuerit in culpa non tenebitur: Si enim medicus ſeruũ tuũ ſecuit, & poſtea curationem eius reliquit, & ſeruus tuus mortuus eſt, in culpa eſt medicus: & ideo tenebitur. & idem erit ſi imperite eum ſecuit: & propter hoc mortuus eſt, in culpa enim eſt: & ideo tenetur, imperitia enim culpæ annumeratur h.d. Franc.

d ¶*Putator.* id eſt, qui putat vites in arboribus poſitas · vt in quibuſdam terris ſunt: vel etiam ipſas arbores. nam & arbores putantur.

e ¶*Licet non proclamauit.* niſi forte dolo: vt ff.eod.l.ſi putator.

f ¶*Imperitia.* facit ff.de regu.iuris.l.imperitia. & ff.loc.l.ſi quis fundum.§.Celſus. & .§.ſi quis vitulos. & ff.de ſuſpec.tu. l.tutor quoque.§.fina.

ADD. *In iſto caſu medicus nõ tenetur de ſic. quia illa lex requirit dolũ: vt.l.j.C.ad legẽ Cornel.*

que culpæ adnumeratur: veluti ſi medicus ideo ſeruum tuum occiderit, quia malè eum ſecuerit, aut perperam ei medicamentum dederit.

¶ *Si mulus vel equus propter imperitiam, vel imbecillitatem mulionis vel equitantis ſeruum alterius occiderit, tenetur mulio vel equitans lege Aquilia. Aret.*

¶ Impetu quoque mularum, quas mulio propter imperitiam retinere non potuit, ſi ſeruus tuus oppreſſus fuerit, culpæ reus eſt mulio. Sed & ſi per infirmitatem [a] eas retinere non potuerit, cùm alius firmior eas retinere potuiſſet, æquè culpa tenetur. Eadem placuerunt de eo quoque, qui cùm equo veheretur [b], impetum eius aut propter infirmitatem, aut propter imperitiam ſuam retinere nõ potuerit.

¶ *Pœnales actiones in delinquentis hæredes non dantur.*

¶ His autem verbis legis: Quãti id in eo anno plurimi fuerit, illa ſententia exprimitur, vt ſi quis hominem tuum, qui hodie claudus, aut mancus, aut luſcus erit, occiderit: qui in eo anno integer, aut pretioſus fuerit: non tanti teneatur, quanti hodie erit: ſed quanti in eo anno plurimi fuerit. Qua ratione creditum eſt, pœnalem eſſe huius legis actionem: quia non ſolùm tanti quiſque obligatur, quantum damni dederit: ſed aliquando longè pluris. Ideoque conſtat in hæredem eam actionem non trãſire [d]: quæ trãſitura fuiſſet, ſi vltra damnũ nunquam lis æſtimaretur [e].

¶ *In lege Aquilia non modo illud damnum perempti corporis æſtimatur, ſed eo amplius quicquid perempto eo corpore damni patimur: ſiue in amittendo, ſiue in non acquirendo conſiſtat.*

¶ Illud non ex ver

vel. de ſica. & l. in lege. ff. ad. l. Cor. de ſica. ¶ *Impetu quoque.* CASVS. Habebas mulionem quendam, qui ſeruum Titij impetu mularũ quas propter imperitiã retinere non potuit, oppreſsit. Vnde mulio iſte in culpa eſt: & ideo tenetur. Si tamẽ propter infirmitatem eas retinere non potuit, alius tamen bene eas retinuiſſet, adhuc in culpa eſt, & tenetur. Idem iuris eſt in eo, qui aſcẽdit equũ tuũ, & propter imperitiam vel infirmitatẽ eũ retinere non potuit: quia ſi equus ſeruum alicuius oppreſſerit, æque tenetur. Si autem ſatis fortis fuit mulio, & tamen aliquo caſu fortuito per mulas, quas ducebat, vel equum quem aſcendebat, ſeruus alicuius oppreſſus fuerit, non tenetur: attamẽ infirmitas vel imperitia alicuius nulli debet eſſe damnoſa. hoc dicit. Fran.

a ¶ *Infirmitatem.* non enim debet infirmitatem ſuam in alterius læſionem conuertere: vt ff. eodem lege idem iuris. Accur.

b ¶ *Veheretur.* puta in rheda vel vehiculo, vel etiam ipſo equo.

¶ *His autẽ verbis.* CASVS. Interpretatur verba legis, Quanti plurimi &c. dicit enim quòd annus retrorſum computatur, ex quo quis occiſus eſt, ideo, ſi quo tepore occiditur, claudus fortaſſe vel luſcus minoris valet, quàm eo anno antè valuit, pœnale erit hoc iudiciũ: quia plus dare tenebitur reus, quàm dãni dederit. Et ideo in hæredem hæc actio non dabitur, niſi ex dãno locupletior factus ſit. Si tãtum vulneratus ſit ſeruus, & longo deinde pòſt tempore interiecto mortu[s], annus computabitur ex quo vulneratus eſt, retrorſum. ex quo cõſtat pœnalem eſſe legis actionem, quum vltra damnũ datum lis æſtimari poſsit, & ſi interdũ non æſtimetur. E. B.

c ¶ *Quanti id in eo anno.* materialiter hæc verba ponuntur: & habes ea. §. eo. tit. in princ.

d ¶ *Non tranſire.* niſi ex damno locupletior factus eſſet: vt ff. eod. l. inde Neratius. §. ſi infans. verſicu. hãc actionem.

e ¶ *Æſtimaretur.* Opponitur de eo, qui hodie plurimi fuerit, quam olim & occiſus eſt ab aliquo. Nam non videtur in hoc caſu eſſe pœnalis hæc actio, ergo videtur tranſire debere in hoc caſu ad hæredes. Sed non ſequitur licet enim repe-

riatur, ſit in hoc caſu, quod non ſit pœna lis: tamen non eſt apta vt tranſire debeat: vt in hoc exemplo: aliquis non videt, vel non ridet actualiter: tamen eſt aptus ridere, vel videre naturaliter: vt ar. ff. de aqua quot. & æſti. l. j. §. quotidiana. &. ff. de flumi. l. j. §. nẽ fluminum.

lis facta vel factus fuerit, totius a . . . us damni ratio est habenda. h. d. Franc.

bis legis, ſed ex interpretatione placuit, non ſolũ perempti corporis æſtimationem habẽdam eſſe, ſecundũ ea, quæ diximus [a]: ſed eo amplius, quicquid præter ea perempto eo corpore damni vobis illatum fuerit: veluti ſi ſeruum tuum hæredem ab aliquo inſtitutum ante quis occiderit, quàm is iuſſu tuo hæreditatem adierit, nam hæreditatis [b] quoque amiſſæ rationem eſſe habendam conſtat. Item ſi ex pari mularum vnam vel ex quadrigis equorum vnũ quis occiderit: vel ex comœdis [c] vnus ſeruus occiſus fuerit: non ſolùm occiſi fit æſtimatio: ſed eo amplius id quoq; computatur, quanti depretiati ſunt, qui ſuperſunt.[d]

¶ *Actio legis Aquiliæ non ſolum ciuiliter, ſed etiam criminaliter poteſt intentari. Accu.*

¶ Liberum autem eſt ei, cuius ſeruus occiſus fuerit, & ex iudicio priuato legis Aquiliæ damnum [e] perſequi, & capitalis criminis [f] eum reum facere. Caput ſecundum legis Aquiliæ in vſu non eſt.

¶ *Reliqua quæ (præter mortem ſerui aut quadrupedis, quæ pecudum numero eſt) rebus noſtris animatis vel inanimatis damna illata ſunt, capite legis Aquiliæ tertio vindicantur. quæ propter quiſquis alteri vrendo, frangendo, depaſcendo, ſecando,*

ADD *Et ſic intelligimus propriã & primanã naturam actionis, & ſecundum illam iudicamus. non autem ſecundum accidentalem. facit quod no. glo. in l. ſi cre ditor. ff. de leg. 3. Quando actio ſubrogatur, & capit naturam alterius: intelligitur ſecundum naturã ordinariã, & propriam, & primanam. quod not. Areti.*

¶ *Illud non ex verbis legis.* CASVS. Scire debetis, quod non ex verbis legis, ſed ex interpretatione eſt. quod ſi aliquis ſeruũ meũ occiderit iniuria non ſolum act. l. Aquiliæ fiat æſtimatio ſerui perempti, ſecundũ quod iam dictũ eſt: ſed & oĩs dãni mihi in ſeruitio meo pro illud corpus occiſũ dati in alijs rebus meis: veluti, ſi ſeruus meus inſtitutus fuerit hæres: & ante, quã hæreditatem adiret ab aliquo fuerit occiſus: non ſolum corporis mei ſerui fiet æſtimatio, ſed hæreditatis amiſſæ eſt habenda ratio. Ad hoc etiam adiungere poſſum multa alia exempla. Si enim ex vno pari mularũ vna occiſa fuerit, vel ſi ex quadrigis equorũ vnus occiſus fuerit, vel ex comœdis vnus occiſus fuerit: nõ ſolũ æſtimatio corporis eſt habenda: ſed ſi per vnius mortem alter vel altera minus vei

a ¶ *Diximus.* per totum hunc titulum

b ¶ *Nã hæreditatis.* in lege enim Aquilia damnum conſequimur: & amiſiſſe dicimus, quod aut conſequi potuimus, aut erogare cogimur: vt ff. eo. l. lege proinde ſi ſeruum occidiſti. &. l. ſi ſeruum meum.

e ¶ *Vel ex comœdis.* i. qui cãtabant de comœdia: & vnus ſine altero cãtare nel . . . i. bat

d ¶ *Qui ſuperſunt.* facit. ar. contra. ff. de actio. empt. l. ſi ſterilis. §. cum per venditorem & de peric. & commo. rei vend. l. fin.

¶ *Liberũ.* CASVS. In iſto §. vlt. dicit Iuſti. quod ſecundum quod iam dictum eſt, & ſi ſeruus meus iniuria iam occiſus fuerit: ſi voluero contra eum agere ad perſequendum damnum mihi datum in ſeruo meo occiſo, poſſum hoc facere actio. l. Aquil. ex primo capite, poſſum etiam ſi voluero criminaliter contra eũ agere. & poſſum eũ accuſare. l. Cornel. de ſica. & h . . . tel . ge, ſi doloſe eum occiderit ſecus autem eſt, ſi ſolum fuerit in culpa occiſor. Sed quid domine, ſatis vidi de primo capite, modo dicatis de ſecundo capite. Et reſpon. Præter caput ſecundum in vſu non eſt. h. d. Franc.

e ¶ *Damnum ſ.* quanti fuerit in anno retro: vt §. eod. in princip.

f ¶ *Capitalis criminis.* ſ. l. Corneliæ. de ſica. vt ff. eo. l. inde Neratius. §. ſi dolo ſeruus.

rumpendo, & ad id genus modis damnũ feceris, quanti ea res in diebus triginta retro proximis plurimi fuerit, domino dare damnabitur.

¶Capite tertio de omni cætero damno [a] cauetur. Itaq; ſi quis ſeruum, vel eam quadrupedem, quæ pecudum numero eſt, vulnerauerit, ſiue eam quadrupedẽ, quæ pecudum numero non eſt, veliti canem, aut feram beſtiam, vulnerauerit, aut occiderit, hoc capite actio conſtituitur. In cæteris quoque omnibus animalibus, item in omnibus rebus, quæ anima carent, damnũ per iniuriam datum, hac parte vindicatur. Si quid enim vſtum, aut ruptũ, aut fractum, fuerit: actio ex hoc capite conſtituitur: quanquam poterat ſola Rupti [b] appellatio in omnes iſtas cauſas ſufficere [c]. Ruptum enim intelligitur, quod quoquo modo corruptum eſt. Vnde non ſolum fracta, aut vſta, ſed etiam ſciſſa & colliſa, & effuſa & quoquo modo perempta, atq; deteriora facta, hoc verbo continentur. Deniq; reſpõſum eſt, ſi quis in alienum vinũ, aut oleum id miſcuerit, quo naturalis bonitas vini, aut olei corrumperetur: ex hac parte legis Aquiliæ eum teneri. Illud palã eſt, ſicut ex primo capite, ita demum quiſq; tenetur, ſi dolo aut culpa [d] eius homo, aut quadrupes occiſus, occiſave fuerit, ita ex hoc [e] capite, de dolo aut culpa, & de cætero damno [f] quémque teneri. Ex hoc tamen capite non quanti in eo anno, ſed quan-

uus & §. ſed & ſi. Nam & pro ſeruo occiſo ea. l. agitur, vt pro libero: vt ff. ad le. Cor. de ſic. l. j. §. j. donec tñ agitur vna, non poteris agi reliqua: vt ff de pub. iud. l. iiij. & ff. vi. bon. rap. l. j. § j. ſed peracto vno, aget reliquũ: vt C. quando ci. act. præiud. cri. l. j. & ff. vi. bo. rap. l. j. § j.

¶ *Capite tertio.* CASVS. Supra vidi de capite primo & ſecundo, reſtat videre de tertio capite. Et ſcire debes ꝙ in capite tertio cauetur de omni damno, de quo non eſt cautum in capite primo. Vnde tertium caput locum habet, cum aliquis ſeruũ vel quadrupedem illã, que pecudum numero eſt, vulnerauerit vel occiderit, & ſic caue tibi: quia non venit in iſto capite tertio, ſicut in primo: ſed non in illis animalibus, in quibus venit in primo. Item damnũ iniuria datum in cæteris animalibus & in cæteris rebus inanimatis, hoc tertio capite vindicatur. vnde ſi qd fuerit ruptũ, vel fractum, vſtũ vel cæſũ: actio ex hoc capite conſtituitur. Scire tamen debes, ꝙ plura verba hic poſuerunt iuris conditores, quã neceſſe fuerit. Oĩa enim verbo rupti, contineri potuerũt. Adhuc etiã ſcire debetis, ꝙ ſi aliquis in alienum vinum vel oleum aliquid miſcu[illegible]ſit, per quod natura vini, vel olei corrũpatur, hoc tertio capite. l. Aquil. tenetur. Itẽ ſicut pro occiſione, de qua in primo capite tractatur, per. l. Aquil. pœna imponitur, ſi dolo, vel lata culpa facta fuerit occiſio: & aliter nõ, ſimiliter & hic non debent puniri propter damnum datum, de quo in tertio capite tractatur: niſi dolo vel culpa hoc factũ fuerit. Scire etiam debetis, ꝙ in primo capite punitur occiſor tanti, quãti plurimi fuerit res in anno retro: ſed in tertio capite fit æſtimatio quãti fuerit in triginta dieb[us] retro. & reperitur hæc dictio, plurimi, ĩ hoc tertio capite. ſufficit enim eã eſſe poſitam in primo capite. Intelligitur enim hæc dictio, quãti plurimi &c. in primo capite poſita in tertio repetita h. d. Franciſ.

a ¶ *Cætero damno.* quod. ſ. nõ continetur ĩ primo capite: vt ſ. eo, in princi.

b ¶ *Rupti.* qd verbũ eſt legis tertij capitis.

c ¶ *Sufficere.* ſed non eſt nouum, vt ſpecialiter quibuſdã enumeratis generaliter ſubijciatur verbũ, in quo ſingula complectãtur: vt ff. eodẽ. l. ſi ſeruus ſeruum §. inquit lex.

d ¶ *Culpa.* etiã leuiſſima: vt ff. eo. l. in lege Aquilia. & leuiſſima, alias non. vt ſupra eo. §. iniuria.

e ¶ *Ex hoc.* ſcilicet, tertio, quod eſt loco ſecundi.

f ¶ *Damno.* i. dãno dato in cæteris rebus.

ti in diebus triginta [a] proximis res fuerit, obligatur is qui damnum dederit. Ac nec (plurimi) quidem verbum adijcitur [b]. Sed Sabino rectè placuit, perinde habendam æſtimationem, ac ſi etiam hac parte (plurimi) verbũ adiectũ fuiſſet. Nam plebem Romanam [c], quæ Aquilio Tribuno* rogãte hanc legem tulit, cõtentam fuiſſe, quòd prima parte [d] eo verbo vſa eſſet.

¶ Directa legis Aquiliæ actio competit, ſi corpori à corpore damnũ illatũ ſit, quòd ſi à non corpore corpori, vtilis dabitur: ſin autem neque à corpore datum ſit, neque corpus læſum, in factum actioni locus eſt.

¶ Cæterum placuit, ita demum directam ex hac lege actionem eſſe, ſi quis præcipuè corpore ſuo damnum dederit. ideoque in eum, qui alio modo damnum dederit, vtiles actiones dari ſolent. veluti, ſi quis hominem alienum, aut pecus ita incluſerit, vt fame necaretur: aut iumentum ita vehementer egerit, vt rumperetur, aut pecus intantum exagitauerit, vt præcipitaretur: aut ſi quis alieno ſeruo perſuaſerit, vt in arborem aſcenderet, vel in puteum deſcenderet: & is aſcendendo, vel deſcendendo, aut mortuus [e] aut aliqua parte corporis læſus fuerit: vti-

a ¶ *Triginta.* ſed quare minus ſpacium in tertio capite, quam in primo apponitur? Reſpon. quia in primo grauius delinquit, & ideo grauius punitur: vt ff. de offic. præſid. l. diuus. & melius facit lex præcedens. Accurſius.

b ¶ *Ac ne plurimi quidem verbum adijcitur.* id eſt, non eſt poſitũ in hoc tertio capite.

c ¶ *Plebem Romanam.* ergo eſt plebiſcitũ, quod eſt verum: vt ff. eod. l. j. & ꝫ. de iure natur. §. plebiſcitum.

ADDITIO *Quid autem inter legẽ & plebiſcitũ interſit, docet Gel. his verbis. Tribuno plebis rogante nõ ferè, & tributis comitiis, plebe ſola per tribus ſuis conuocata Plebiſcitũ dicitur. lex autem centuriatis comitiis fertur, & à Conſule aut Prætore. hac Gellius libr. 5. cap. 27.*

Alias interrogante.

d ¶ *Prima parte.* Quæ enim in præfationibus dicuntur, in cõtractibus repetita eſſe credũtur: vt ff. de verb. obli. l. Titia*. idem reſpondit. & l. qui ſic & ff. de rebus dub. l. fina. & C. famil. erciſcund. l. quoties. & ff. de condictio. inſtituend. lege cum ſeruus. & ff. de actio. emp. lege ſi vẽditor hominis & ff. de contrahenda emptio. lege qui fundum. & de legatis tertio. lege 10 repetendis. & de conditio. & demonſtratio. lege auia. & lege libertis. & ff. de legat ſecundo. lege Latinus, & ff. de fundo inſtruct. lege tertia. & lege Seia. §. Caio. & ff. de pact. dota. lege cum pater. Sed argument. contraria ſunt ff. de annuis legat. lege Seio §. fina. & ff. de fideicommiſſar. liber. lege fina. §. fina. in gloſſ. non videri. & in gloſſ. fina. & ff. de hæred. inſtituend. l. item quod Sabinus, ſecundum Ioann.

** Hic Accu. patitur fluxum legum Aegi. per.*

¶ *Cæterum placuit.* CASVS. Scire debetis quod tunc demum habet locum act. leg. Aquil. directa, cum corpore ſuo aliquis damnum dederit in corpus. quando aut aliquo alio modo, quã corpore ſuo aliquis damnũ dederit in corpus, habebit contra ipſum act. leg. Aquil. vtilis locum: veluti, ſi homi nem alienum aut pecus ita incluſerit, vt fame necaretur: & ſimiliter in alijs exemplis poſitis in litera. Sed quid dicemus de illo, qui ſeruum alienum in flumen direxit, & is ſuffocatus fuerit? Reſpon. quod non eſt dubium, quin corpore ſuo in corpus damnũ dederit: & ideo act. l. Aquil. tenetur. Sed domine, quid ſi alicui damnũ datum fuerit à non corpore in corpus: vt puta, ſi aliquis miſericordia ductus ſeruum alicuius compeditum ſoluerit vt effugiat: quid dicemus in iſto caſu? Rñd. quod neq; dabitur in hoc caſu act. l. Aql. directa neq; vtilis, ſed in actionẽ in factũ ſubſidiaria, quæ datur pro dãnis, quæ in l. Aquil. non comprehenduntur, tenebitur. hoc dicit. Franciſcus.

e ¶ *Mortuus.* quia qui occaſionem damni dat, damnum dediſſe videtur: vt ff. eod. l. qui occidit. §. in hac quoque actione.

ADD. *Tu dic ſecundũ Iac. ibi, quod aut quis dat operã rei licitæ & adhibet illã diligentiã, quã põt: & tunc nõ tenetur de iis, quæ poſtea ſequuntur:*

vt

vt d. §. in lac. in fi. ſecus ſi nõ adhibeat diligentiam, aut det operam rei illicitæ: quia tenetur: vt ff. eodem lege Item Mela. in principio. & eſt gloſſa in ca. ſicut nobis. extra de teſtamen. in verb. dederunt. Angelus.

pœnit, quod priuatum eſt delictum, id eſt non publicum. nec enim cuilibet competit, ſed iniuriato tantum. Accurſius.

lis actio [a] in eum datur: Sed ſi quis alienum ſeruum, aut de põte, aut de ripa in flumen deiecerit, & is ſuffocatus fuerit eò quòd proiecit: corpore ſuo, damnum dediſſe non difficulter [b] intelligi poteſt: ideoq; ipſa lege Aquilia [c] tenetur. Sed ſi non in corpore damnũ fuerit datum, neq; corpus læſum fuerit, ſed alio modo alicui damnum cõtigerit: cum non ſufficiat, neq; directa, neq; vtilis legis Aquiliæ actio: placuit eum, qui obnoxius fuerit, in factum actione [d] teneri: veluti, ſi quis miſericordia ductus [e] alienum ſeruum compeditum [f] ſoluerit, vt fugeret [g].

TITVL. IIII.

DE INIVRIJS.

¶*Iniuriæ verbum generatim p eo quod nõ iure fit accipitur: ſpeciatim, p culpa.*

GEneraliter [h] iniuria dicitur omne, quod nõ iure fit. ſpecialiter alias contumelia quæ à contẽnendo dicta eſt, quã Græci ὕβριν appellãt [i]:

a ¶*Vtilis actio in eũ datur.* ſ. legis Aquil. & nihilominus: vt ff co. l. item ſi obſtetrix. §. ſi quis hominem.

b ¶*Non difficulter.* imo facile: vt ff. e. l. qua actione. §. pe.

c ¶*Lege Aquilia.* i. directa actione legis Aquiliæ.

d ¶*In factum actione.* i. ſubſidiaria pro dãnis datur. quæ lege Aquilia non cõprehenduntur, vel nõ tenentur: vt ff. eo. l. ſi ſeruum. §. fi. & videtur hæc eſſe prætoria: vt ff. de pſcrip. verb. l. quia actionũ.

e ¶*Si quis miſa ductus.* ſed ſi nõ ductus mſa, datur furti: vt ff. de dolo. l. & eleganter. §. idem Labeo.

f ¶*Compeditum.* eſt enim dolo proximũ: vt ff. depoſiti. l. ſi hominem. primo reſpõ.

g ¶*Vt fugeret.* hic nota quandoq; dãnum datur à corpore in corpus: & tunc locũ habet actio legis Aquiliæ directa. Quandoq; à non corpore in corpus, vt patet per multa exempla. ſ. proxi. §. Quandoq; econtrario de corpore in nõ corpus, vt ſi anulũ excuſſerit, vt in aquã caderet: vt ff. co. l. ſi ſeruus ſeruũ. §. ſi quis de manu. Et in his duobus caſibus habet locũ vtilis actio le. Aquil. & nihilominus in factũ, ſecundũ Ioã. vt ff. e. l. quẽadmodũ §. magiſtratus municipales. cũ vtroq; caſu vtrãq; reperiã dari, ſecundũ Ioan. vt ff. vi. bo. rap. l. ij. §. ſi publicanus. Quandoq; à non corpore in nõ corpus, & tunc ſubſidiaria in factũ cõpetit: vt ff. eo. l. ſi ſeruũ. §. fi. De qua actione in factũ quot habet naturas: dic vt ff. de præſcrip. verb. in titul. & vt dicemus. j. de inter. §. fi.

DE INIVRIIS.

¶*Poſt alia priuata delicta, & de iniurijs*

GEneraliter. Totus iſte tit. diuiditur in ſex partes principales. Primo ponitur quot modis accipitur iniuria, & qualiter committitur. Secundo, ex cuius perſona nobis iniuria illata intelligitur. Tertio, quæ eſt pœna actionis iniuriarum. Quarto quãdo iniuria atrox æſtimatur. Quinto. quod pro iniuria, poteſt etiam criminaliter agi: & tũc poſſit interuenire procurator. Sexto qñ tollitur iſta actio. Secunda ibi, Patitur autẽ. Tertia ibi, Pœna autem. Quarta ibi, Atrox. Quinta ibi, In ſumma. Sexta ibi, Sed hæc actio.

CASVS. Quæſiui à Inſtin quid dicatur fieri per iniuriam? Et reſpon. dicens, quod generaliter dicitur fieri iniuria, quod non iure fit. & ita ponitur hic priuatiue. Specialiter autem dicitur iniuria pro contumelia à contemnendo dicta: quam Græci appellabant ſicut voluerunt. Quandoq; autẽ ſpecialiter dicitur culpa, ſicut ſumitur in actione legis Aquiliæ, vbi ponitur damnũ iniuria datum. i. culpa facientis datũ. Tertio modo ſumitur iniuria pro iniquitate vel pro iniuſtitia, vnde cum prætor vel iudex contra aliquem inique pronũciat: ille contra quẽ iudicatum eſt, iniuriam accepiſſe dicitur, ſiue iniuſtitiam. hinc dicit Franc.

h ¶*Generaliter.* facit. ff. co. l. j. Acc.

ADD. *Veluti ſi furioſus ſeruũ occiderit. l. 5. ff. ad leg. Aquil.*

i ¶*Græci ὕβριν appellãt.* Hybris Græce, dicitur contumelia Latine: vt aſſerit textus. Adikema, eſt culpa. Anomia iniquitas addita eſt iniuſtitia. Inde Adikon, id eſt, iniuſtum.

aliàs culpa, quam Græci ἀδίκημα dicunt, ſicut in lege Aquilia damnum iniuria datum accipitur: aliàs iniquitas & iniuſtitia[a] quam Græci ἀνομίαν καὶ ἀδικίαν vocant. Cùm enim Prætor, vel iudex non iure contra quem pronunciat, iniuriam accepiſſe dicitur[b].

¶ *Iniuria non ſolũ committitur in corpus, vt verberib', & pulſatione: ſed etiam extra corpus, vt conuicus, famoſis libellis, pudicitia attentata, aliiſq; modis innumeris.*

¶ Iniuria[c] autẽ cõmittitur, non ſolũ cũ quis pugno pulſatus, aut fuſtibus cæſus, vel etiã verberatus erit, ſed & cui conuiciũ[d] factũ fuerit, ſiue cuius bona quaſi debitoris[e], qui nihil deberet, poſſeſſa fuerint ab eo, qui intelligebat[f] nihil eum ſibi debere, vel ſi quis ad infamiam alicuius libellum, aut carmẽ, aut hiſtoriam ſcripſerit, compoſuerit, ediderit, dolove malo fecerit, quo quid eorũ fieret[g], ſiue quis matremfamilias[h], aut prætextatum[i] prætextatamve aſſectatus[k] fuerit, ſiue cuius[l] pudicitia attentata eſſe dicetur: & deniq;

a ¶ *Iniuſtitia.* iniquitatem committit iudex, q̃ contra æquitatẽ pronunciat: iniuſtitiam quando cõtra ſtrictum ius: iniquitatem & iniuſtitiam, quando contra vtrunq; pronuntiat. Accurſius.

b ¶ *Accepiſſe dicitur.* ſ. ille cõtra quẽ eſt iudicatũ. Vel dic accepiſſe. i. feciſſe iudicẽ. ſic ff. de dã. infec. l. Procul*. Acc.

¶ *Iniuria autẽ.* CASVS. Scire debet in principio, q̃ licet iniuria quatuor modis ſumatur, vt ex præcedenti reſponſo liquet, attamen in eo toto titulo propriè ſumitur iniuria pro cõtumelia. Volui ergo ſcire à Legiſlatore, quõ dicitur iniuria, ſiue contumelia cõmitti. Et reſp. dicens, q̃ non ſolum cõmittitur iniuria cũ quis pugno pulſatus fuerit, aut fuſtibus cæſus, vel verberatus: ſed etiã ſi alicui conuicium aliquod dictũ fuerit. Itẽ plus dico, quod ſi aliquis vellet poſſidere bona alicuius tanquã bona debitoris ſui, ſciens eum nihil ſibi debere, iniuriam cõmittit. Item dico, ſi aliquis ad infamiam alicuius libellum famoſum cõpoſuerit, aut ſcripſerit, aut ediderit, iniuriam cõmittit: ſi aliquis pudicitiam alicuius bonæ matronæ attentauerit, vel matrẽfã. aſſectatus fuerit: vel prætextatum. i. maſculũ, vel prætextatam. i. fœminam aſſectatus fuerit: & alijs pluribus modis. h. d. Fran. de Are.

c ¶ *Iniuria.* hic proſequitur prout hoc titulo accipitur.

d ¶ *Conuicium* quaſi conuocium: cum in vnum plures voces conferuntur: vt ff. eo. l. item apud Labeonem. §. conuicium.

ADD. *No. quod verbum iniurioſum dicitur, ſiue in genere, ſiue in ſpecie, improperatur aliquod delictum commiſſum: vt no. Bart. Bal. & de Barr. in lege tertia in principio. ff. de liberis & poſthumis.*

e ¶ *Quaſi debitoris.* cũ nõ eſſet: vt hic, & ff. eod. l. ſi iniuriæ. Accur.

f ¶ *Qui intelligebat.* ex effectu enim fit iniuria: vt ff. eod. l. iij. ſed quid ſi erat verè debitor? Adhuc videtur idẽ: cum nihil adeo durũ ſit, quam familiarem pompã oſtendi. Quid enim iam durum tanq; inhumanũ, quã publicatione pompaq; rerũ familiarium, & paupertatis detegi vtilitatẽ &c. vt C. qui. & qui. debetur quarta pars ex bo. defuncti. l. ij. §. j. lib. x. Sed dico contra in ſequenti caſu, ſi iure eũ prouocaui, vel meum debitorem appellaui, cum eſſet: vt arg. ff. eodem. l. eum, qui. in princi.

g ¶ *Fieret.* niſi nocens erat. Nam peccata nocentium nota eſſe expedit: vt ff. eo. l. eũ qui. ĩ prin.

h ¶ *Matremfamilias.* matremfamilias eam dicimus, quæ eſt notæ authoritatis, & honeſtæ vitæ in domo ſua: vt ff. de lib. exh. l. iij. §. fi. & ff. de his, qui ſunt ſui vel alie. iu. l. nam ciuium.

i ¶ *Prætextatũ.* prætexta genus eſt veſtis, qua nobiliores ciues Romani ſolebant vti. Vnde ſi alius, quã cui permiſſu erat deferre, deferebat in contumeliam certæ perſonæ ignominiã, iniuriarũ tenebatur illi quẽ inſectabatur. ſic plerũq; fit. Acc.

ADD. *Prætexta veſtis erat puerorum nobilium vſque ad annum xvij. quo tempore togam virilem ſumebant, & in forũ deducebantur: cæterum hic prætextatũ ſignificare arbitror omnem puerum ingenuum, qui per ætatem impudicitia nota iniuri poſſit. A. F.*

k ¶ *Aſſectatus.* aſſectari, eſt frequẽter ſequi. ſed attentare, eſt blãdo ſermone pudicitiam alicuius impetere: vt ff. eo. l. item apud Labeonem. §. alius.

l ¶ *Cuius.* i. alicuius.

¶ Plurimis.

alijs plurimis modis [a] admitti iniuriã, manifeſtũ eſt.

¶*Quæ liberis, vxori, aut nurui irrogatur iniuria, parenti, marito, aut ſocero, illata videtur, quo fit vt quandoq; pro eadem iniuria pluribus perſonis iniuriarum actio competat: viro tamen illatã iniuriã vxori, vindicare non licet.*

¶Patitur autem quis iniuriam, non ſolùm per ſemetipſum, ſed etiam per liberos ſuos, quos in poteſtate habet [b]: item per vxorem ſuã [c]: id enim magis præualuit. Itaq; ſi filiæ alicuius, quę Titio nupta eſt, iniuriã feceris: non ſolũ filiæ nomine tecum iniuriarũ agi poteſt, ſed etiam patris [d] quoq; & mariti nomine. Contrà autem, ſi viro iniuria facta ſit, vxor iniuriarũ agere nõ poteſt. Defendi enim vxores à viris, non viros ab vxoribus, æquum eſt. Sed & ſocer, nurus nomine cuius [e] vir in eius poteſtate eſt, iniuriarum agere poteſt.

¶*Ex iniuria facta ſeruo, non agit ſeruus, ſed eius Dominus, ſi iniuria in ſuã contumeliam fiat, vel fuerit atrox. Aretinus.*

¶Seruis autem ipſis quidem nulla iniuria [f] fieri intelligitur: ſed domino per eos fieri videtur: non tamẽ iiſdem modis, qui-

a ¶*Plurimis modis.* qui notantur. ff. eodẽ per totum. & C. eodem per totum.

¶*Patitur autem quis.* CASVS. Supra dictum eſt, quot modis fit iniuria: modo videndum eſt, qualiter quis patitur iniuriam. Patitur autem quis iniuriã, non ſolum, ſi aliquo prædictorum modorũ ei directo fiat iniuria: vt puta, quia conuiciũ ei dictum fuit, vel aliquo alio modo. ſed etiã ſi liberis eius, quos in poteſtate habet, aliquo prædictorum modorũ fiat iniuria, pater dicitur paſſus iniuriã: vnde pro iniuria facta vni perſonæ, quandoq; tribus, quãdoq; quatuor datur actio iniuriarum veluti, ſi facta fuerit iniuria filiæ familias nuptæ, datur actio iniuriarũ patri mulieris: & etiã mulieri, & marito mulieris. Sed quid ſi marito fuit iniuria facta, poteſt ne vxor agere pro iniuria ſibi facta, & e conuerſo? Reſp. quod non. Æquum enim eſt vxores à viris defendi, & nõ maritos ab vxoribus. Quatuor enim perſonis competit actio iniuriarum pro iniuria facta vni perſonæ in tali caſu. Pone, quod aliqua filiafam. nupta filio meo ſit, quem in poteſtate habebam. huic ſi facta fuit iniuria, competit actio iniuriarum nuptæ: & mihi ſocero pro iniuria facta nurui meæ & etiam filiofa. marito mulieris: & etiã patri mulieris. h. d. Franciſ.

b ¶*In poteſtate habet.* ſi ille qui iniuriam facit, ſcit eos eſſe in poteſtate, licet ignoret, in cuius poteſtate ſint, alioqui non: ſicut marito ſi mulierẽ viduam credat: vt ff. eo. l. eum qui nocentẽ. §. ſi. Accur.

c ¶*Per vxorem ſuam.* vel ſponſam: vt ff. eodem lege item apud. §. ſponſum quoq;.

d ¶*Etiã patris.* etiã non eſſet: vt ff. e. l. §. itẽ.

ADDITIO. *Iſta gloſſa nõ eſt vera, per l. ſed ſi vnius. §. ait prætor. verſicul. idem eſt, & ſi emancipatus. ff. eodem. & ibi videtur gloſſa præterea, ſi non competit patri actio iniuriarũ, quando credit pulſatum fore patrẽfamilias. vt d. l. enim qui §. ſi. ff. e. ergo multo fortius non cõpetit ſibi, quando in veritate eſt paterfamilias, ſcilicet, quando eſt emancipatus: ſecundum Ioan. Fabr. quod credo verum. Angelus.*

e ¶*Cuius.* ſcilicet fœminæ vel nurus.

¶*Seruis autem.* CASVS. Supra dictum eſt, quod patitur aliquis iniuriam, non ſolũ per ſemetipſum, ſed & per vxorem, ſuam, & per liberos ſuos, quos in poteſtate habet. Hæc autẽ omnia intelligere debes vera eſſe in liberis. Si enim alicui ſeruo fiat iniuria, nõ intelligitur ei fieri aliqua iniuria, eo quod inſpecto iure ciuili ſerui pro nullo habẽtur: ſed dño ſerui fit iniuria per iniuriã factam ſeruo ſicut per iniuriã factã vxori, vel liberis, iniuria fit marito vxoris. & illi in cuius poteſtate liberi ſunt. Solũ enim in duobus caſibus fit dño iniuria per iniuriã factã ſeruo: ſi vel in cõtumeliam dñi aperte facta fuerit ſeruo iniuria, licet nõ atrox: vel ſi ſeruus atrociter verberetur. Cæterum ſi aliquis cõtra ſeruũ tuũ conclamauerit, & eũ leuiter pugno percuſſerit, non dabitur tibi actio iniuriarum. h. d. Franc.

f ¶*Nulla iniuria.* quantum ad hoc vt a

bus etiam per liberos[a] & vxores: ſed ita cũ quid atrocius[b] commiſſum fuerit: & quod apertè[c] ad cõtumeliam domini reſpicit[d]: veluti ſi quis alienũ ſeruũ atrociter verberauerit: & in hunc caſum[e] actio proponitur. At ſi quis ſeruo conuiciũ fecerit, vel pugno eũ percuſſerit, nulla in eum actio domino competit.

¶Pro iniuria illata ſeruo communi, agit vterq; dominus, habita diſtinctione dignitatis vtriuſq;. Aretinus.

¶Si communi ſeruo iniuria facta ſit: æquũ eſt, non pro ea parte, qua dominus[f] quiſq; eſt: æſtimationem iniuriæ fieri, ſed ex dominorũ perſona[g], quia ipſis fit iniuria. Quòd ſi vſus fructus in ſeruo Titij eſt, proprietas Mæuij: magis[h] Mæuio[i] iniuria fieri intelligitur.

¶Pro iniuria facta libero homini &

gaot.ſ.inſpecto iure ciuili: ſed ſic, inſpecto iure naturali, vt ff.e.l.eũ qui.§.j.& ff. de his, qui ſunt ſui, vel alieni iuris.l.ij. & ſupra de his, qui ſũt ſui, vel alieoi iur. §.ſi.quæ eſt cootra.

a ¶*Per liberos*.i.filios.

b ¶*Atrocius*. quã æquũ ſit.

c ¶*Et quod aperte*. repete, & cum id cõmiſſum foerit quod &c. Si autem oõ io dñi contumeliam, ſed ſerui tantum, tamẽ adhoc non debet ioulta relinqui à prætore: vt ff. eod.l.itẽ apud Labeoõẽ. §.ſi qs ſic fecit.

d ¶*Ad contumeliam domini reſpicit*. his duobus caſibus domino datur actio: hoc eſt ſiue ad eius contumeliam fiat ioiuria: ſiue ſeruus atrociter verberetur: & ſic domious aget propter iniuriã ſeruo factã. non tamẽ ſerui nomioe, quaſi ſeruo competat actio: ſed in primo caſu nomine pro iniuria.ſ. ſibi commiſſa.

e ¶*In hunc caſum*. nõ ſolum in ſuperiori caſu, quando ad contumeliam domioi facta eſt ioiuria.

¶*Si communi ſeruo*. C A S V S. Supra dictum eſt, ꝙ ſi ſeruo alicuius, qui in torõ alicuius eſt, fiat iniuria: ꝙ in duobus caſibus actio iniuriarum competit domino. ſed pone, ꝙ ſeruo communi alicuius ſimplicis hominis & alicui⁹ nobilis viri pro æqualibus partibus, fiat iniuria, ex qua naſcatur actio ioiuriarum: qualiter debet iſta iniuria æſtimari? Et reſpoo. ꝙ nõ debet fieri iniuriæ æſtimatio pro ea parte, pro qua quiſque eorum dominus eſt: ſed ex perſonis dominorum, hoe eſt dignitatibus: hoc eſt dicere, ꝙ licet humilis perſooa taotum habeat io ſeruo quãtum & nobilis: noo tamen tantum debet iniuria ſua æſtimari, quantum iniuria facta nobili. Ad legem autem inductam per contrarium. ff.eod.l. ſed non eſt æquum. Reſpon. ſic exponendo ſed non eſt æquũ pro maiori parte, quam pro qua domin⁹ eſt, damnationem fieri: hoc ſic iotellign. ꝙ quilibet domioorum habebit dimidiã emendæ reſpectu ad ſuum totum. Si enim ſeruus cui facta eſt iniuria, totus fuiſſet nobilis, æſtimaretur iniuria ſua xx. ſolidos, ſed quia non eſt niſi dimidius æſtimabitur decẽ, & ita æſtimatio nobilis viri deducitue ad ſuom totũ. Aut illud æſtimabitur habito reſpectu ad diuturnitatẽ. Si aũt ſeruus cui facta eſt iniuria, totus eſſet domini ignobilis, non valeret iniuria niſi decem. cũ ergo non habeat niſi medietatẽ in ſeruo ſuo, æſtimabitur quinque. Alijs autẽ modis ſoluitur ibidem. Sed quid ſi fiat ioiuria ſeruo, io quo aliquis habet vſum fructum: cui competit actio iniuriarum? Et reſpoodet, ꝙ domino proprietatis. Sed pone, ꝙ alicoi libero homini qui tibi bona fide ſeruit fiat iniuria: dabitur ne tibi actio Iniuriarum? Et reſpon. ꝙ non, ſed ſibi. Et hoc verum eſt, niſi in contumeliam tui domini, cui bona fide ſeruit, ſit vulneratus vel pulſatus. Idẽ eſt in ſeruo alieno bona fide ſeruiente: vt tũc pro iniuria ei facta, tibi concedatur actio iniuriarum, quando io contumeliam tui iniuria fuerit ei facta. Et hæc ſunt, quæ in litera continentur. Franciſcus.

f ¶*Dominus*. imo pro parte dñij: vt ff. en. l. ſed nõ cõtra. Sol. nõ contradicit ſi recte intelligatur. Nam quilibet agit ratione dimidiæ: vt ſi duo ſunt, vn⁹ nobilis alius ignobilis: ſi ſeruus eſſet totus nobilis, ageret iniuriarũ in xx. nũc ergo aget í decẽ: ignobilis autẽ ageret in decẽ, ſi eſſet totus ſuus ſeruus: nunc ergo aget in quinque, & ita quilibet pro parte ſua: & ratio dignitatis habetur. Vel ibi erãt pares per omoia domini.

g ¶*Ex dominorum perſona*. q.d. ooo ex ſerui perſona.

h ¶*Magis*. quam Titio.

i ¶*Mæuio*. niſi ad contumeliam vſufructuarij facta ſit: vt ff. eo. l. itẽ apud Labeonem. §. ſi vſumfructum. & §. item ſi liberum. ad ſioem legis.

ſeruo alieno, qui ſeruiunt nobis, bona fide: ſi facta fuerit in deſpectũ noſtrũ, competit nobis actio iniuriarũ. Arct.

¶ Sed ſi libero homini, qui tibi bona fide ſeruit, iniuria facta ſit, nulla tibi actio dabitur, ſed ſuo noīe is experiri poterit, niſi in cõtumeliã tuã pulſatus ſit, tunc enim cõpetit & tibi [a] iniuriarũ actio. Idẽ ergo eſt, & in ſeruo alieno bona fide, tibi ſeruiente: vt toties admittatur iniuriarum actio, quoties in tuã contumeliã [b] iniuria ei facta ſit.

¶ *Reiecta talionis pœna, quæ olim iniurioſis irrogabatur, hodie pecuniaria imponitur: vt. ſ. reus tanti cõdẽnetur quãti iniuriã paſſus æſtimãdã duxerit, aut iudicia taxãti æquũ viſum fuerit: quippè qui pro dignitate illius cui infertur, pluris, minorisve iniuriam æſtimabit.*

¶ Pœna autẽ iniuriarũ, ex lege duodecim tabularum propter mẽbrum [c] quidẽ ruptũ [d] talio [e] erat: propter os verò fractũ nummariæ pœnæ erãt cõſtitutæ: quaſi in magna [f] veterum paupertate. Sed poſtea Prætores permittebãt ipſis, qui iniuriã paſſi ſunt, eã æſtimare: vt iudex vel tãti reũ cõdemnet, quãti iniuriã paſſus æſtimauerit [g]: vel minoris: prout ei viſum fuerit. Sed pœna quidẽ iniuriæ: quæ ex lege duodecim tabularũ introducta eſt, in deſuetudinẽ abiit. quã aũt Prætores introduxerũt (quæ etiã honoraria [h] appellatur) in iudiciis frequẽtatur. Nã ſecũdum gradũ dignitatis, vitæq; honeſtatem creſcit, aut minuitur æſtimatio [i] iniuriæ. qui gradus condemnationis & in ſeruili perſona non immeritò ſeruatur: vt aliud in ſeruo actore [k], aliud in medi[illegible] [l]

a ¶ *Et tibi.* non ſolum ei.

b ¶ *In tuam contumeliam.* nec minus ipſe, iniuriarum aget. ideo in fructuario diſtinguī oportet: vt ff. e. l. item. §. Item ſi liberum.

¶ *Pœna autem iniuriarum.* C A S V S. Gellius libro 20. noct. Att. auctor eſt lege duodecim ita ſãcitũ fuiſſe, Si membrũ ruperit meũ. è pacto talio eſto: Si iniuria alteri faxit, viginti quinque æris pœnæ ſunto. Os fractũ impenſiore dãno vindicator. E pacto. dicit lex ꝑ eo quod eſt. Extra quam ſi pactũ factum fuerit de pecuniaria pœna. Sed imperator ea lege abrogata ob iniuriã illatã mulctam imponit pecuniariã, iuxta iniuriã paſſi æſtimationem, aut iudicantis religionẽ taxãda, qui pro iniuriã paſſi meritis ac dignitate, rem ex arbitrio temperabit.

c ¶ *Membrum.* puta manũ vel pedem.

A D D. *Nor. ex tex. & gloſ. quid dicatur mẽbrũ: & habetur in. l. nõ ſunt liberi. ff. de ſtatu ho per glo. & doc. & an dens dicatur mẽbrũ, habetur in l. cui dẽs. ff. de ædil. edic. de quo vide Bart. & Ioan de Imo. in. l. ij. ff. de pub. iudi. Angelus.*

d ¶ *Ruptum.* i. detruncatum.

e ¶ *Talio.* i. ſimilitudo ſupplicij: vt membrum pro membro.

f ¶ *Quaſi in magna.* hæc eſt ratio non ad proximũ, ſed ad illud quod erat pœna talionis. Accurſius.

g ¶ *Aeſtimauerit.* per ſacramentũm taxatione iudicis.

h ¶ *Honoraria.* facit. §. de iur. natu. gen. & ciui. §. ꝓponebãt

i ¶ *Aeſtimatio.* ꝓpoſita actione iniuriarum prætoria, q̃ anno continuo tollitur: vt C. eo. l. ſi nõ conuicij, niſi in caſu, vbi anno vtili datur: vt ff. qđ met⁹ cau. l. ſi cũ exceptiõe §. poſt annum.

k ¶ *In ſeruo actore.* i. caſtaldo.

A D D *Seruum actorem* A E. *Fer. expoſuit, qui rationes, aut menſa, aut rerũ oĩm, aut bona partis pecuniatio mãdata & credita erat.*

l ¶ *Medij actus homine*, qui meſonatra, aliàs mediaſtinus dicitur. ff. nau. caup. ſtab. l. j. §. qui ſunt ver. nec enim & § diſpones. verſi. cæterũ.

A D D *Medij actus ſe[illegible] is intellig[illegible], neq; maxima [illegible] præpoſitus q[illegible] eſt aſſer: ne[illegible] minime, qual[illegible] laſtia ri⁹, aut [illegible] ari⁹: Mediaſt[illegible] um au tem app[illegible] ab 3q, viliſſim[illegible] mune ribus fu[illegible] em, portando[illegible] ligno rũ atq; [illegible] meliũ rerũ. hi [illegible] mali erãt. & [illegible] ſtebti in cõpedi[illegible] bus habebãtur, [illegible] ære fodiendo [illegible] aliis ſimilibuſque rebus exercebãtur. Ho[illegible] ſeruile Plautus appellat. A F F.*

aliud in viliſsimo vel compedito [a] ius æſtimationis conſtituatur.

¶ Lege Cornelia de iniuriis tenetur qui etiam in tribus caſibus hic ſpecificatis. & domus noſtra dicitur etiam conducta. Aret.

¶ Sed & lex Cornelia [b] de iniuriis loquitur: & iniuriarum actionem introduxit [c]: quæ competit ob eam rem, quòd ſe pulſatum [d] quis, verberatumve [e], vel domum ſuam [f] vi introitam eſſe dicat. Domum autem accipimus, ſiue in propria domo quis habitet, ſiue in conducta, ſiue gratis, ſiue hoſpitio receptus ſit.

¶ Atrox iniuria, grauius punitur: atrocem autem iniuriam ex facto, loco, perſona, & corporis parte qua læſa fuit, reputamus.

¶ Atrox [g] iniuria æſtimatur, vel ex facto [h]: veluti ſi quis ab alio vulneratus ſit, vel fuſtibus cęſus: vel ex loco: veluti ſi cui in theatro, vel ĩ foro vel cõſpectu Prætoris iniuria facta ſit: vel ex pſona: veluti ſi magiſtratus iniuriam paſſus fuerit: vel ſi ſenatori ab humili perſona [i] iniuria facta ſit: aut parenti, patronove fiat à liberis: vel libertis [k]. Aliter enim ſenatoris & parentis patroníque, aliter extranei & humilis perſonæ iniuria æſtimatur. Nonnun-

a ¶ *Compedito.* i. in eo ſeruo, qui nullam aliam affert vtilitatem: ſed tantum ligatus ſtat.

¶ *Sed & lex Cornelia.* C A S V S. Scire debes quod pro oĩ iniuria de mundo deber agi actiõe iniuriarũ ex le. Cornel. de iniurijs. quod contingit ĩ tribus caſibus: puta ſi aliquis dicat ſe pulſatum, verberatũ, vel domũ ſuã vi introitã & appello domũ tuã, ſiue propria tibi fuerit, ſiue locata, ſiue gratis conceſſa. h. d. Franc.

Lex Cornelia vnde dicitur. Domus ſua.

b ¶ *Lex Cornelia.* ideo ſic dicta, quia Cornelius Sylla [illegible] primus eã fecit: vt ff. de accuſa. l. hos accuſare. in fine legis. Accur.

c ¶ *Introduxit* ſ. dicta. l. Cornelia. in qua actione condẽnatio fit æſtimatione iudicis: nõ iureiurando in litẽ: vt ff. eo. l. cõſtitutionib⁹. Sed nunquid in his caſibus, qui tres ſunt ex lege Cornelia, eſt hæc actio perpetua? Dicunt quidam, vt M. ꝙ ſic: cũ omnis actio ex lege deſcendẽs ſit perpetua: vt ff. de perpe. & tempo. act. in prin. Sed Ioan. contra, dicit enim ſemper eam anno continuo tolli: vt C. eodem lege ſi nõ conuitij. Et nota, ꝙ his tribus caſibus eſt ciuilis, alias eſt vbique prætoria, cum à prætore ſit inducta: vt ff. eodem lege prætor. Accurſius.

d ¶ *Pulſatum.* ſine dolore.

e ¶ *Verberatumve.* ſcilicet cum dolore: vt ff. eod. l. lex Cornelia. §. j.

f ¶ *Domum ſuam.* facit ff. de iis, qui deie.

vel effu. l. j. §. habitare.

¶ *Atrox iniuria.* C A S V S. Intellexi Domine Iuſtin. ſuperius fieri mentionẽ de atroci iniuria. ſed domine, qualiter cognoſcam atrocem iniuriam? Et ipſe reſpon. dicens, ꝙ atrox iniuria quatuor modis cognoſcitur: videlicet ex loco dupliciter. ſ. ex loco vbi fit, vel loco vulneris. Item ex facto, vt ſi aliquis vulneratus fuerit, vel grauiter læſus: & etiam ex perſona: vt patet ex litera. hoc dicit Franciſcus de Aretio.

g ¶ *Atrox.* ideo atrox iniuria ab alia ſeparatur, quæ ſit minor. vt ꝑ hoc magis puniatur: vt ſupra eodem. §. pœna. ff. eodẽ. l. prætor edixit. §. atrocem. & . §. fina. &. l. vulneris. & lege ſequẽ.

h ¶ *Ex facto.* magis, quam ex pretio rei: vt ff. de ĩc. rui. nau. l. Pedi⁹. §. j

i ¶ *Humilis perſona.* quæ ſit perſona humilis, dic: vt C. de ince. nup. l. humilem.

k ¶ *A liberis vel libertis.* quibus aduerſus parentes & patronos agere permittitur, ſi ſit atrox iniuria facta eis à parentibus & patronis: vt ff. eodem lege prætor. edixit. §. præterea. puta in oculo, vel in ore: vt ff. eodem lege prætor. §. fina. & . l. ſeq. Accur.

A D D. *Dicas ſecundũ Sali. in lege iniquũ C. qui acc. nõ poſ. quòd licet pro leui iniuria filius in poteſtate nõ poſſit patrẽ ſolẽniter accuſare: vt lege his uulla. ff. de in. tamẽ iudicis officiũ põt implorare ꝑ graui: vt. l. ſi lenones C. de epi. au. Emancipatus quoque pro leui delicto non accuſat:*

accuſat: ſed pro graui ſit: dummodo ciuiliter agi non poßit. alias ſecus. vt hic per do,
a ¶ *Nonnunquam*. i. aliqñ. & ſic duæ negationes faciunt vnã affirmationẽ. Accur.
b ¶ *Filiofamilias*. niſi quia facta iniuria filio, duæ actiones naſcuntur: & vtriuſque exercitium cõpetit patri: vt ff. eodẽ. l. ſed ſi vnius. §. filiofamilias. & l. pater. ſed facta iniuria patri, nõ ideo filius aget.
¶ *In ſumma*. *CASVS*. Ille qui patitur iniuriam, poteſt agere de iniuria ſibi illata ciuiliter, ſi voluerit, vel criminaliter. Si autem ciuiliter agat: æſtimatione facta, ſecũdum quod ſupra dictum eſt, iudex pœnam reo irrogabit. Si autem criminaliter: tunc extraordinaria pœna eſt imponenda. Hoc tamen vult ſemper obſeruari dominus Iuſtin. quia illuſtres & ſuperilluſtres iniurias ſibi illatas per procuratores agere poſſint, tam criminaliter, quam ciuiliter, ſecundum tenorẽ conſtitutionis Leonis, quam habes. C. eodẽ. lege fina. ad quam recurre. Franciſcus.
c ¶ *Agere*. & ſic tollitur vnum iudicium per aliud: cum vtrunq; ſit proditum ad vindictam: vt ff. eodem. l. prætor. §. j. & l. quod ſenatuſconſultum. in fi. in gloſ. fi. ſecus ſi alterum eſſet de re familiari: vt C. qñ ciui. actio crimina. præiud. l. j. Et ideo ſi de iniuria atroci actum eſt iniuriarũ, nihilominus poteſt agi lege Aquilia ad damnum. & econuerſo. Nec enim actione iniuriarum agitur ad damnum, vt ad damnum, ſed vt ad cõtumeliã: vt ff. eo. l. tẽ apud Labeonẽ. §. ſi qs ſeruo verberato

d ¶ *Dictũ eſt*. vt ſupra eo. §. pœna. in fi. §.
e ¶ *Pœna*. pecuniaria. ſ. actori danda.
f ¶ *Extraordinaria*. ſ. capitis vel ſtatus ſi iudici ſedeat, vel pecuniaria inferenda fiſco, non actori: vt ff. eod. l. fi. Accur.

quam [a] & locus vulneris atrocem iniuriam facit: veluti ſi in oculo quis percuſſus fuerit. Parui autem refert, vtrum patrifamilias [b], an filiofamilias talis iniuria facta ſit: nã & hæc atrox iniuria æſtimabitur.

¶ *Illata iniuria aut ciuiliter, aut criminaliter, vlciſcitur: ciuiliter, quando multa iniuriæ adiudicatur: criminaliter, ſi quando reus iudicis arbitrio extra ordinem puniendus committitur. quo caſu procurator interuenire nequaquam poteſt: niſi qui iniuriam perſequitur, vel ſe defendit, aut illuſtris, aut ſuperilluſtris ſit.*

¶ In ſumma ſciendum eſt, de omni iniuria, eum qui paſſus eſt, poſſe vel criminaliter agere [c], vel ciuiliter. Et ſiquidem ciuiliter agatur: æſtimatione facta, ſecundum quod dictum eſt [d], pœna [e] reo imponitur: ſin autem criminaliter officio iudicis extraordinaria [f] pœna reo irrogatur: hoc videlicet obſeruãdo, quòd Zenoniana conſtitutio [g] introduxit, vt viri illuſtres [h], quique ſuper eos ſunt, & per procuratores poſſint actionem [i] iniuriarum criminaliter vel perſequi, vel ſuſcipere, ſecundum eius tenorem, qui ex ipſa manifeſtius apparet [k].

¶ *Etiam qui curauit vt cuipiam per*

ADDITIO
Et ſic vbi pœna eſt in arbitrio iudicis, poteſt ſuũ arbitrium extendere vſq; ad mortem: quod eſt verum, penſata & tentata facti qualitate l. Pediue. §. j. ff. de incen. rui. nau. Item ex hac gloſſ. elici poteſt, quod ſi ageretur de crimine ad pœnam pecuniariam fiſco applicandam, iudicium d[icitur] eſſe criminale.
Pœna arbitraria ad mortẽ extenditur.

g ¶ *Conſtitutio*. vt C. eo. l. fina.
h ¶ *Illuſtres*. hi ſunt qui tantũ nomine illuſtres ſunt, & non dignitate. illi autẽ ſunt ſuper eos, qui dignitatem & adminiſtrationem habent: ſupra quos nemo eſt, niſi Imperator. quod dic vt no. in authen. vt ab illuſtri. & qui ſupra eos ſũt. col. v.
ADDI. *Illuſtres ſunt ſenatores, cæteriq; qui ita dicebantur ſenatum ſententia habebant: vt patet ex l. nuptiæ. ff. de ſenat. clariſſimi autem Patritij & Conſules, quos ſuperilluſtres hic appellat. Nominatim autem clariſſimorum nomine comprehendi Comites & Tribunos tradit Iuſtin. in Nouel. xit. vt ab illuſt.*
i ¶ *Actionem*. i. accuſationem. Et eſt ſpeciale in accuſatione, alias contra: vt ff. de procur. l. licet. §. ad actionem. & ff. de pu. iud. l. pe. §. ad crimen.
k ¶ *Apparet*. dic ergo hic caſum eius legis.
¶ *Non ſolũ*. *CASVS*. Scire debes quod non ſolum tenetur actione iniuriarum qui fecit iniuriam: ſed ille qui procura-

aliũ iniuria fieret, iniuriarum tenetur.

¶Non ſolùm autem is iniuriarum tenetur, qui fecit iniuriam id eſt, qui percuſſit: verum ille quoque tenetur, qui dolo fecit [redacted],vel [redacted] procurauit, vt cui [a] mala [b] pugno percuteretur [c].

¶*Actio iniuriarum non naſcitur, niſi ab initio iniuriatus in animo ſuo iniuriam reuocauerit. Vel ſic ſecundum gloſſ. Actio iniuriarum iam nata tollitur diſſimulatione. Aretinus.*

¶Hæc actio diſſimulatione [d] aboletur. & ideo ſi quis iniuriam dereliquerit: hoc eſt, ſtatim paſſus, ad animum ſuum nõ reuocauerit: [e] poſtea ex pœnitentia remiſſam iniuriam non poterit recolere.

TITVL. V.

DE OBLIGATIONIBUS, quæ quaſi ex delicto naſcuntur.

¶*Obligatio ex quaſi delicto oriri dicitur, quando non ex dolo malo, ſed magis imperitia quadam, & minus prouide delinquitur: quo pacto & index ſi per imprudẽtiam perperam pronuntiauit, facit litem ſuã, id eſt, damnum eius litis, vt æquitati in dicantis videbitur, læſo reſtaurare compellitur.*

uit,vt ab alio fieret, hoc dicit Franci. de Aretio.

a ¶*Vt cui*.id eſt,alicui.vel cuius, id eſt, alicuius.

b ¶*Mala*.i.maxilla.

c ¶*Percuteretur*.ſed videtur quod ex tali conſilio non teneatur: vt ſupra de obliga. quæ ex delicto naſcuntur.§ ope. in fine. §. Sed dic vt ibi diximus. Item arg.contra,ſupra manda.§. tua tãtum ibi: quia nemo ex conſilio.

¶*Hæc* actio. *CASVS*. Si aliquis fecerit mihi iniuriã, & ego diſſimulauerim,ſi pœniteam poſtea, & velim agere iniuriarũ nõ poſſum.hoc dicit Franciſcus.

d ¶*Diſſimulatione*. vt ſi riſi, vel luſi.vel comedi cum eo poſtea. Item tollitur etiam nudo pacto ipſo iure:vt ff.de pactis lege ſi tibi.§ quædam actiones. Sed nunquid eſt nata etiam ſtatim facta iniuria: aut ita demum ſi.dicat ad animũ reuoco? Quod vltimum dixit B. vt dicunt. Sed certe imo eſt nata ſtatim, nec enim ex reuocatione ad animum,vel ex verbis talibus naſcitur hæc actio,ſed ex contumelia: vt ff. de pact.l. ſi vnus.§.pactus.Item quomodo aboleretur hęc,niſi eſſet nata:certe nullo modo: vt ff. de iniuſte rup.teſta.l. nam & ſi.§. poſt defectum. & ff.de ver.obli.l. decem.

e ¶*Non reuocauerit*.i.aboleuerit.Non cõ oportet dicere, ad animum reuoco: ſed ſufficit ſi remaneat iratus, & ei non reconcilietur. Sed quid ſi in vltima volontate in pœnitẽtia remittat quaſi coactus morte,& poſtea conualet: nunquid renaſcitur? Videtur quod ſic: vt arg. ſupra de dona.§. mortis cauſa. Itẽ quia coactus remiſit. vnde Prætor ratum non habet: vt ff. quod met. cauſa.l.j.Sed contradico: quia fuit ſemel extincta: vnde in perpetuum reſuſcitari non poteſt: vt ff. de ſolut.l.qui res §.aream.ibi,in perpetuũ. Itẽ præſumo, quod perpetuo voluerit remittere,ſiue conualuerit, ſiue nõ: nam alias non potuit bene pœnitere. præſumam ergo eum non fuiſſe immemorem ſuæ ſalutis: vt C.ad leg. Iul. repe.l.bona. Itẽ eſt contra ad id, quod hic dicit.nuda voluntate tolli hanc actionem.ff.de neg.geſt.l.Pomponius.ibi, nã quomodo &c. & ibi no. glo. nuda:ſed certe ab initio tollitur nuda voluntate & ſimplici & nudus tantum. ſed ſi ſemel ad animum reuocauerit,nõ remittitur per nudam voluntatem:ſed per voluntatem nudam verbis,vel pacto expreſſam, ſic etiã ipſo iure:vt dictum eſt per.l. de pact.l. ſi tibi.§.quædam.

DE OBLIGATIONIBUS. &c.

Quia

¶ Quia de obligationibus ex maleficio diximus, ſequitur de iis, quæ ex quaſi maleficio ſunt. Accurſius.

SI *Iudex*. Totus iſte titu. diuiditur in duas partes principales. Primo ponit caſus, in quib9 quis obligatur ex quaſi maleficio. Secundo quã actiõe his caſibus agitur. Secunda ibi, In his autem.

CASVS. In toto titul. iſto nihil aliud dicitur, niſi ꝙ ponũtur q̃dã exẽpla, in quib9 quidem exemplis tenetur aliqs ex quaſi delicto: & inter omnia exempla primũ exemplum eſt de iudice, qui cognoſcens inter me & aduerſariũ meum, per ſuã imprudẽtiam vel imperitiã contra iuſtitiã meam pronũtiauit, eredens equũ de me facere. Iſte enim iudex dicitur litem facere ſuã: hoc eſt damnũ alterius in ſe transferre. In id etiam mihi tenetur, in quo ꝑ imperitiam ſuã me læſit. Sed quo genere dicemus ipſum mihi obligatũ? Rñ. vt ſuperi9 dictũ eſt, ꝙ cũ nõ ſit obligatus ex contractu, nec ex quaſi cõtractu, eo ꝙ neq; contraxit, neq; quaſi cõtraxit, neq; ex maleficio: quia credebat bene facere: ex quaſi delicto obligatur. Sed pro Deo, inquantũ ſuſtinebit iudex iſte imperitus pœnam? Reſpon. quòd inquantum æquum viſum fuerit iudici maiori: hoc eſt, ſecundũ qđ plus, vel min9 iudex maior viderit ipſum erraſſe. Secus enim eſt, ſi circa certa & cõmunia aliquis iudex errauerit: & ſecus ſi errauerit circa occulta huius philoſophiæ. hoc dicit. Fran.

SI Iudex[a] litem ſuam[b] fecerit[c], non propriè ex maleficio obligatus videtur, ſed quia [redacted] neq; ex contractu[d] obligatus eſt, & vtique peccaſſe aliquid intelligitur licet per imprudentiam: ideo videtur quaſi ex maleficio teneri, & inquantum de ea re æquum religioni iudicantis videbitur[e], pœnam ſuſtinebit.

¶ *Si ex ædibus quas*

a ¶ *Iudex*. ſiue ſit paterfamilias iudex, ſiue filiusfamilias. ſed qñ eſt filiusfamilias, pater de peculio tenetur inquantum fuit peculio: cum filiusfamilias litem ſuam fecit, vt ita ſint duo ſpecialia: & quia datur de peculio, licet ſit quaſi maleficiũ, quod non eſt alias, vt ff. de iis qui de. vel effud. l. j. §. filiusfamil. Item quia inſpicitur tempus quo fecit litem ſuã in eõdemnando: licet alias rei iudicatæ tempus ſpectetur: vt ff. de pe. l quæſitum. & probantur hæc ff. de iud. l. filiusfamil. Vel dic quòd filius conuenitur. vt not. in d. §. filiusfamilias. Accurſius.

Arbiter ſi facit litem ſuam [illegible] *ſit puniendus ſicut iudex.*

b ¶ *Litem ſuam*. i. controuerſiam, vel litigium: vt in id teneatur ipſe in quo læſit aliquem, & hoc quãdo ꝑ ignorãtiam: vel imperitiam: vt j. ſequitur. Nam ſi dolo, tunc non habet locum hic titulus: ſed ex maleficio tenetur, & fit infamis: vt C. de pœ. iu. qui ma. iu. l. fina. Sed nunquid hæc omnia in arbitro locũ habent? Dicit Ioã. quòd ſic: vt C. de pact. l. ſi quis in cõſcrib. Alij contra, cum poſſit pœna peti tantũ: nec ſententia valeat: vt C. de ar. l. j. & l. ij. & maxime ſecundum noua iura, quę loquuntur cum eſt iuratum ab arbitro, vel à partibus, ſecundũ quæ nihil eis erit præter ſacramentum: vt in auth. de iu. §. qa vero. verſic. ſi autem ex ignorãtia. coll. vj. Sed certe ſententia prima vera eſt, nec obſtat hæc authen. quia nihil erit ei, i. arbitro, præter ſacramentum ſ. vt poſſit cogere partes ſuo ſtare iudicio, vel eis i. partibus. Nam vocabit alteram partem per iuramentũ, ſed & contra arbitrũ nihilominus aget, vt dictum eſt. & per actionem in factum vt j. eo. §. fi.

ADDI. *Iudex litem ſuam facit, qui vel dolo malo vel imprudentia, ita iudicat, vt ſibi ius dicere videatur, non litigatori. Vide tamen (inquit Eg. Baro) ne litem ſuã faciat iudex, quòd cum litem alienã iudicet ob dolũ ſuum vel culpam litem ſibi pariat, ex delicto, vel quaſi delicto. Cum enim pecunia corruptus ſcienter perperam ius dicit, maleficium eſt, & præter ignominiam litis æſtimationem ſufferre* l. ſi. C. de pœ. iud. l. ſi filiusfa. ff. de iudic.

c ¶ *Fecerit*. i. male iudicauerit.

d ¶ *Ex contractu*. vel quaſi.

e ¶ *Videbitur*. vt ſi dubitauit circa legem Fuſiam Caniniam, durius puniatur. ſi autem in l. illa, Gallus Aquilius, mitius puniatur: & hoc quando non fuit data pecunia iudici, vel promiſſa: alias grauis pœnę ſequerentur: vt C. de pœn. iu. qui ma. iu. auth. nouo iure & facit ad hoc reſpon. ff. de var. & extraor. cog. l. ſi. Acc.

¶ *Item is ex cuius cœnaculo. CASVS*. Iam vidiſtis vnum exemplum, vbi obligatus eſt aliquis non ex contractu neq; ex quaſi contractu, neque ex maleficio: ſed ex quaſi maleficio eſt obligatur. Modo ponit hic aliud exemplum: vt ecce, Si de cœnaculo alicuius fuerit aliquid eiectum, vel effuſum ex quo aliquis læditur: iſte de cui9 cœnaculo illud eijcitur vel effunditur, eſt obligatus, nõ ex contractu, neq; ex quaſi contractu, neque ex maleficio: quia ipſe non eiecit: ſed ex quaſi maleficio. i. quoad id quod imminet, quaſi deliquiſſe videatur, eo ꝙ vſus eſt opera malorũ

homioum. Et poſſum coniungere ſequentem verſiculum, ſi ex certa ſetentia ooo faeio: vt per exempla diſtinguam. Et ſumus iu verſiculo, Cui ſimilis eſt. Iam vidiſtis duo exempla, io quibus eſt obligatus ex quaſi maleſicio: adhuc ponit aliud exemplũ parum differẽs a ſecundo. Ecce, ſi aliquis habebat aliqd poſitum vel ſuſpeoſum ſuper viam publicam, quod nocere poſſet tranſeuntibus, qui ita patiuntur poſitum vel ſuſpenſum, tenetur ex quaſi delicto, vel maleficio, quanquã nemo læſus fuerit: dunitamen id quod poſitũ eſt, vel appeoſum, lædere poſſit aliquem ſi ceciderit: & punitur ex ſecundo edicto de eiectis & effuſis in decẽ aureis, licet nihil nocuerit. Non enim inſpicitur hic euentus: ſed qd euenire poteſt. Io eiectis vero vel effuſis tuoe demum puniendos eſt quis, cum per eiectum vel effuſum alicui oocitum fuerit. Se domine, pro Deo, quæ eſt pœna de eiectis vel effuſis? Et reſpond. dominus Iuſti. quod ex primo edicto de eiectis, vel effuſis pœna eſt tripli damni dati. Si autẽ liber homo interfectus fuerit per eiectum vel effuſum: tunc cõſtituta eſt pœna quinquaginta aureorum. Si autẽ veniat liber homo, & per eiectum vel effuſum ei oocitum ſit: tunc punitur inqtũ iudici æquũ videbitur. Debet eoim iudex computare impendia in curatione facta, & operas eios quibus caruit: forte ſi ſcriptor manu dextra mutilatus eſt, vel alibi eſt vulneratus, ita quod ſcribere noo poteſt, vel quibus cariturus: vt puta ſcriptor eſt, & manus eſt ei abſciſſa, qua ſcribere ſolebat, quod tamen difficilimum eſt eoarrare, dicit glo. quod non referas ad impendia, ſed ad operas quibus caruit, &c. Licet enim ita eſſet, quod ſolebat quolibet anno decem libras ſcribeodo lucrari: non tamen propter hoc ſequitur, quòd in poſterum faceret. Poſſet enim contingere, quòd oon inueniret qui operas ſuas conduceret. & hoc vult dicere litera iſta. hoc dicit, Franciſcus de Aretio.

quis inhabitat, quidpiam deiectum, effuſumve fuerit, quod tranſeunti damnum intulerit, aut ea parte qua vulgò iter fit, aliquid ſuſpenſum habeat, cuius caſus periculoſus ſit, ex quaſi delicto obligatus, pœnas hic deſcriptas incurrit.

¶ Item is, ex cuius cœnaculo, vel proprio ipſius, vel cõducto, vel in quo gratis habitat[a], deiectum effuſumve aliquid eſt, ita vt alicui noceret: quaſi ex maleficio obligatus intelligitur. Ideo autem non propriè ex maleficio obligatus intelligitur: quia plerunq; ob alterius culpam tenetur, aut ſerui, aut liberi. Cui ſimilis eſt is, qui ea parte, qua vulgò iter fieri ſolet, id poſitũ[b] aut ſuſpenſum habet, quod poteſt, ſi ceciderit[c], alicui nocere. quo caſu pœna[d] decem aureorum[e] conſtituta eſt. De eo verò, quod deiectum effuſumve eſt, dupli quantum damni datum ſit, conſtituta eſt actio[f]. Ob hominẽ verò liberum occiſum quinquaginta[g] aureorum pœna conſtituitur. Si verò viuat, nocitúmque ei eſſe dicatur: quantum ob eam rem æquum iudici videtur, actio datur[h].

a ¶ *Habitat.* hoſpes plane noo tenetur, ſed is qui hoſpitium dederit, vt ff. de iis, qui deie. vel effude. l. j. §. pen. Accur.

ADDI. *Nota, quòd quãdo quis debet citari ad domum ſolitæ habitationis, non ſufficit citari ad hoſpitium: iuxta. l. iiii. §. prætor. & ibi latè Bar. ff. de da. infe.*

b ¶ *Id poſitum* licet ipſe non poſuerit.

c ¶ *Si ceciderit.* non eoim ſpectatur, vt noceat.

d ¶ *Pœna* præſtanda.

e ¶ *Decem aureorum.* vel ſolidorum: vt. ff. de iis qui deiec. vel effu. l. ſi verò. §. prætor. & §. finali. & tunc dicas actionem in factum fore annuam: vt ff. de popul. actio. lege finali.

f ¶ *Conſtituta eſt actio.* perpetua, quæ hæredi datur, ſed in hæredem non datur: vt ff. de iis qui deiec. vel effu. l. ſi vero. §. hæc autem actio.

g ¶ *Quinquaginta.* ideo certa pœna ſtatuitur: quia nou poteſt æſtimatio liberi corporis fieri. vt ff ad legem Rho. de iactu. lege ij. §. ſecundo. Et competit hæc actio intra anoũ, & nec hæredi nec in hæredem datur: eum ſit pœnalis & popularis, quæ prius datur ei, cuius magis intereſt: vt ff. de ijs, qui deie. vel effude. l. ſi vero. § quæ autem.

h ¶ *Actio datur.* Perpetua ſibi: ſed alij pura hæredi pro eo ſi mortuus eſt, annalis datur, vt ff. de ijs qui deie. vel effud. ſi vero

ſi vero plures.§.hæc autem actio.ibi, ſed ſi libero &c.

a ¶*Eſt factus*.quia difficilimum eſt æſtimare futuras operas.

¶*Si filius familias.&c.* CASVS. Supra dictum eſt, q̄ ſi aliquid de hoſpitio patrisfa. eiectum vel effuſū ſit: quod alicui nocuerit: vel ſi aliquid poſitū vel ſuſpenſum fuerit ſupra viam publicā, cuius caſus tranſeuntibus ſit periculoſus: qualiter agatur cōtra patremfa. ex edicto de eiectis vel effuſis. Sed pone, quod ex domo alicuius filijfa. ſeorſum à patre habitātis fuerit aliquid eiectum vel effuſum, quod alicui tranſeunti nocuerit, vel aliquid habuerit appenſum &c. quid iuris in iſto caſu? dabitur ne actio in patrem? Et reſpō. Iuſti. q̄ nō dabitur in patrem aliqua actio, nec etiā actio ex peculio, ſed contra filiūfami. eſt agendum. Hoc etiā idem obſeruādum dicit litera in filiofami. iudice, qui per imperitiam litem ſuam fecit, & per imprudentiam. Hoc autem exponunt quidam, quod ſi filiusfa per imperitiam litē ſuam fecerit: ſi ſeorſum à patre habitauerit, non tenetur pater etiam de peculio. Si autē cum patre habitauerit, pater de peculio tenetur. Sed dominus Guido pro contrario ponit. quod ſi filiusfa. per imperitiam litem ſuam fecerit: ſiue ſeorſum habitauerit à patre, ſiue cum patre: hoc non refert. Semper enim filius tenetur inſolidum: pater autem peculio tenus.& gloſ. ſecundum quod in gloſ. ordi. eſt. Idem eſt in filiofa quoad hoc. Cvt ſemper teneatur filius fami. inſolidum, ſiue ſimul cum patre habitauerit, ſiue ſeorſum à patre. ſed tamen quando filius litē ſuā fecit, pater tenetur de peculio [illegible]

Iudex enim computare debet mercedes medicis præſtitas: cæteráq; impendia, quæ in curatione facta ſunt: præterea operas, quibus caruit, aut cariturus eſt ob id quod inutilis eſt factus[a].

¶*Si ex cœnaculo filij habitantis ſeorſum à patre aliquid fuerit proiectum, vel aliquid fuerit appenſum, vel fecerit litē ſuam: pater non tenetur. Aretinus.*

¶Si filiusfamilias ſeorſum[b] à patre habitauerit, & q.d ex cœnaculo eius deiectū effuſumve fuerit, ſiue quid poſitum ſuſpenſumve habuerit, cuius caſus periculoſus eſt: Iuliano placuit, in patrem nullam eſſe[c] actionem, ſed cum ipſo filio agendum eſſe. Quod & in filiofamilias iudice obſeruandum eſt: qui litem ſuam fecerit[d].

¶*Nauis, cauponæ, & ſtabuli exercitio præfectus, ſi ij quorū opera vtitur, furtum aut dolum in naui, caupona, & ſtabulo cōmiſerint, ex quaſi delicto obligatus, eorum factum præſtare debet.*

¶Item exercitor[e] nauis, aut caupo-

lius ſeorſum habitauerit, quanquàm in caſu, quando filiusfamil. aliquid appoſitum habet, quod nocere poſſit, pater non teneatur. Franc.

b ¶*Seorſum*.id eſt, ſeparatus à patre.

c ¶*Nullam eſſe*. etiam de peculio: vt ff. de ijs, qui deie. vel effud.l.j.§. ſi filiusfamilias.

d ¶*Litem ſuā fecerit*. ſcilicet ſi ſine patre habitauerit, alias pater de peculio tenetur: vt ff.de iu.l. ſi filiusfamilias ſecundum Ioan. Vel dic idem, ſcilicet vt teneatur ipſe filiusfamilias, habitet cū patre, vel non. (ſed ſecundū Azonem pater hic tenetur de peculio, vt dictum eſt per.l. ff. de ijs, qui deie. vel effu. l.j.§. ſi filiusf.) Filio vero condēnato, & ibi pater tenetur de peculio cum videatur quaſi contrahi cum filio: vt ff. de noxal. act.l. & ſi condemnatus.& ff.de pe.l.iij.§.idem ſcribit.

¶*Item exercitor.* CASVS. Non ſolū in exemplis prædictis tenetur quis, ſiue obligatur ex quaſi maleficio: ſed ſimiliter poteſt conuenienter poni exemplum de exercitore nauis, aut cauponæ, aut ſtabulario. Si enim aliquod furtum vel damnū fuerit factū in naui, vel caupona, vel ſtabulo per aliquē eorū quorū opera vtitur magnus exercitor nauis, vel ſtabuli, vel dñs cauponæ, ex quaſi maleficio obligatur: quia deliquiſſe videtur, qui opera malorū hominum vtitur. In omnibus autem quatuor exēplis ſiue caſibus ſupradictis poteſt aliquis per actionem in factum. quæ hæredi datur, ſed non contra hæredem, conſequi illud in quo ſibi obligatur prædicti. hoc dicit vſq; ad finem titu. Franciſcus.

e ¶*Item exercitor*, quis ſit, dic vt infra [illegible] eo.§.ij. [illegible]

næ, aut ſtabuli de dolo aut furto, quod in naui, aut caupona, aut ſtabulo factum erit, quaſi ex maleficio [a] teneri videtur: ſi modò ipſius nullum eſt maleficium. ſed alicuius eorũ, quorum opera nauem aut cauponã, aut ſtabulum exercet. Cùm enim neque ex maleficio, neque ex contractu [b] ſit aduerſus eum cõſtituta actio, & aliquatenus culpæ reus [c] eſt, quod opera malorum hominum vteretur: ideo quaſi ex maleficio teneri videtur.

¶ Ex quaſi maleficio agitur actione in factum, quæ non tranſit contra hæredem.

¶ In his autem caſibus [d] in factum actio cõpetit, quæ hæredi [e] quidem datur: aduerſus hæredem [f] autem non competit.

TITVL. VI.

DE ACTIONIBUS [g].

¶ Tertiam iuris ciuilis partem, quæ actiones reſpicit, aggreditur Imperator: quas meritò tractatui obligationũ poſtpoſuit, cùm ab obligationibus: vtpote à matre originem ducant.

SVpereſt [h], vt

a ¶ *Quaſi ex maleficio.* id eſt, actione in factum in duplum, vt ff. naut. cau. ſta. l. fina. & ff. fur. aduer. nau. caup. ſtab. l. j. Item eſt & alia in factũ actio, quæ eſt ex eo contractu de recepto: vt ff. nautæ cau. ſtab. l. j. in principio.

ADDITIO *Et hic dicit Ioannes Fa. quod ſi dominus fuit cõdemnatus ex facto nautarum, ab eis poteſt repetere: argu. l. ſi colonus. ff. de aqua pluuia. arcen. & lege ſi vero. §. cum autem. ff. de iis, qui deiec. vel effunde.*

b ¶ *Ex contractu.* vel quaſi.

c ¶ *Aliquatenus culpa reus.* facit. ff. ad legem Aquil. l. ſi ſeruus ſeruũ. §. Proculus. & ff. fur. aduerſ. nau. cau. ſtab. l. j. §. penult.

d ¶ *In his autem caſibus,* ſcilicet ſupradictis omnibus.

e ¶ *Hæredi.* i. patienti iniuriam. Sed in ea ſi de ſuſpenſo nõ datur hæredi: vt diximus. ſ. eo. §. item it. verſi. ad hominem. Et not. hic differentiã inter actionem ex maleficio, & quaſi ex maleficio. nam vbi eſt ex maleficio: ſi plures ſunt quilibet inſolidum conuenitur: ſed ſecus in hac actione ex quaſi maleficio: vt C. de condi. furt. l. j. & ff. naut. cau. ſtab. l. j. & l. fi. §. ſi plures. Item in actione ex maleficio vnus ſoluendo non liberat alium: ſed in hac ſic: vt ff. nau. cau. ſta. l. licet. §. poſſumus. & d. l. j. de condi. fur. Item furti non ceduntur act. ex maleficio: vt ff. naut. cau. ſtab. l. ſed & ipſi. ſed in actione ex quaſi maleficio ceduntur: vt d. §. poſſumus. Datur etiam hæc actio non ceſſa: vt ff. de ijs qui deie. vel effu. l. ſi vero plures. §. cum autem. Item hæ generalius dantur hæredibus actorũ, vt hic, quam illæ, quæ ſunt ex maleficio: vt j. de perp. & temp. act. §. ſed hæredibus.

Actio ex maleficio & quaſi ex maleficio differunt.

f ¶ *Aduerſus hæredem.* vt ff. de iud. l. Iulianus autem. & ff. naut. cau. ſtab. l. fin. § hæc iudicia.

¶ *Titulus iſte continuari poteſt: vt dicit gloſſ. ſ. in titu de obliga.*

¶ *De actionibus.* ideo ponit in plurali, quia plures actiones ſunt vt j. e. per totum. Sed cũ ſint plures, quare in ſingulari numero definitur: vt j. eod. §. j? Reſpon. licet ſit numeri ſingularis. tamen ponitur vt genus, vt in alijs definitionibus contingit: & ſub ſe continet omnes actiones. Item quare nõ dicit de agendo? Reſpond. quia illud eſt facti, hoc iuris. Acc.

Actio in ſingulari ſic definitur.

ADDITIO *Gls. neſcit quid dicat, quia cum tractetur de pluribus actionibus pluraliter debuit inſcribi: & tamen in ſingulari generale nomen definiri. Nam actio alias omnes continet, vt genus ſpecies, ſic de pactis, de tranſactionibus. in ff. vbi tamen ſingulariter finitur.*

SVpereſt. Totus iſte titul. diuiditur in tres partes principales. Primo ponitur continuatio iſtius titu. ad præcedentes materias. Secũdo definitur actio. Tertio ponitur diuiſio omnium actionum. Secunda ibi prope principium, Actio autem nihil. Tertia ibi, Omnium autem actionum.

CASVS. Dicit Iuſtinia. continuando proceſſum ſuum: Ex quo expeditum eſt primo de perſonis & rebus: ſupereſt vt iam de actionibus loquamur. Sed pone: Domine, iam video, quod vos vultis tractare de actioni. dicatis ergo mihi, quid eſt actio? Ad hoc reſpond. Iuſtini. definiendo actionem ſic, quod actio nihil aliud ſit quam ius perſequendi in iudicio quod ſibi debetur. & hoc vſque ad illum. § omnium autem actionum. Franciſcus de Aretio.

h ¶ *Supereſt.* ſed quid ſupereſt? Reſpond.

forma:

forma: vt ĩ. de iure na. §. fin. Vel dic quod ſuprà tractatum eſt de obligatio. quarum filiæ ſunt actiones: vt ff. de procura. l. licet. §. ea obligatio. & ĩ. de verb. obliga. in princip. ideo de filia poſt matrem ponit quaſi ordine ſucceſſorio.

de actionibus loquamur. Actio autem [a] nihil aliud eſt [b], quam ius [c] perſequendi [d] in iudicio

a ¶ *Actio autem.* not. quòd actio quandoque pro actu ponitur: vt in authent. de non alie. §. finimus in fi. gloſſ. actio. col. ij. & C. de ſacroſanct. eccl. authen. hoc ius porrectum in prin. & ff. de dona. inter virum & vxo. l. iij. §. ſciendum. circa mediũ. Quandoq; pro accuſatione criminali: vt C. quando ciu. actio. cri. præ. l. j. Quãdoque pro iure agendi vel perſequendi: vt hic, & ff. eod. l. nihil. Item nota, quòd illud quod de actione hic dicitur, voluit Pla. dicere de cauſa, ſcilicet quod cauſa ſit actio: vt ſicut apud dialecticos dicitur argumentum, quod ex propoſitione, aſſumptione, & concluſione conſiſtit, non tantum concluſio. ſic apud legiſtas actio, cauſa agendi dicatur: vt ſi dicam: conuenio te ad decem, quia vẽdidi ſibi equum pro decem, ſit idem acſi dicerem, ago cõtra te actione ex vendito: Sed Azo dicit (quod & verum eſt) aliud eſſe cauſam, & aliud actionem. Nam obligatio eſt cauſa & mater actionis: vt ff. de procura. l. licet. §. ea obligatio. ſicut ergo aliud eſt obligatio, & aliud eſt actio: ſic aliud eſt cauſa, & aliud actio. Item quia vendidi, eſt factũ: ſed actio eſt ius: vt ff. de cõr. furio. l. conſilio. §. j. & fi. & hic Item poteſt eſſe quod vendidi & non competat mihi actio: quia mihi ſolutum eſt vel quia remiſi. vnde hæc verba, quia vendidi, non ſunt actio. Item nomina certa actionum ſunt à iure inducta, ſcilicet ex empto & ſimiles: nec hoc inductum eſt, vt cauſa ſit actio. Si quis ergo hoc velit dicere, non poteſt, cum lex nõ dicat: vt ff. de ſupellec. leg. l. Labeo. in fi. Item ſi cauſa eſſet actio: fruſtra diceret lex mutati actionis nomẽ, cum agitur de dolo patroni, vel parentis, vel ſimiliũ perſonarum: de quorum dolo non agitur per actionem de dolo, ſed per actionem in factum. Nam ad quid mutaretur nomen, cũ tamen cauſa maneret eadem, ſi eſſet ius in ſola cauſa? Cõcludo ergo & dico, quod aliud eſt cauſa, & aliud eſt actio: Item licet dixerim, quod nomina ſunt actionum ex empto, & ſimiles, caue tibi, quia non ſunt actiones, ſed actionum nomina: ſicut hæc dictio homo, non eſt homo, ſed ſignificat hominem.

b ¶ *Nihil aliud.* patet ergo quod olim aliud erat. erat enim conceptio verborum formata à magiſtratibus: vt ff. de origi. iu. l. ij. §. deinde ex his. & §. omniũ. vnde formula vulgaris dicebatur: vt ff. de furt. l. ſi ſeruus nauem. Sed hodie hæc ſolennitas eſt ſublata: vt C. de formu. & impe. l. j. & ij. etiam circa interdicta eſt ſublata huiuſmodi ſolennitas: vt ĩ. de interdictis. §. fin. Sed quæ erat olim differentia inter actionem & interdicta? Nam & interdicta erãt verborum conceptiones: vt ĩ. de interdictis in princip. Reſpond. vt dicemus ibi. At hodie nulla eſt differentia inter interdicta & actiones cum interdictum nihil aliud ſit, quam actio prætoria: vt ĩ. de interdictis. §. fi.

ADDITIO. *Hæc Gloſſa eſt ridicula. quia actio nunquam aliud fuit, quàm quod hic dicitur, nimirum facultas ducendi aduerſarium in iudicium, & ibi diſceptandi: cum interdictum ſit Prætoris decretum, de quo dicemus ſuo loco.*

Actio eſt tã de iure ciuili quã prætorio.

c ¶ *Quam ius.* ſcilicet ciuile, vbi eſt actio ciuilis: vel prætorium, vbi actio prætoria eſt. nam ciuiles actiones & prætorias, dico hic definiri. Item nota. quòd actio eſt ius quo perſequimur, ſed obligatio eſt ius propter quod perſequimur. Et ſi queratur, quod ſit iſtud ius: vel naturale, vel ciuile, vel prætorium, vel gentium? Reſp. quia ciuile vel prætorium, vt modo diximus. Nec facias magnam vim ibi: quia cũ multas habeat ſignificationes hæc dictio ius: vt ff. de iuſtitia & iure. l. penult. & fi. hoc eſt etiam vnum de ſignificatis eius, vt dicatur ius agendi vel perſequendi. Sed ad cuius differentiã ponitur in definitione ius, cum ſingula membra poſita in definitione habeãt ſuum miniſterium? Reſp. ſecundum M. quòd ad differentiã rerum corporalium hic ponitur: vt det intelligere, quod actio ſit res incorporalis, quod verum eſt: vt ĩ. de rebus corp. & incorp. §. j. Vel melius dicas ad differentiam officij iudicis quod nõ eſt actio: vt ff. de min. l. quod ſi minor. §. fi. licet M. dicat quòd officiũ iudicis eſt actio: & eſt pro eo, quod dicit lex in actione iniuriarum fieri æſtimationem iudicis officio: vt ĩ. de iniur. §. pœna autem. & §. in ſumma. Sed certe actio iniuriarum eſt actio, cui inhæret officium iudicis: non tamen illud officium eſt actio: ſed in facto potius hoc conſiſtit. ius enim petendi per actionem mihi competit: quod per hoc officium iudicis mitigatur. Sed quid petam? Reſpond. quod æſtimatiero, nam debeo æſtimare, licet iudex poſſit refrenare: eſt tamẽ quoddam aliud officium, quod vicem ſuſtinet & obtinet actionis. vt dicemus ĩ. eodem. §. præterea. in fine. §.

Ius ad quid ponitur in definitione actionis.

Officium iudicis, an ſit actio.

d ¶ *Perſequendi.* hoc dicitur ad diffe-

rentiam exceptionum, quæ dantur reis, per quas defenduntur. Sicut enim actiones ſunt arma actorum, ita exceptiones ſunt arma reorum: vt ff. de except. l. ij. in prin. & §. illud.

cio[a], quod ſibi debetur[b].

¶ *Prima actionum diuiſio hæc eſt, vt quædam reales ſint, quædam perſonales. Perſonalibus enim cum eo experimur, qui nobis aut ex contractu, aut quaſi, vel ex re-licto, aut quaſi, obnoxius eſt. realibus vero, quotienſcunq; cum eo agimus, qui nullo iure nobis obligatur, rei tamen noſtræ poſſeſſor eſt.*

¶ Omnium autem

a ¶ *In iudicio.* hoc dicit ad differentiam eorum, quæ fiunt, licet etiam extra iudicium: non tamen ſunt actiones, vt ſi nocturnum vel diurnum furem vel militem deſerentem militiam quis capiat: vt ff. ad legem Aquil. l. iiij. & C. quando lic. vnicuique ſine iud. ſe vind. l. j. & ij. Item & propter debitorem fugitiuum, quem capere poſſumus: vt ff. de iis, quæ in frau. cre. l. ait prætor. §. ſi debitorem. licet quidam exponant. l. illam ibi. quod captus fuit authoritate iudicis. Accur.

ADDITIO. *Dic idem in omnibus perſonis, quæ pertinent ad obedientiam perpetuam, de quo non ſit quæſtio: vt in monacho, fratre, vel vxore, quia ſi aufugiant, poterunt capi propria authoritate: vt per Bal. in. l. j. C. vbi quis decur. alia vo cond. conuen. ſecus ſi eſſet quæſtio. Iaſ.*

b ¶ *Quod ſibi debetur.* hoc duobus modis exponitur: vel ad differentiam realis actionis, ſecundum Azo. & ita ſtricte accipitur hæc definitio pro perſonali actione tantum. ſicut accipitur: vt ff. eo. l. actio in perſonam. Vel largius, vt etiam realem contineat, non tamen officium iudicis: vt ff. eo. l. actionum genera. quandoq; largiſſime, vt etiam iudicis officium contineat: illud. ſ. quod eſt loco actionis: vt per quod reſtitutio minorum petitur: vt ff. eo. l. actionis verbo. Vel ponuntur hæc verba ad differentiam criminalium actionum per quas perſequor mihi debitum, ſed ad vindictam. & ſecundum hoc etiam realem actionem dicas definiri hic. licet enim non ſit obligatus, qui realiter tenetur, vt. j. eod. §. j. ibi, aut cum eo agis, qui nullo &c. verum eſt perſonaliter groſſe tamen poteſt dici, quod ſit realiter obligatus. Et facit pro hoc, vt etiam realis hic definiatur: quia verbum debere, & ad actionem in rem, & ad actionem in perſonam refertur: vt ff. de verborum ſignificatio. l. pecuniæ. §. fina. Item facit quod eſt in definitione verbum perſequendi, quod eſt commune tam ad realem, quam ad perſonalem actionem: vt ff. eodem l. actio in perſonam. Item facit. j. eod. §. j. in principio. vbi actio realis ſpecies eſt actionis, ſicut perſonalis: & ita large accipio hic verbum debetur, ſed in ſtricta ſignificatione verbi huius debere, tantum alienum & non meum mihi debetur, vnde perſonalis actio tantum definiri videtur: vt. j. eo. §. ſic itaque. & . j. de legat. §. ſed & ſi rem. Sed certe quandoque ago etiam ad id, quod mihi non debetur: vt. C. de pact. l. ſi pacto quo pœnam. nam ibi ago ad id quod non eſt debitum: ſed ad id quod ex nudo pacto conuenit. Sed certe illud naturaliter erat debitum, quod nudo pacto debebatur: vt ff. de fideiuſ. l. fideiuſſor. §. ſi fideiuſſor. Vel non agitur ibi ad id, quod nudo pacto debetur: ſed ad id quod vere debetur, ſed prætextu eius conſequitur etiam quod nudo pacto debetur: vt ff. de verborum ſigni. l. ſi cui. Item oppono de popularibus actionibus. Nam in eis non dicitur debitum, & tamen petitur: vt ff. de po. act. l. penul. Sed non obſtat, quia ſaltem poſt litem conteſtatam debetur. Vel dic, quia & ſibi debitum perſequitur. nam cum toti populo ſit debitum: ergo & ſibi. Item oppono de actione iniuriarum: quia non dicitur eſſe in bonis: vt ff. de iniur. l. iniuriarum. Item non ad debitum, ſed ad vindictam competit: vt ff. de col. bo. l. iij. §. emancipatus. & tamen eſt actio. Reſpond. non eſt in bonis, vt tranſeat ad hæredes: vt ff. ad legem Falcidiam lege pœnalis. Item licet detur ad vindictam: tamen poteſt deberi mihi propter id, quod eſt in æſtimatione vindictæ: vel propter id, quod eſt in alterum vt vindicta. Item oppono de petitione hæreditatis. Item de actione de peculio. Nam in his agitur etiam ante, quam ſit penes poſſeſſorem, vel ante, quam ſit in peculio: vt ff. de peti. hæredita. l. iiij. & l. ſi quo. & ff. de petitio. l. quæſitum. in princip. & ff. de libe. leg. l. ſi quis reum. §. idem. Sed dic eſſe ſubaudiendum hic vel deberi ſperatur. Vel dic, quod quando fuit actio propoſita, fuit efficax tantum pro eo, quod tunc erat penes ſucceſſorem vel in peculio: & poſtea cum augebatur, eatenus & actionis efficacia creſcebat: cum vniuerſalis vel in aliquo vniuerſo fuit petitio: vt ff. de iudi. l. ſolemus. Item opponitur de actionibus, quas intendunt aliqui pro alijs, vt procurator, & tutor, & prælatus, & ſimiles. nam agunt, & tamen non ſibi debitum petunt. Sed dic quod quaſi domini ſunt: vt ff. pro empt. l. qui fundum. §. ſi tutor. Vel dic ſibi, id eſt ei cui actio com

compétit, quæ intenditur. Vel ſubaudi: quod ſibi debetur: vel ei cuins nomine agitur, huius alternatiuæ ſecunda pars eſt vera.

¶DECLARATIO textus. Actio eſt facultas à Prætore imperata cogẽdi iudicio à Prætore dato, debitorem actori ſatiſfacere. quã Franciſcus Hotomanus in ſuis in hunc tit. commentariis declarat. vbi docet, quòd hic proprie non definitur niſi actio perſonalis: cum res mea mihi deberi non poſſit. l. Q. Mutius, § argento, & l. ſcribit, ff. de auro & ar. leg. *CASVS.*

actionũ quibus inter[a] aliquos apud iudices[b] arbitroſve[c] de quacunque re[d] quæritur, ſumma[e] diuiſio in duo genera diducitur: aut enĩ in rẽ ſunt[f]

¶Acceſſi ad Iuſtinia. & ita propoſui coram eo: Domine, ego ſatis bene video, quid eſt actio: pro Deo dicatis mihi, ſi placet, aliquam compendioſam viam vel diuiſionem actionis: & ad hoc reſpon. Iuſt. Amice, libenter dico tibi: quia omnium actionum, quibus inter aliquos litigatores apud iudices ordinarios, vel delegatos, vel etiam apud arbitros compromiſſarios de quacunque re corporali, vel incorporali agitur, ſumma diuiſio in duo genera deducitur. aut enim omnes actiones ſunt in rem, aut in perſonã. Et quod iſta diuiſio ſit bona, liquet tali ratione. Nam quicunque in iudicio experitur, aut agit cum eo, qui obligatus eſt ex contractu, vel quaſi: aut ex maleficio, vel quaſi: aut alijs quibuſdam, id eſt ex varijs cauſarum figuris: & in hoc caſu, quãdo agitur contra eum. qui in aliquo prædictorum modorum obligatus eſt, proditæ ſunt actiones in perſonam: per quas actor intendit aduerſarium ſuum aliquid ei dare, aut facere oportere. Aut agit cum eo, qui nullo iure ſibi eſt obligatus. mouet tamen eo ei controuerſiam de aliqua re. & in hoc caſu proditæ ſunt actiones in rem. Cum ergo quicunque agit, aut agit contra eum: qui ſibi obligatus eſt: & tunc contra eum habet locum actio in perſonam: aut contra eum, qui nullo iure eſt ſibi obligatus: & tunc habet locum actio. in rem, & pluribus modis agi non poteſt. liquet igitur manifeſte, quod ſupradicta diuiſio bona ſit. Sed domine, iam video, quia diuiſionem veſtram ſatis probabili ratione confirmaſtis. pro Deo, ſi placet, ponatis mihi familiare exemplum qualiter agitur cum eo, qui nullo iure eſt obligatus? Ad hoc reſpond. Imper. Amice, ponamus quod aliquis poſſideat aliquam rem corporalem, quam Titius affirmat eſſe ſuam: & ille qui poſſidet, dicat rem illam ſuam eſſe. Nam in caſu iſto, ſi Titius rem illã ſuam eſſe intendat, & à poſſeſſore iure dominij eam vendicet: tunc actio in rem locum habet. Et hæc dicuntur vſque ad illum. §. æque ſi agat. Franc.

a ¶*Inter aliquos*, videtur innuere, quod aliæ actiones ſunt, quæ coram alijs proponuntur: ſed non eſt verum. Accurtius.

b ¶*Iudices* ordinarios vel delegatos.

c ¶*Arbitroſve*. id eſt, compromiſſarios. nam apud eos actiones proponendæ ſunt: vt hic, & ff. de arbitris. l. j. Accurſius.

ADDITIO. *Quid interſit inter Iudicem & Arbitrum copioſe exponit Franciſcus Hotomanus in ſuis in hunc tractatum commentariis, ĩ. §. ſic itaque. eod. tit.*

d ¶*De quacunque re.* generaliter accipe verbum rei: vt. ff. ſi cer. pet. l. j. in fin. nam pro corporalibus & incorporalibus competunt actiones: vt. ĩ. eo. §. prox. & §. ij. & ff. ſi ſer. vend. l. j. & ij. in prin.

e ¶*Summa*. id eſt, prima quo ad tractatum, ſcilicet vel ſumma, id eſt breuis. breuior enim eſſe non poteſt, quam bimembris, ſicut iſta eſt. Sed opponitur. ĩ. eo. §. quædam. Reſpon. quia & illæ ſunt reales, quando ad res agitur. Item in perſonam, quando ad perſonales præſtationes agitur, imo etiam ſi ſimul agatur. non tamen egrediuntur hanc diuiſionem, cum ſint in rem & in perſonam, niſi enim ſic exponeretur, iam multæ inuenirentur breuiores: vt. ĩ. eo §. aliæ. & §. actionum. & aliæ quædam diuiſiones, quæ breuiores inuenirentur.

ADDITIO. *Dic melius facit textus in l. quis ergo caſus. ff. de pecu. Sed contra gloſ. inſtatur: quia actio in rem ſcripta, rem comitatur, & tamen non eſt realis: vt infra eodem. §. quadam. ſed ſolue verbis, quia ius agendi ex reali oritur ex ipſa re, & ipſi rei competit, & contra ipſam rem: vt hic. & in ſimili dicimus in ſeruitute debita fundo. ff. de neg. geſt. l. qui aliena. § fina. & ſic in actione perſonali in rem ſcripta: vt dicto. §. quadam. Ang.*

f ¶*Aut enim in rem ſunt.* Ideo in rem dicuntur, quia rem concomitantur: vt. ff. de publ. l. Imperatores. & in perſonam: quia non recedunt à perſona obligati, vel hæredis eius, cuius eadem eſt perſona, vt. ff. eodem. l. actionum genera. § j. & ij. & in authent. de iureiur. à mor. præſt. in prin. colla. v.

LIBELLVS IN ACTIONE in rem, ſiue in rei vendicatione.

¶*Namque agit.* In actione in rem: ſiue rei

aut in perſonam. Nanque agit vnuſquiſque aut [a] cum eo: qui ei obligatus eſt: vel ex contractu, vel ex maleficio. quo caſu proditæ ſunt actiones in perſonam, per quas [b] intendit [c] aduerſarũ ei dare [d], facere [e] oportere, & aliis quibuſdã modis [f] Aut cũ eo agit qui nullo iure [g] ei

vẽdicatione, ſi libellum quis formare velit, non poterit niſi contra poſſeſſorem, quia poſſeſsio parit in rem actionem aduerſario, vt. C. de ali. ind. mutan. cauſa facta. l. vnica. vel contra illum, qui dolo deſijt poſsidere. vt. ff. de noxali. actio. l. lectio. ff. de regu. iuris. l. qui dolo. extra de in. capi. dilecti. propter quod ſic interrogat reum, cum vult experiri contra eum, vtrum poſsideat: vel dolo deſiji poſsidere, ne fruſtra experiatur, vt. ff. de rei vendi. l. qui petitorio. & cogitur reſpondere & in iure facienda eſt interrogatio & reſponſio: vt. ff. de interrog. act. l. qui ſeruum. § qui iure. & l. prima, in princip ln. & ſi neget ſe reus poſsidere eum poſsideat, amittet poſſeſsio. & transfertur in actorem propter mendacium ſuum: vt. ff. de rei vend. l. finali. in prin. & ſi non poſsideat, liber erit, niſi dolo deſierit poſſidere: quem dolum oportebit actorem probare: vt. ff. de proba. l. quoties. §. qui dolo. Si vero dicat vere ſe poſsidere cũ poſsideat, tunc formabitur libellus in hũc modum: Propono ſiue dico ego a, contra b, quod ipſe detinet rem meam, vnde propono rei vendicationẽ, cõtra eum, & peto rem ipſam mihi adiudicari: & ipſum b, ad reſtitutionem mihi condemnari. Nec miretur aliquis, quod ego dixi, qui detinet: & non dixi, qui poſsidet. nã ideo dixi quia multi detinent rem, qui non poſsident: & tenẽtur rei vendicatio. Hic enim ſolum conſiderat libellans in rei vẽdicatione, quod habeat reus facultatem rei reſtituendæ: vt ff. de rei vend. l. officium. & licet actionis nomen editum non ſit in libel. ſufficit tamen aſsignare cauſam. Arg. C. de edic. diui. Adriani tollen. l. fin & . ff. ſi certum. peta. l. certum. maxime hodie per nou. Decre. domini Alexandri papæ: extra de lib. oblatione. cap. final. quidam tamen contrarium dicunt per legem. ff. de edendo. l. j. & . C. de edendo. l. edita. Et erit cauſa petendi in hoc lib. talis. Vnde cũ mea ſit, peto illam rem mihi reſtitui. Hoc verum eſt, quod in omnibus actionibus ſufficit proponere cauſam: niſi talis ſit cauſa, quæ plures pariat actiones. tunc enim nomen actionis eſt exprimendum: vt. ff. de trib. lege quod in hærede. §. eligere. & . ff. de legatis & fideicomm. ſecundo. l. cum filius. § variis. & . j. quod cum eod. §. it quoque circa fin. & in glo. fin. oportet etiam quantitatem & qualitatem rei exprimere, ſi ſit res mobilis. & hoc per legẽ. ff. de rei vendicatione. l. ſi in rem. primo.

a ¶ *Aut.* hoc aut, reſpicit aliud aut quod eſt infra eodem, aut cum eo, &c.

b ¶ *Per quas.* ſcilicet perſonales actiões.

c ¶ *Intendit.* ſ. vnuſquiſque, vel actor.

d ¶ *Dare.* cum datio eſt in obligatiõe: vt. ff. de. verb. obl. l. vbi autẽ non apparet. §. fin.

e ¶ *Facere.* cũ factum ſit in obligatione: vt ſi promiſiſſe ſcribere librum, quod petitur actione ex ſtipulatu: vt. ĩ. de verb. oblig. in prin.

f ¶ *Et aliis quibuſdam modis.* i. ex quaſi contractu, & ex quaſi maleficio (nec enim de his ſupra dixerat) quod reprobatur: quia ex quo dixit de ijs, quæ ſunt ex contractu vel ex delicto: per conſequens, & de his, quæ ſunt ex quaſi contractu, & ex quaſi delicto, dixit: vt. ĩ. de obliga. quæ ex quaſi contra. in prin. & . ĩ. tit. j. in prin. Vel dic omnia iſta ſupra eſſe comprehẽſa: ſed ſunt ſupra dicta intelligenda, vbi præciſe agebatur ad dandum vel faciendum, hic autem quando non præciſe, ſed ſub alternatione, vt hoc, aut illud. Sed & hoc reprobatur quia. ĩ. non dixit, quòd præciſe quid fieret. Dic ergo hic de conditione furtiua loqui, quæ eſt perſonalis: non tamen ex contractu vel quaſi, vel ex maleficio vel quaſi, ſed ex varijs figuris cauſarum oritur: vt. ff. de act. & oblig. l. j. in princ. Item de interdictis omnibus poteſt dici, quòd omnia ſunt perſonalia: vt. ff. de interdic. ſeu extraord. act. l. j. §. ſi. non tamen iure ordinario, ſed extraordinario ſunt introducta: vnde non continẽtur ſub hac diuiſione ex contractu vel quaſi ex maleficio vel quaſi: ex delicto tamen vel propter delictũ quandoque non, vt in interdicto vnde vi poteſt videri: quandoque non, vt in interdicto. quod vi aut clam, quando contra eum, qui non fecit opus, ſed factum habet, datur: vt. ff. quod vi aut clam. l. iij. §. clam. & . l. competit. §. fin. Et vt breuiter dicam, ille tertius artic. qui dicitur. ff. eo. l. j. in prin. ex varijs figuris, &c. eſt quod hic dicitur, & aliis quibuſdam, &c. Accur.

g ¶ *Nullo iure.* nota hic quòd ille, qui rẽ meam tenet, nõ eſt mihi ideo obligatus, ſed ratione poſſeſsionis eum poſſum cõuenire: vt. C. de alie. indi. mut. cau. facta. l. j. Sed oppo. teneris mihi ad rem reſtituendam, ergo es obligatus. reſpon. non eſt verum. quia verbum tenetur. duobus modis accipitur. Nam ſi dicas, teneris: ideò

quia ex natura actionis ſis mihi obligatus, falſum eſt: ſi vero dicas, teneris: quia per officium iudicis debet tibi neceſſitas imponi, vt reſtituas: verum eſt: vt. ff. de rei vendi. lege qui reſtituere. & ſi hoc modo accipiatur, teneris. ergo es obligatus, non ſequitur.

ADDIT. *Et eſt ratio: quia officium iudicis nullam praſupponit obligationem. l. qui per colluſionem. in fin. ff. de actio. emp. l. Quintus. in princi. & fin. & gloſſ. ij. ff. de annu. legat. niſi largo modo: ſecundum quod dicit Bartol. in l. fin. de iniur. & vide gloſſ. j. in princ. in verbo, debetur. Ang.*

a ¶*Rem corporalem.* bene dicit corporalē. quia incorporalia non vendicantur: vt. ff. de rei vend. l. vendicatio.

obligatus eſt, mouet tamen ei de aliqua re controuerſiam: quo caſu proditæ actiones in rem ſunt. veluti, ſi rem corporalem [a] poſsideat [b] quis, quam Titius ſuam eſſe affirmet, poſſeſſor autem dominum eius ſe eſſe dicat [c]. nam ſi Titius ſuam eſſe intendat: in rem actio eſt.

¶*Etiam pro incorporalibus rebus in rem proditæ ſunt actiones: confeſſoria, ſcilicet, & negatoria: prior quidem ei qui ſibi perſonalem ſiue realem ſeruitutem vrbani vel ruſtici prædii debitam contendit, cōceditur: altera pro libertate vendicāda contra vicinum agimus, ſeruitutis in re noſtra eſſe negamus: incorporalium autē rerum huiuſmodi actiones, ab iis, quæ pro corporalibus rebus competunt, in hoc differunt: quod illæ poſsidenti conceduntur, hæ verò non.*

b ¶*Poſsideat.* nota. in actione in rem ex parte actoris alterum duorum debere interuenire ſcilicet dominium. vt. ff. de rei vend. l. in rem actio. & hic. vel quaſi dominium, vt in emphyteuta, ſuperficiario: & in bonæ fidei emptore, & ſimilibus: vt. j. eod. §. aliæ. & ff. ſi ager vec. vel emphyt. l. j. §. fi. & l. ij. & l. iij. & ff. de ſuperfic. l. j. in fin. j. reſpō. & §. quod ait. Item ex parte rei ſimiliter duorum alterum ſcilicet poſſeſſionem, vel quaſi: vt quia dolo deſierat poſsidere, vt hic, & ff. de interr. act. l. qui ſeruum. §. in iure. & l. ſi ſeruus. & de noxa. act. l. electio. §. j.

ADD. *Iſta gloſ. vix poteſt ſaluari, niſi loquatur de rei vend. ſpecialiter: quia illa nunquam competit, niſi in poſsidentem vel quaſi.*

c ¶*Dicat.* hoc non eſt neceſſe probare, vel dicere: ſed ex voluntate dicitur hoc: vt. C de edend. l. qui accuſare. & de rei vend. l. fin. & j. de interdi. § commodum. Accurſius.

g ¶ *Nullo iure*. nota hic quòd ille, qui rē meam tenet, nō eſt mihi ideo obligatus, ſed ratione poſſeſſionis eum poſſum cōuenire: vt. C. de alie. iudi. mut. cau. facta. l. j. Sed oppo. teneris mihi ad rem reſtituendam, ergo es obligatus. reſpon. non eſt verum. quia verbum tenetur. duobus modis accipitur. Nam ſi dicas, teneris: ideò

obligatus eſt, mouet tamen ei de aliqua re controuerſiam: quo caſu proditæ actiones in rem ſunt: veluti, ſi rem corporalem [a] poſsideat [b] quis, quam Titius ſuam eſſe affirmet, poſſeſſor autem dominum eius ſe eſſe dicat [c]. nam ſi Titius ſuam eſſe intendat: in rem actio eſt.

¶ *Etiam pro incorporalibus rebus in rem proditæ ſunt actiones: confeßoria, ſcilicet, & negatoria: prior quidem ei qui ſibi perſonalem ſiue realem ſeruitutem vrbani vel ruſtici prædii debitam contendit, cōceditur: altera pro libertate vendicāda contra vicinum agimus, ſeruitutis in re noſtra eſſe negamus: incorporalium autē rerum huiuſmodi actiones, ab iis, quæ pro corporalibus rebus competunt, in hoc differunt: quod illæ poßidenti conceduntur, hæ verò non.*

quia ex natura actionis ſis mihi obligatus, falſum eſt: ſi vero dicas, teneris: quia per officium iudicis debet tibi neceſsitas imponi, vt reſtituas: verum eſt: vt. ff. de rei vendi. lege qui reſtituere. & ſi hoc modo accipiatur, teneris. ergo es obligatus, non ſequitur.

ADDIT. *Et eſt ratio: quia officium iudicis nullam præſupponit obligationem. l. qui per colluſionem. in fin. ff. de actio. emp. l. Quintus. in princi. & fin. & gloſſ. ij. ff. de annu. legat. niſi largo modo: ſecundum quod dicit Bartol. in l. fin. de iniur. & vide gloſſ. ij. in princ. in verbo, debetur. Ang.*

a ¶ *Rem corporalem.* bene dicit corporalē. quia incorporalia non vendicantur: vt. ff. de rei vend. l. vendicatio.

b ¶ *Poßideat.* nota. in actione in rem ex parte actoris alterum duorum debere interuenire ſcilicet dominium. vt. ff. de rei vend. l. in rem actio. & hic. vel quaſi dominium, vt in emphyteuta, ſuperficiario: & in bonæ fidei emptore, & ſimilibus: vt. j. eod. §. aliæ. & ff. ſi ager vec. vel emphyt. l. j. §. fin. & l. ij. & l. iij. & ff. de ſuperfic. l. j. in fin. j. reſpō. & §. quod ait. Item ex parte rei ſimiliter duorum alterum ſcilicet poſſeſsionem, vel quaſi: vt quia dolo deſierat poſsidere, vt hic, & ff. de interr. act. l. qui ſeruum. §. in iure. & l. ſi ſeruus. & de noxa. act. l. electio. §. j.

A D D. *Iſta gloſ. vix poteſt ſaluari, niſi loquatur de rei vend. ſpecialiter: quia illa nunquam competit, niſi in poßidentem vel quaſi.*

c ¶ *Dicat.* hoc non eſt neceſſe probare, vel dicere: ſed ex voluntate dicitur hoc: vt. C de edend. l. qui accuſare. & de rei vend. l. fin. & j. de interdi. § commodum. Accurſius.

¶ *Aeque.* Supra §. proximo ponitur de actionibus in rem pro rebus corporalibus, nunc pro rebus incorporalibus. Et ſunt duæ actiones, confeſſoria, & negatoria. Et diuiditur iſte §. in ſuas partes. Primo ponit de actione confeſſoria quæ intentatur pro ſeruitute conſtituta conſeruanda vel cuſtodienda. Secundo ponit de actione negatoria, quæ competit domino negando aduerſario ſuo ius eſſe ſeruitutis. & quæ competit pro libertate conſeruāda. Secunda ibi, Contra quoq;. Itē totus iſte. §. ſexit. Primo ponit exēplum de confeſſoria, quæ datur pro ſeruitute perſonali. Secundo dat duo exempla de confeſſoria pro ſeruitute reali ruſtica. Tertio ponit quatuor exempla de confeſſoria pro ſeruitute reali vrbana. Quarto ponit plura exempla de negatoria. Quinto ponit differentiam inter actiones reales quæ competunt pro rebus corporalibus: & inter eas, quæ competunt pro rebus incorporalibus. Sexto infert quandā exceptionem. Secunda ibi. Vel per fundū. Tertia ibi. Eiuſdē. Quarta ibi. Contra quoq;. Quinta ibi, Quod genus. Sexta ibi. Sane. CASVS. Acceſsi ad Iuſt. & ita quæſiui ab eo, & dixi: Domine iā vidi de actio. in rem, & vnde actio in rem habet locū domio rerū incorporaliū. ſed nunquid ſunt plures actiones in rē? Et reſp. Iuſt. ſic, Sicut enim dixi tibi, quod actio in rē locum ſibi vendicat quando aliquis rē corporalem aliquā iure dominii in iudicio intentat ſuam eſſe: eodem modo dico tibi, quod ſi aliquis ius vtendi, fruendi ſibi eſſe in fundo, vel ædibus vicini ſui dicat, vel ſi dicat ius ſibi eſſe ducendi aquam in fundū ſuum per fundū vicini ſui: in omnibus his caſibus actio confeſſoria locū habebis & non ſolum in ſeruitutibus ruſticorum prædiorum vendicandis locū habet in rē actio confeſſoria: ſed & in ſeruitute vrb. præd. Eiuſdem enim generis eſt actio: quæ de iure vrb. pr. præd. competit: veluti, ſi aliquis agat ſe habere ius, ne vicinus ſuus altius ædes ſuas tollat: vel ſi aliquis dicat ſe habere ius proſpiciēdi

¶Aequè [a] ſi agat [b] quis ius ſibi eſſe fundo fortè, vel ædibus vtẽdi [c] fruendi, vel per fundum vicini eundi, vel ex fundo vicini aquam ducendi: in rem actio eſt [d]. Eiuſdem generis [e] eſt actio de iure prædiorũ vrbanorum: veluti, ſi quis agat ius ſibi eſſe [f] altius ædes ſuas tollen-

in fundum vicini ſui, vel proiiciendi aliquid de fundo ſuo in fundum vicini ſui. Aut ſi agat ius ſibi eſſe immittendi tignũ de ædibus ſuis in ædes vicini ſui. & ſic in his omnibus ſuperioribus caſibus actio confeſſoria locum habet in rem. Sed quid domine, iam ſatis mihi liquet de confeſſoria in rẽ, quæ habet locum in vendicatione rerum incorporaliũ: nunquid plures ſunt actiones in rem, quæ locum habere poſſunt in rebus corporalibus? Ad hoc reſpond. dom. Iuſti. quòd ſic. Nam ſicut ego dixi, quòd in ſeruitute ruſtic. vel vrb. prædio. vendicandi locum habet confeſſoria in rem: eodẽm modò dico tibi in caſu econuerſo. quod ſi aliquis negat te habere ſeruitutem ruſticorum vel vrbanorum prædiorum, competit ei actio in rem negatoria. Nam de vſufructu & de ſeru. ruſtĩ. præ. Item de ſer. vr. præ. proditæ ſunt in rem actiones negatoriæ: veluti, ſi quis agat ius vtendi fruendi in fundo ſuo, vel in ædibus ſuis aduerſariũ ſuum habere: vel ſi aliquis agat ius non eſſe aduerſario ſuo eundi vel agendi per fundum ipſius aduerſarii, vel quidam ſi dicat aduerſarium ſuum non habere ius in ædibus ſuiipſius actoris, vt ipſe actor non teneatur altius tollere ædes ſuas: vel ſi quis dicat aduerſarium ſuum non habere ius proſpiciẽdi per fundum ſuum: vel proiiciendi aliquid in fundum ſuum: vel ſi quis agat ius non eſſe aduerſario ſuo mittendi tignum ex ædibus aduerſarii in ædes ſuas. Nam in omnibus caſibus his, ſicut in ſuperioribus habẽt locum actiones in rem, ſed tamen negatoriæ. Sed hoc genus tamen negatoriæ. ſcilicet actionis, in rebus corporalibus locum non habet. Nam licet in his caſibus ſupradictis agat poſſeſſor negatoria, & hoc in rebus incorporalibus: In rebus tamen corporalibus ille agit, qui non incumbit in poſſeſſionem, quia non eſt aliqua actio corporalis à iure prodita, beneficio cuius actionis poſſit negare illam rem corporalem actoris eſſe. Sed licet tibi dixerim regulariter. quod poſſidenti & detinenti in rebus corporalibus nõ competat actio: in vno tamẽ caſu ille qui poſſidet, nihilominus actoris partes ſuſtinet: ſicut in latioribus Digeſtorum lib. apertius apparebit. Et hæc dicuntur vſque ad illum. §. ſed iſte. h. d. Aret.

Libellus pro ſeruitute perſonali.

¶Eſt quædã actio realis: quæ datur pro ſeruitute vendicanda, ſiue ſit realis, ſiue perſonalis: vt hic. §. æque. & ff. ſi ſer. vẽd. l. ij. & primo circa ſeruitutem perſonalẽ formatur libellus. Eſt autem ſeruitus perſonalis vſusfructus, quem habemus in rebus aliis, vt. ff. de vſufruct. l. j. & ſ. de vſufruct. §. conſtituitur. & ſ. de vſu & habit. in prin. forma igitur libellũ primo i ſeruitute perſonali. in hunc modum. Dico ego, b contra c. quòd ipſe habet prædium: in quo habet ius, ſiue ſeruitutem vtendi fruendi: vnde propono confeſſoriam actionem contra dictum c, & peto dictam ſeruitutem mihi adiudicari: & ipſum c, vt patiatur me vti frui condemnari. In qua etiã actione ſufficit cauſam proponere: vt ſ. dictum eſt: & proponetur ita. Vnde cum habeam ius vtendi fruendi, peto mihi illum condemnari. Eodem modo formabis libellum ipſo eo, qui habet tantum vſum, dimittendo hoc verbũ frui, & poteſt addi ſic. Et quia tanto tempore me prohibuit & impediuit vti frui: peto dictũ c, in fructibus quos percepiſſem: vel percipere potuiſſem, mihi condemnari. & hoc per. l. iiii. & iij. reſpon. & l. 6. ff ſi vſuffr. pe.

Libellus pro ſeruitute reali.

¶Circa ſeruitutẽ realem forma ſic lib. ſed primo ſciendũ eſt, quòd ſeruitus realis non poteſt deberi, niſi vterque habeat prædiũ: vnũ quod ſeruiat, alter aliud cui ſeruitur: vt. ſ. de ſer. §. ideo autẽ. & ff. comm. præ. tam ruſt. quam vrb. l. j. in fin. Seruitutes ruſt. prædi. ſunt iter, via actus & aquæductus: vt. ff. de ſeru. ruſti. prædio. l. j. in princ. Forma ergo ſic libellũ in ſer. ruſtic. prædio. Dico ego a, contra b, quòd habeo ſeruitutem eundi per fundum ſuũ ad fundum meum: vnde propono confeſſoriam contra ipſum b, & peto ipſam ſeruitutẽ mihi adiudicari: & ipſum, vt patiatur me vti hac ſeruitute mihi condẽnari. Eodem modo formabis in alijs ſeruitut. ruſtic. prædiorũ, & loco actio. ſi vis potes ponere cauſam, & aſſignare, ſcilicet, hãc. Vnde quia ius habeo eundi: & formabis, vt in libello ſuperiori continetur.

a ¶*Aeque*. ſ. datur actio in rem

b ¶*Agat*. ſ. actione confeſſoria. Quod ſic vocetur. legitur. ff. ſi ſer. ven. l. ij. in princ.

c ¶*Vtendi*. hæc ſeruitus eſt perſonalis: ſed ſequentes reales: vt. ff. de ſerui. l. j.

d ¶*In rem actio eſt*. ſ. confeſſoria.

e ¶*Eiuſdem generis*. vt ſit in rem.

f ¶*Ius ſibi eſſe*. not, quòd confeſſoria po-

nitur verbis affirmatiuis:& negatoria negatiuis.& ex hoc comprehenditur mediū concludendi in huiuſmodi actionibus:de quo dic,vt per Ange.hic.

di [a], proſpiciendive, vel proiiciendi aliquid, vel immittendi tignum in vicini ædes.

¶Contra [b] [redacted] de vſufructu, & de ſeruitutibus prædiorum ruſticorum, item prædiorum vrbanorum, inuicē quoque prodiræ ſunt actiones [c]: vt ſi quis intendat ius non eſſe aduerſario vtendi, fruendi, eundi, agendi, aquamve ducēdi, item altius tollendi [d] proſpicien-

a ¶*Tollendi*.vt ſi eras in quaſi poſſeſſione ſeruitutis domus meæ, ne mihi liceret altius tollere. me volēte ædificare, debes agere negatoria,& ita hic interſerit exemplum negatoriæ: vt.ff.ſi ſer.ven.& l.ſi forte.§.j. In hac enim ſeruitute negatoria verbis affirmatiuis, & confeſſoria negatiuis proponitur: vt.ff.ſi ſeru.vend.l.loci. Alia vero exempla quæ ponuntur, bene ponuntur in confeſſoria vſque illuc,cōtra,&c. Vel pone hoc exēplum in confeſſoria:vt ſi talem mihi debeas ſeruitutem, vt altius teneas ædificatum:vt.ff.de ſeru.vrb.præd.l.ſi arborem.§.interdum.&.l.eum debere,

A D D. *Sed quaro quorſum agerem vt mihi liceat altius tollere? quod pati & naturaliter & ciuiliter teneris.l.altius,C.de ſer.&.aq.l.cum eo.§.imperatores,ff.de ſerui.vrba. Hotomanus dicit hic quod actio hac non ſemper ſeruitutis ſed certè libertatis etiam aſſerenda cauſa interdum inſtituitur,vt apparet ex l.loci corpus,§.competit.ff.de ſeru.vind.l.ſi priue.ff.de nou.op.nunc.l.iiij,§.libertatem.ff.de vſucap.*

Libellus pro ſeruitutibus vrbanorum prædiorū.

¶Contra quoque.Seruitutes vrbanorū prædiorum ſunt,vt ſeruitus proſpiciēdi, vel immittendi tignum in vicini ædes,& aliæ ſimiles:vt.§.hoc.§.æque ver.eiuſdē.&.ff.de ſerui.vrba.præd.l.j.& for.libel.In qualibet iſtarum actio.hoc modo : Dico ego c, contra a, quod ego habeo ius immittendi tignum de domo mea in ædes ſuas: vnde propono confeſſoriam contra ipſum, & peto dictum ius ſiue ſerui. immittendi tignū mihi adiudicari:& ipſum a,vt me patiatur vti tali ſeruit.mihi condemnari.& in libell. potes edere cauſam pro actio.& erit cauſa talis, Quia ſeruitutem habeo immittendi tignum de ædibus ſuis in ædes meas, vnde peto,&c. nihil aliud in libello mutatur. Et eodem modo forma lib. in alijs ſeruit. vrbano. præd.excepta ſeruit.altius non tollendi, in qua lib. habet formari verbis negatiuis,ſcilicet,hoc modo.Dico ego a,contra b,quod ipſe non habet ius altius tollendi ædes ſuas:quia ego habeo ſeruitutē in ædes ſuas altius non tollendi:vnde proponendo confeſſoriam contra ipſum b,peto ſeruitutem altius non tollendi mihi adiudicari: & ipſum ne altius tollat mihi peto condemnari.Et in iſta ſicut in alijs poteſt loco actionis cauſa proponi, hoc modo: Vnde cū habeam ſer. in ædes ſuas altius non tollendi, peto,&c.

Libellus in actione negatoria.

¶Est & alia realis actio, quæ competit pro ſeruitute negāda tam in ruſt.præ.quàm vrbano: & appellatur negatoria: vt. ff. ſi ſeru.vend.l.ij.in prin.& hic in ver.cōtra. Super quo formādus eſt lib. & in ruſt.præ.& vrb.Sed primo in ſer.ruſt.præ.formatur libellus hoc modo, Dico ego a,contra b, quod cum ipſe ſit in quaſi poſſeſſione ſeru.eundi per fundum meum ad fundum ſuum,& ipſe non habeat ſeruitutē in fundo meo proponendo negatoriam contra ipſum b,peto abſolui à tali ſeruitute. In iſto lib.poteſt poni cauſa loco actio. vnde cum ſeruitutem non habeat eundi:peto,&c.Similiter in alijs ſeruit.præd.vrb. formatur,negando,ſcilicet, vt acti.ſit negatoria,& cauſa ſimiliter. Vnde cum non habeat ius iſtius ſeru.peto,&c. Petam etiam in act.negatoria,quæ datur pro ſer.vrb.præd.denegandis.ſic formari libe.Dico ego c,contra b, ꝙ cum ipſe ſit in poſſ. immittendi tignū de ædibus ſuis in ædes meas, & ipſe non habeat ius immittendi tignum in ædes meas,peto,&c.Et ſic formatur lib.in alijs ſeru.vrb.præd.denegādis,formādo perverba negatiua.Similiter formatur ſic,qn̄ negatur ſerui. altius non tollēdi:in qua non formabitur lib.verbis affirmatiuis:ſed negatiuis, hoc modo:Dico ego a,cōtra b,quod cū ipſe ſit in quaſi poſ,ſeru.ædium mearū,ipſe habeat ſer.in ædes meas,ne mihi liceat illas altius tollere:iō peto proponēdo negatoriā actio.cōtra ipſū b,ab huiuſmodi ſeruitute abſolui,& ipſū,ne me altius tollentē impediat,mihi cōdēnari.& cauſa ī hoc libello proponitur talis. Vnde cū ipſe nō habeat ſeruitutē in ædibus meis, ne liceat mihi altius tollere,peto,&c.

b ¶*Contra*.l.contrarium. Nam ſupra.de confeſſoria,per quā ſeruitutes debentur: nunc de negatoria, per quam ſeruitutes denegantur, vt.ff.ſi ſeru.vend.l.ij.in prin.

c ¶*Prodita ſunt actiones*.ſcil.negatoriæ.

d ¶*Altius tollendi*.exēplum cōfeſſoriæ.

di, vel proiiciẽdi, immittendive: iſtæ quoque actiones[a] in rem ſunt, ſed negatiuæ. Quod genus actionis[b] in controuerſijs rerum corporalium proditum non eſt. Nã in his[c] is agit, qui nõ poſſidet: ei verò qui poſſidet[d], non eſt actio prodita, per quam neget rem actoris eſſe[e]. Sanè vno caſu[f], qui poſſidet, nihilominus is actoris partes obtinet: ſicut in latioribus Digeſtorũ libris op-

In his en in exemplis omnibus repetitur non. Vel dic non repetit, non ad hoc exẽplũ, ſed ad alia ſic. Sed quæritur hic, quare nomina talia dantur talibus actionibus? Reſp. Pla. quia negatoria negatiuis verbis proponitur, confeſſoria vero affirmatiuis. Hæc opinio reprobatur in ſeruitute altius tollendi: ibi enim confeſſoria negatiuis, negatoria affirmatiuis verbis proponitur. Dic ergo potius inſpiciendam eſſe naturam, quã verba, vt confeſſoria ideo dicatur: quia ad hoc vt confiteatur ſe debere, datur: negatoria autem, quia negatur. Item quare iſtæ dicũtur in rem? Reſpondet: quia ad ſimilitudinem rei vẽdicationis dantur. Sicut enim illa ratione dominij, vel quaſi datur, ſic & iſtæ: vt ecce ratione dominij datur cõfeſſoria. ſ. domino fundi cui ſeruitus debetur: vt. ff ſi ſeru. vend. l. ij. § hoc autem. & ratione quaſi dominij, vt fructuario, creditori, & ſuperficiario. Itẽ Publiciana datur ei cui ſeruitus eſt conſtituta à nõ domino fundi: vt. ff. de remiſſ. l. j. §. idem Iul. & de ſuperfic. l. j. §. fi. & ſi vſuſfr. pet. l. j. & de publ. in rem act. l. ſi ego. ij. & iij reſpõ. Item ſicut ratione poſſeſsionis, vel quaſi datur rei vendicatio, ſic & hæc confeſſoria ratione veræ poſſeſsionis aduerſus eũ qui poſſidet agrum, qui ſeruitutem debet: vt. ff. ſi vſuſfr. pet. l. vti frui. § vtrum vel quaſi poſſidet: vt. ff. ſi vſuſfr. pet. l. fin. Hoc idem in negatoria: nam ipſa ratione dominij datur domino fundi, qui negat ſeruitutem deberi. vtilis autem quaſi domino, quia ius habet in fundo, quem negat ſeruitutem debere: vt. ff. ſi ſeru. vend. l. ij. Et econtra ratione poſſeſsionis intẽditur contra eum qui poſſidet rem ratione vſuſfructus: vt ff de acquir. poſſ l. generaliter. vel quaſi poſſidet, vt ſi re vtatur propter illam ſeruitutem, quam ſibi dicit debitam: in quibus non eſt vera poſſeſsio etiam naturalis. arg. ff. de ſeru vrb. præd. l. ſi ædes § libertas. & §. ſequ. & ratione horum & ſimilium, dicuntur in rẽ. Item not. quòd dicit Pla quod negatoria ita demum datur, ſi fuerit ſeruitus conſtituta, & poſtea amiſſa: ſed falſum eſt. cõpetit enim & ſi nulla fuit: vt. ff. ſi ſer. vẽd. l. loci. § competit. & l. fiſtulas.

a ¶ *Iſta quoque actiones*. de quibus ſ. prox. §. dixit. Nam ad proxima eſt facienda relatio. vt. ff. de leg. j. l. ſi ſeru plur. §. fi. & de teſt. l. hæredes. §. ſed & ſi notã. nã aliæ nõ ſunt negatiuæ ſed affirmatiuæ: ſed in eo ꝙ dicit, in rẽ ſunt, põt ad vtrunq; referri.

b ¶ *Quod genus actionis*. ſ. negatoriarũ & affirmatiuarũ. Et nota quod nomẽ actionis large hic ponitur: alias vero pro perſonalibus tãtũ, vt diximꝰ. ſ. eo. §. j.

c ¶ *In his*. ſ. in cauſis rerũ corporalium.

d ¶ *Poſſidet*. inſolidũ Si enĩ duo aſſerant ſe poſſidere, & vterque vincit, poterit alter vẽdicare. vt. ff. vti poſſ. l. ſi duo in fi. j. reſ. ADDITIO. *Holomanus hic putat legendum eſſe, Ei verò qui non poſſidet, non eſt actio prodita per quam neget rem poſſeſſoris eſſe. Tu vide ipſius diſputationem.*

e ¶ *Neget rẽ actoris eſſe*. hæc verba reſtringunt præcedentia. ſ. ei vero, &c. Nam hoc perpetuo verũ eſt, quòd alias non datur actio poſſidenti, per quã neget rem actoris eſſe. Sed põt poni caſus, vt poſſeſſor habeat actionẽ, per quã dicat ſe dominũ eſſe: vt. ff. de rei vẽd. l. officium. & ff. vſufru. quemad. cau. l. ſi vſusfructus nomine. Cõſtat enim commodatarium nõ poſſidere, & cõmodantẽ poſſidere: vt. ff. cõm. l. rei. Idem in conductore & locatore: vt. ff. de vſuc. l. non ſolũ. § j. Alij dicunt legẽ illã. officium. loqui quando alius non poſſidens agit. vt ſic ratione detentionis talis agatur. Sunt & alij. vt Bul. & Ioan qui dicũt, quod eo ipſo quod agit poſſeſſor rei vendicatiõe, renũtiat cauſæ poſſeſsionis: cum hoc ſit impoſsibile, te poſſidere, & vendicare poſſe. prima verior eſt. Accur.

f ¶ *Vno caſu*. vt in duplicibus iudicijs: vt. ff. de iud. l in tribus, & ĩ. eod. § quædã &. ff. vti poſ l. ſi duo. § j & ĩ. de interd. §. tertia. & ff. fa. erciſc l. j. Vel dic. quòd dicit de qualibet exceptione proponenda. Nec enim hic dicit quod ſit actor: ſed caute dicit. quod partes ſiue onera actionis ſuſtinet, ſecundum Ioan. vt. ff. de except. l. j. ADDITIO *Dic, non etiam placet hoc Pe. & Dy. quia ſecundum hoc eſſent plus, quam mille caſus. Vnde Pet. ponit exemplum, quando reus ſuſcepit in ſe onus probandi, ſcilicet quod res petita pertineat ad eum, & non ad actorem: vt lege circa ff. de probation. & hoc exemplum placet hic Ioan. Fabr. nam litera non dicit, actor: ſed vicem actoris ſuſtinet. & ſic non eſt proprie exceptio, ſed quadam illatio. Ang.*

a ¶*Apparebit*. vt. ff. de iudic. lege in tribus. ſecundum primum: vel. ff. de except. l. Agere etiam.

¶*Sed iſta*. Diuiditur in duas partes. Primò ponit & declarat actiones præcedentium paragraphorum fore ciuiles: ſecundo ponit de actionibus prætorijs: ibi, aliæ autem. Et iſta ſecunda ſubdiuiditur. Nam primo ponit de actionibus in rem prætoriis. Secundo ponit de perſonalibus. Secunda incipit in. § in perſonam. Item prima ſubdiuiditur. Nam primo ponit quando res petitur quaſi vſucapta, quæ non eſt. Secundo quando vſucapta eſt & petitur ac ſi vſucapta non eſſet. Secunda ibi, in. §. rurſus. Item prima ſubdiuiditur. Nā primo ponit de actionibus prætorijs in rem. Secundo de eis duo ponit exempla. Secunda ibi, Ecce plerunque. Primum exemplum proſequitur: ibi, Nanque ſi cui. Secundum in. §. rurſus. iam allegato. Aretinus.

portunius apparebit [a].

¶Iam ſecunda actionũ factio pertractanda capitur: & primo de in rē prætoriis. Qui iuſto titulo ab eo quē dominũ credebat, rem traditam accepit, ſi prius rei poſſeſſiōe ceciderit, quam vſucapionē abſoluerit, is aduerſus poſſeſſorē Publicianā in rem actionē intentare pōt: vt perinde ei reſtituatur, ac ſi vſucapione eius rei dominium nactus fuiſſet.

CASVS. Domine, iam poſuiſtis mihi vnam compendioſam diuiſionem actionum, & membra diuiſionis per dilucida exēpla declaraſtis. Pro Deo nũquid ſunt plures diuiſiones actionum? Et reſpondet Iuſtinianus quòd ſic. Nam actiones quædam ſunt ciuiles, quædam prætoriæ. Iſtæ enim actiones, de quibus ſuperius mentionem habuimus, & ſi quæ eis aliæ ſimiles ſunt, ex legitimis & ciuilibus cauſis deſcendunt, id eſt, ciuiles ſunt, aliæ autē actiones ſunt, quas prætor introduxit ex ſua iuriſdictione. Sed domine, nunquid prætoriæ diuidi poſſunt? Et reſpondet quòd ſic. Prætoriarum enim quædam in rem, quædam in perſonam ſunt, Prætor enim quaſdam actiones ex ſua iuriſdictione cōparatas habet tam in rem, quam in perſonam: quas etiam ipſas prætoris neceſſariū eſt, id eſt, vtile, exēplis oſtendere. Et hoc vſque ad illũ verſiculũ, ecce plerunque, &c. in quo pone ſic caſum, Domine, vos dixiſtis mihi ſupra quod prætoriarum actionũ, quædā ſunt in perſonā. & promiſiſtis quod eaſdem per exempla mihi oſtēderetis. Ad hoc reſpondet Iuſt. Amice, libenter. Ecce plerunque prætor permittit in rem agere: ita vt actor dicat ſe aliquā rem quaſi vſucepiſſe, quam in veritate non vſucepit: & tamen vtili in rem actione prætoria ita vendicat ſuam eſſe, quaſi vſucepiſſet. Et nō ſolū in caſu iſto locum habet actio prætoria in rem, ſed in caſu conuerſo. Quandoque enim ita permittit prætor in rem agere, vt aliquis dicat aduerſarium ſuum rem quaſi non vſucepiſſe, quā in veritate vſucepit: & ita tam rem ab eo prætoris auxilio auocat: quaſi eam nunquam vſucepiſſet. Sed bone domine, pro Deo dicatis mihi exemplum familiare, in quo actor dicit ſe quaſi vſucepiſſe rem quam in rei veritate non vſucepit? Ad hoc reſpondet. Amice, dabo tibi bonum exemplum: Iam pone, quod aliqua res alicui ex cauſa iuſta. puta, Petro à non domino tradita ſit, veluti ex cauſa emptionis. vel donationis aut ex cauſa dotis, aut ex cauſa legatorũ vel ex alia ſimili cauſa apta ad dominij tranſlationem, & necdum Petrus bonæfidei poſſeſſor illius dominium beneficio illius vſucapionis adeptus ſit, ſi poſſeſſionem illius rei aliquo caſu amittat, nullā habet de iure ciuili directā actionem in rem ad illam rem perſequendam. Ita enim proditæ ſunt actiones in rem de iure ciuili, vt quis ratione dominij rem ſuam vendicaret. Cum igitur de iure gentium, puta per traditionem, non ſit illius rei dominus effectus. neque de iure ciuili: puta per vſucapionem, liquet manifeſte, quod omne beneficium iuris ciuilis in hoc caſu Petro ſit præcluſum. Sed quia prætor qui naturali æquitate mouetur, durum videbatur in hoc caſu Petro poſſeſſori bonæ fidei deficere penitus actionē: quādam actionem de æquitate introduxit: beneficio cuius actionis Petrus qui poſſeſſionē amiſit, dicit ſe eam rem quaſi vſucepiſſe, & ita prætoria in rem vendicat ſuam eſſe: ſicut ſi in rei veritate eam vſucepiſſet, & directa in rem ciuili eam vendicaret. & iſta actio de æquitate prætoris in hoc caſu introducta, Publiciana appellatur: quæ ideo ſic appellatur: quia primum à Publicio prætore in edicto propoſita eſt. Et hæc dicuntur vſque ad illum. §. rurſus ex diuerſo. Franc.

¶*Sed iſta*. Latenter accedit ad ſecundā diuiſionem, ſcilicet aliæ ſunt ciuiles & aliæ prætoriæ. & de omnibus exēpla ponit. Sed quæritur de duabus, ſcilicet de actione in rem, quæ datur contra eũ, qui dolo deſijt poſſidere. Videtur enim prætoria: vt. ff de nox. ac. lege actio. §. j. Sed & ciuilis videtur inſpecta perſona acto-

¶Sed iſtæ quidē actiones, quarum mentionem [a] habuimus, & ſi quæ ſunt ſimiles [b], ex legitimis[c], & ciuilibus cauſis deſcēdunt. Aliæ autem[d] ſunt, quas Prætor ex ſua iuriſdictione comparatas habet, tam in rem [e], quàm in perſonā: quas & ipſas [f] neceſſarium [g] eſt exemplis oſtendere. vt ecce [h], plerunque [i] ita permittit Prætor in rem agere, vt vel actor dicat[k] ſe quaſi vſucepiſſe, quòd nō vſu ceperit vel ex diuerſo [l] ~~poſſeſſor~~ [m] ~~dicat~~ aduerſariū ſuum non vſuce-

rit, qui de iure ciuili admittitur ad agēdum. vt.ff.de rei vend.l.in rem actio. Sed dic eam ciuilem inſpecta potius perſona actoris, quæ dignior eſt: vt.ff. de do.ma. exc.l pure.§.fin. Et hæc conſideratio ſemper habetur. nam hæreditatis petitio dicitur prætoria, quando bonorum poſſeſſori datur, vel fideicommiſſariu: licet contra poſſidentem pro hærede, vel pro poſſeſſore detur. & econtra ſi detur hæredi de iure ciuili dicatur ciuilis: vt.ff.de pet. hæred.l.ij. Semper enim iudicamus an actio ſit ciuilis vel prætoria, inſpecta perſona actoris. Secundo quæritur de actione commodati. Sed dic eam ciuilem. vt.ff.commodati.l. in commodato. §.ſicut. Et quod dicitur eodem tit.ff.commoda.l.j.in princip. in gloſſa, ait prætor. quæ eſt gloſ.j.vel approbando, vel confirmando dicit, non inueniendo, ſicut & de petitione hæreditatis dicitur. ff. ſi pars hæreditatis petatur.l.j.in princip. Sed tamen ipſa ciuilis eſt, cū ſit ex ſenatuſconſulto, & centumuiralis dicatur: vt.ff.de petit.hæred.l.item veniunt.§.cum antequam.&.C.de hæred.pet.l.fin.in princip. Omnes enim actiones, quæ oriuntur ex his quinque partibus iuris, ſcilicet legibus, ſenatuſconſultis, plebiſcitis, principum placitis. & reſponſis prudentium, ciuiles ſunt. Quæ vero à magiſtratibus, vel prætorū edicto deſcendūt, prætoriæ ſunt: vt.§.de iure na.§.cōſtat. vſque ad §.ex nō ſcri.&.ff.de iuſt.& iur.l.ius autem.& ī.de perp.& temp.act.in prin. Aliæ autem præter duas ſupradictas certæ ſunt, verū ſine prætoriæ vel ciuiles. Accurſius.

a ¶*Quarū mentionem*. ſcilicet expreſſam, vt de quibuſdam dictum eſt.

b ¶*Et ſi quæ ſunt ſimiles*. vt quæ ſunt ex cōtractu vel quaſi: vel ex delicto. vel quaſi: & quæ deſcendūt ex variis figuris cauſarum. vt.ſ.end §.j.& ij.

c ¶*Ex legitimis*. id eſt, ex lege duodecim tabularum, & prodeſt ciuilibus. Vel dic ciuilibus, id eſt, ex authoritate iuris prudentum, & eorum reſponſis nam totū eſt ius ciuile. vt.ff.de iuſt.& iur.l ius autem ciuile.& de orig.iur.l.ij. §.nouiſsime.

d ¶*Aliæ autem*. Aduerte, quod hic doctores ita diſtinguunt hunc.§. incipiendā ibi, Sed iſtæ quidem, tamen communiter allegatur in materia Publicianæ. §. aliæ. hic & non ſuperius incipiendo.

e ¶*Tam in rem*. id eſt: tam in rem tātum, quam perſonam tātum. ~~Nec enim aliqua prætoria inuenitur quæ ſit mixta ſcilicet in rem & in perſonam~~: licet ciuilis talis inueniatur: vt.ī. eodē.§.quædā. Et primo hic de realibus dicit vſque ad.§. in perſonam. & poſtea de perſonalibus dicet. Accur.

f ¶*Ipſas*. ſ. prætorias: quaſi diceret, non ſolū ciuiles, quas expoſuimus.

g ¶*Neceſſarium*. i. vtile: quod enim medicamenta morbis, hoc exhibēt iura negotiis: vt in auth. hæc conſtit. Inno. in princ. col. viij. Nec enim neceſsitas in principe poni poteſt: vt.ff.de leg.& ſenatuſconſ.l. princeps. Item quia per exēpla apertius intelligitur: vt hic.& C.de tráſa.l.vt reſp. &.ff de col.bo.prætor.§.Iulia.

h ¶*Ecce*. hoc eſt primum exemplū, quod exponitur ſtatim ibi, nanque, &c.

i ¶*Plerunque*. quia hoc ſemper dicere nō potreſt: ſcilicet contra dominum, niſi in caſibus: vt ſtatim dicemus.

k ¶*Dicat*. agendo Publiciana.

ADD. *Dicet enim poſſeſſori perinde atque ſi vſucapionem compleuiſſet, ſe dominum eſſe. Significat enim vox Quaſi, non Ferme, ſed Tanquā, τὸ ὡσανεὶ, perinde ac ſi. vt docet Fr. Hoto.*

l ¶*Vel ex diuerſo*. hoc exponitur. infrà.§. rurſus.

m ¶*Poſſeſſor*. id eſt, dominus quondam, ad quem rediit tunc poſſeſsio. Vel dic poſſeſſor quondam. nunc petitor.

Libellus in actione Publiciana.

¶Nanque ſi cui. Hic tractatur de actionibus prætorijs realibus: & primo de Publiciana, in qua qualiter formetur libellus, eſt videndū. Vnde ſciendum eſt, quòd actio Publicia. competit, quādo res aliena traditur ex iuſta cauſa. vnde ſi cadat à poſſ. aliquo caſu poterit hac actione agi contra poſſeſſorem, niſi ſit dominus qui poſsidet: vt.ff.de Publi.l.j.§.pe. & ſi.& ī. eo.§.prox.ver.ecce plerunque. Formabis ergo ſic in hac actio.lib. Dico ego a, contra b, quod ipſe detinet rem mihi traditam ex cauſa emptionis, quam quaſi vſucepi, vnde propono actionem Publicianam contra ipſum b, peto ipſam rē iure quaſi

piſſe, quod vſuceperit.

¶ *Actio Publiciana dicitur prætoria: & datur ex æquitate prætoris illi, qui rem nactus eſt à non domino ex aliquo iuſto titulo, qui eſſet captus ad dominij trāſlationem: & datur quaſi ipſe rem vſuceperit. Aret.*

¶ Nāque ſi cui ex iuſta cauſa[a] res aliqua tradita[b] fuerit, (veluti ex cauſa emptionis, aut donationis, aut dotis, aut legatorū) & necdum eius rei dominus effectus[c] eſt: ſi eius rei poſſeſſionem caſu[d] amiſerit: nullam[e] habet in rem directam[f] actionem ad eam perſequendam: quippe ita proditæ ſunt iure ciuili actiones, vt quis dominium ſuū vēdicet[g]. Sed quia ſanè durum erat, eo caſu[h] deficere actionē[i]: inuēta eſt à Prætore actio[k], in qua dicit[l] is,

dominij mihi adiudicari, & eundem b, ad eius reſtitutionem condemnari. In hoc libello licet nomen actionis proponatur, ſufficit vt cauſa edatur, quæ talis eſt. Vnde cum ipſam rem quaſi vſuceperim, peto, &c. vt in prædicto. §. ecce plerunque. vel poteſt aſſignari pro cauſa hoc, Vnde cum ipſa fuerit mihi tradita ex cauſa emptionis, peto, &c. & eſt eadem prima cū iſta: quia traditio ex iuſta cauſa parit vſucapionē: vt. ff. de Publi. l. j. ij. iij. & iiij.

a ¶ *Ex iuſta cauſa.* id eſt, ex aliquo contractu, qui deſcēdit ex iuſta cauſa. id eſt, ex affectione vtriuſque partis: vt. ff. eod l. in omnibus rebus. ad fi. tit. quam affectionem iuſtum eſt ſeruari: vt. I. de rerum diuiſi. §. per traditionē. Et hoc dummodo talis titulus fuerit aptus dominium trāſferre, licet non transferat: quia traditio non plus transfert, quàm ſit apud eum, qui tradit: vt. ff. de acquir. rer. domin. l. traditio. Et nominantur huiuſmodi contractus. ff. de Publ. l. j. in fin. & l. ij. iij. iiij. v. vj. & vij. ſi vero contractus non eſt habilis transferre dominium, non competit Publiciana: vt. ff. de Publ. l. quicunque. § j. & fi.

b ¶ *Tradita.* à non domino.

c ¶ *Dominus effectus.* per vſucapionem. Nam per traditionem dominus factus nō fuit. Si autem altero iſtorum modorū factus dominus fuerit, Publiciana ei nō datur, ſed directa rei vend. vt. ff. de Publ. in rem actio. l. j. in princ. & §. j.

d ¶ *Caſu.* imo & ſi quocūque modo. Nā & ſi per furtum vel rapinam, vel aliam vim amiſerit: non tamen habet in rem actionem directam, ſed hanc: licet habeat & alias actiones, vt furti, vel vi bonorum rapto. & ſimiles: vt. I. de ob. quæ ex delict. §. ſed & bonæ fidei. & §. vi bonorum. rapt. §. fin.

e ¶ *Nullam.* de aliis autem realibus conſtat: ſed de hac rei vendicatiōe dubitatur.

f ¶ *Directam.* Sed nunquid Publiciana cōpetit ratione vtilis dominij? Quidam dicunt quòd ſic. dicentes, quod vtile dominium habet cui Publiciana competit. & dicunt hanc eſſe cauſam Publicianæ: ſicut directum dominium eſt cauſa directæ actionis in rem: vt. ff. de rei vend. l. in rem actio, in princ. Alij dicunt, quod nec vtile dominiū habeat, cum ille, qui vtile dominium habet, etiam cōtra dominum agat. vt. ff. ſi ager vect. vel emphyt. pet. l. j. ij & iij. quod non eſt in Publiciana: vt. ff. de Publ. l. pe. & fin.

g ¶ *Vendicet.* hoc videtur falſum. nam aut habeo dominium, & tūc non vendico quod habeo ſi nō habeo, nec tunc vendico: vt. ff. de rei vēdicat. l. in rem actio. l. j. j. reſ. Item dominiū eſt ius & res incorporalis: quō ergo vēdicatur? Sed dic dominium. i. ratione dominij.

h ¶ *Eo caſu.* ſ. iſto ſupradicto.

i ¶ *Deficere actionem.* quod erat ſecūdum ius ciuile.

k ¶ *Actio.* ſcilicet Publiciana, vt ſtatim ſubiicit: alias niſi prætor actionis nomen diceret, in factum daretur, ſicut ex ciuili obligatione noua datur condictio ex lege, ſi nō caueatur de nomine actionis: vt. ff. nau. caup. ſtabula. l. & ita. §. ait prætor. in glo. ij. & ff. cond. ex leg. l. j.

ADDITIO. *Nota gloſſā, ſecundum Dyn. quam tene menti pro regula. quæ actio competat ex remedio ciuili, vel prætorio: pro qua facit text. ff. de adulterijs. l. quod ex his. Sed contra hoc opponitur de. l. ſed & ſi poſſeſſori. in princ. de iurein. coniūcta gloſ. in verb. dandam. vbi actio in factum & Publiciana videntur eſſe idē. Sed tu reſponde vt ibi per gloſſam, & doct. Aug.*

l ¶ *Dicit.* & ſic videtur, quod prætor permittit mentiri: quod Placen. conceſſit idem in ſequentibus caſibus tribus & facit. C. de bon. mat. l. j. vnde ſic libellum formabat, Peto talem rem quam poſſides, & quam emi vel alia ſimili iuſta cauſa habui à non domino: quia dico me vſucepiſſe. Nam licet hæc verba: quia dico me vſuceperiſſe, &c. directam rei vendica-

tionem magis videantur inducere: tamē ex adiunctis Publicianam ſignant. Alij dixerunt ita eſſe formādum: Peto talē rem quam dico meam: ſed quia forte non poſſem probare meam, propono Publicianam. Alij dicunt vtrunque alternat. ne p. poni. ſ. rei ved. & Publicianam: hoc modo, Peto talem rem iure directi dominij, vel quaſi: quod hanc approbat conſuetudo. Sed certæ duæ primæ non placent: quia quomodo diceret rem ſuam ſe vſucepiſſe, cum hoc non ſit verum? ſic enim peieraret in ſacramento calumn. vt C. de iur. propter cal. dā. l. j. Sed illi reſpondēt: quia hoc facit lege permittente: vnde nō peierat. ff. qui ſatiſd. cog. l. ſi. Sed hæc vltima placet quia vnam debet eligere, & nō pluribus agere acti. vt. ff. de reg. iur. l. ocmo. §. quoties. Dic ergo quarto eſſe formandum in hunc modum libellum, Peto rem talem mihi reſtitui iure quaſi dominij, perinde vſucepiſſem. Verbum enim quaſi, poſitum, ſ. eo. §. aliæ. hic repete, & ſimilitudinarie ponātur, non affirmatiue i. dicere, ſicut vendicarem quo ad effectū re vere vſucapta: ita nunc quaſi vſucapta. & ita in ſequentibus caſibus. Ex prædictis patet, quod quinque ſunt neceſſaria, vt detur Publ. ſ. traditio, vel quaſi, quod dico propter res incorporales, quæ tradi non poſſunt: vt. ff. de acqu. rer. dom. l. ſeruut. §. incorporales. ff. de Publici. l. j. & l. traditionem. §. j. Secundo, quod ex titulo apto ad mutationem dominij, vt hic dicit, vt ex venditione, vel ſimilibus. Item quod à non domino accepit. Nam alias dominium eſſe tranſlatum. ff. eod. de pub. l. j. in princ. ibi, à non domino. & ibi no. Itē quarto, quod bona fide acceperit: vnde crediderit ſe dominū factum eſſe tunc: vt. ff. de publ. in rem act. l. eum qui furio. io. §. prætor. Quinto, quod credat ſe dominum hodie non eſſe, cum proponit eā: alias eſſet ſibi contrarius. Sed tātum duo prima ex his quinque ſunt difficilia agēti. ſ. probatio traditionis & tituli: reliqua conſiſtunt in intellectu agentis, cum ſint de ſua conſcientia: quæ per teſtes probari non poſſunt. Sed quid ſi dubitat hodie, verum actor fuerit dominus vel non? Reſpond. ſalua fide proponat quod ſibi melius videtur, vel rei vendic. vel Publ. Sed quando penitus eſt in dubio, proponat Publicianam: & in ea obtinebit, niſi aduerſarius probet actorem huius dominū fuiſſe, quod ſi probet, dabitur ei rei vend. qui enim egit actione Publ. & ſuccubuit: non repellitur à rei vendi. directa. Idem econtra: vt. ff de euictio. lege minor. §. ſi ſeruum licet quidam dixerunt contra in

qui poſſeſsionem amiſit eam rem ſe vſucepiſſe, quàm vſu non cepit: & ita vendicat ſuam eſſe, quæ actio

vtroque caſu: quia ius ſuum vndecūque & qualecunque in primo iudicio deduxiſſe videtur: vt. ff. de exceptio. rei iudic. l. ſi mater. §. eandem. Sed expone vndecūque & qualecunque. i. ſiue de iure ciuili, ſiue de iure gentium, ſummodo directum: vt. ff. de rei vēdicatio. l. in rē actio. in princ. At illi dicebant, ſiue directum. ſiue vtile. & ita patet, quod cum ſint contrariæ rei vendicatio directa, & Publiciana vno libello proponi non poſſunt: vt. C. ſi cer. ext. l. j. ſed ex conſuetudine contrarium ſeruatur. Nam vtraque ſimul proponitur: licet ſuper vna probationes tantum inducat: ne ſibi contrarius ſit. quod certe eſt contra. d. l. C. & regulam illam. ff. de regu. iur l. nemo. §. quoties. & hoc ex parte actoris. Ex parte autem rei ſpectamus, an poſſideat, vel dolo deſierit poſsidere: vt in rei vendi. diximus. Nam contra omnem poſsidentem datur, præter quam contra dominum. vt. ff. de Public. l. pen. & l. fina. Sed etiam contra dominum datur in ſex caſibus. Primus eſt, ſi à non dño emi, qui poſtea vero dño ſucceſſit, & ad eū poſſeſſio redierit: nam licet ſit factus dominus, tenetur tamen Publ. vt. ff. de rei vend. l. ſi à Titio. Secundus eſt, ſi rē à non dño emi: & poſtea verus dominus voluerit à me vendicare: ſed ego fui abſolutus: & poſtea res ad illum rediit, agam Public. & ſi excipiat de dominio, ego replicabo: quia quandoque eo agente fui abſolutus: vt. ff. de except. rei iudic. l. ſi quis rem. Tertius eſt, ſi egi noxaliter contra bo fid. poſſ. ſerui, & ipſe dedit mihi eum pro noxa: ſiue enim contra me poſsidentem, verus dominus agat, ſiue eo poſsidente, ego agam Public. obtineo: vt. ff. de noxa. l. & generaliter. & l. præc. in fine. Quartus eſt, ſi ego fui miſſus in poſſ. vicinæ domus. quam aliquis bona fide poſſidebat, poſſeſſore non cauente: & poſtea verus dominus inueniatur poſsidere vi forte, & vnde vi interdictum, & public. habeo: vt. ff. de dā. no. inf. l. damni §. ſi pupillus. verſic. non ſolum. Quintus etiam adijcitur, vt ſi rem poſsideo, & eam non dolo, ſed culpa deſij poſsidere & ſic litis æſtimationem tātum, ſecundum ius vendicanti præſtitit: vt. ff. de rei vendi. l. qui reſtituere. ſi poſtea res ad dominum redeat, agam Public. contra eum. vt. ff. de rei. vendic. l. ſi culpa. Vel expone. l. illam. vt habeat vtilem actionem, quam actor directam haberet, quaſi nomen emiſſe videatur. Sextus adijcitur: ſi me mandante rem meam vendidiſti: ſed me prohibente tradidiſti emptori: hac act. vel exceptione defenditur. Præterea etiam cōtra me dominum hac

actione agit: vt ff. de Public. l. Papinian[a]. ADDITIO. *No. hanc glo. quæ ponit caſus, in quibus datur Publi. contra dominum. Idem not. in. l. ſi ff. eodem. Et aduerte, quod licet Ang. in d. l. ſi addat caſus. l. Papinianus. ff. eod. ſecundum lec. Dyn. ibi, quòd procurator vendidit rem domini: tamen non eſt opus quod addatur: quia habes hic gl. ff. ordi. dum dicit, Se xtus adducitur, ſi me mandante rem meam vendidiſti. pondera ibi meam, & ſic mandantis. Angelus.*

ADD. *Quod autē dicitur Publiciana dari quaſi domino, ſic intellige, quòd Quaſi dominus dicitur, non qui ferme dominus eſt, ſed qui perinde habetur, ac ſi dominus eſſet, eodemq; iure vtitur, quo, ſi dominus eſſet, vteretur. Hæc ex Franc. Hotom.*

Publiciana appellatur: quoniam primùm à Publicio[a] Prætore in edicto propoſita eſt.

¶ *Quemadmodum Publiciana pro re nondū vſucapta recuperāda datur, ita ex diuerſo reſciſſoria actio pro re, quæ vſucapta eſt à parte rehabēda: ſi quis itaq; Reipublicæ aliave quavis cauſa abſens rem præſentis vſucеperit, domino conceſſum eſt, reuerſo poſſeſſore (impetrata prius reſciſſione vſucapionis) ſtatim intra annum reſciſſoriam actionem inſtaurare: perindeq; rem petere, atque ſi vſu nunquam capta fuiſſet.*

¶ Rurſus ex di-

a ¶ *A publicis.* ſicut ab Aquilio Aquilia fuit inducta: vt ſupra de lege Aquilia. §. ex hoc tamen capite.

¶ *Rurſus.* Iſte. §. diuiditur in duas partes. Primo ponit de reſtitutione danda præſenti contra abſentem. Secundo addit, & extendit ad alios multos caſus. Secunda ibi, Quod genus.

CASVS. Duo ſunt hic poſita ſcilicet, rurſus, quæ eſt dictio iteratiua: & etiam hæc dictio ex diuerſo, dictionem iteratiuam, ideo bis poſuit: quia ſicut ſupra tractauit de prætoria in rem: ſic & hic, licet aliquis poſſet dicere, quod hic tractetur de prætoria in perſonam: in pluribus tamen reſciſſoria in rem, & etiam fuit ratio, quam domi. Io. in arbore act. poſuit inter act. reales referens ſe ad ea, quæ frequentius accidunt & contingūt. Et ita reſp. domi. Iac. de Bel. reprehendenti dominum Ioannem, eo q reſciſſoriam inter reales ordinauit ī arbore ſua. Ex diuerſo autem dicit: quia hic tractauit de actione per quam actor negat aliū vſucepiſſe, qd vſuceperat ī ſuperiori. §. tractauit qualiter actor affirmat ſe vſucepiſſe qd non vſucepit. Qualiter autē abſens rem præſentis poteſt vſucapere, habes in gloſſa. Item ſcire debes, quod in iſto. §. nota. ſecunda cauſa intentionis titulo de maioribus reſtituendis. Prima enim cauſa fuit, ne abſentes à præſentibus læderentur: vel ſi læderentur, vt reſtituerentur. & de iſta cauſa tractatum eſt ſupra proxi. §. ſecunda cauſa fuit, ne læderentur præſentes ab abſentibus, & de iſta ſecunda cauſa tractat. §. iſte ſcilicet, de reſtituendis præſentibus contra abſentes. Sed quid ſi ambo eſſent abſentes, reſtituerentur ne vnus cōtra alium? Reſpon. q ſic. Bene enim reſtituitur priuilegiatus contra priuilegiatū, vt eccleſia cōtra eccleſiam, & minor contra minorem. Tria enim principaliter debes ſcire circa iſtum. §. Primū eſt, quando & quibus detur reſtitutio. & de hoc vſque huc dictum eſt. Secundum eſt, intra quod tempus detur reſtitutio: de quo diuerſimode dicunt, vt habes no. ſuper lege quo tempore militiæ. C. de reſti. mi. & ff ex qui. cau. ma. lege ab hoſtibus. §. ſed quod ſimpliciter. Dominus autem Ia. dicebat, q tempus ipſius non mutatur: ſed eſt ſemper quadriennium continuum: ſed cum aliquis tempore læſus ſit, tempus ad hoc bene mutatur. Tertiū eſt de reſciſſoria. Doct. autem dicunt, q non eſt proprium nomen act. & dicebāt quòd minores reſtituuntur iur. ac. & maioris offi. iu. Dominus Iac. dicit contrarium. Dicit enim lex, quòd ſimili modo reſtituuntur maiores & minores: vnde dicebant, q nihil aliud eſt reſciſſoria, quam actio, quæ primo ante vſucap. vel præſcri. fuit directa: modo eſt vtilis. Item quid eſt q dicit hunc lib. corrigi per C. cum liber iſte poſtea factus ſit, & ante Pādec. Codex factus ſit: vt ſupra in proœmio. §. & cum ſacratiſſimas? Ad hoc reſpondet q verum eſt, quòd Impera. primo ad Imperiales conſtitutiones curam ſuam direxerit: & ex tribus Codi. ſcilicet Hermogeni. Gregori. Theodoſia. fecit fieri vnum C. quem ſuo fœlici nomine nuncupauit: deinde erexit curam ſuam ad immenſa iuris prudentiæ volumina &c. Et tertio librum iſtum mandauit componendum: vt ſupra habetur in proœmio prælegato. §. ſed poſtea videns Imperatorias conſtitutiones vagari extra corpus iuris, mandauit poſtea diſſolui Cod. & quod insererentur illæ conſtitutiones: & ſic

factum fuit: vnde conſtitucio illa, quæ cõtigit lib. iſtú, eſt voa de conſtitutionib⁹.

¶ Libellus in actione reſciſſoria.

uerſo, ſi quis cùm Reipublicæ[a] cauſa abeſſet[b], vel in hoſtiũ[c] poteſtate[d] eſſet, rem eius, qui

¶ Hic tractatur de actione reſciſſoria. in qua qualiter formetur lib. eſt videndum. Sed primo ſciédum eſt, quod actio reſciſſoria locum habet, eum abſens cauſa reipub. vel captus ab hoſtibus vel ex alia cauſa neceſſaria vel probabili vſucepit ré præſentis, vel præſens rem abſentis ex cauſis præmiſſis: vt in hoc. §. rurſus. & ff. qui. ex cauſ. ma. in inte. reſti. l. j. & ij. vñ reuerſo abſente formabitur lib. in hunc modum: dico ego a, contra b, quod ipſe in abſentia mea rem meam vſucepit: vnde ſupplico vobis domine iudex: implorãdo officium veſtrum, quatenus reſcindatis vſucapionem, vt ea reſciſſa poſſim rem meam petere quaſi eã non vſucepiſſet, quo impetrato, poterit agere vtili reſciſſoria rei vẽdica. Nec erit proprium nomen act. hoc quod dico, reſciſſoria, ſed adiectio quædam: & illa, quæ primo erat directa, dabitur vtilis: vt C. qui. ex cau. ma. in int. reſti. l. j. & C. de poſtli. reuer. & de redempt. l. ab hoſtibus. iij.

¶ *Rurſus ex diuerſo.* i. cõtrario. Nam ſupra affirmando, & ſe vſucepiſſe dicit: hic negando, & aduerſarium non vſucepiſſe dicit. Accurſius.

a ¶ *Reipublicæ*, ſ. ciuitatis Romanæ: vt ff. de verbor. ſignific. l. eum qui. Idẽ tamen ex generali clauſula poſita. ff. ex qui. cau. ma. l. j. in ſi Idem in cæteris ciuitatibus dicendum eſt. vt ff. ex qui. cauſ. ma. l. ſed & ſi per Prætoré. §. penul. Idem etiam ſi cauſa municipij alicuius: vt ff. ex qui. cau. ma. l. legatis.

b ¶ *Abeſſet.* alias abſens eſſet. Iſte qui abſuit Reipublicæ cauſa rem præſentis duobus modis potuit vſucapere. ſ. per ſe: & quia rem illam ſecum detulit, ſiue domi dimiſit. & animo poſſedit: vt dicitur de eo, qui ad nundinas profectus eſt: vt ff. de acquir poſſ. l. clam poſſid. §. qui ad nundinas. Item per alium. ſ. per filiú vel ſeruum, vt ſtatim in captiuo dicemus.

c ¶ *Vel in hoſtium.* qui ſint hoſtes, dicitur ff. de capti. l. hoſtes. & ff. de verb. ſigni. l. hoſtes ſcilicet, quibus populus Romanus bellum indixit, vel qui populo Romano bellum indixerunt. Si ergo ab alio quis capiatur, nunquid hoc locum habebit, quod hic dicitur? Credo quod ſic: ſicut quando abeſt cauſa alicuius ciuitatis, vel municipij: vt ſupra dictũ eſt, In hoc autem differunt: quia non fiunt ſerui talium hoſtium: vt ff. de cap. l. hoſtes. & ſic poterit facere teſtamentum, quod alias non poſſet: cum eſſet ſeruus: imo & eius obſes non poſſet: vt ff. de teſt. l. eius qui. & l. obſide. Accur.

in ciuitate eſſet[e], vſuceperit: permittitur domino, ſi poſſeſſor Reipublicæ cauſa abeſſe

ADDITIO *Idem ſi princeps vel Papa, ſiue eius legatus de cõmiſſione papæ, alicui ciuitati ſubdita eccleſiæ bellum indixerit: quia capti efficiuntur ſerui, & eorum bona efficiuntur capientium: & ſic in omnibus his habebit locum fictio poſtliminij. quod no. perpetuo.*

d ¶ *Poteſtate.* i. ſeruitute. alias accipitur pro iuriſdictione, vt cum dicimus, poteſtas habet hoĩes de diſtrictu ĩ poteſtate. i. iuriſdictione. Item ponitur pro obedientia in qua poteſtate eſt monachus ſub abbate, & clerici ſub prælatis. Item ponitur pro dilectione ſiue pietate. & hæc patria poteſtas dicitur: vt ff. de ver. ſig. l. poteſtatis. Sed quomodo iſte ab hoſtibus captus poterit vſucapere, eum ipſe ab alio poſſideatur: vt ſupra de iu. perſo. §. ſerui, ergo ipſe poſſidere non poteſt: vt ff. ad. l. Iul. de adul. l. ſic eueniet. ibi, in ſua enim &c. ff. de acqui. re. do. l. homo lib. §. quicquid. ergo nec vſucapere: vt ff. de vſuc. ſine poſſeſſione? Reſpõ. vſucapit per filiũ, vel per ſeruum in re peculiari: vt ff. ex qui. cau. ma. l. item ait prætor. §. hæc autem. & l. denique. & l. ait Prætor. §. hi plane. & ff. de vſucap. l. iuſto. §. ſi. Sed nec videtur, ꝙ per ſeruum poſſit captiuus vſucapere: vt ff. de vſuc. l. neque ſeruus. Sed dic quod illa loquitur in cauſa non peculiari: quod verum eſt. vel loquitur ipſa veritate inſpecta: hic autem de iure poſtliminij inſpecto quod præualet veritati: vt ſupra qui. mo. ius. pat. pot. ſol. §. ſi ab hoſtibus.

ADD. *Doct. communiter ſequuntur glo. & do. Ia. reprobat hic Ang. quem videas. & dic textus noſter dicit, quod captus ab hoſtibus poteſt vſucapere. Iac. exemplificat de actione perſonali, in qua currit præſcriptio, non ex poſſeſſione præſcribentis, ſed ex ſolo curſu temporis, negligentia petentis. vide hic per eum.*

e ¶ *In ciuitate eſſet.* quaſi dicat, qui non abeſt. Quid ergo, ſi vterque abeſt, & alter alterius rem vſucapit? Reſpon. & tũc habet locũ hæc reſtitutio: vt ff. ex qui. cau. ma. l. ſi. videtur autem deſinere abeſſe, cũ domũ redijt vel redire potuit finito negotio, pro quo erat abſens: & tunc dicitur deſinere abeſſe, niſi iuſta cauſa impeditus fuerit in redeundo, ſtatuũtur enim ei xx. miliaria diurna: vt ff. ex qui. cau. ma. l. ſi cui. §. candiu. Et ſic patet, quod de neceſſaria abſentia tunc intelligitur,

alias

deſierit, tunc intra annum [a] reſciſſa [b] vſucapione eam petere: id eſt, ita petere, vt dicat, poſſeſſorem vſu non cepiſſe [c], & ob id ſuam rem eſſe. Quod genus actionis [d], & aliis quibuſdã [e] ſimili æquitate motus Prætor accommodat: ſicut ex latiori Digeſtorũ, ſeu Pandectarum volumine intelligere licet.

¶ *Quæ in creditorum fraudem alienata fuere, perinde à quibuſcunque poſſeſſoribus per credi-*

alias contra: vt ff. ex quib. cau.ma.l.ij. qui.&.l.ſeq.ſed verbum deſierit, hic poſitum ſtrictius ponitur, id eſt, quod poſſit conueniri. Item econtra, ſi præſens rem abſentis vſucepit: vt ff.ex quib.cau.ma. l.j.§. verba. & tunc ſiue completa eſt tota vſucapio in præſentia, id eſt, intra modicum tempus: ſiue in abſentia, ſiue poſtea parum, idem eſt: vt ff.eodem lege ab hoſtibus.§.ſed quod ſimpliciter.

a ¶ *Annum*. ſ. vtilem, qui cõſtat ex ccclxv. diebus: vt ff.de ſtatuli. l. cum hæres. §. Stichus. In quibus actor habebit facultatem agendi: nec impeditur per ſe, nec per reum, nec per iudicem. Nam hæc tria neceſſaria ſunt, vt vtilis dies, aut annus currat: vt ff.de diuer.& temp.præſc.l.j. Hodie vero in omnibus reſtitutionibus quadriennium cõtinuum cumputatur: vt C.de temp.in int. reſt.l.fi. & ita no. hic, ꝙ hic liber corrigitur per C.ĩ hoc anno vtili generaliter ſecundum quoſdam. Sed dico contra: quia illa tantum in reſtitutionibus dicit: vnde in illis remanet vtilis annus.

b ¶ *Reſciſſa*. per in integrum reſtitutionem petitam à iudice viuo: vt ſubducatur tẽpus vſucapionis, quo fuit abſens: vt C.de teſtit. mili.l.iij. ſicut & minores petunt: vt ff.de excep.l.exceptiones, quæ perſonæ.in fi. Et hoc ipſum ſcilicet, ꝙ poſtulare poſſunt, à mortuo Prætore conceditur eis: vt ff. eodem lege.j. per totum. Reſtituit ergo eos Prætor viuus, vt ſic agant antiqua actione ac ſi res non eſſet vſucapta, vel actio præſcripta: & ideo actio ad quam reſtituitur, dicitur reſciſſoria, non ꝙ ſit nomen proprium actionis, ſed quæ erat primo realis, ſiue perſonalis, directa, nunc dicitur vtilis: vt C. ex qui.cau.ma.l.fin.& de cap.l.ab hoſtibus. iij. Alij dicũt, ꝙ ſtatim eo reuerſo habet reſciſſoriam: & dicunt eſſe proprium nomen actionis: & ſic dicunt, ꝙ maiores iure actionis, ſed minores officio iudicis reſtituuntur. Dicunt tamen quod hæc reſciſſoria actio efficaciam non habet, antequam inſufflet in eam Prætor ſpiritũ vitæ, dando reſtitutionem, quod ſatis recidit in primam opinionem. Nam ſemper verum eſt hoc, quod à Prætoris mortui edicto ſit: & authoritate Prætoris viui.

A D D. *Actio reſciſſoria eſt, per quam vſucapio reſcinditur, cuius explicationem vide hic per Fran. Hotom.*

c ¶ *Vſu non cepiſſe*. Et ſic videtur concedere mentiri, ꝙ P. confitetur. Sed hic quod non mentitur: ſed dicit ſibi reſtituendum, ac ſi vſucaptum non eſſet: vt ſupra proxi. §. diximus.

d ¶ *Actionis*. ſcilicet, reſciſſoriæ ſupradictæ Accur.

e ¶ *Quibuſdã*, vt ſi rem abſentis vſucapiat præſens. Item ſi abſens fuit probabili cauſa, vt ſtudiorum. Item in vinculis poſitus: vt ff.ex quib.cau.ma.l.j &. l. ſed & ſi per Prætorem.in fin. &.l.ſequen. & de illis legibus infrà facit mentionem, cum dicit de volumine fforum.

¶ *Item ſi quis*. Diuiditur in duas partes. Primo ponitur dictum, ex quo tacita quæſtio. Secundo determinatio quæſtionis. Secunda ibi, Permittitur. De reſciſſione alienationis. Qualiter poſſim petere per reſciſſoriam rem meam abſente me vſucaptam vel præſcriptam reſciſſa vſucapione per beneficium reſtitutionis: ſatis eſt dictum ſupra in materia ſua. Nunc autem vidẽdum eſt de quadam alia reuocatione, quæ fit alio caſu, videlicet de reuocatione, quæ fit à creditore, quando debitor in fraudem creditorum mala fide alienat. Et circa hanc materiã dicit legiſlator breuiter, quod ſi debitor mala fide in fraudem creditorum alienauerit: permittitur creditoribus bona fide reuocare ab ipſo, ea quæ ſunt alienata, perinde ac ſi bona illa remanſerint in bonis debitoris illius. Vnde hic tractat de alia reuocatoria, quam fecit ĩ proximo. §. quæ vocatur Pauliana. Sed videtur in principio, ꝙ Prætor permittat mentiri hic: ſicut in duobus proxi. §§. Et reſpon. ꝙ nec hic, nec ibi permittit Prætor mentiri. Ipſa enim verba hic poſita ſũt, ſicut in bonis debitoris manſiſſent: & verba poſita ſuperius, ac ſi non vſucepiſſet, effectum denotant: quaſi dicat, ſicut in reſciſſoria permittitur ei, qui fuit abſens cauſa Reipublicæ, vel alia iuſta cauſa: dum res ſua vſucapta fuit, in effectu agere, ac ſi rem ſuam non vſucepiſſet aduerſarius:

eo quod fingit lex rem nõ eſſe vſucaptã, reſciſſa vſucapione per beneficium reſtitutionis:& ſicut Prætor fingit hoc non eſſe vſucaptum, quod in veritate eſt vſucaptum, remouẽdo vſucapionem de medio. & ſic fictio hæc veritati præiudicet: ſicut & alibi in fictione leg. Corn. quę fingit captiuũ mortuum, præmortuum prima hora captiuitatis, & fictione poſtliminij: vbi fingitur captiuum ſimiliter ſemper fuiſſe ĩ ciuitate: vt ff. de capt. & poſtl. re. l. poſtliminium. & l. pater. §. fina. & l. quod ſi filius. ſic & in iſta reuocatoria permittitur creditoribus rem debitoris in eorũ fraudem alienatam, ac ſi non eſſet alienata, petere. Sed videtur, ꝙ male ponitur in litera hæc dictio iteratiua item, cum in proxi. §. tractatum ſit de reuocatoria in rem: cum Pauliana ſit in perſonam. Cum igitur ſumus in tractatu Prætoriarũ realium, ſicut patet infra & ſupra, & in illo, §. in perſonam. vbi de perſonalibus agetur male videtur hic inſerere actiones prætorias perſonales: & male videtur hic poni hæc dictio itẽ, iteratiua: cũ quaſi de alia materia hic tractet. Ad hoc reſpon. Non eſt dubium, quin Pauliana, de qua principaliter in hoc. §. tractatur. & aliæ de quibus fit mentio ſ. Paul. Fauiana, & Caluiſiana. ff. de vſur. l. videam*. ij. §. in Fauiana, inter perſonales ſint: tñ eas inter prætorias interſerit propter ſimilitudinem, quam habent in reuocando, ideo dicit item. Super iſto. §. poteſt formari vnũ quare. tale: Reuocatur per Paul. quod in fraudem creditorum à debitoribus eſt alienatum: per Caluiſia. autem & Fauian. (quanquam ſuper hoc ſit diſſenſio) reuocatur illud quod in fraud. patroni eſt à liberto alienatũ. Quære ergo cũ neceſſe ſit, quod probetur fraus tã emptoris, quam venditoris ad hoc, ꝙ creditor poſſit reuocare illud, quod in fraudẽ eius eſt alienatũ in reuocatione quæ fit à patrono rei alienatæ in eius fraudẽ à liberto ſuo, ſufficit, quod probet fraudem alienantis ſolum? Ad hoc dicitur ꝙ creditor, qui agit Paul. reuocat alienata ab eius debitore non ſoluto pretio: & propter hoc grauatur: quia tam emptoris, quam venditoris fraudem neceſſe habet probare. Patronus autem qui vult reuocare alienata in eius fraudem, neceſſe habet ſoluere pretium emptori. & ideo in hoc releuatur: quia non habet neceſſe probare, niſi fraudem alienantis. Sed domine, quæ eſt ratio huius diuerſitatis, ꝙ plus debeat grauari patronus, ꝗ creditor qui reuocat? Fatetur, dicit Iuſtin. Ratio

tores prius in bonorũ debitoris poſſeſſionẽ miſſos reuocari poſſunt, atque tradita non fuiſſent, & ſem per in debitoris pa-

vna iam dicta eſt ſcilicet, quia qui ĩ vno grauatur, in alio debet releuari per l. ff. de inrem. l. enim qui. in prin in gloſ probandi. Alia ratio eſt iſta, & magis ſpecialis: quia patronus qui reuocat certat de lucro captando, creditor autem de damno vitando. De act. autem Pauliana, Fauiana, & Caluiſiana. diuerſimode ſentiunt. Quidam enim ſicut Gar. & omnes antiqui vſque ad Io. & Azo. dixerũt, ꝙ Caluiſia. datur patrono, & Paul. creditori, & Fau. vtriq;. Et pro ſe allegabant. l. ff. de vſur. l. videamus. ij § in Fauiana. Dixerũt enim, quod in. l. illa dicit litera, per quas. vnde iſti fecerunt tales verſus. Cal. pa. ſed Pau. cre. Fauiana cauebit vtrique. Ioan & B. & eorum ſequaces dixerunt, quod Fauiana patrono, Pauliana creditori, & Caluiſiona datur vtriq;: per alios verſus, Creditor à Paulo, Fauioq; patronus ametur: Iſtis Caluiſius communis amicus habetur. Do. Guid. dicit, quod Pauliana datur ſoli creditori, ſecundum quod omnes alij dicũt: quia Caluiſiana & Fauiana dantur ſoli patrono, & nunquam creditori nec meminit ſe vidiſſe legem: quæ dicat Fauianam vel Caluiſianam dari creditori, niſi in. l. videamus. de vſur. ſit iſta litera, per quas, quod non credit: communis enim eſt litera, per qui, & non per quas Fran.

¶ Libellus in actione in factum, qua & Pauliana dicitur.

¶ Hic de alia prætoria & perſonali tangitur: & illa datur creditori ad reuocandũ ea, quæ in fraudem eius ſunt alienata: & appellatur Pauliana, ſiue in factũ. de quo ff. de vſur. l. videamus. ij. §. in Fauiana. & ff de iis, quæ in fran. cre. l. hæc in factum. Et ponitur hæc act. inter reales, propter quandam ſimilitudinem, quam habet cũ reſciſſoria: quia ſicut per illam reſcinditur vſucapio. ita & per hanc traditio, vt in hoc §. item ſi qui. & forma in ea libel. ſic: Dico ego e, contra b, ꝙ debitor meus alienauit, & vendidit ei in fraudem. bona ſua. & ꝙ ego iuſſus fui ex ſententia præſidis poſſidere bona ipſius debitoris: vnde proponendo contra ipſum Paulianam act. peto poſſidere illa bona, ac ſi nõ eſſẽt tradita ipſi b, & bo. poſ. in me trãſferendam adiudicari peto. Cauſa iſtius act. eſt hæc. Et quia ĩ fraudem alienauit, peto &c. & ſufficit, ꝙ loco act. ponatur cauſa ſic: Vnde cum in meam fraudẽ debitor alienauerit, peto &c. Et detur iſta, Paul ad reuocanda corporalia, actio vero in factum datur ad incorporalia, ſecũdum quoſdam. Sed dicas, ꝙ Pau. non eſt proprium nomen act. ſed quædam adie-

Ctio

ctio: & datur act. in factum, tam pro corporalibus, quam pro incorporalibus.

ADDITIO. *Vis autem & effectus Pauliana hic eſt, vt qui poſsidēt, poſsidere deſināt: & res in debitoris poſſeſſione, qui iam rondēnatus eſt, ita reſtituatur, vt qui alia priore ſententia miſsi erant in rine bona poſsidere iam incipiant. per hanc enim (ait Paulus) actionem Prætor id tantum agit, vt perinde ſint omnia, atque ſi nihil alienarū eſſet. l. vidramus. ij. ff. de vſus. Hac ex Hotom.*

trimonio manſiſſent.

¶ Item ſi quis in fraudē [a] creditorū [b] rem ſuā [c] alicui tradiderit: bonis eius à creditoribus poſſeſſis [d] ex ſententia præſidis [e] permittitur [f]

¶ *Libellus in actione Fauiana.*

¶ Actio vero Fauiana datur patrono ad reuocandū ea, quæ libertut in eius fraudē alienauit. & eodē modo formabis lib. ſicut in Paul. vel in act. in factum. de qua eſt hic proxi. dictum.

¶ *Libellus in actione Caluiſiana.*

¶ Caluiſiana vero actio datur vtrique, ſcilicet tam creditori, quam patrono: in qua eodem modo for. lib. ſicut in præcict. action.

a ¶ *In fraudem.* Not. ꝙ vterque iam debitor, quam receptor oportet ꝙ fraudem participet, quando titulor non eſt lucratiuus: ſi autem eſt lucratiuus (puta donationis: vt ſi dedit: & hoc intellige ad hoc, vt creditor poſſit reuocare alienationem) tunc ſufficit fraudem debitoris tantum interuenire: vt C. de reuoc. iis quæ in fraud. credi. lege penult. & ff. quæ in fraud. credito. lege qui autem. §. hoc edict. & §. ſimilique modo. Et de hac fraude no. bonam diſtinct. quia aut adhibetur a debitore alienante inter viuos, aut in vltima voluntate, vel à liberto in fraudem patroni ſimiliter inter viuos: vel in vltima voluntate: ſi in vltima voluntate: tunc aut per legata, aut per libertates: & ſi per libertates aut directar, aut fidei commiſſarias. Si debitor in fraudem alienet inter viuos, vno caſu præſumitur fraus: ſcilicet quando omnia alienauit: vt ff. eodem quæ in fraud. credi. lege omnes. §. Lucius. Si autem non omnia, non præſumitur: ſæpe enim de facultatibus ſuis amplius, quam in eis eſt, ſperant homines: vt ſupra qui ma. non po. §. in fraudem. debet ergo eam probare creditor. Et hæc diſtinctio per omnia ſeruatur, etiam in patrono: vt ff. de probatione lege patronus. & lege quotier. §. qui dolo. In vltima voluntate ſi legatum, vel fideicommiſſum in fraudem creditoris reliquit, ſolum euentum inſpicimur, licet fraus interuenerit, vt in donatione cauſa mortir: vt C. de iur. delib. l. fina. §. ſi vero creditores, cum legata nō debeantur, niſi deducto ære alieno: vt ff. eodem quæ in fraud. credito. lege qui autem. §. penultimo. & ad Trebellia lege prima. §. is qui quadringenta. Idem in patrono per omnia, ſi libertur in fraudem legauit, vel fideicommiſſum reliquit, vel donauit cauſa mortir. nam ſolum euentum inſpicimus: vt ff. ſi quid in fraud. pat. lege prima in prin. &. §. j. in libertatibus autem in fraudem relictis, diſtingue directas à fideicōmiſſariis. In primo enī caſu conſilium & euentum, in ſecundo euentum tantum inſpicimus: vt C. de iis qui manumitti non poſſunt, lege fina. & lege prima.

b ¶ *Creditorum.* large accipe pro omni eo, cui aliquid debetur: vt ff. de verborum ſignificatione lege creditorum. & lege creditores. lege ſi cui. & in Auth. de fideiuſſor. §. penult. col. [illegible] prima.

c ¶ *Rem ſuam.* ſcilicet corporalē, ex eo quod dicit, tradiderit. Idem tamen eſt in incorporalibur, vt patet per multa exempla. ff. quæ in fraudem creditorum. lege prima, ſecunda & tertia vſque ad legem qui autem.

ADDITIO. *Nota ſingu. illam legē in principio, quod ſi debitor repudiat hæreditatem, vel legatum, vel alio modo & titulo poterat acquirere. & non vult: imo repudiat etiam in fraudem & deſpectum creditorum: an habeat locum iſta materia? Dicitur ibi quod non: quia dummodo non diminuat de ſuo patrimonio, non habet locum diſpoſitio huius. §. quod nota bene. Ange.*

d ¶ *Poſſeſſis.* id eſt, poſsidere iuſsis: nec enim re ipſa à creditoribus fuerant poſſeſſa bona debitoris, cum ipſe alienauerit. Vel dic poſſeſſis quæ remanſerant, & non ſufficiebāt: vt ff. eodem lege ait Prætor [illegible].

e ¶ *Præſidis.* puta quia fuit condemnatus, & non ſatisfecit condemnationi intra tempus, vnde miſſus fuit actor in poſſeſ. bo.

f ¶ *Permittitur.* ſcilicet, intra annum vtilem: vt ff. de iis quæ in fraudem creditorum. lege prima. primo reſponſo de eo tamen quod peruenit ad eum, vel quod dolo fecit, quo minus perueniret, perpetuo datur: vt ff. eodem, lege ait Prætor quæ Lucius. §. hæc actio.

ADDITIO. *De iſta materia excuſſionis vide hic. late per dec. & refert hic Iaſ. caſum ſingu. in Auth. contra, vbi de quis. C. ad Treb. vbi etiam in rei vend. eſt neceſſaria excuſſio bonorum.*

ipſis creditoribus reſciſſa traditione eam rem petere [a]: id eſt, dicere eam traditam non eſſe, & ob id in bonis debitoris manſiſſe [b].

¶ *Seruiana quoque, & quaſi ſeruiana, quæ etiam hypothecaria dicitur in rem prætoriæ ſunt, Prima locatori competit, in res inquilini, vel coloni ædib⁹, vel fundo locatis inuectas: quæ pro mercede locationis (etiam ſi nihil conuenerit) tacitè hypothecatæ ſunt: altera verò reliqui creditores pignora & eorum hypothecas perſequuntur: nec refert, an id cuius nomine experiuntur, pignus ſit, id eſt, in re mobili tradita, an verò hypotheca, id eſt, in re ſoli conſiſtens: vtiq; enim hypothecariæ ſemper locus eſt.*

a ¶ *Eam rem petere.* Sed qua actione? Reſpon. Pauliana quæ datur creditori ad reuocanda corporalia, ſed in factum ad reuocanda iura: vt ff. de vſur. l. videamus. ij. §. in Fauiana. & ff. co. quę in frau. cre. l. hac in factum. Vel veri⁹ dic quod nulla dicitur Pauliana, niſi adiectiue: quia à Paulo fuit inducta, ſed in factum Pauliana dicitur, quæ ad reuocanda corporalia & incorporalia competit, & datur cõtra accipientem, & hæredem eius in quantũ ad eos peruenit, etiã non reſtituto ei pretio: vt ff. eod. l. ait prætor quæ Luci⁹. §. fina. & l. ſequen & l. ſi debitor. & lege ex his. In eum autem, qui in fraudem alienauit, actio non datur, cum nudus ſit, niſi ita fraudulenter diſperſit: vt res apparere non poſsit, quo caſu etiam in carcerem detrudetur: vt ff. eo. l. fin. §. fina. Eſt & Fauiana, quæ datur ſoli patrono ad reuocanda ea, quæ libertus in fraudem patroni alienauit inter viuos, vel in vltima voluntate, quo minus patronus habeat tertiam: vt ff. ſi qd in frau. patro. l. j. in prin. & §. j. ĩ. de ſucceſ. lib. §. ſed noſtra conſtitutio. Eſt & Caluiſiana, & ipſa tam patrono, quam creditori competit: vt ff. ſi quid in frau. patro. l. Fauiana. Quidam tamen dicunt contra iſtã eu. quòd de Fauiana dictum eſt. argumẽt. ff. de vſur. l. videamus. ij. §. in Fauiana. Sed certe ita dicit ibi litera, per quam. & ſic refertur ad proximã tantum, ſcilicet Paulianam. Et iſtæ duæ imitantur naturam ſuperioris in factum Paulianæ. ſed quæro, quare ſunt hic hæ poſitæ inter reales prætorias: cũ ipſæ pſonales ſint: quod probatur ꝑ id quod dicit litera. In Fauiana quoque: vt ff. de vſur. l. videamus ij. §. in Fauiana. Nam proxime dixerat de perſonalibus: vnde continuat eam cum perſonalibus, & probatur. ff. ſi quid in frau. patro. l. j. §. hæc actio. Sed reſpon. quia ſimilitudinem habet eum ſuperioribus duobus caſibus in eo, quòd ſicut ibi permittitur aliquid dicere quod non ſit, vel eſſe facienda aliqua ac ſi non proceſsiſſent, quę proceſſerũt: ſic & hic. Item ſicut ibi fit reuocatio, ita & hic, ergo ſecundum hæc ita dici debent hæ reales, ſicut ſuperiores: quod quidã conceſſerunt. Sed reſpon. hic nõ petitur quod meũ fuerit: vt in ſuperiori caſu, nec quaſi meum, vt in Publicia. vt ſ. eo §. aliæ. Nec obſt. ſ. §. pxi. §. qa hypothecaria eſt in rem: nec tamen meum petitur vel quaſi, quia ibi quod peto, peto quaſi meum, id eſt poſſeſsionem ꝑ hypothecariam actionem vel Seruianã. Hic autem neque poſſeſsio, neq; dominium eſt meũ, nec fuit: imo in accipiẽtem tranſiuit, licet in fraudem ſit alienatum: vt ff. de contrahen. emptio. l. ſi ſciens. in fin. & prædictæ tres actiones reuocatoriæ dicuntur. Sed vnde oritur hæc act. Reſpond. ex quaſi maleficio: quando dolus fuit in vendente & emente. Si autem in vendente tantum. tunc poteſt dici ex quaſi contractu, ſi agitur contra illum poſsidentem. Sed nunquid habet retentionem, vt ab eo non reuocetur, ſi vult ſoluere, quod creditori reuocare volenti debetur? Quidam negant: vt argu ff. re. amo. l. ſi eum dos. §. ſi. & l. ſequent. Sed contradico inſtar poſterioris creditoris, ſi vult ſoluere priori quod ſibi debetur, poteſt habere retentionem: vt ff. de euict. l. euictus. quæ dic: vt ff. de ijs quæ in frau. cre. l. ait prætor. §. illud.

b ¶ *Manſiſſe.* videtur ergo quod permittat mentiri: quod non eſt verum, ſed ita petit. ac ſi manſiſſet in bonis debitoris: vt ſ. eo. §. aliæ. & §. ruſſus.

¶ *Item Seruiana.* Diuiditur in tres partes Primo quod actio Seruiana vel quaſi Seruiana eſt prætoria. Secundo quæ ſit differentia Inter act. Seruianã vel quaſi Tertio, quæ ſit differentia Inter pignus & hypothecam. Secunda ibi, Seruiana autem. Tertia ibi, inter pignus.

CASVS. Adhuc proſequitur Iuſti. materiã ſuã dicens, q nõ ſolũ præcedentes ſunt prætoriæ in rem, ſed etiã Seruiana, & quaſi Seruiana, quæ & hypothecaria vocatur: & ſtatim dicit effectũ vtriuſque. Seruiana enim competit locatori ſiue domino domus pro rebus coloni. quæ pignoris iure pro mercedibus fundi vel domus

domus tacite obligantur. *Quaſi* Seruiana autem vocatur alia, per quam creditores pignora hypothecaſq; perſequuntur. Quæ autem ſit differentia inter iſta tria nomina, Seruiana, & quaſi Seruiana, & Saluianum interdictum, quæ videntur nomina Synonyma: ſatis poteſt patere ex notula literæ. Et licet hypothecaria reuocet nudam poſſeſſionem, & Saluianum interdictum ſimiliter, tamen differunt: quia qui intendit Saluianum interdictum, non habet probare niſi vnum: ſcilicet quod ille, qui conduxit domum, tempore cōductionis poſſedit res illas. In Seruiana vero debet probare duo. Dominns autem Iacob. hic agitabat vnum verbum, de quo nunquam fecerunt mentionem gloſſatores: ſcilicet quare vnā actio vocatur Seruiana, alia quaſi Seruiana. Et ad iſtam quæſtionem iſte reſpondebat, Actiones vocantur veræ & directæ in caſu iſto, in quo ſunt extenſæ. Seruiana autem ſicut ex primitiua ſui natura eſt, intendebatur contra colonum, & certe poſtea extendebatur contra quemlibet alium debitorem: & tunc per extenſionem ſortita eſt naturam quaſi Seruianæ. Vel ſic, melius: Seruiana dicitur illa actio, quæ nobis ſeruit vere ſicut aliquis dicitur nobis vere ſeruire: quando gratis ſeruit. Sic autem eſt de actio. Seruiana. Quando enim domum meam tibi loco, nou cōuenio tecū, quòd res illatæ mihi ſint obligatæ: & tamē ſunt & ita ſine pacto interueniente res illatæ mihi obligatæ ſunt, & pro eis competit mihi Seruiana. Item volui ſcire à legiſlatore, quæ ſit differentia inter pignus & hypothecam: ad hoc, quia in fine proxi. §. dixit, quod quaſi Seruiana eſt actio, per quā creditores pignora hypothecaſve perſequuntur. Et ipſe reſpōdet, quòd nulla eſt differentia inter pignus & hypothecam, quo ad actionem hypothecariam. Nam quęcunque res fuerit à debitore creditori obligata: ſiue fuerit credita, ſiue ouda conuentione ſiue traditione ſibi obligata ſemper poteſt creditor illam rem à quocunque poſſeſſore petere per hypothecariam actionem. In alijs tamē facimus differentiam inter hęc verba. Dicimus enim quod pignus propriè dicitur res obligata & tradita creditori, Res dico mobilis. Quando autem aliqua res nuda conuentione ſine traditione obligatur, eam dicimus appellatione hypothecæ contineri. hoc dicit. Sed videtur in principio quod litera dicat falſum, cum dicat, quòd inter pignus & hypothecam oulla eſt differentia: quia actio hypothecaria vendicatur habenti poſſeſſionē ff. de pig. l. & quæ nondum ſunt §. j. ſed qui habet pignus, habet detentionē ad minus: quare ergo non poteſt habere actionem hypothecariam? Frater, qui habet pignus, hoc dubio quandiu habet pignoris poſſeſſionem ſiue detentionem, nó habet hypothecariam: ſed ſi pignus traditū fuerit poſtea amiſſum, vel ſi pignus alij præcario cōceſſerit, tunc competit creditori hypotheca. & poſtea cauſe dicit in notula: vt hac actione peti poſſit à quolibet poſſeſſore, & hoc eſt quod dicit. Franciſcus.

¶ Item Seruiana [a], & quaſi Seruiana, quæ etiam Hypothecaria vocatur, ex ipſius Prætoris iuriſdictione ſub-

¶ *Libellus in actione Seruiana, & quaſi Seruiana.*

¶ Hic tangitur de Seruiana, & quaſi Seruiana, quæ etiā hypothecaria vocatur, in quibus qualiter formetur libellus, eſt videndum. Sed primo ſciendū eſt, quod Seruiana datur domino fundi in rebus coloni, quæ pignoris vice, vel iure pro mercedibus fundi eidem tenetur: vt in hoc §. item ſeruiana. & ff. quibus ex cau. pig. taci. contrahi. l. ij. Formatur ergo in hac actione ſic libellus. Dico ego a, contra b, quod bona, quæ ſunt illata & inuecta in fundum meum, ſunt mihi obligata pro mercede fundi, vnde proponendo Seruianam ſiue hypothecariam, contra ipſum, b, peto illa pignora mihi tradi, & eundem b, ad reſtitutionem eorundem pignorum mihi condemnari. Cauſa autem pro iſta actio. poterit poni hæc ſ. Vnde cum bona illa vbicunq; ſint, ipſo iure tacite mihi ſint obligata, peto &c. Eodem modo for. li. in act. illa hypothecaria, ſiue Seruiana, quæ datur domino domus in bonis inquilini in eandem domum illatis. Quaſi Seruiana ſiue hypothecaria datur creditori ad pignora ſua proſequenda: vt ff. de act. §. Seruiana & ſic for. lib. in iſta quaſi Seruiana. Dico ego c, cōtra d, quod ipſe detinet equum meum, quem ipſe mihi obligauit pro decem lib. vnde proponendo contra ipſum hypotheca. peto dictū equum mihi tradi, & ipſum ad reſtitutionem ipſius equi cōdemnari. Et cauſa erit in hoc libello, quam ſufficit proponere: ſcilicet hæc, Vnde cum dictus equus ſit pro decem lib. mihi obligatus, peto &c. Hæ vero act. ſcilicet Seruiana. & quaſi Seruiana, quæ hypothecaria vocatur, ſunt in rem: vnde dantur contra quemlibet poſſidentem.

a ¶ *Item Seruiana.* quaſi dicat, non ſolum Publiciana & reſciſſoria reales ſunt & prætoriæ, de quibus dictum eſt: ſed etiam duæ iſtæ capiunt vim ex prætoris iuriſdictione, id eſt prætoriæ ſunt: ve

ſtantiam capiunt. Seruiana autem experitur quis [a] de rebus coloni [b], quę pignoris [c] iure pro mercedibus fundi [d] ei tenentur. Quaſi [e] Seruiana autem eſt, qua creditores pignora, hypotheceásve perſequuntur. Inter pignus autem & hypothecam, quantum ad actionem hypothecariam attinet, nihil intereſt [f]. Nam de qua re [g] inter creditorem & debitorem conuenerit, vt ſit pro debito obligata: vtraque hac appellatione [h] cõtinetur, ſed in aliis differentia eſt. Nã pignoris appellatione eam propriè rem contineri dicimus, quæ ſimul etiam traditur creditori, maximè [i] ſi mobilis ſit: at eam quæ ſine traditio-

hic, & ff. de pact. l. ſi tibi. §. de pignore. Accurſius.

a ¶ *Quis* ſ. dominus fundi: ſiue ſit partiarius, ſiue nummis colat. Item etiam pro deterioratione domus: vt ff. in quib. cau. pig. vel hypothec. taci. contrahi. l. ij. licet ex locato ſit actio. vt ff. loca. l. qui fundum.

b ¶ *Coloni*. ſub. vel inquilini. nam & eius res ſunt tacite obligatæ: vt in quibus cau. pigno. vel hypo. taci. contrahi. l. ij. Et eſt colonus in villa, inquilinus in ciuitate: vt ff. de acquirend. poſſeſ. l. re pignoris. Differentia tamen eſt inter has duas tacitas obligationes. nã in ruſticis ita demum, ſi dominus ſciat inducta & illata: in vrbanis, ſiue ſciat, ſiue nõ. Et eſt ratio: quia ſancta ruſticitas omnia palam habet: ſed inquilinus multa etiam clam apportat, quæ locator ignorat: vt C. loc. l. certi iuris. Ita tamen in vtroq;, ſi eo animo ſint inducta, vt ibi ſint perpetuo non ad tempus: vt ff. de pigno. l. debitor. & ff. in quibus cau. pig. vel hypothec. tac. contra. l. in prædijs. §. j.

c ¶ *Pignoris*. ſcilicet taciti.

d ¶ *Fundi*. vel domus: vt ſ. dictum eſt.

e ¶ *Quaſi*. hæc dictio ponitur ad differentiam ſuperioris: vtraque tamen Seruiana dicitur à ſeruando ſorte dicta: cum omne ius aut in acquirendo, aut in ſeruãdo, aut in admittendo conſiſtat: vt ff. de leg. & ſe. con. l. fi. Sed quæ eſt differentia inter Ser. act. & Saluianum interdictum: cum illud ad idem competere videatur: vt j. de inter. §. interdictum. reſpõ. quia in Ser. oportet quòd creditor probet debitorem fuiſſe dominũ tempore obligationis: vt ff. de pig. l. & quæ nondũ ſunt. §. j. Sed in Saluiano ſufficit, quòd probet eũ poſſediſſe: vt colligitur. ff. de Sal. interdi. l. j. in princ. & diximus. j. de interdi. § interdictum.

ADD. *De hoc dic: vt j declarabimus d. §. interdictum vbi vide hanc differentiam.*

f ¶ *Nihil intereſt*. niſi in ſono vocis: vt ff. de pig. l. res hypothecæ. §. inter pign[9] imo & etiam quantum ad actionem videtur intereſſe. Nam præſcriptio habenti pignus non currit cum poſſideat: ſed eius in hypothecaria cui currit præſcriptio interdum x. interdum xx. interdum xxx. interdum xl. annorum: vt C ſi aduerſ. cre. l. j. & ij. & C. de præſcrip. xxx. vel. xl. anno. l. cum notiſsimi. & de gan. excep. l. j. §. j

g ¶ *De qua re*. mobili vel immobili: tradatur creditori vel non: corporalis vel incorporalis ſit, excepta tamen vrbana ſer. quę non poteſt obligari, ne ruinis ciuitas deformetur: vt ff. de pigno. l. ſi is qui. §. ii. & l. ſequente.

ADDITIO *Dic quod attenta ratione gloſſ. ſi eſſet ſeruitus vrbana, qua non eſſet deformatio ciuitatis, poſſet obligari: vtputa, ſi ego tibi ſeruitutem altius non tollendi: donec pecunia non ſoluatur. nam tunc valere ita dicit ... tre. in d. l. ſi is, qui. §. fi. Angelus.*

h ¶ *Hac appellatione*. ſcilicet hypothecaria: vt hac actione peti poſsit à quolibet poſſeſſore.

i ¶ *Maxime*. hoc abundat. vt C. de teſt. ma. l. fi. §. ij. Duo enim oportet interuenire, vt ſit pignus, & quod tradatur creditori: vt hic, & quòd mobilis ſit: cum pignus à pugno dicatur: vt ff. de ver. ſigni. l. plebs. § pignus. Si autem mobilis eſt, & non tradatur: item ſi immobilis eſt, tradatur vel non, hypotheca eſt. Patet ergo, quòd quatuor ſunt prætoriæ actiones in rem. ſ. Publiciana, & reſciſſoria, & Seruiana. & quaſi Seruiana. Item aliæ duæ reales præiudiciales: vt j. eo. § præiudiciales. Eſt & alia quæ datur ſuperficiario, quãdo quis ad non modicũ tempus conduxit: vt ff. de ſuperfi. l. j. in fi. j. reſpõ. § quod ait. & l. fi. & ff de rei vend. l. ſuperficiario. Eſt & octaua act. in rem: vt quæ datur metum paſſo. nam illa prætoria eſt in rem: vt ff. quod met. cau. l. metũ. §. volenti. Sunt & aliæ. ſ. bon. poſſeſſoria hæreditatis petitio: item fideicommiſſaria hæreditatis petitio. Prima datur ei qui ſuccedit per prætorem. Secunda ei, cui per Trebellianum hæreditas reſtituta eſt: vt ff. de bon. poſ. hæ. pe. l. j. & ij. & ff. de fideic. hær. pe. l. j. ij. & iij. & ſic x. ſunt prætoriæ in rem.

¶ *In perſonam*. iſte §. vſq; ad § pœnales. tractat de tribus act. perſonalibus & prætorijs.

ne nuda conuentione tenetur propriè hypothecę appellatione contineri dicimus.

¶Hactenus de prætorijs in rem nunc de ijs quæ ſunt in perſonam, quæ quãuis innumeratæ ſint de tribus tantùm hic diſſ ritur.

¶Collige, vbi remedium eſt ordinariū, non eſſe extraordinario locum.

¶In perſonam [a] quoque actiones ex ſua iuriſdictione propoſitas habet Prætor, veluti de pecunia [b] conſtituta: cui ſimilis [c] videbatur recepticia. Sed ex noſtra conſtitutione [d], cū & ſi quid plenius habebat, hoc in actionem pecuniæ conſtitutæ transfuſum eſt, ea [e] quaſi ſuperuacua iuſſa eſt cum ſua authoritate à noſtris legibus recedere. Item Prætor [f] propoſuit actionem de peculio ſeruorum filiorúmque familiarum, & eam ex qua quæritur an actor iurauerit, & alias [g] complures.

¶Quiſquis quod à ſe aliove debetur: ſeſe ſoluturum nudo pacto conſtituat, actione de conſtituta conueniri poteſt.

r, .f.t hoc principiū vſq; ad. §. actiooes autem diuiditur: quia in principio præmittit de act.one de conſt.tuta.& de peculio. Item & de iuramento in genere.& ſecundo in ſpecie:& de vnaquaque dicit. Secunda ibi, de conſtituta. Itē prima ſub diuiditur: quia primo ponit, qualiter olim erat in actione cōſtituta & recepticia: hodie vero ſunt omnia redacta ad conſtituta. Secūda ibi, ſed ex noſtra.

CASVS. Non ſolū prætor introduxit act. in rem, ſed etiam actio. in perſonam. Cū igitur ſuprà dictum ſit de realibus prætorijs, reſtat de pſonalibus prętorijs tractare. Prætoriarum autem pſonalium actionum ad minus duæ ſunt actiones. Prætor autem quaſdam introduxit act. in perſonam, quæ ſunt perſecutoriæ, & non pœnales, & quaſdam introduxit pœnales. In primo igitur mihi ponit exempla prætoriarum act. in perſonam, quæ non ſunt pœnales. Primū exemplum eſt in actione de conſti.pec.& illi actioni erat olim ſimilis actio, quæ dicitur recepititia. ſed ſi qd antea plenius habebat, hodie in actione de conſti. eſt tranſmiſſum: & ea tanq̃ ſuperuacua hodie conſtitutionibus principalibus iuſſa eſt recedere ab aula. Secundum exemplum eſt in actio. de peculio. Prætor enim propoſuit actionem de peculio ſeruorum vel filiorum. Tertium enim exemplum eſt de act. in factū, quæ deſcendit de iureiu. Prætor enim introduxit actionem ex iuramento, in qua ſolū quæritur, an actor iurauerit. & non ſolū has act. perſonales, & act. pœnales introduxit prætor, ſed & alias plures. & h.d.

a ¶*In perſonam*. quaſi dicat dictum eſt de realibus prætorijs, ſequitur de perſonalibus prætorijs, licet & de quibuſdam perſonalibus ſuprà interpoſuerit §. item ſi quis.

b ¶*De pecunia*. vt ff. de conſtit. pecu. l j. in princ.

ADDI. *Eſt autem conſtituere (vt docet hic Hotomannus) id quod iam debetur, daturum facturumve pro ſe, vel pro alio promittere, qđ Græci dicūt* κατατάξασθαι.

c ¶*Cu. ſimilis.* ſ. quo ad quædā: quia vtraq; dabatur, vbi quis conſtituebat ſe ſoluturum pro ſe vel alio: ſed & diſſimilis videbatur: quia actio de conſtituta pro his tātum rebus in conſtitutione deductis competebat in quibus mutuum conſiſtit ſ. quæ pondere, numero, & menſura cōtinentur: ſed recepititia, quādo aliæ res in conſtitutione deducebantur. ſed hodie pro omnibus competit actio de conſtituta, cum omnes res appellatione pecuniæ contineantur: vt C. de conſti. pec. l. ij §. pe.

d ¶*Conſtitutione*. vt C. de conſti. pec. l. ij.

e ¶*Ea*. ſcilicet repetitia Acc.

f ¶*Item prætor*. Hæc capitula exponūtur ĩ proxi. § Et ideo hic non dicas.

g ¶*Et alias*. de quibus dicet ĩ. §. pœnales.

¶*De conſtituta autem pecunia. CASVS.* Suprà pxi §. poſuit. Iuſti. tria exempla prætoriarum act. perſonalium pœnaliū, quorum primum fuit de act. de conſtit. pecu. Sed dixit ei, Domine, pro Deo dicatis mihi effectum act. de conſti pecu. & quando agitur act. de conſtit. pec. ſiue cui compe tit actio hæc? Frater, dicit ipſe, iſta actio ne agitur cōtra omnes illos qcunq; pſe, vel pro alio aliqd ſe ſoluturos cōſtituerūt: dum tñ nō interponatur aliqua ſtipulatio: nam ſi ſtipulatio eſſet interpoſita tenerentur. iur. ci & nō actione ptoria. h.d.

¶ De conſtituta autem pecunia[a] cũ omnibus[b] agitur, quicunque pro ſe, vel pro alio ſoluturos ſe conſtituerint[c], nulla[d] ſcilicet, ſtipulatione interpoſita. nã alio qui, ſi ſtipulanti promiſerint, iure ciuili[e] tenentur.

¶ *Pro Filij vel ſerui contractu eatenus pater aut dominus actione de peculio impeti poſſunt, quatenus peculij vires patiuntur.*

¶ Actiones autem

a ¶ *De conſtituta autem pecunia.* id eſt, hæc act. quæ ſic vocatur.

b ¶ *Cum omnibus.ſ.* [...] obligati ꝑ ſe, vbi pro ſe interuenit conſtitutum: vel alijs vbi ꝑ alijs interuenit cõſtitutum. ſic ergo furioſus, cum nec pro ſe, nec ꝑ alijs obligetur, nec cõſtituere, ſe debere poteſt. Idem in prodigo & ſimilibus. Item mulieres, cũ alias pro ſe tantum obligentur: & hæ conſtituere pro ſe tantum, & non pro alijs: vt ff. de cõſti. pe. l. j. §. j. & ij. Accurſius.

b ¶ *Conſtituerint.* vtputa per hæc verba, Conſtituo me ſoluturum. quod ego vel ille debet, & ſimilia: vt ff. de conſtit. pe. l. qui autem in fi. & l. ſeq. & hoc ita, ſi ſit debitum, quod præcedat, ſiue ciuile & naturale ſimul, ſiue naturale tantum, ſiue prætorium: ſecus ſi ciuile tantum: vt ff. de conſtit. pecu. l. j. §. penultimo. & fin. & l. iij. §. j.

d ¶ *Nulla.* Ergo ex nudo pacto oritur actio hic: quod eſt cõtra ius commune poſitum ff. de pac. l. iurisgentiũ. §. ſed cũ nulla. & §. quinimo. & §. vtputa. ver. idẽ Marcellus. & verſi. idem reſponſum. & C. de pact. l. legem. Et eſt hoc ideo forte ſpeciale: quia ſicut vnum pro eo, qui conſtituit inducitur: vt non teneatur, niſi elapſis decem diebus: vt ff. de conſti. pec. l. promiſſor. cum alias ſtatim teneatur: vt ff. de verbo. oblig. l. eum qui calendis. § quoties. & de verbo. ſigni. l. cedere diem. ſic & aliud contra eum, vt ex nudo pacto teneatur: vt arg. ff. de iureiuran. l. eum qui. in prin. Sunt & alij adhuc ſex caſus, in quibus ex nudo pacto oritur actio: vt ecce, in donatione hodie, licet olim fuerit neceſſaria ſtipulatio: vt C. de dona. l. ſi quis argentum. §. ſin autem. Item ſi mulier dotem ſine ſtipulatione dare marito conuenit: vt C. de do. pro. l. ad exactionem. & de rei vxo. actio. l. j §. j. Item ſi quis ob honorem decretum, vel decernendum palam pollicitus fuerit, id eſt, ſine interrogatione: vt ff. de pollicita. l. j §. j. & l. pactum. Idem in nautico fœnore: vt ff. de nautico fœnore. l. periculi. in fi. Itẽ in acceſſione frumẽti, vel vini, vel olei vel hordei: vt C. de vſuris. l. frumenti. Item in vſuris ciuitati promiſſis: vt ff. de vſu. l. etiam. Alias autem propter ſui frigiditatem nudum pactum actionem parere non poteſt.

ADDI. *Adde alios caſus, vtputa in curia mercatorum. argu. l. Quintus Mutius. ff. man. & ibi Bart. Item ſi fieret in iudicio: quia tunc fingitur ſtipulatio. Itẽ quãdo ꝑ pactũ nudũ aliquid abeſt parti, ſi non ſeruet promiſſa: quia contra non ſeruãtem datur actio de dolo: vt eſt tex. no. in l. eleganter §. ſeruus. ff. de dolo. vt hic per doct.*

e ¶ *Iure ciuili.* vel actione ex ſtipulatu, vbi certũ eſt in ſtipulatione: vel cõdictione certi, quæ ex ſtipulatione oritur, vbi eſt certum: vt ſ. de verb. obliga. in prin. quæ ſtipulatio eſt à iure ciuili inducta, vt hic: cum de iuregentium ipſa non fuerit: licet alij contractus fuerint de iuregentiũ: vt ſ. de iure nat. gen. ciuili. § ius autem. Non autem dicitur ideo de iure ciuili, quod non habeat in ſe vinculũ naturale: imo habet, quia ſine conſenſu non valet, qui conſenſus eſt de iure naturali: vt ff. de pact. l. j. §. penul.

¶ *Libellus in actione de conſtituta pecunia.*

¶ Hic tangitur de actionibus prætorijs perſonalibus: in quibus qualiter formetur libellus eſt videndũ. Et primo de act. de conſti. pec. eſt videndũ. Et naſcitur iſta act. quoties aliquis conſtituit ſe ſoluturũ quod ipſe debet, vel alius: vt ff. de conſti. pec. l. qui autem. in fi. & l. ſeq. dum tamen ſit debitũ ciuiliter & naturaliter: vel naturaliter tantũ: ſecus ſi ciuiliter tantũ: vt l. j §. pe. & l. iij. §. j. in d. titu. Vnde ſic formabis lib. Dico ego a, cõtra b, quòd ipſe conſtituit ſe ſoluturũ decem libras, quas ipſe mihi debebat cauſa mutui: vnde proponẽdo act. de cõſti. pe. contra ipſum, peto eundem mihi in dictis decẽ libris condemnari. Et erit cauſa iſtius act. hæc. ſcilicet. Quia conſtituit ſe mihi ſoluturum, quod debet mihi, ideo peto &c. Sed ſi ꝑ alio cõſtituit ſe decem libras tibi ſoluturum, formabis in narratione ſic libellum: Vnde cum ipſe pro tali conſtituerit decem libras mihi ſoluturũ, peto &c. Et eodem modo formabis ſi ex alia cauſa, quã ex mutuo debeatur.

¶ *Actiones autem.* CASVS. Dixi domino Iuſtini. Domine, iam vidi effectum primi reſpon. pro Deo dicatis mihi de ſecundo exemplo. quare inuenta fuit de peculio act. Reſpon. frater, æquum fuit quòd iſtæ act. inuenirentur ꝑ quas cõtra patrem vel

dominum

de peculio [a], ideo aduerſus patrem [b] dominúmve [c] comparauit Prætor: quia licet ex cōtractu filiorū ſeruorúmve ipſo iure [d] non teneatur: æquum tamē eſt peculio tenus (quod veluti patrimoniū eſt filiorum filiarúmque, item ſeruorum) cōdemnari eos.

¶ *Aduerſario iuramentum deferente, ſi quis in iudicio iurauerit, omiſſa principali debiti quæſtione, iuranti ex ſacramento actio datur.*

¶ Item ſi quis po-

dominū poſſet agi ex contractu filiorum famil. vel ſeruorum: quia licet actione de peculio de iure ciuili non teneantur patres, vel domini: æquum tamen eſt quòd peculio tenus teneatur: eo quòd peculiū eſt quaſi patrimonium filiorum vel ſeruorum. h.d.

¶ Libellus in actione de peculio.

¶ Hic tangitur de act. de peculio, quæ datur contra dominum ex contractu ſui ſerui: vt ĵ. quòd cū eo. in prin. & etiā datur cotra patrem nomine filij. Formabis ergo in ea ſic lib. Dico ego a, contra b, quòd vendidi d, ſeruo ſuo equum pro decem, quare ipſe de peculio ſerui ſui d, mihi tenetur, vnde proponendo contra ipſum b, act. ex vendito, peto quatenus eſt in peculio ipſius ſerui ſui d, vſq; ad quātitatē illorū decem ipſum b, mihi cōdemnari. Et aduerte quia hæc dictio, de peculio, non eſt propriū nomen act. ſed eſt quædam adiectiua: ſicut exercitoria, inſtitoria & tributoria. arg. l. iij. §. Iulianus. ff. de pec. Et erit cauſa in hac act. talis, ſ. Quia vendidi. quam ſufficit proponere loco act. ſcilicet ſic: Vnde quia pro decem vendidi, peto &c. Similiter contra patrem ex contractu filij poteſt ſic formari libellus: Dico ego a, contra b, quòd vendidi c, filio ſuo, quem ipſe habet in poteſtate, equum pro decem &c. De filio in poteſtate feci mentionem: quia qui ſui iuris eſt, peculium habere non poteſt: vt C. de inoffi. teſt. l. fi. in fine.

a ¶ *De peculio.* Volūt quidam dicere hæc eſſe propria nomina actionum, ſcilicet de peculio & de in rem verſo, & quod iuſſo: item exercitoria, & tributoria, & inſtitoria: ex eo quòd leges plerunq; appellāt eas actiones: vt hic. Sed verius eſt vt adiectiue ponantur. ſic enim mandati actio de peculio: vt ff. de pe. l. iij. §. cui congruit. Accurſius.

b ¶ *Patrem.* ſcilicet reſpectu filij. Acc.

c ¶ *Dominúmve.* ſcilicet, reſpectu ſerui ſunt enim correlatiua.

Seruus pro nullo reputatur.

d ¶ *Ipſo iure.* ſcilicet ciuili: quòd nō vult vt alter ex alterius perſona obligetur: & ſic pater non debet teneri pro filio, inſpecto iure ciuili ſicut eo inſpecto pro ſeruo non debet teneri dominus: quia ſeruus pro nullo eſt inſpecto iure ciuili: vt ff. de regul. iur. l. quòd attinet. Sed tamen prætor æquitatem conſiderat: vt quia peculium quaſi patrimonium eſt filij vel ſerui, vt ſubijcit: quia peculium eſt, quòd ſibi quis parcimonia quærit: vt ff. de pecu. l. peculium in prin. vere tamen non eſt patrimonium filij peculium: vt C. de inoffi. teſtamen. l. fin. in fi. Item nec ſerui: vt ff. de verbo. obliga. l. liber homo. ij. in fine. primo reſponſo. Ideo tamen quia quaſi patrimonium eſt patrem pro filio, dominum pro ſeruo teneri dicit.

Patres pro filiis & domini pro ſeruis, an teneantur.

Actio de peculio.

Diligenter tamen diſtingue vtrum contrahat filius vel ſeruus: vel quaſi contrahat. Item vtrum delinquat, vel quaſi. Si contrahat quilibet illorum: dominus vel pater actione ex eo contractu tenetur in peculium. In cuius condemnatione deducitur ex ipſo peculio quicquid ſeruus naturaliter domino debuit: vt quia dominus ſeruo mutuauit: vel alias ſecum contraxit. Item deducitur quod debetur ijs, qui ſunt in poteſtate domini: vel tutela vel cura: cum videatur dominus præueniſſe: vt ff. de pec. l. ſed ſi damnum. §. j. & ij. obligatur enim ſeruus domino naturaliter: vt ĵ. de fideiuſſo. §. j. & ſunt hæc communia in ſeruo, & filio, excepta cauſa mutui: ex qua nec filius, nec pater tenetur: ſecus in ſeruo: vt ĵ. titu. j. §. illud. & C. ad Macedo. l. penultima. Item quæ dicta ſunt, quando contrahit filius vel ſeruus: eadem & quando quaſi contrahit: vt ſi alterius negotia geſſit: vt ff. de nego. geſt. l ſi filiusfamil. Præter hanc actionem de peculio adhuc pater, vel dominus quandoque tenetur de in rem verſo: quādo ſcilicet filius in rem patris, vel ſeruus in rem domini conuertit: & eſt inſolidum vſque ad quantitatem verſam: vt infrà titu. j. §. in rem. Azo. Sed de peculio agitur quatenus peculiū durat: vt infrà eodem. §. ſunt præterea. & infrà titul. primo. §. in rem autem. Item eſt actio, quòd iuſſu, quæ eſt inſolidum quando filius vel ſeruus iubente domino vel patre contraxit: videtur enim contrahi cum ipſo patre vel domino: vt ff. quod iuſſu. l. j. §. fina. Item ſunt aliæ tres, ſcilicet exercitoria, quæ datur contra dominum nauis, qui præpoſuit magiſtrum nauis ſeruum ſuum: & eius rei gratia contractum fuit. Et ideo dicitur exercitoria:

quia exercitor dicitur dominus nauis. Itē inſtitoria, quæ habet locum quando aliquis ſeruum ſuum tabernæ, vel ſtationi præpoſuit. Item tributoria, quæ agitur ita quòd dominus vocatur in tributum: vt infrà titul. j. §. introduxit. & §. inſtitoria. & §. j. In delictis autem & quaſi delictis

ſtulante [a] aduerſario iurauerit [b], deberi [c] ſibi pecuniam, quam peteret, neque ei ſoluatur: iuſtiſsi-

idem olim ſeruabatur in filio & ſeruo, vt pro noxa dari poſſent: vt infrà de noxa. in fine titul. Sed hodie pro ſeruis tantum agitur noxaliter: vt ibi dicitur, & pro delictis: vt infrà de noxa. in princip. & ff. de noxa. lege j. & in quaſi delictis: vt ſi ſeruus habitans cum domino, habuit ſuſpenſum vel appenſum, vel effudit aliquid quòd alicui nocuit: vt ff. de ijs, qui deiec. vel effud. lege prima. §. ſi ſeruus. & lege ſi vero. §. prætor. niſi in duobus caſibus: vt ff. de ijs, qui deiec. vel effud. lege prima. §. cum ſeruus. vbi non habitat cum domino. & ff. de minorib. lege quod ſi minor. §. ſi ſeruus. Porro licet in delictis, & quaſi agatur noxaliter, tamen & de peculio agitur ſi locupletatus eſt dominus, in quantum id peculium locupletius eſt: vt ff. de iud. l. tam ex contractibus. ff. de pecu. l. licet. §. ex furtiua cauſa.

Actio tributoria.

¶ *Item ſi quis poſtulante.* C A S V S. Dixi Iuſtinia. Domine, iam vidi naturam duorum exemplorum: nunc, ſi placet, dicatis mihi naturam tertij exempli ſcilicet actionis in factum, quæ datur ex iuramento: ſ. quando habet locum hæc actio. & ipſe reſpond. Frater, dicit ipſe, Si aliquis petierit decem ab aliquo, dicens illa ſibi deberi: & reus ſacramentum ſibi deferat: & actor delato ſibi iuramento iurauerit illud eſſe ſibi debitum quod petit: & poſt iuramentum noluerit reus ſoluere quod petitum eſt: in iſto caſu accommodat ſibi prætor actio. per quam quæritur, an iurauerit, vel non: & non an ſit debitū: quia iuramentum hic pro veritate eſt acceptum. Franciſcus.

Libellus actione in factum ex iureiurando.

¶ Hic tangitur de iureiurando præſtito ex delatione iudicis: vel partis aduerſæ: ex quo oritur actio in factum, ſi iuretur non adiecta cauſa, ex qua dicat ſibi deberi, ſcilicet, ſi iuret informiter, ſi autem adijciat cauſam ex qua dicat ſibi deberi, veluti ex mutuo, vel ſimilibus, oritur actio ex illa cauſa: & tunc dicitur iuraſſe formiter, quaſi forma ſine cauſa adiecta: vt l. ſi duo. §. ſi quis iurauerit. verſic. idem dicemus. & §. Marcellus. ff. de iureiurand. & ideo forma in illa libellū ſic: Dico ego a, contra b, quod cum peterem ab ipſo decem cauſa mutui, ipſe detulit mihi iuramentum: & ego ſimpliciter iuraui, quòd ipſe mihi debebat illa decem: vnde proponendo actio. in factum ex iureiurando prouenientem peto dictum b, in dictis decē libris mihi cōdēnari. Cauſa in iſto libello erit talis, Quia iuraui. quæ poterit poni loco actio. Si autē iuraui formiter, id eſt adiecta cauſa: vt ſcilicet quia ex cauſa mutui debebat, tunc dicam: Vnde quia proponendo condictionem certi, quæ naſcitur ex mutuo, iuraui ex cauſa mutui mihi deberi, peto &c.

A D D I T I O. *Putat autem Franc. Hoto. hic Prætoris edictum non niſi in eo iuramento locum habere, quod conuentionale ad exemplum ſtipulationum conuētionalium dicere poſſumus. hoc eſt, quod ex pactione vtriuſq;. partis quaſi iudicis ac diſceptatoris officio fungitur.*

¶ *Item ſi quis.* ſcilicet actor. Accur.

a ¶ *Poſtulante.* id eſt petente reo: vel deferente, ſi enim ſine voluntate aduerſarij iuraretur, nihil proficeret iuramentū: vt ff. d iureiuran. l. iij. in prin.

b ¶ *Iurauerit.* vel ei remiſſum fuerit: vt ff. de iureiuran. l. non erit. §. fina. & lege ſequenti. & Cod. de rebus creditis. lege actori.

A D D. *Idem ſi poſt acceptatum iuramentum etiam ante, quam iuretur, pœniteat deferentem quia habetur pro remiſſo.*

c. ¶ *Deberi.* ſic ſimpliciter ſcilicet non adiecta cauſa, quare debeatur, quod informiter dicimus: ſi autem cū forma veluti, quia vēdidi: tūc agitur actione vtili ex eo contractu, nata ex ſacramento cū pro veritate accipiatur: & aduerſario ſimiliter actionem tribuit, ac ſi vere contractus præceſsiſſet. Idem eſt in alijs contractibus: vt ff. de iureiurand. lege ſi duo. §. ſi quis iurauerit. & §. idem dicimus. & §. Marcellus. Item circa actionem realem, ſi rem ſuam eſſe iurauerit: datur actio in rem vtilis, præterea in factum contra deferentem tantum, vel hæredem: vt ff. de iureiurand. l. nam poſtea. §. fin. & l. ſequen. Et ita actori interdum datur in factum, interdum vtilis ex eo contractu, & vtilis in rem. Ex parte autem rei, ſi iurat in actio. perſonali: tunc exceptionem tantum parit. Si autem in actione reali, tunc diſtinguitur, an iurauerit rem petitoris nō eſſe: quo caſu exceptio tantum datur, an ſuum eſſe: quo caſu etiam actio, ſi res ad actorem redeat, non contra alium. & hoc quod dixi in actore, habet locum ſi iuratur ex ſacramenti delatione: ſed ſi iuratur ex traditione facta occaſione iuriſiurandi, tunc Publiciana datur contra quemlibet

Iuramētū rei quandoque exceptionē quandoq; actionem parit.

mè[a] accommodat ei talem actionem[b], per quam non illud quæritur[c], an ei pecunia debeatur, ſed an iurauerit.

¶ *Qui edictum in albo Prætoris poſitum corruperit, vel qui vocat patrem, vel patronum in ius ſine venia, & eximens dolo aliquem vocatum in ius, vel eximi faciens, tenetur actione prætoria. Aretinus.*

¶ *Annota, Hic de tertio prætoriarum actionũ genere: quas ideo pœnales appellamus, quia ad pœnam, non etiam rei perſequendæ cauſa competunt.*

libet:eum ſit iuſta auſa traditionis, vt ff. de iureiur.l.nam poſtea.§.fi.& l.quia.& l. ſequent.& de Public.l.j.in fi.vſq; ad l.eũ qui.Nec obſt.in eod. titu. de [illegible] l.eum qui.§.ſi [illegible]ti.quia ibi verbũ duntaxat, domioũ taotum excludit,contra quẽ Publiciana nõ datur: vt ff. de Publicia l. penul. & fi.

A D D. *Hæc gl. in iſta parte fin. communiter reprobatur. vide hic ad longum per dominum la ſenem.*

a ¶ *Iuſtiſſime.* quia propter ſacramentũ datur.

b ¶ *Actionem.* in factũ .C. de rebus cred.l.actori.

c ¶ *Non illud quæritur.* etiam ſi periurium vellet probare:quia ſufficit diuina vltio: vt ff.de dolo.l.quòd ſi deferente.& l.ſeq. & C.de rebus cred.l.iij.oiſi io caſibus: vt C.de reb.cred.l. fina. & ff.de iureiu.l.admonendi. Et not.quòd hoc ſacrameotum quod eſt de re:vt ff.eo. de iureiur.l.quoties.id eſt de veritate.vt ff.ad leg. Corn. de fal.l.j.§.qui io ratiooibus.triplex inuenitur.Voluntarium,quod ex voluntate datur,ſuſcipitur,& recuſatur,& extra iudicium fit:vt ff.eo.de iureiur.l.iuſiurãdum quod.Item neceſſarium,quod neceſſitate impoſita à iudice defertur & ſuſcipitur:vt argu.ff.de in lit.iurao.l.fioa.Nec eoim poteſt hoc ſacramentum referri, vel recuſari,niſi prætendatur iuſta cauſa recuſationis:vt C.de reb.cred.l.generaliter.§.ſinautem. Item iudiciale,quod ſic dicitur à iudicio:quaodo.ſ.pars parti ſacrameotum io iudicio defert, quod non eſt neceſſe ſubire.ſed poteſt recuſari & referri:vt C.eod. de rebus cred.l. delata.& l.generaliter.§. ſinautem. ſed iure veteri non poterat recuſari:vt ff.eod.l.manifeſtæ.ſecundum P. ita demum actio in factum dator ex ſacrameoto,ſi ſenteotia non ſubſequatur,alias quare oriretur actio io factum, com ex ſententia eadem naſceretur: vt C. de rebus cred.l. actori. Sed nos contra,licet enim duæ ſint, & ad idem,& eodem oomine, noo oocet: vt ff. de act.emp.l.noo eſt oouom.& ff.de fideiuſſo.l.hęres à debitore.ſemel tamen fiet exactio tantum:vt ff.de ver.ob.l.qoi bis. & de reg.ior.l.booafides.

¶ *Pœnales quoque.* C A S V S. Multæ diuiſiones conſueuerũt notari in hoc §.adhuc tamen oon habuimus principaliter niſi duas:quarum prima eſt, quod omoia actio aut eſt in rem,aut io perſonam.Secunda eſt,quod omnes actiones aut ſunt ciuiles,aut prætoriæ.Sub materia autem prętoriarũ ſimul tæ ſunt diuiſiões:quia prætoriarum aliæ ſunt in rem,aliæ in perſonã. Item actiooũ prætoriarũ perſonalium aliæ ſuot pœnales, aliæ non pœnales.De prætorijs autem actionibus non pœnalibus perſonalibus dictum eſt ſuprà in proxi.§. De prætorijs aotem perſonalibus videndum eſt in litera præſeoti. Non ſolum eoim,dicit Iuſtin.iotrodoxit prætor actiones perſooales nõ pœnales, Imo & multas prætorias perſooales pœnales. Et de hoc pooit tria exempla. Primum eſt,quòd prætor iotroduxit tria: actiooem prætoriam perſonalem pœoalem in eum,qui album ipſius corrupit. Secuodum eſt, quòd prætor introduxit actinnem prætoriam perſonalem pœnalem in eum, qui patronum parentemve in ius vocauerit ante, quam hoc à iudice impetraſſet.Tertium eſt,quòd prætor iotroduxit actionem prætoriam perſonalem pœoalem io eum, qui in ios vocatom vi exemit:vel aduerſus eum cuios dolo fuit exemptus.hoc dicit.Fraoc.

Libellus contra corrumpentem album prætoris.

¶Hic de act.pœnali tangitur: & primo de illa qoæ datur de albo prætoris corrupto.Erat enim album prætoris, dealbatio quędã poſita io eminenti loco in quo erat ſcriptum de citando aliquem,vel de aliquo præcepto generali, vel ſpeciali:vt ff.de al.ſcri.l.j.& ij.Et eſt pœna l.aureorum ſtatuta contra corroptorũ malitiam vt ff.de iur.om.iud.l.ſi qs.Forma ergo in hac act.ſic libellum. Dico ego a,cõtra b, quod ipſe corrupit albom prætoris: vode propooendo cootra ipſum act.io factum. peto ipſum io l.aureis nomine populi mihi cõdemnari.Iſta enim act. popularis debet dici à populo,qa ius populi teoetur: vt ff.de pop.act.l.ij. Et erit cauſa iſtius. actionis hæc:Quia album prætoris corrupit,quæ poterit poni loco actioois.

¶Pœnales quoq; [a] actiones Prætor penè [b] multas ex ſua iuriſdictione introduxit: veluti aduerſus eum, qui quid [c] ex albo [d] eius corrupiſſet [e]: & in eum [f], qui patronum [g] vel parentem [h] in ius vocaſſet [i], cum id

¶Libellus in actione in factum, quæ datur patrono vel patri contra libertum vel filium &c.

¶Eſt & alia actio in factum quę datur patrono contra libertum, vel patri contra filium: & illa habet locū, quando libertus patronum in ius venia non impetrata, vel filius patrem vocat: vt C.de in ius voc.l.ij.& hic in verſi. veluti.& eſt pœna illius l.aureorum: vt ff.de in ius voc.l.penulti. Forma ergo libellum ſic in hac actio. Dico ego a, contra b, libertum meum, quod ipſe me vocauit in ius non impetrata venia: & ideo incidit in edictum, & tenetur ad pœnam. l.aureorū. vnde proponendo cōtra ipſum act.in factum, peto eundem mihi condēnari in l. aureis nomine pœnæ. Et erit cauſa iſtius actionis, quia me patronum in ius vocauit: non impetrata venia, quæ proponi poteſt loco actionis. Et eodem modo ſi pater agat contra filium, hac actione formatur libellus. Sed caue, quia hæc actio non datur contra filium, qui eſt in poteſtate: quia etiam impetrata venia non poſſet patrem in ius trahere: vt C.de in ius vocan.l.ſi.quia nulla lis inter patrem & filiū eſſe poteſt.niſi de caſtrenſi peculio, vel quaſi: vt ff.de iu.l.lis nulla.

a ¶*Pœnales quoque*. Dictum eſt ſ.de prætorijs rei perſecutorijs, nunc de pœnalibus prætorijs. Sed quæ eſt differentia inter pœnales, & rei perſecutorias? Reſpō. multæ: quia pœnales prætoriæ ſunt annales, excepta actio.furti: vt J. de perpe. & temp.act.in princip.ſed rei perſecutoriæ ſunt perpetuæ: vt ff.de actio.& obligatio. l.in honorarijs. Item pœnales odioſæ ſunt, rei perſecutoriæ non: vt ff.de pœn. l.interpretatione Item pœnales non trāſeunt contra hæredes, niſi aliquid ad eos peruenit, vel lis ſit conteſtata: vt C.ex de li.defun.l.j. ſed perſecutoriæ ſic: vt ff. de actioni.& obliga.l ex contractibus. Item vbi plures tenentur rei perſecutoria, vno ſoluente, cæteri liberātur, nō ita in pœnali: vt C.de condict.fur.l j & ff.de lib.cau. l.vlti.& ff.ad legem Aquil.l.item Mela.ſ. ſi plures. Acc.

b ¶*Pene*. id eſt fere, vel melius dic, quod abundat: nam vere multæ ſunt & ſane in vetuſtis codicibus non habetur, & prorſus vacat.

ADD. *Vetus liber Ds. Germani Colladonij habet Bene multas, quod ſine dubio rectum eſt, & reponendum.*

c ¶*Quid*. id eſt, aliquid.

d ¶*Ex albo*. Erat enim album, dealbatio quædam poſita in loco eminenti. vt apparet in Authen.de lit.ſ.omnem.ibi, voce enim præconum &c.colla.viij in quo albo erat ſcriptum, vel de citando aliquo, vel de alio precepto generali, vel ſpeciali vt ff.de albo ſcript.l.j.& ij. ff.de iuriſdict. omni.iudi. l. ſi quis id.

e ¶*Corrupiſſet*. vel poſitū ſuſtuliſſet, quamuis non corruperit: & ſiue per ſe, ſiue per alium: & tunc ambo tenentur, nec vnus liberat alium, & eſt in quinquaginta aureos: vt dicta l.ſi quis.& l ſequen.tenetur etiam ille corruptor.l.Cornelia.de falſis: vt ff. ad legem Corneliam. de fal.l.p e.cuius pœna eſt deportatio, & omnium bonorum publicatio: in ſeruis etiam vltimum ſupplicium: vt ff. ad legē Cornel.de fal.l.j.in fine.

f ¶*In eum*. ſ.filium, vel libertum datur actio in factum: quæ eſt ſimiliter pœnalis (vt ſuperior) in quinquaginta aureos. quę datur patrono, vel patri, & ſi libertus nō poſsit ſoluere dictam pecuniam, caſtigabitur. Idem forte in filio: licet noxaliter non detur: vt ff.eo. ſcilicet de in ius voc. l.pen.& J.de noxa.in fin. ſuperior tamen punit ſolum dolum: hic ſolū factum conſiderat: vt C.de in ius vocan.l.venia.

g ¶*Patronum*. ſubaudi vel patronā: itē filios & parentes eorū: vt ff. de in ius vo.l. iiij.ſ.j. Et accipe hic patronū, q manumiſit: vel pro quo iudicatū eſt in cā ingenuitatis & libertinitatis. Vel ſi ex cauſa fideicōmiſsi manumiſit. Vel ſi emit eo pacto, vt manumitteret, & manumiſit, vel non manumiſit, ſed ex cōſtitutione diui Marci peruenit ad libertatem: vt ff. de in ius voc.l.adoptiuū.ſ.j.& l.is quoq;.& l.ſed ſi hac l. Item liberos patroni accipe mares & fœminas & parentes etiam adoptiuos: vt d.l.ſed ſi hac lege ſ.liberos quoq;. & ſ.parentes. Accur.

h ¶*Vel parentem*, & hic accipe marem & fœminam, & vſq; in infinitū: vt etiam ſi Adam viueret, non poſſet vocari in ius ſine venia. Item non refert, ſi ſunt legitimi parentes, vel naturales: vt ff.de in ius vo. l.iiij.ſ.j.ij.& iij.l. parentes.& l.patris.& l.adoptiuum.in prin.

i ¶*In ius vocaſſet*. i.iuris experiendi cauſa vocaſſet: vt ff de in ius voc.l.j.& hoc ſi ne cauſa ſit ciuilis, ſiue criminalis multo magis: nam & tunc.ſ.quādo cauſa eſt criminalis, etiam cū venia non poteſt: quia non conceditur: vt ff.de in ius vocā.l.ſed & ſi.ſ.prætor ait.& ff.de accu.l.qui accuſare in ſi.& l.hi tamen.ſ.ij, Sed quid ſi ſolum

lum libellum dedit? Rñ. nõ incidit in hoc edictũ: vt ff. de in ius voc. l. libertus. ij. Itẽ quid ſi non veniat vocatus? Rñd. ſemper incidit, ſed facilius remittitur hęc pœna, quando vocatus non venit: vt ff. de in ius vo. l. quamuis.

non impetraſſet [a]. Item aduerſus eũ [b] qui vi exemerit eũ

Sed quidam dicunt vocãtem nullo modo cadere in edictũ, ſi vocatus non venit ex prædicta. l. quamuis. & hoc ideo: qa verba cũ effectu ſunt accipiẽda: vt ff. ne quis eũ, qui in ius vocatus eſt, vi exi. l. penul. §. docere ſed prima ſententia vecior eſt: quia in d. l. quamuis non dicit, ꝙ non incidat in edictũ, ſed ꝙ non remittitur pœna, niſi cauſa cognita Item nunqd hæres poteſt vocare in ius ſine venia? Et certe ſi extraneus eſt, poteſt: vt ff de obſe. præſtan. à liber. l. hæres. filius non poteſt vocari in ius ſine venia. Sed quare ſecus in hærede liberti, & in hærede patroni? Reſpon. in primo odium verſatur: quod debet reſtringi. in ſecundo fauor, qui debet prorogari: vt ff. de li. & poſt. l. cũ quidã. Item ſi alter agat tutorio nomine, vel curatorio arg. ff. de in ius voc. l. ſed ſi hac lege. §. fi. & l. quæſitum Ratio: quia nemini officium ſuum debet eſſe damnoſum: vt ff. quemadmodum teſta. ape. l. ſed & ſi quis ex ſignatoribus.

a ¶ *Cum id non impetraßet.* i. non petiſſet, & non accepiſſet. debet enim à prætore ſic petere: Domine. permitte mihi vt poſſim conuenire patrem vel patronũ meũ, vt colligitur. j. de pœ. te liti. §. fin. & ff. de in ius vo. l. iij. & iiij. § j. illud etiã quæro, an hæc poſtulatio veniæ debeat fieri. in perſonis omniũ qui in ius vocari nõ poſſunt, qui enumerantur. ff. de in ius voc. l. ij. & ſi non fiat, ꝙ cadat in pœnã? Quidam dicunt ꝙ ſic, nos quod non, quia hæc pœna in eum tantũ ſtatuitur, qui incidit in edictum. at illæ perſonæ in edicto nõ continentur. quod maxime probatur ex hoc. §. Aliter tamen puto eos puniẽdos, prout placuerit iudici, ad ſimilitudinem iſtorũ. Sed nunquid hæc petitio hodie eſt correcta, vt quia habent hodie liberti ius natalium & regenerationis· vt in authen. vt liber. de cæ. §. j. col. vj. Reſpõ. nõ. quia & ibi conſeruantur iura patronit: maxime obſequialia, quæ natura debentur. Superiora quantũ ad libertum plana ſunt, in filio diſtingue, aut erat emancipatus, aut in poteſtate: ſi emancipatus erat, habent locũ ſuperiora: ſi vero in poteſtate: tũc nec cũ venia, nec ſine venia poteſt cõuenire patrem. vt Cod. de in ius vocand. l final. & ff. de act. & obliga. l. actiones. niſi pro caſtrenſi, vel quaſi caſtrenſi peculio: vt ff. de iu. l. lis nulla. & tunc cum venia: vt ff. de in ius vocã. l. adoptiuum. §. j. & hoc cum agit contra patrem. Si autem contra extraneum. tunc ſecundum vetera iura tantum quinq; actiones filiofamilias cõpetebant: vt ff. de act. & obli. l. filiusfamilias & l. in factum actiones. Sed hodie omnes

qui in ius vocaretur, cuiusve dolo alius exemerit, &

venientes ex aduentitia cauſa vt dixi §. per quas perſo. nobis acquir. §. j. Item quæro quis iurabit de calumnia, cum filiusfamilias in iudicio erit? Reſpond. ſi filius emancipatus petita venia patrem conueniat, iurabit ipſe ſi maior eſt, alias curator ei dabitur ad litem, vt in authẽ. vt lic. mat. & auiæ §. j. in fi. col. viij. ſi autem ſit in poteſtate patris, & agat de caſtrẽſi vel quaſi caſtrenſi peculio: tunc iurat filius, cũ paterfamilias habeatur· vt ff. ad Mace. l. ij. ſi vero eſſet minor, daretur curator liti, nõ perſonæ: cum ſit in poteſtate: vt C. de cura. fur. l fi. in prin. & de bo. quæ lib l. fina. §. ſi autem pro patre. Si autem contra extraneum agat filius, ſi agat pater eius nomine. pater iurat· vt C. de iureiu propter calumn. dam. l. ij. § quod obſeruari. Si filius forte patre abſente, vel ſecundum veteres leges in quinque caſibus, vel ſecundum nouas in omni aduentitia cauſa iurat filius, cum ſuo nomine agat: & maior eſt, ſi modo pater in aduentitijs non habet vſumfructum: alias pater ageret, & reſponderet, & iuraret: vt C. de bon. mat. l. j. in princip. vbi vero filius iurat: licet pater non habeat vſumfructum, debet pater conſentire filio agenti, & reſpondenti: vt C. de bon quæ lib. l. fi. in prin.

ADDITIO. *De iſto iuramento vltra hãc gloſſ. vide per glo. in l. ij. quod obſeruari. C. de iureiuran. propter calum. dan.*

b ¶ *Item aduerſus eum*, eum ſcilicet datur actio in factum pœnalis: vt ecce cum vocarem Titium in ius, qui tenebatur mihi actione temporali: dum eſſet in itinere, detinuiſti eum vi: vel capiendo eum per perſonam, vel faciẽdo dolo: vt alius eum detineret, & tantum, quòd dies actionis meæ exiuit: teneris enim mihi quanti iurauero in litem, & ſic eſt actio pœnalis ex parte mea, quia vltra rei veritatem forte iurabo: & ex parte tua, quia das mihi aliquid & tibi nihil adeſt. vt ff. ne quis eũ qui in ius voc. vi. ex l. penu. §. j. Super hoc §. primo quæro, cum duo ſint tituli, vt ff. ne quis eum, qui in ius vocatus vi ex. & alius titu. de eo per quem factum erit, de quo fit mentio in hoc. §. Reſpond. de primo quia inde oritur actio vtraq; parte pœnalis, vt dictum eſt: ſed ex alio eſt pœnalis ex parte rei tantum: cum ad intereſſe actoris detur: vt ff. de eo per quẽ fact. erit. l. fina. primo reſponſ. Item primus de quo fit mentio hic, conſuluit a-

ctori tantum: vt patet in l.j.& iiij.§.eximere.ff. ne quis eum, qui in ius voca. vi exi. At ſecundus conſuluit & vocato, non ſolum vocanti: vt ff.de eo per quem factũ erit.l.j.§.ſi reus.in fi.& l.fi.primo reſpon. Item prim⁹ habet locũ: quando aliquis exemptus eſt ante ſatiſdationem, & poſt in ius vocationẽ ſed ſecundus poſt ſatiſdationem, ſcilicet factam in iudicio Siſti, & alias quę firmãt iudicium: vt ff.de prætoſti pu.l.j. in prin.

alias innumerabiles [a].

¶ *Actiones quibus quæritur, an quis ſit liber, an ſeruus, libertus, an ingenuus, filius, an non, præiudiciales in rẽ ſunt: quarum prima ciuilis eſt, reliqua verò prætoriæ: ideo ſic dictæ, quia magnũ in eis præiudiciũ verſatur, cùm p eas de ſtatu hominis quæratur, aut quia cæteris quæſtionibus præiudiciũ faciãt: vt ſcilicet interea ſileant quãdiu hæ vẽtilantẽ.*

Et patet hæc differentia ex ordine illorum titulorum. Item primus, quando vi exemptus ſit quis: at ſecundus etiã ſi ſine vi: vt patet in l.j.§.ſi dolo.de eo per quẽ factum eſt.& ti.ne quis eum qui.l.j.& ij. in fi. Vel ſatis dici poteſt quod de vtroq; hic loquitur: quia licet duo ſint illi tituli, tamen de vno edicto ſunt. Item & quod dicatur pœnalis actio etiam illa, quæ ex vna parte tantum eſt pœnalis. Super hoc §. ſecundo quæritur: Nonne per conuentionem ſolam etiam iure veteri perpetuabatur actio: vt ff.de actio.& obligatio. l.conſtitutionibus. non ſolum per noua iura: vt ff.de præſcrip. triginta annorum, l.cum notiſsimi.& l.ſicut? Reſpon. hic nõ per executorem, ſed per ſuam denuntiationem eum conuenerat. Vel verbũ quaſi, poſitum in dicta.l.conſtitutionibus, aſſertiue ponitur, non ſimilitudinarie: & ſecundum hoc hodie eſſet correctũ, quod hic dicitur. Vel dic quod talis fuit conuentio in illa l.conſtitutionibus, quę pro lite conteſta. habebatur, vt quia actio erat temporalis, & libellus fuit principi datus: vt C.quando ll.prin.da.li.cõ.ſac.l.j.& ij. Vel dic ſecundum Ioann. quòd leges veteres circa perſonales actiones loquuntur: vbi non perpetuantur per executorem: ſed lex illa, cum nouiſsimi.& l.ſicut in rem loquuntur in reali: vnde adhuc etiam hodie nõ corrigitur quod hic dicitur.

ADDITIO. *Hanc etiam impugnãt doct. quia dicta l.ſicut.& d.l.cum notiſsimi.loquuntur tam perſonalibus, quàm in realibus. ſecundum Iacobum.*

Libellus in actione in factum contra eum qui debitorem &c.

¶ Præterea datur actio in factum contra eũ, qui debitorem alicuius vocatũ in ius vi detinuit, vel dolo detineri fecit, vt ipſe liberaret eũ à temporali obligatione qua obligatus eſſet. & datur in ipſum actio in quantũ actor iurauerit in litẽ contra ipſum: vt ff. ne qs eũ, qui in ius voc. eſt vi exi.l.pe.§.j. Et formatur libellus in hunc modum: Dico ego a, cõtra b, q ipſe debitorẽ meũ in ius vocatũ, vi detinuit quo minus in iudicio cõpareret, vt ita liberaretur debitor actione, qua mihi tenebatur: vnde proponẽdo actio. in factũ cõtra ipſũ b, peto eũdem b, quantũ in litẽ iurauero mihi cõdemnari. Et cauſa iſtius actio. eſt: Quia vi exemit à iudicio meũ debitorẽ, & ita actio. qua mihi tenebatur, liberatus eſt, quam cauſam ſufficit proponere loco actin. Eodem modo formatur cõtra eũ q procurauit, vt alius eximeret. Sed qd ſi non vi, ſed alio modo procurauit quo minus veniret? Dic quod tũc habet locũ actio in factũ, quæ procedit ex eo edicto, Per quẽ factum erit: quo minus in iudicium veniret & datur ad intereſſe actoris: vt ff. de eo p quem fac. erit.l.fi.j.reſpõ. Et hæc eſt differentia inter hanc actionem & ſuperiorem, quæ deſcendit ex eo edicto, Ne vis fiat ei &c. Et in vtraq; eodem modo formabis libellum, ſed in prima facies mentionem de vi: in ſecunda nequaquam.

ADDITIO. *Inuitos autem homines in ius ducere licebat: vt patet ex Plauti Perſa, hic ab Hotomano citata: vnde, inquit, Nonius Marc. In ius vocare, pro trahere accipitur. quod etiam arguitur ex l.quamuis.ff. eodem. vbi de patrono inuito aut non inuito in ius vocando ſpecies refertur, & quod certa quædam perſona, eaque perpauca, excipiuntur, quas inuitas vocare non licet. vt qui in domo ſua eſt.l.plerique & ſequen.ff.eo.*

a ¶ *Innumerabiles.* imo numerari poſſunt ſed dicuntur innumerabiles, quia de facili nõ poſſunt enumerari: vnde dicitur nõ poſſe fieri quod vix fieri poteſt: vt ff. de verborum ſignificat. lege nepos Proculo. Enumera ergo aliquas, vt eſt actio in factum de calumniatoribus: de qua dicetur infrà §.quadrupli. Item actio. Quod metus cauſa. Item furti manifeſti. Item ſerui corrupti in duplum, de quibus dicemus infrà eodem.§. omnes autem actiones. Sunt & aliæ in factum, ve de effuſis & eiectis, & de appenſis: vt ff.de ijs, qui deie. vel effu.l.ſi vero.§.prætor. Et aliæ multæ ſunt quas enumerare nõ expedit. Acc.

Actiones pœnales pretoria ſunt multa.

¶ *Præiu*

¶*Præiudiciales autem.* CASVS. Franciſcus Duarenus iuriſconſultus doctiſsimus lib.ij. anniu. lect.c.ij. Præiudicium ſic expooit. Siquis velit à liberto operas exigere, aut aliud huiuſmodi, ante omnia rectè poſtulabit, eum à iudice pronūtiari libertū ſuū eſſe: deinde alio iudicio aget aduerſus eum, vt debitas ſibi operas præſtet. prius igitur iudicium, ideo Præiudicium dicitur, quia aliud iudicium antecedit, huiuſque gratia conſtituitur. & quia actor in hoc iudicio poſtulat tantū, vt iudex reū pronunciet libertum ſuum eſſe, non vt ad dandum aliquid faciendumve eum condemnet, (quod forte poſtea facturus eſt ſi videbitur) ideo Theophilus ait, hanc actionem conſtare ex intentione ſine condemnatione. Hæc Duarenus.

¶Præiudiciales [a] actiones in rē eſſe videntur: quales ſunt, per quas quæritur, an aliquis liber, vel libertus ſit, an ſeruus: vel de partu

Libellus in actionibus præiudicialibus.

¶Hic loquitur de præiudicialib⁹ actio. Et primo videndum eſt de illa qua quæritur an aliquis ſit liber, vel ſeruus: & habet locum, quando aliquis vendicat ſibi in ſeruū eum, qui eſt in poteſtate, & poſſeſsione libertatis: vel quando is, qui eſt in poteſtate ſeruitutis vendicat ſibi libertaté. In primo forma ſic libellū, Dico ego a, contra b, quod licet ipſe b, ſit in poſſeſsione libertatis, eſt tamen ſeruus meus: vnde vendico ipſum in ſeruituté, & peto eundem mihi adiudicari. Et econtra ſi b, ſit in poſſeſsione ſeruitutis Titij, ſic formabitur libellus. Dico ego b, contra c, quod licet ipſe c, me poſsideat in ſeruitute, ſiue in libertinitate: liber tamé ſum: vnde vendico me in libertatem, & peto me liberum pronūtiari: & ipſum c, ne me impediat vti libertate, mihi condemnari. Item forma ſic libellū in illa præiudiciali, qua quæritur, an aliquis ſit libertus, vel ingenuus. Dico ego b, contra c, quod licet ſit in poſſeſsione ingenuitatis: tamen eſt libertus meus: vnde vendico ipſum in libertum, ſiue in libertinitatem, & peto ipſum tanquam libertum meum mihi adiudicari. & econtra ſi, à b, poſsideatur vt libertus, proponetur ſic libellus, Dico ego c, contra b, quòd licet poſsideat me vt libertum: tamen ſum ingenuus vnde vendico me in ingenuitaté, & peto me ingenuū pronunciari: & ipſum b, ne me impediat vti ingenuitate, mihi condemnari. Item in illa præiudiciali, qua quæritur, an quis ſit filius alicuius, an non, formabitur libellus hoc modo: Dico ego a, contra b, quod licet ipſe ſit in poſſeſsione ſui iuris: tamen filius meus eſt. vnde vendico ipſum in filium, & peto eum in filium mihi adiudicari. E conuerſo formabitur ſic libellus: Dico ego a, cōtra b, quod licet ipſe poſsideat me in filium: tamen dico me nō eſſe filium eius vnde vendico me in propriā libertatem, & peto me non filium eius iudicari, & ipſū a, ne me impediat vti propria libertate, vt extraneum mihi condemnari. Iſtæ autem act. dicuntur præiudiciales, vt hic: quia præiudicant omnibus alijs actionibus vel quæſtionibus, ſiue criminalibus, ſiue ciuilibus: quia primo quæritur, &c. vt. ff. de orig. iur. l. j. & ij. in princ. & ff. de ord. cog. per totum.

a ¶*Præiudiciales.* Pro conſtanti ponit q̃ hæ prætoriæ ſunt: cum in tractatu prætoriarum ponantur: & ſunt in rem, quia res petitur & vēdicatur. Vnde quæritur quare non poſuit has. §. inter reales prætorias? Reſpond. quia quædam de eis eſt ciuiles: vnde eius occaſione, & de cæteris hic dicere reſeruauit. Et ſunt tres. Prima eſt per quam quæritur, an aliquis ſit liber, ſubaudi, vel ſeruus. Secunda, an aliquis ſit libertus, ſub. vel ingenuus. Tertia eſt de partu agnoſcendo per quam quæritur, an quis ſit filius vel non: vt omnia conſequatur, quæ filius à patre conſequi debet, alias autem agitur de partu agnoſcendo propter alimenta tantum. & tunc filiationi non præiudicatur, quia ſummatim quæritur, vt. ff. de lib. agnoſc. l. j. §. iulianus. & l. ſi qui à liberis ali. §. ſi vel parens. & ff. de his, qui ſunt ſui vel alí. iu. l. ſi iudex, licet videatur contra. C. de orig. cog. l. ij. §. fi. ſed dic vt ibi. Sed dicunt quidam & male, quòd tātum duæ ſunt, & de duabus primis faciunt vnam hoc modo, an aliquis ſit lib. i. ingenuus, vel libertus. & hæc vna. Aliam vero de partu agnoſcē do non mutant. Sed prima opi. verior eſt: cum ſit commodius ſingulas cauſas ſingulis appellationibus diſtingui: vt. §. qui. mo. teſt. infir. §. alio autē modo. Itē quia poſtea dicit. Cæteræ vero, &c. & ita loquitur de pluribus excepta vna. In prima ergo vbi quæritur, an ſit liber vel ſeruus: dico quòd ſiue ſeruus agat cōtra dominū, dicens ſe eſſe liberum: ſiue econtra dominus contra ſeruum: & ſeruus ſit in poſſeſſione libertatis: quod hæc actio in rem, quæ intenditur, eſt præiudicialis: v. ff. de lib. cau. l. liberis. §. fin. Item dico ſiue patronus vendicet libertum in libertinitatē, ſiue libertus ſe vendicet in ingenuitatem: vtraque eſt præiudicialis: vt. ff. ſi ingen. eſſe dica. l. fin. in princi. & §. fin. Intēditur etiam hoc caſu officium iudicis

vt.ff.de iureiur.l.ſi duo patr.in prin.&.ff. ſi lib.inge.eſſe dica.l.j.&.ij.&.de rei ven. l.j.§.j. Idem dicas in tertiam: vt ſiue agat pater petendo filium io filiatiooem, vel filius dicat ſe non filium:erit præiudicialis & directa hinciode. Sed quidam dixerunt, quod directa datur patrono, pareoti,& domino: ſed illa quæ datur liberto, filio,& ſeruo eſt contraria:quod nulla lege cautum inuenitur: licet aliæ quædam inueniantur directæ & contrariæ, vt mādati.depoſiti, & ſimiles. Sed qualiter formantur libelli in his? Reſp.ſic. Peto Ioā. in filium meum iudicari.vt mihi patri debitam præſtet reuerentiam, & alia quæ patribus à filijs debentur. & idem in patrono:& ex tunc lata ſententia, alimenta patri & patrono præſtabūtur:vt.ff.de lib. agnoſc.l.ſi quis à liberis.in princ.§.ſolēt. quia ſententia pro veritate accipitur:vt. ff.de ſtat.homi.l. ingenuum. Et probatur hæc libelli formatio. C.de fideicommiſſ. l.j. In ſeruo & domino ſic. Peto in ſeruū meum talem pronunciari:quia eū meum dico. Econtra ſeruus, vel libertus, vel filius dicet, Peto me non inquietari à Titio, qui me in ſeruum vel libertū vel filium tenet: quia me tali vinculo nō ſubeſſe dico:vt. C.de ing.ma.l.diffamari. Vel ſic, Peto vt ingeouus vel liber. vel oon filius pronuncier contra Titium:quia ſic ſe rei veritas habet. Et differt hæc ab ea, qua petit pater filium in poteſtatem ex iure Romano: cum ibi tantum de poteſtate quæratur, hic autem de filiatione. vt.ff.de rei vend.l.j.§.j.& hic dicitur. Itē hæc prætoria, vt hic: illa ciuilis. Quibus autem modis filius poſsit peti, diximus ſ.de pat.pot.§.ius autem poteſtatis. Itē quare dicuntur præiudiciales? Reſponde ſecundū quoſdā:quia in modū exceptionis proponūtur,& ita præiudicāt:vt ſi agas contra me hæreditatis petitione. & ego obiiciam tibi, quod ſis ſeruus defuncti, vel quia ipſe defunctus ſeruus fuit:vt.ff.de pet.hær.l.ſi quis libertatem. tunc non eſſet lis inter nos:vt.ff.de iud.l. lis nulla.&.ſ.de ob.quæ ex delic.§.ij.qui etiā facit pro hac ſentētia.C.de ord.cog. l.j.& de pet.hær.l.lib.&.ff.ſi quis ingenu' eſſe dicatur.l. fin. Alij dixerunt ideo dici præiudiciales: quia ſententia lata ſuper his fit præiudiciū omnibus aliis quæſtionibus: vt.ff.de ſtatu hom.l. ingen. &.ff.de lib.agn.l.j.§.fin.&.l.ij. Sed certe ſecūdum hoc etiā querela inofficioſi teſtamenti dicitur præiudicialis·quia præiudicat alijs quæſtionibus: vt.ff.de inoff.teſt. l.Pap.§. fi. Sed contra hanc ſententiā eſt.ff.de lib. cauſa.l.ſi ſeruus. Sed ibi non fuit pronūtiatus ingenuus, vel colluſio ibi fuit. Vel dic ſecundū Ioannē, quod præiudiciales ideo dicuntur·quia omnes aliæ quæſtiones, quæ interim ioter eas perſonas mouentur, debent ſilere:vt. C.de ord.cog.l.j. & iij.&.ff:de lib.cauſa.l.ord.& ad hoc facit optime.ff.de noxa.l.penul.§.reſp. Niſi eſſet talis cauſa, quæ agereiur. etiā ſi cōſtaret eum eſſe ſeruum, quod eſt quandoque:vt.ff.de iud.l.vix. Sed ſecundum hoc cum quæritur inter patronū & libertum de libertinitate: no eſt hæc quæſtio præiudicialis, cum aliæ quæſtiones interim inter eos poſsint exerceri, venia tamen petita:vt ſupra eodē.§.& in eum. Sed dic quod illæ quæſtiones quieſcunt, quæ nō competerent, ſi conſtaret eum eſſe libertum. vt.ff.de in ius voc.l.ſed ſi hac.§.pen. & l.fi. Item quid ſi nulla alia quæſtio mouetur:nonne tunc iſtæ dicuntur præiudiciales, cum non habeant cui præiudicēt? Azo dicit quod non. Sed Ioan.contra. Inſpicitur enim aptitudo: quia habilis eſt eſſe præiudicialis, ſicut Auguſtus dicitur, licet nō ſemper augeat:vt.ſ.in tit. proœmij. Item nunquid ſunt plures præiudiciales, niſi tres? Reſpō.ſic: vt hæreditatis petitio. Nam & tunc ceſſant omnes aliæ quæſtiones, donec iſta intenditur: vt.ff. de pet.hær.l.ſi quis lib.&.l.diuus.in fin.l. licet hodie contrarium ſit, vt.C.de petit. hær.l.ſi §.j.& ij. Item quo iure adſcriptitij, coloni, cenſiti, & ſimiles petuntur? Reſp. vtili præiudiciali nō directa.& ipſi coloni ſi petunt in libertatem contraria præiudiciali vtili non directa. Ideo vtili: q a liberi ſunt nō ſerui:vt in auth.de ſāctiſsimis epiſc.§.adſcri.&.§.ſi ſeruus.collat.ix. Itē ideo præiudiciali: quia parū à ſeruis diſtant quo ad ſeruitia, quæ facere debēt:vt.C.de agricol. & cenſit.l.ne diutius.libr.xj. Sed alii dicunt, quod officio iudicis petūtur & petunt: vt.C.in quibus cauſis coloni, cenſi.domi.accuſare poſſ.l. j.lib.xj. Sed certe officiū iudicis non pōt locū habere ad futuras præſtationes: vt. ff.de vſu.l.j. Alij dixerunt habere locum negatoriā & confeſſoriā vtilē: quæ datur directa ī ſeruitutibus alijs. vtilis hic detur:qd nihil eſt. Itē ſi qs ad aliqua annua ſeruitia teneatur: quo iure petitur, vt condēnetur, vt præſtet in poſterū, & ipſe quo iure petit abſolui? Reſp.ſatis puto, quod iudicis officio hoc fiat: ſiue promiſſa fuerint hæc ſeruitia, ſiue ex cōſuetudine debeantur hæc ſeruitia, ſiue ipſa præſtita longo tempore ex promiſsione petuntur:vt. ff. de vſur.l.cum de in rem verſo. quæ promiſſio probabitur ex longo vſu, vt ibi.

A D D. *Et nota, quod verba ſententia, Condēno te ad ſoluendum par caponū tali domino omni anno, ſecūdū quod tui anteceſſores fecere: nullam penitus conditionem faciunt. ſed condemnatus ſimpliciter tenetur: vt per Bartolū. in.l. cum qui.§.Iulianus. ff. de conſtitu. pecu. & in extrauagant, ad reprimendam. in verſicu.prom.*

agnoſcendo. Ex quibus [a] ferè [b] vna illa legitimam [c] cauſam habet, per quam quæritur, an aliquis liber ſit [d]: cæteræ ex ipſius Prætoris iuriſdictione ſubſtātiam capiunt.

¶Actione perſonali rem ſuam nemo dominus proſequitur: niſi quis forte à fure, ipſius odio, rem ſuam condicat.

a ¶*Ex quibus.* ſc. tribus præiudicialibut quæſtionibus.

b ¶*Fere.* fere ideo dicit, quia in ciuilibus quæſtionibus quatuor conſiderantur. ſ. actor, reut, iudex & ipſa ret. Hic autē eſt idem qui conuenit & conuenitur, & ret. Vel ideo quia prætor introduxit de partu agnoſcendo, & à ſenatuſconſulto confirmatur.

e ¶*Legitimam.* ſc. de iure ciuili.

d ¶*Liber ſit.* ſubaudi vel ſeruus.

¶*Sic itaque.* Aduerte diligēter quod hic. §. difficilis ſic clare poteſt ſummari. Actor pro re ſua non poteſt intentare actionem perſonalē ad dandum contra aliquot, niſi contra furet: contra quot omnis condictio degenerat. Sic declaro: quia condictio non competit, niſi quando dominium eſt tranſlatum. ſed in furem dominium rei ſubtractæ non tranſfertur: & tamen condictione furtiua ipſe tenetur. igitur condictio degenerat. Et ex hoc habes, quod nemo poteſt cōdicere rē ſuam præterquā à fure. Vel ſic & clariſſime ſūmatur. Qui debet intentare actionē realem, non poteſt intentare perſonalem: cū ſint diſtinctæ. hoc dicit. Et diuiditur iſte. §. principaliter in tres partes. Primo ponit regulam generalem illatiuam ex præcedentibus, ſecundum glo. ſed ſecundum doct. epilogatiuā Secundo ponit vnā fallentiam. ibi, Plane. Tertio naturam actionum realium & perſonalium. & earū differentiat: ibi, Appellamus. Itē prima ſubdiuiditur: quia primo ponitur quædā illatio ſeu epilogatio, ex ſupradictis. Secūdo ponit rationet. Secunda ibi, Nec enim.

CASVS. Inter omnes principales diuiſionet actionum, hæc principalior eſt. ſ. ꝙ actionet aut ſunt in rem, aut in perſonam. Hæc enim diuiſio locū habet in iure ciuili, & in iure prætorio. Cum igitur ſuperius dictū ſit, ꝙ actionet quædā ſunt in rem, & quædam in perſonam: & etiam quædam ſunt reales, & quædam perſonales, & hoc ſiue ſint ciuilet, ſiue prætoriæ: ſic itaque diſcretis & diuiſis actionibus. ſ. quòd quædam ſunt in rem, & quædā ſunt in perſonā, neceſſarium eſt naturā vtriuſque videre. Natura autem actionis realit eſt, vt per eā petat aliquit rem ſuā ſibi reſtitui. Iſta autē natura realis non tāgitur hic, niſi in fi. §. quaſi incidenter: vt ibi dicitur qualit ſit aduerſut eos hæc in rem actio, per quam aliquis rem ſuam petat. Natura autem actionis perſonalis eſt, vt per eā petat quit rem alienam ſibi dari. Certum eſt ergo aliquē non poſſe petere rem ſuam actionem perſonalē. per quam perſonalē dicat aduerſariū dare oportere, quia quod meū eſt, meū amplius fieri non poteſt. ſed dare, eſt accipientis facere: quare non poteſt agere aliquit ad rem ſuam petendā actione perſonali: quia intēdit aduerſariū ſuum dare oportere: hoc verum eſt communiter loquendo: in quibuſdam tamen caſibus poſſum petere rem meam per actionem perſonalem, vt patet in condictione furtiua. quanquam enim hoc regulariter ſit verū, quòd actione perſonali non poſſit quit rē ſuam petere: in odium tamen furti eſt ſtatutum contrarium in hoc caſu: vt. ſ. contra fures actio ad petitionē, dupli. ſi quidem ſit furtum non manifeſtum: vel ad quadruplum ſi ſit manifeſtum: competat domino ad rem ſuam recuperandam cōdictio furti: quæ eſt perſonalis actio: non obſtante, quòd dominut rei eſt: & eam poteſt vendicare. Fran.

Libellus in condictione certi generalis.

¶Hic tangitur de condictione, & primo dicendum eſt, quòd eſt quædam cōdictio certi generalit, quæ datur pro omni eo quod debetur: vt. ff. ſi cer. pet. l. certi. & in ea forma ſic lib. dico ego t. contra l, quòd ipſe mihi debet equum ex cauſa empt. vnde proponendo contra ipſum condic. certi, peto eūdem l, ad traditionem equi ex cauſa præmiſſa mihi condemnari. Eodem modo forma lib. in iſta generali condict. ſi ex aliqua alia cauſa tibi certum debeatur.

Libellus in condictione certi ſpecialis.

¶ Item ſunt aliæ condit. ſpeciales: vt condictio certi ex mutuo: condict. certi ex ſtipula. condi. indebi. ſine cauſa, & ſimilet, in quibus formatur lib. ſicut in generali condictione. ſed tantummodo in cōdictionibus generalibus aſſignatur cauſa: quia alicui non datur aliqua condictio ex re ſua, ſed tantum pro eo, quod debetur ex cauſa alia, niſi ex cauſa furtiua. Illa enim pro re ſua tantummodo datur contra furem, & eius hæredem: & eſt ſpeciale in ea, vt pluribut act. teneatur fur: vt in hoc. §. ſic itaque. vt. ff. vſufruct. quemad. ca. l. ſi.

¶Sic itaque[a] diſcretis actionibus, certum eſt, non poſſe actorẽ ſuam rem ita ab aliquo petere, SI APPARET eum dare oportere. Nec enim quod actoris eſt, id ei dari oportet[b]: ſcilicet quia dari cuiquam id intelligitur, quod ita datur, vt eius fiat: nec res, quæ iam actoris eſt, magis[c] eius fieri poteſt. Planè odio[d] furum, quò magis pluribus actionibus teneantur, effectũ eſt, vt extra pœnam dupli, aut quadrupli, rei recipiendæ nomine fures, etiam hac actione teneantur, SI APPARET[e] eos dare oportere, quamuis ſit aduerſus eos etiam hæc in rẽ a-

Adde ad dandũ & ad tradendum differ.

a ¶*Sic itaque*. formatur hoc itaq; ex illa diuiſione, quæ fit. s. eod. §. j. q. d. dictũ eſt, quæ ſunt in rem actiones. & quæ in perſonam: itaque ſic eis diſcretis i. ſeparatis & diuiſis, patet quod hæc regula eſt vera: quia perſonalis actio, quæ competit ad dandum, non cõpetit pro re ſua alicui, vt hic. Ideo dixi, ad dandũ: quia ad tradendum bene poteſt dari actio perſonalis: vt commodati. depoſiti, & ſimiles. & ita eſt vis inter dare & tradere. vt hic ſubijcit: &. ff. de act. empt. l. ex empto. in princ. &. ff. de verb. obl. l. vbi autẽ. in fi. & l. ſi re trad. & l. nemo. & quod ſubiicit, ſi apparet, i. quia apparet eũ dare oportere, & ita agitur in perſonam. vt aliquid detur. Sed quidã dicũt, vt P. quod hæc verba, ſi apparet eum dare oportere, ſunt nomina cuiuſdam actionis. Accur.

ADDITIO. *Dic quod iſtud quod hic dicit gloſ. ſecundũ Pla nihil eſt dictu, ſed text. vult dicere, ſi apparet. i. ſi agas dare oportere: quia medium concludendi nõ debet eſſe iſtud. ſed ad tradendũ vel conſtituendũ: vt dicit gloſſ.. Ang.*

Dare eſt accipiẽtis facere.

b ¶*Oportet*. i. oportet quod non detur. eſt enim impoſſibile quod detur, vt ſubijcit. quia dare eſt accipientis facere: vt ſubijcit. nec res quæ, &c.

ADD. *Quod ait* SI APPARET, *formula eſt iudicii à Prætore iudici præſcripta. Prætor enim de facto non cognoſcebat. ſed iudicem Recuperatores ve dabat, qui cognoſcerẽt. Cicero pro Q. Roſcio. Quid eſt in iudicium? directum, aſperũ. ſimplex.* SI APPARET *ſeſtertium quinquaginta millia dari oportere, ſic enim legendum eſſe docuit. Hot. in ſuis in illam Orat. cõm. Item in Diuin. Iudiciũ dat ſtatim. Si paret eam ſe & ſua Veneris eſſe dixiſſe. Item Verrina. §. Si paret aduerſus edictum feciſſe, &c. Sed hæc formula non dabatur niſi in iudiciis ſtricti iuris: vt Hoto. hic docuit, & in. §. actionum. ac præterea in d. orat. pro Q. Roſcio, quæ Oratio legi debet ab eo qui hãc materiã cupit intelligere. Dicebant etiã* SI PARET: *vt Ver. iiij. Si paret fundum Capenatem, quo de agitur, ex iure Quiritium P. Seruilij eſſe, &c. ſic enim legendum ibidem Hotom. docuit ex titulis Vlpiani.*

Meum amplius meũ fieri nõ poteſt.

c ¶*Magis*. Sed opponitur, pluries deberi poteſt. vt. ff. de exc. rei iud. l. & an eadẽ. §. act. in fi. §. ergo pluries dominium poteſt fieri meũ. Sed non ſequitur. nam licet pluries debeatur: tamen ſemel facta ſua non debet plus fieri ſua: vt ibidẽ dicitur, &. ff. de acqu. poſſ. l. iij. §. ex pluribus. & s. de le. §. ſed & ſi rem legatarij. niſi iterũ deſineret eſſe ſua: vt. ff. de verb. obl. l. ſi rem meam.

d ¶*Plane odio*. Sed in quo vertitur iſtud odiũ? Reſ. quia in condic. furtiua quis de facto infamatur apud bonos & graues viros: vt. ff. de obſe. à lib. & lib. l. honori. licet non infamia iuris: vt. ff. de act. & obl. l. ceſſat. ſed in rei vend. neque de facto, neque de iure infamatur. Itẽ multa veniũt in cõd. furtiua, quæ nõ veniũt in rei vẽd. vt quia interitu rei nõ liberatur: ſed in res vend. ſic. vt. ff. de cõd. fur. l. in re. & ideo malũ eſt furi, quod etiam hac actiõe teneatur. Itẽ ſicut poteſt alicui plures habere reos debitores, vt. ff. de lib. leg. l. ſi quis decedẽs. §. fi. & habere plures actio. vt. ff de. leg. ij. l. cũ filius. §. varijs. ita econtra debet ei nocere, ſi pluribus teneatur actionibus, licet etiã nulla alia ſit vtilitas. Itẽ nunquid vna tollitur per aliam? Dic quod ſic: vt. ff. de condict. fur. l. ſi pro fure. §. furti. Accurſius.

e ¶*Si appareat*. i. quia apparet eos, &c. i. dicere. actiõe in perſonã. Sed videtur hoc ſtare non poſſe: nã certũ eſt eum qui agit dominũ fuiſſe, ergo & nũc eſt: qui ſine facto ſuo dominiũ ab eo diſcedere non potuit: vt. ff. de reg. iu. l. id quod noſtrũ. & C. de pba. l. ſiue poſſit. ergo nõ poteſt agere, vt ſibi detur, quod eſt ſuũ, & tamẽ hic dicit quod ſic. Sed dic relationẽ eſſe faciendam ad genus, nõ ad ſpeciẽ. q. d. ea actione, per quã alias agitur ad dandum. ſc. perſonali, ſed hic non ad dandum intenditur. Et ita eſt mirabile, quod rem meã per perſonalem actionem peto reſtitui, alias contra: vt. ff quẽadm. vſufr. cau. l. fi. &. ff. de cõd. indebi. l. ſi vrb. Sed eſt ſpeciale, vt hic dicitur. Vel dic agi etiam ad dandum. ſ. poſſeſſionem dandam, quam amiſeram per furtum: vt. ff. de acqu. poſſ. l. rem quæ no-

bis &.ff.de cond.tri.l.ij.

…ctio[a], per quam rē ſuā quis eſſe petit.

¶ *Reales actiones ad vindicandum dātur: perſonales verò, quas etiam abuſiuè condictiones appellamus, ad dandū vel faciendum competunt.*

¶ Apellamus autem in rem quidem actiones, Vēdicationes[b]: in perſonam verò actiones, quibus[c] dare, aut facere oportere intenditur, Condictiones[d]. Condicere enim eſt denūtiare[e], priſca lingua: nūc verò abuſiuè[f] dicimus cōdictionem, actionem in perſonā eſſe, qua actor intendit dari ſibi oportere. Nulla enim hoc tēpore eo nomine denuntiatio fit.

a ¶ *In rem actio.* i. rei vendicatio, pro dominio de iure ciuili, vel gentium quæſito intenditur. vt. ff. de rei vendic. l. in rem actio. Item not. quod hic. §. locum habet in quolibet malæfidei poſſeſſore alienæ rei, non ſolū in fure: vt. ſ. de re. diui. §. ſi tamē. & ff. de cōd. tri. l. j. in fi. &. l. ij. in princ. Interdum etiam cōtra bonæ fidei poſſeſſorem datur condictio ratione poſſeſſionis: vt. ff. de cond. ind. l. in deb. §. ſed & ſi nummi. Sed nunquid etiam rem ſuam poteſt quis etiā a non fure per condictionem ſine cauſa condicere: vt. ff. de condict. ſine cau. per totum? Reſpond. ſecundum quoſdam, ibi dicitur cōdictio actio perſonalis: non tamen talis per quā intendatur, vt aliquid detur. Alij dicunt, ꝙ ſi alicubi inueniatur condictio ſine cauſa pro re ſua competere: de vtili intelligendum eſt.

ADDIT. *Dic ſecundum Ioann. Fabr. quod prima eſt verior. nam per eam non agit dominus ad dandum, niſi contra furem, ſupple & mala fidei poſſeſſorem, vt hic in gl. ad reſtituendum, vel forte ad poſſeſſionem agi debet, ſecundum Ang.*

¶ *Appellamus autem.* CASVS. Iam dicta eſt natura realium actionum & perſonalium: quia realis datur ad rem ſuam perſequendam, perſonalis autem ad debitum, Modo quia de realibus & perſonalibus dixerat actionibus dominus Iuſtinianus, ad vberiorem earum doctrinam, plus de illis in litera præſēti determinat, & dicit, quod appellamus actiones in rē, vendicationes. & ideo vbi in. C. &. ff tractatur de realibus actionibus, ab illis, qui erant legum compoſitores, intitulatur titulus De rei vendicatione. Actiones autem in perſonam, quibus dare vel facere oportere aliquid intendimus vocamus condictiones. Et ita omnes actiones perſonales de mundo condictiones poſſunt dici. & hoc erat olim conſonum effectui actionis in perſonam: ſed hodie non eſt ita. In actionibus enim perſonalibus olim fiebant denuntiationes, quæ fiebant per verba ſolennia in actione perſonali tantum, & quicunque cadebat à ſyllaba cadebat à cauſa. Alijs modis exponitur iſta denuntiatio in notula. Sed hodie ceſſant iſtæ denuntiationes: & propterea vocantur abuſiue actiones in perſonam. h. d. Franc.

b ¶ *Vendicationes.* ſiue rerū corporalium, de quibus eſt C. de rei vend. per totū. & . ff. de rei vēd. per totum. ſiue rerum incorporalium, de quibus eſt. ff. ſi vſusfruc. petat. p totū. &. ff. ſi ſer. vēd. per totum. ſiue ſint indirectæ, ſiue vtiles iſtæ vēdicationes. vt. ff. de publ. per totum. &. ff. ſi ager vectig. per totum.

c ¶ *Quibus.* ideo dicit quibus, quia ſūt & aliæ, quibus non intendamus dare facere. ſed reſtitui: vt commodati actio, & depoſiti, & ſimiles, & iſtæ non appellantur cōdictiones in ſtricta ſignificatione accepto vocabulo, vt hic dicitur. Vel dic, quòd etiam in actione commodati & depoſiti, & ſimilibus intenditur dari, vel fieri. ſcilicet ipſa detentio rei, quaſi ipſum factū poſsit quis in ſtipulationem deducere. vt. ff. de verb. obl l. vbi autem non apparet. §. quid. quod nō fieret, niſi aliquid daretur. cum ſuæ rei nulla ſit ſtipulatio, ſed alienæ tantum: vt. ſ. de inutilibus ſtipulationibus. §. j.

d ¶ *Condictiones.* ſ. appellamus.

e ¶ *Denuntiare* Dicunt quidam, quod qui volebant alium conuenire, primo ſibi denuntiare debebant: vt. arg. ff. de ſeru. vrb. præd. l. quidam. Sed hoc non placet: quia ex voluntate, aut bonitate, vel vrbanitate hoc fit, non neceſsitate. Sed dic, ꝙ hæc denuntiatio fiebat per magiſtratus, cum actiones conſtituebant vel dabant: vt. ff. de orig. iur. l. ij. §. omnium, quod eſt hodie ſublatum, vt in fine huius. §. dicitur. &. C. de for. l. j. & ij.

f ¶ *Abuſiue.* vere abuſiue dicitur condictio. Id eſt, actio in perſonam, quia non bene conſonat nomen rei, quam ſignat: quod fieri debet, vt ſupra de donation. §. eſt & aliud.

¶ *Sequens.* Iſte. §. vſque ad. §. Quædam. diuiditur in duas partes. Primo, ponit vnam ſententiam principalium actionū. Secundo declarat eam per exempla. Secunda ibi, Rei perſequendæ.

¶Nunc tertiam actionum diuiſionẽ exorditur Iuſtinianus, ſcilicet quòd quædam rei perſecutoriæ ſunt, quædam pœnales, quædam miſtam cauſam habentes. Perſecutoriæ rei dicuntur, quæ eius rei quæ nobis abeſt, & alteri adeſt, perſequendæ cauſa comparatæ ſunt: ideo omnes & reales, & perſonales ex contractu, dempta depoſiti actione in quatuor caſibus, rei perſecutoriæ ſunt. Pœnales quibus meram pœnam perſequimur: vt actio furti: & id genus aliæ. Miſtæ, quæ tam pœnæ, quã rei perſequendæ cauſa inſtitutæ ſunt, hoc eſt, in quibus rei perſecutio in pœna continetur: vt vi bono. rapto. l. Aquil. & ea quæ inficiendo creſcunt.

¶Sequens [a] illa diuiſio eſt, quòd quædam actiones rei perſequendæ gratia comparatæ [b] ſunt, quædam pœnæ perſequendæ, quædam miſtæ [c] ſunt.

¶Rei perſecutoriæ ſunt omnes in rem actiones, & etiam in perſona ex contractu deſcendentes, excepta depoſiti actione, quæ in quatuor caſibus miſta eſt. Ange.

CASVS. Dicit gloſſator & male, quod hic ponitur quarta diuiſio. Si enim loquamur de principalibus diuiſionibus, quæ tradũtur à prædeceſſoribus noſtris, non eſt niſi tertia principalis. Prima enim fuit hæc, Actionũ quædam ſunt in rem, & quædã in perſonam. Secunda fuit hæc, Actionũ quædam ſunt ciuiles, & quędam prætoriæ. Tertia autem principalis eſt diuiſio iſta. Cõnumerando autem ſubdiuiſiones præhabitas cum principalibus diuiſionibus, hæc eſt quarta diuiſio. Prima enĩ fuit hæc quod omnis actio aut eſt in rem, aut in perſonam. Secunda hæc eſt, omnis actio aut eſt ciuilis, aut eſt prætoria. Tertia hæc eſt, prætoriarũ alia in rem, alia in perſonam. Quarta hæc eſt, omnis actio perſonalis prætoria, aut eſt pœnalis, aut non pœnalis. Quinta eſt, prætoria in rem, aut eſt præiudicialis, aut non præiudicialis. Et hæc, de qua agimus in præſenti, eſt ſexta. Supponendo ergo ꝙ ſit tertia diuiſio principalis, venio ad cauſam, in hunc modum: Poſt duas diuiſiones principales de quibus ſupra dictum eſt, ponit hic Iuſtinianus tertiam diuiſionem principalem: & eſt talis diuiſio, Inter omnes actiones de mundo, quædam ſunt inuentæ cauſa rei perſequendæ, & quædam cauſa perſequendæ pœnæ, & quædam miſtæ, tam gratia rei perſequendæ, quam pœnæ. Rei perſequẽdæ cauſa inuentæ ſunt omnes reales actiones, & fere omnes perſonales, quæ ex cõtractibus naſcuntur, veluti cum aliquis pecuniam mutuam vel ex ſtipulatum deductam petit. & de hoc etiam poteſt haberi exemplum in commodato, & mandato, etiã pro ſocio, & in actione ex empto & vendito, & locato & conducto. Perſonales, quæ ex contractibus naſcuntur: ideo dixit, ad differentiam illarum, quæ ex delictis naſcuntur. Fere autem ideo dixi, propter quandam actionem perſonalẽ quæ ex contractu procedit, & tamẽ in quatuor caſibus eſt perſecutoria rei & pœnæ. Hæc autẽ eſt actio depoſiti. Si enĩ rem meam penes te depoſuerim cauſa incẽdij vel ruinæ, vel tumultus vel naufragij, & poſtea non vis mihi eam reſtituere, vel dolũ in ea feceris: conueniri poteſ in duplũ. hoc dicit. Videtur, quod iſta diuiſio ſit eadẽ cum diuiſione ſuperius habita, quæ eſt, ꝙ actionum prætoriarum perſonalium quędam eſt non pœnalis, & quædam pœnalis. Frater, non eſt eadem. Hæc enim diuiſio eſt in contractu ciuiliũ. vnde hic dicitur, quod ciuiles quædam ſunt pœnales, & quædam non. Prior autem fuit in contractu prætoriarum, & ſic non eſt vna & eadem cum altera. Item ſcire debes, quod actiones miſtæ dicuntur duobus modis. Vno modo dicitur actio miſta, quæ continet rem & pœnam, & de tali miſtione loquitur hic. Alia enĩ miſtura eſt, quod quædam actiones dicũtur miſtæ, quia ſunt in rem & in perſonam. Et de illa miſtione habes infra eodem. §. quædam. hoc dicit. Franciſcus.

a ¶*Sequens.* Hæc eſt tertia diuiſio actionum in hoc titulo. Accurſius.

b ¶*Comparata.* id eſt, adinuentæ.

c ¶*Miſta.* Sed nonne quædam ſunt, quæ nullum horum habent? vt ſi ago ne quid fiat in loco ſacro, vel ſancto: vel ſi factum eſt, vt tollatur: & aliæ ſimiles, quæ neque ad rem, neque ad pœnam, neque miſtim ſe habent. ſed vel ad rei reuerentiam, vel

ad

ad publicam vtilitatem datur? Reſpōd. ſatis ad rei perſecutionem: ſcilicet diuinæ vel reipublicæ pertinent, cuius nomine agere videor, vel etiam meo nomine, cum cuiuslibet interſit Deum venerari, vt C.de hære. l.iiij. Accurſi.

¶Rei perſequendæ cauſa compa-

¶Rei perſequenda. Iſte.§.diuiditur in quinque partes. Nam primo ponit de actionibus rei perſecutoriis. Secūdo de actionibus mixtis ex contractu deſcendentibus. Tertio ponit vnam regulā vel ſummulam in actionibus ex maleficio deſcendentibus. Quarto illud per exēpla declarat. Primo ponendo de actionibus pœnalibus. Secūdo de actionibus mixtis. Secunda principalis eſt in verſi. plane. Tertia in.§.ex maleficiis. Quarta in.§. pœnam. Quinta in verſi.ſed & legis.

¶Libellus in actione ex ſtipulatu.

¶Hic tangitur de actione ex ſtipulatu: & hæc datur, quando aliquid incertum promittitur: vt ſupra de verbo.obli.in prin. & formatur ſic libel. Dico ego a, contra b, ꝙ ipſe promiſit mihi facere domū per ſtipulationem, & quia non fecit, propono contra ipſum actio.ex ſtipulatu, & peto ipſum ad intereſſe meū (quod æſtimo decē) mihi condēnari. Iſtius libelli formatio poteſt elici ex.l.ſi quis ab alio. §. ſi quis. ff.de re iudi. Et licet nomen act. non ponatur in libello. ſufficit tamen ponere cauſam hanc, ſcilicet: quia domum per ſtipulationem mihi facere promiſit, & non fecit.

¶Libellus in actione commodati.

¶Item in actione cōmodati. de qua hic, formatur ſic libellus: Dico ego m, contra a, ꝙ ego accommodaui ſibi codicē meū ad ſcribendum: vnde propono act. commodati contra eum, finito vſu ad quem codex fuit accommodatus: & peto eundem a. ad reſtitutionem codicis mihi cōdemnari. Et erit cauſa in iſta actio. quā ſufficit proponere, hæc: Quia accommodaui ſibi codicem meum ad ſcribendum: & vſus finitus eſt.

¶Libellus in actione depoſiti.

¶Item in actione depoſiti, de qua etiam hic formatur ſic libellus. Dico ego t, contra l, quod ego depoſui penes eum Digeſtum meum, vnde proponendo contra eundem l. actio. depoſiti, peto ipſum ad reſtitutionem Digeſti mei mihi condemnari: & erit cauſa in iſta act. quam ſufficit proponere, talis, quia depoſui. Et aduerte quod datur in ſimplum act. depoſiti, niſi in his caſibus, ſcilicet quando depoſitum eſt cauſa incendij, tumultus, ruinæ, & naufragij: in quibus caſibus ſi depoſitarius inficietur, tenetur ad duplum. vt hic, in verſi. plane. & ff. depo. l. j. Et formatur ſic libellus: Propono ego l, contra t, quod ego ob timorem incendij Digeſtum meum apud ipſum depoſui. & quia inficiatur depoſitum, proponendo contra ipſum actio. depoſiti: peto eundem t, mihi in duplum cōdemnari. Et erit cauſa in hac act. quia depoſui apud ipſum rem, & ipſe inficiatus eſt. Item eodem modo forma libellum, quando petitur in aliis quatuor caſibus, ſcilicet quando cauſa tumultus, incendij, ruinæ, & naufragij, depoſitum eſt.

¶Libellus in actione mandati.

¶Item in actione mandati, de qua etiam hic formatur ſic libellus: Dico ego t, contra s, quod ego ſibi mandaui, vt emeret mihi equum, & ille ſuſcepit mandatum, ſed illud non impleuit: propter quod dānificatus ſum ad valorem decem librarum. & tantum æſtimo intereſſe meum: vnde proponendo cōtra ipſum actio. mādati, peto eundem s, in decem libras nomine intereſſe mihi condemnari. Iſta enī actio tunc demum competit, quando recipit intereſſe, ad intereſſe enim datur: vt ff. mandati. l. ſi procuratorem. §. mandati actio.

¶Libellus in actione pro ſocio.

¶Eſt & actio pro ſocio, de qua etiam in hoc. §. & habet locum quando ſocietas inter aliquos contrahitur conſenſu: vt ff. pro ſoc. l. vt ſit. & naſcitur finita ſocietate: vt C. eo. l. tandiu. & formatur libellus ſic, Dico ego t, quod s, & ego iniuimus ſocietatem emendi vinum vſque ad centum libras: vnde cum ipſe ſocius nomine ſocietatis tantum de vino emerit, peto partem vini deducto capitali mihi adiudicari, & ad reſtitutionem dictæ partis ipſum mihi condemnari. Et erit cauſa in iſta actione talis: quia contraximus ſocietatem. & ſimiliter datur propter dolū vel culpam ſocij: vt ff. pro ſocio. l. nemo, & l. ſeq. & C. eodem. l. iiij.

¶Libellus in actione ex empto.

¶Itē etiam hic agitur de actione ex empto: in qua ſic forma libellum: Dico ego t, contra s, ꝙ ego emi equum ab eo pro decē libris, vnde proponendo contra ipſum actio. ex empto, peto eūdem ad reſtitutionem equi mihi condemnari, Et

parte autem venditoris petitur ſic: Dico ego s, contra t, quod ipſe debet mihi decem ex venditione talis equi, quem ſibi vendidi & tradidi: vnde proponendo contra ipſum act. ex vendito, peto ipſum t, in illis decem libris mihi cõdemnari. Et erit cauſa in hac actio talis: Quia vẽdidi & tradidi.

¶ Libellus in actione locati.

¶ Eſt & finaliter actio locati, de qua hic: in qua ſic forma libellum: Dico ego b, cõtra c, quod egò locaui ſibi domum talẽ vſque ad annum pro mercede decem librarum conſtituta mihi, & promiſſa ab eodem c. vnde proponendo contra ipſum actio. locati, peto ipſum in decem libras mihi condemnari. Et econtra conductor proponet hoc modo: Dico ego c. contra b, ꝙ ego conduxi talem domum ab eo pro mercede decem librarũ ſibi promiſſarum: vnde proponendo contra ipſum actio. ex conducto, peto eundem b, vt domum conductam ad habitãdum mihi tradat condemnari.

ratæ ſunt omnes in rem actiones [a]. Earum verò actionũ, quæ in perſonam ſunt: eæ quidem, quæ ex contractu naſcuntur, ferè [b] omnes rei perſequendæ cauſa comparatæ videntur: veluti quibus mutuam pecuniam, vel in ſtipulatum deductam petit actor [c]: item commodati, depoſiti, mandati, pro ſocio, ex empto, vendito, locato, conducto [d]. Planè, ſi depoſiti agatur eo nomine, quod tumultus, incendij, ruinæ, naufragij cauſa depoſitum ſit, in duplum [e] actionem

Hic tangitur de actione Quod metus cauſa, & illa datur cōtra eum, qui metum intulit, & contra quemlibet poſſeſſorem: vt ff. quod met. cau. l. ſi cum exceptio. §. in hac act. In qua ſic forma li. Dico ego Titius cōtra Semproniū quod ipſe detinet rem mihi per metum ablatā: vnde propo nendo actiō. Quod metus cauſa contra ipſum, peto eundem ad reſtitutionem rei mihi condemnari. Et tunc iudex condemnabit eum ad reſtitutionem rei, & ſi reſtituere non vult petetur ab eo quadruplum, in quo quadruplo ipſa res continetur: vt ff. quod met. cau. l. ſi cum exceptione. §. hæc autem actio. & tunc forma hoc modo libellū: Dico ego Titius cōtra Semproniū, quod ipſe rem mihi per metum ablatam detinens, illā nō vult reſtituere licet ſit ſuper hoc condemnatus: vnde ꝓponendo contra ipſum actionē, Quod metus cauſa, peto ipſum in quadruplū. i. ad rei reſtitutionem, & in triplū nomine pœnæ mihi condemnari. Et aduerte, quod ſi vult reſtituere ante ſententiam, liberabitur à pœna tripli, vt in hoc §. item actio. Et erit cauſa in hac actione quam proponere ſufficit, hæc ſ. Vnde cum per metum res iſta ſit mihi ablata peto &c. Et datur hæc actio vſque ad annum tantum in quadruplum, poſt annum vero in ſimplum: vt ff. quod metus cauſa. l. ſi cum exceptione. §. j. & ij.

a ¶ *Simul.* caute ponit illud ſimul, id eſt, vna cum eis de quibus alias dixit: vt ꝫ. eodem. §. quadrupli,

b ¶ *Reſtituat.* vſque ad definitiuam ſententiam, quod intellige de ſecunda ſententia. Nā in actione Quod metus cauſa, duæ feruntur ſententiæ. Prima de reſtituēda re: Alia de dādo quadruplo, & computando in eo: vt ff. quod metus cauſa. lege ſi cum exceptione. §. hæc autem. Sed nunquid vtraque eſt definitiua? Dic quod ſic: quia vtraq; definit controuerſiam: vt ff. de re iud. l. j. Alij eſſe dicunt admonitionē quādam primam ſententiam: vt in authenti. de hæredib. & Falcid. & §. ſi quis autē non. col. j. & ex eo, quod per primam ſententiam admonetur, & tandiu expectatur, quod metum intulit, dicitur hęc actio arbitraria: vt infrà eodem. §. præterea.

c ¶ *Abſoluatur.* ſcilicet à præſtatione quadrupli.

d ¶ *In cæteris caſibus.* qui enumerantur. ꝫ. eo. §. quadrupli. Accur.

¶ *Actionū.* Diuiditur in tres partes. Nam primo ponit regulam generalem. Secundo in ſpecie ponit, quæ ſunt actiones bonæ fidei. Tertio, quod licet olim eſſet dubitatio, tamen hodie clarum eſt, quod petitio hæreditatis eſt bonæ fidei. Secunda ibi bonæ fidei. Tertia ibi, Quamuis. Aretinus.

CASVS. Actiones bonæ fidei, conciſa locutione dicuntur, pro Actiones in quibus additur formula EX BONA fide. veluti apud Cicero. lib. de off. 3. Quicquid ſibi dare facere oporteret ex bona fide. Quum enim aliquis empti, venditi, aut cęteris actionibus ageret. nō petebat certam ſummā, veluti centum millia: ſed Quantum æquius melius videretur iudici: vel, Quicquid ex fide bona dari oportet. quemadmodum ex Commentarijs Franciſc. Hotomani in hunc §. & præſertim in Orat. Ciceronis pro Q. Roſcio. planiſſimè intelligitur. itaque prætor permittebat iudici quem cauſæ cognitorem

dabat arbitrio ſuo ſtatuere, & tanti reum condemnare, quanti ex æquo & bono damnandus videretur: poteſtque actor aliquam ſummam nominare, ſed, vt ait Cicero, confitetur plus ſe petere, quam ſibi debeatur: ſed ſatis ſuperque habere dicit, quod ſibi ab arbitro tribuatur. Ea ergo Bonæ fidei iudicia ſiue arbitria ob eã cauſam appellantur. At in alijs cõtrouerſijs petitor certam ſummam debet petere: atq; ita certam vt qui l. millia petierit niſi planũ fecerit ea omnia ad libellam ſibi deberi, cauſam perdat, etiã ſi vno tantum minus illi debeatur. Ad iudicium enim hoc animo venimus, vt totam litem aut obtineamus, aut amittamus, ſponſióq; fit in certam ſummam: & Prætor in anguſtiſsimam ſponſoris formulam iudicem cõcludit, eúmque ad eam aſtringit. vnde hęc iudicia cõciſa locutione dicta ſunt Stricti iuris. Cur autem hæc quàm illa potius, idem Hotomanus locis præallegatis expoſuit. Tu eum videto.

est & in furti manifeſti actione.

¶ Accipe quintam actionum ſectionem & quancunque hic enumeratam non inueneris, ſtricti iuris eam iudicato.

¶ Actionum autem quædam bonæ fidei ſunt, quædam ſtricti iuris. Bonæ fidei ſunt [a] hæ: ex empto, vendito, locato, conducto, negotiorum geſto-

¶ *Actionum.* Hæc eſt quinta diuiſio actionum. Sed quare actionum dicit, & non contractuum? Reſpon. quia generalius & plenius loquitur dicendo actionum, quã contractuum. Accurſius.

a ¶ *Bonæ fidei ſunt hæ.* ſcilicet xvij. actiones, quæ enumerãtur in hoc. §. & ſeq. bonæ fidei ſunt, aliæ autem omnes ſunt ſtricti iuris. Nam quancunque hic non inueniam, ſtricti iuris eam iudicabo: quia poſito vno de contrarijs, & omnia alia intelligenda ſunt: vt s. de his qui ſui vel alie. iur. ſunt. §. videamus. Sed quare magis hæ dicuntur bonæ fidei, quã aliæ: nunquid ideo: quia poſsit eſſe mala fides in alijs? Reſpond. non: quia in omni contractu debet bona fidei interuenire: vt de actio. & obli. l. bonam fidem. Imo ſi interueniat dolus in contractu bonæ fidei. qui det cauſam contractui, non valet ipſo iure: vt ff. de do. l. & elegãter. in prin. Sed in contractu ſtricti iuris purgatur per actionem vel per exceptionem doli: vt C. de inuti. ſtipu. l. dolo. Si vero incidit in contractum bonæ fidei purgatur per actionem ex eo contractu: vt ff. de actio. emp. & vendi. l. Iulianus. §. ſi venditor. Sed in ſtricti iuris de dolo agitur vel excipitur, vt dictũ eſt: vt ff. de dolo. l. & eleganter. §. non ſolum. & ff. de verborum obligat. l. ſi quis cum aliter. Cum ergo dolus vbique puniatur vel mala fides ad quid bonæ fi-

dei iſtæ dicuntur? Reſpond. aliæ ſtricti iuris dicuntur: quia non veniunt in eis, niſi quod ſtricte exigit natura actionis. Vnde non veniunt vſuræ ex mora in contractibus ſtricti iuris: vt ff. de nego. geſt. l. quia tantundem. & C. de vſu. l. iij. & de condi. in debi. l. j. ſed in cõtractibus bonæ fidei ſic: vt ff. de act. empt. l. Iul. §. ex vendito. & ff. de vſu. l. mora. §. in bonæ fidei. Item in actionibus ſtrictt iuris fructus non veniunt ex mora, ſi petam quod non fuit meum, niſi à tempore litis conteſtatæ: tunc enim incipiunt venire fruct⁹ ex mora. Sed ſi petam quod aliquãdo fuit meum, veniunt fructus ex mora: ſecus in bonæ fidei iudicijs: vt ff. de vſu. l. videamus. §. actionem. Item non venit intereſſe ſi rem dari. eſt in obligatione: ſecus ſi rem tradi vel factum: vt ff. de verborum obligatio. l. vbi autem. §. fina. & l. ſi fundum. & ff. de re iudic. l. ſi quis ab alio. §. finali. quæ veniunt in bonæ fidei iudicijs: vt ff. de action. empt. l. j. in princ. Iſta ergo omnia, quæ vicem obtinent acceſſionum, non veniunt in contractibus ſtricti iuris, niſi vt dictum eſt. Nec obſtat, quod veniunt, iſta in arb[illegible] ſunt ſtricti iuris: quia iudicis officio veniunt, non iure actionis: vt infra eodem. §. præterea. & §. ſed iſte. in fine. Sed in bonæ fidei iure actionis veniunt, præter vſuram, quæ venit ex mora officio iudicis. C. de depo. l. quarta. & ff. de nego. geſt. lege quia tantundem. Item in bonæ fidei iudicijs veniunt ea de quibus nec actum, nec cogitatum eſt, vt ruta cæſa, & ſimilia: vt ff. de actio. empt. lege fundi. § ſi ruta. & Codic. de actio. empt. & vendi. per totum. Item ex hoc. §. nota quandam differentiam circa compenſationem quam dic vt infrà eodem. §. in bonæ fidei. patet ergo, quod exuberantius & pinguius iudex officium ſuum ad ea quæ bonæ fidei ſunt extendit, quam in contractibus ſtricti iuris. & facit ſuprà de obligat. quæ ex conſenſu. in fin. & ideo dicuntur bonæ fidei, & aliæ ſtricti iuris, Vnde de talibus dantur tales verſus.

Empti, conducti, mandati depoſitiq;,
Pignoris, tiſcunda, communi pro ſocióq;.
Dotis & hæredis, tutela, commoda geſtor.
Præſcriptis verbis: ſi mutas, ſiue licetur,
Iſta bona fidei ſunt, ſtricti cætera iuris.

ADDITIO. *Vide gloſſ. fere ſimilem in c. cum venerabilis. extra de except.*

¶ Depoſi

rum, mandati, depoſiti a, pro ſocio b, tutelæ c, commodati, pignoratitia d, familiæ erciſcundæ e, communi diuidundo f, præſcriptis verbis quæ de æſtimato g proponitur, & ea h, quæ ex permutatione i com-

a ¶ *Depoſiti*. hanc actiooem dicuot quidam eſſe ſtricti iuris io quatuor caſibus qui enumerantur. ff. depo. l. j. §. j. Sed Ioā. contra. Et datur io duplum contra eum, qui depoſitum ſuſcepit, de eo, quod dolo fecit, ſed in hęredē deſuncti, ex dolo deſuncti, datur inſimplum: ſed hæres ex dolo ſuo tenetur in duplū: vt in d. §. j. alias ſemper tenetur io ſimplum, qui depoſitum ſuſcepit. Et eſt ratio, quare plus puoiatur io prædictis quatuor caſibus, qui enumerantur. ff. depo. quia grauius eſt fidem fallere ei, qui ex neceſſitate deponit, quā qui ex voluntate: vt d. l. j. ff. depo. §. merito. Sed nuoquid in his caſibus eſt bonæ fidei? Dicunt quidam quod noo: arg. ff. de præca. l. j. Nos contra: & dicimus quod ſit bonæ fidei. nam cum lex non diſtioguat, nec nos diſtinguere debemus.

b ¶ *Pro ſocio*. quæ eſt vtrique directa ab vtraq; parte: vt ĩ. de pœ. teme. litig. §. ex quibuſdam.

c ¶ *Tutelæ*. ſed cum iſtæ tam contrariæ quā directæ inueniantur, nunquid omnes ſunt bonæ fidei? Reſpon. ſic in dubio, cum fauor ſit extendendus: vt ff. de libe. & poſthu. l. cum quidam.

ADDI. *Not. quod actio tutelæ eſt bonæ fidei. & idem dicas in actione pro tutela directa & contraria: vtputa in eo, qui geſſit vt tutor, cum non eſſet: vt notat Barto. Dyn. & Bald. in l. j. §. pro tutore. ff. eod de eo, quo pro tuto. vel cura. neg. geſſit. Ange.*

d ¶ *Pignoratitia*. tam directa quæ debitori datur ſoluto debito. vt ĩ. quib. mod. re. contra. ob. §. fi. quam contraria, quę datur creditori: vt ff. de pig. actio. l. tutor. §. contrarium.

Actio pignoratitia eſt duplex.

ADD. *Quæ pignoratitia datur debitori contra creditorē ad repetendum pignus traditum, & naſcitur tempore ſolutionis vel ſatisfactionis crediti quomodocunq; de voluntate ipſius creditoris facta: vt l. ſi rem. §. omnis. & ibi glo. Laet. & doct. ff. de pigno. act. licet naſcatur ex contractu dudum facto & initio: vt ĩ. quib. mod. re contrahi oblig. §. fi. ſecundum Ang.*

e ¶ *Familiæ erciſcundæ*. quæ inter cohæredes datur: vt ff. famil. erciſcun. l. ij. & ĩ. de oblig. quæ ex quaſi contrac. §. idem iuris.

f ¶ *Communi diuidundo*. quæ datur inter eos, qui habent rem communem cum ſocietate vel ſine vt diuidatur: vt ĩ. de obligatio. quæ ex quaſi contract. §. item ſi inter aliquos. & not. ĩ. eod. §. quædam. Sed quid de actione finium regundorum? Reſpond. quidam: idem propter ſimilitudinem quam habet cum his duobus: vt ĩ. eo. §. quædam actiones. Sed cōtradico: cū hic de ea non inueniam. & poteſt eſſe ratio, quare ſecus ſit in iſta, quam in alijs duabus: quia in iſta id quòd pure eſt meū, poteſt alteri adiudicari: vt ff. fin. reg. l. ij. in fin. ſed in alijs duabus cōmunis res non propria adiudicatur: vt ĩ. de offi. iu. §. fi.

Actio cōmuni diuidundo.

Actio finiū regundorum eſt ſtricti iuris

g ¶ *De æſtimato*. vt ſi tibi rē meā do, & æſtimo tibi eā decem, vt aut rem, aut decem reddas ſi verò plus vendas, tuum ſit: & eſt tunc periculum accipiētis indiſtincte: vt hic, & ff. de æſti. ac. l. j. io fi. Si vero ſic dixi, rem aut æſtimationem reddas: tunc diſtinguitur quis rogauerit. vtrum ego te dē vendendo, an tu me de tradendo, vt ſit periculū rogātis: vt ff. de præſ. ver. l. ſi gratuitū. §. j.

Æſtimata rei cui eſt periculum.

h ¶ *Et ea*. ſ. actio præſcriptis verbis.

i ¶ *Ex permutatione*. quæ naſcitur re demum ab altera parte ſecuta: & tunc non ex traditione rei, ſed ex pacto dudū appoſito. ſ. naſcitur: vt C. de rer. pmu. l. ex placito. Sed cū iſtis duobus caſibus ſit bonæ fidei: quæro vbi ſtricti iuris erit? Rñd. vbi datur ex pacto incontinenti appoſito, q̃d euenit: vt ff. de pactis. leg. iuriſgentium. §. ſed cum nulla. & §. quinimo. & eſt ratio: quia non inuenio, quod ſit bonę fidei, niſi in duobus caſibus. Item in contractibus tribus innominatis: do, vt facias; facio, vt facias, & in tertio, de quo diximus, do, vt des: quod eſt permutatio. In primis enim duobus præſcriptis verbis actio eſt ſtricti iuris: ſed in tertio eſt bonæ fidei: vt hic dicitur. In quarto cōtractu innominato. ſ. facio, vt des, de dolo agitur, nō præſcriptis verbis: vt ff. de præſcrip. verb. l. naturalis. §. q̃ ſi faciam, vt des. Item in omni contractu vbi eſt incertō de nomine actionis, habet locum hæc actio: & eſt ſtricti iuris: vt ff. de præſcript. verb. l. ij. iij. & iiij. Sed quid de actione in factum, nunquid eſt bonæ fidei? Reſpond. quatuor ſunt genera actionis huius in factum. Vnum, vt detur ex omni edicto, vel interdicto prætorio: vbi non dedit prætor certum actionis nomen: vt. ĩ. de interd. §. fi. & ff naut. cau. ſta. l. & ita. §. ait prætor. in gloſſ. ex edicto. Secundo, vbi datur in ſubſidium legis Aquiliæ. vt ſuprà de leg. Aquil. §. fina. Tertio, vt detur vbicúque præſcriptis verbis actio datur: & tunc eadem eſt, quod actio præſcriptis: vt ff. de præſcript. verb. l. j. in fi. Item quarto dicitur in factum: quæ eſt ex varijs figuris cauſarum: vt C. de ſacroſanct. eccle. l. ſancimus. j. §. ſin autem. quod quartum genus non poteſt ſub regula cōprehendi, ſicut nec mora: vt ff. de vſur. l.

Actio quæ dicitur naſcitur ex permutatione.

petit & hæreditatis petitio [a]. Quãuis enim vſque adhuc [b] incertum erat, inter bonæ fidei iudicia connumeranda hæreditatis petitio eſſet, an non: noſtra tamẽ conſtitutio [c] apertè eam eſſe bonæ fidei diſpoſuit.

¶ *Rei vxoriæ actione ſublata, hodie dotis exigendæ vel recuperandæ cauſa ex ſtipulatu actio competit: quæ illius in locum ſubrogata, & bonæ fidei eſt, & tacita hypotheca priuilegio ſuffulta: vſque adeò vt in ea mulier reliquis creditoribus ſimili hypotheca nitentibus longo interuallo præferatur.*

¶ Fuerat antea, & rei vxoriæ actio [d] vna ex bonæ fidei iudiciis, ſed cùm pleniorẽ eſſe ex ſtipulatu [e] actionem inuenientes, omne ius, quod res vxoria antea habebat cum multis diuiſionibus in actionem ex ſtipulatu, quæ de dotibus exigendis proponitur, tranſtulerimus [f]: meritô rei vxoriæ actione ſublata, ex ſtipulatu actio, quæ pro ea introducta eſt naturam bonæ fidei iudicii tantum in exactione dotis meruit [g], vt bonæ fidei ſit, ſed & tacitam [h] ei [i] de-

mora. in princip. Nunquid ergo eſt ſtricti iuris ſemper? Reſp. ſic, cum no inueniam quod bonæ fidei ſit. Sed quidam dicunt. ꝙ in tertio caſu vbi loco præſcriptis verbis datur, quæ competeret ex permutatione vel æſtimatione, ſit bonæ fidei: quod eſt falſum: quia in omni contractu vbi certum debetur, habet locum certi condictio: vt. ff. ſi cer. peta. lege certi condict. & tamen nemo dicit aliquam condictionẽ eſſe bonæ fidei. Item quid de actione præſcriptis verbis, quæ ꝑ precario datur? Dicũt quidam quod bonæ fidei eſt: vt. ff. de prec. l. ij. §. hoc interdictum. Sed contradico: quia non inuenitur, quòd ſit bonæ fidei: vt. ff. de prec. l. ij. §. hoc interdictũ. Ac.

ADD. *Niſi tale pactum ſit æſtimatio, vel permutatio: vt quia ab vtraque parte ſit ſpecies certa præſtanda: quia tunc talis actio præſcriptis verbis eſt bonæ fidei. Iaſ.*

a ¶ *Hæreditatis petitio.* quæ datur contra poſſidentem pro hærede, vel pro poſſeſſore: vt. ff. de pet. hæred. l. regulariter. & l. ſeq. & l. qui interrogatus.

b ¶ *Vſque adhuc.* i. vſque ad tẽpora huius legis, vel noſtræ cõſtitutionis, de qua ſtatim memoriam facit.

c ¶ *Conſtitutio.* vt. C. de pet. hær. l. fi. in fi.

Actio ex ſtipulatu pro dote cõpetit marito & vxori.

¶ *Fuerat antea.* CASVS. Domine, intellexi, quod xvij. ſunt actiões bo. fi. quæ enumerantur prox. ſup. §. eſt & xviij. quæ vocatur actio ex ſtipulatu ꝑ dote: de qua in præſenti tractare intendimus. pro Deo dicatis mihi quæ eſt eius natura? Frater, dicit ipſe, ſcire debes, quòd olim erat quædam actio quæ erat bonæ fidei, quæ vocabatur rei vxoriæ actio: quæ competebat mulieribus ad dotes ſuas repetendas: & olim numerabatur xviij. ſed quicquid olim erat in actione illa, hodie trãſfuſum eſt in actioné ex ſtipulatu pro dote: & illa penitus eſt ſublata. Duo autem bona erant in illa actione, videlicet antiqua: quia erat bon. fidei & etiam tacitam habuit hypothecam. vnde dicimus, quod actio ex ſtipulatu, quanquã ſtricti iuris ſit ex ſui primitiua natura: tamen quia in omnibus ſupplet naturam rei vxoriæ actionis, quando datur pro dote: dicimus, quod habet iſta duo, ſcilicet quod eſt bon. fi. & etiam quòd tacitam habet hypothecam. h. d. Franc.

d ¶ *Rei vxoriæ actio.* nomen erat actionis. Vel dic ꝙ factum denotat. ideſt rẽ ipſam: vel quia pro re vxoris competebat ſoluto matrimonio.

e ¶ *Ex ſtipulatu.* quæ ſimiliter pro dote datur.

f ¶ *Tranſtulerimus:* vt. C. de rei vx. act. in prin. & competit hæc actio ex ſtipulatu, ſiue marito, vt ei dos detur. ſiue vxori vel patri eius, vt reſtituatur. & ſiue vtiliter fuerit interpoſita ſtipulatio, ſiue non: tamen ſemper creditur tacite, & vtiliter interuenire. vt. C. de rei vx. ac. §. j. nam & alias intelligitur ſtipulatio tacita. vbi nõ eſt: vt. ff. de ado. l. bis verb. & ff. ſi cui plus quàm per. l. Fal. l. niſi. §. item ſciendum.

g ¶ *Meruit.* ſci. actio ex ſtipul. vt hic, &. C. de rei vxo. actio. §. ſed & ſi non ignoramus. alias enim ſtricti iuris eſt: cum nõ inueniatur: quod ſit bonæ fi. & . ſ. eo. §. act.

h ¶ *Tacitam.* ſ. actionem hypothecariam.

i ¶ *Ei.* ſ. actioni ex ſtipulatu, vel mulieri.

ADDITIO. *Quod verum intellige, quantum ad priuilegium tacitæ hypothecæ: ſecus quo ad priuilegium prælationis, quia competit mulieri: & eſt effectiue, quia tunc eſt perſonale, & non tranſit ad alium, niſi ad filium: vt hic in*

dimus hypothecam[a]. Præferri autem aliis creditoribus[b] in hypothecis tunc cenſuimus, cùm ipſa[c] mulier de dote ſua experiatur: cuius ſolius[d] prouidentia hoc induximus.[e]

¶ *Quæ olim inter bonæ fidei iudicia, & stricti iuris circa compenſationes fiebat differentia (vt ſcilicet in illis ipſo iure, in his oppoſita doli exceptione fuerit compenſatio) die ſublata eſt: hoc igitur iure vtimur, vt quibuſcunque actionibus obiiciatur compenſatio, illas ſtatim iure ipſo aut perimit, aut minuit excepta depoſiti actione, quæ nulla compenſationis exceptione tollitur.*

gloſſ. ſi. ſecus in primo caſu, vt hic per dicta.

a ¶ *Hypothecam.* ſcilicet, ex vtraque parte. ſiue ex parte mulieris ad repetendam dotem: ſiue ex parte viri ad petendam eam. Semper enim ſunt ibi tacitæ hypothecæ vt. C de rei vx. act. §. j.

Dotem petis mulier, an præferatur omnibus creditoribus.

b ¶ *Creditoribus.* ſed nunquid omnibus indiſtincte? Reſp. ſecundum M. ſic, ſiue primi habeat pignus expreſſum: ſiue non. Sed hæc opinio nõ valet, quia. l. diſtinguit, vt. C. de iu. dot. l. vbi. Item fiſc' & mulier pari paſſu ambulãt: vt. C. de pri. fiſ. l. quamuis. & fiſcus non præfertur habentibus expreſſam: vt. ff. qui po. in pig. hab. l. ſi pignus. ergo nec mulier. Secunda eſt opi. vt diſtinguatur inter pignus, ſcilicet traditum, & hypothecã, ſcilicet non traditam, vt primo caſu non præferatur mulier, ſecundo ſic: vt arg. ff. quibus modis pig. ta. contra. l. penul. Sed & hanc reprobo per id quod eſt. ĩ. eo. §. inter pign'. Tertia eſt opi. ſecundũ B. & Ioan. & Azo. vt habentibus tacitam hypothecam præferatur, non autem habentibus expreſſã. Lex enim ſuum priuilegium, quod dederat primis: eis adimere præſumitur propter mulierem, non autem id priuilegiũ, quod quis ſibi adinueniſſet: & hoc caute probatur per verb. l. C. qui pot. in pig. ha. l. fin. ibi licet anterioris temporis priuilegio ſint vallati, &c. Acc.

Mulieris hæres in petitione dotis non potitur priuilegio mulieris.

e ¶ *Cum ipſa.* vis facienda eſt in eo, quod dicit ipſa. Nam alius non admittitur ad tale priuilegium agens pro dote, etiã hæres mulieris, vt. C. de priui. do. l. ſ. niſi ſi de ſuis hæredibus, id eſt, de filijs & alijs deſcendentibus mulieris: vt. C. qui pot. in pig. hab. l. ſi. in fi. Sed nunquid procuratori mulieris datur hoc priuilegium? Reſp. ſic: vt. ff. ſol. matr. l. alia. & ff. de procur. l. minor. §. quoniam. Item quod hic dicit de dote ſua, ideo dicit: quia aliud eſt in donatione propter nuptias. nam in ea nõ habet priuilegium: vt. C. qui pot. in pig. hab. l. fin. in fin. Sed quando mulier poteſt experiri de dote? Reſpõ. ſol. matrimonio non prius, niſi maritus ad inopiam vergat: vt. C. de iur. dot. l. vbi. & ff. ſoluto matrimonio l. ſi conſtante. In princi. & hoc ſiue ipſa dederit dotem, ſiue alius extraneus, qui tamen non fuit pactus de ea ſibi reddenda: quo caſu ſibi, non mulieri daretur, vt. C de rei vxo. actio. §. accedit. Si autem pater mulieris dederit dotem, patri actio & filiæ ſimul dabitur: imo aliquãtulum habet plus pater qui agit: & filia ſemper creditur conſentire, niſi habeat iuſtam cauſam contradicendi, & contradicat: vt. ff. ſolu. matrimonio l. ij. §. fin. & l. non ſolum, & hanc dotem integrã debet ſeruare pater pro filia, niſi ætate, id eſt tẽpeſtate, vel vt patrimonium ſuũ fuerit diminutũ: vt in authent. de æqua. do. §. quia vero omnia. coll. vij. Sed nunquid patri hoc priuilegium dabitur? Videtur quod non: quia ſua actione agit: vt. ff. ſoluto matrimonio. l. ij. §. volũtate. E contra, quod ſic, videtur: quia per hoc filiæ prouidetur, cum pater hanc reſeruare cogatur filiæ, vt dictum eſt. & hoc verum puto: vt hic dicitur cuius prouidentia, &c.

d ¶. *Solius.* ſcilicet mulieris.

e ¶ *Hoc induximus.* ſcilicet, vt alijs præferatur.

¶ *In bona.* Diuiditur in tres partes. Primo qualiter compenſatio fit in bonæ fidei iudic. Secundo qualiter olim & hodie fit in ſtricti iuris. Tertia facit quandam exceptionem. Secunda ibi. ſed & in ſtricti iuris. Tertia ibi, excepta.

CASVS. In ſuperioribus dictum eſt, quæ actiones ſunt bonæ fidei: & etiam per oppoſitum patet, quæ ſunt ſtricti iuris: quia omnes præter eas, quæ in alijs præcedentibus. §§. enumerantur. Modo intendit dominus Iuſtinianus proſequi quandam largam materiam, quam habet iudex in iudicijs bonæ fidei. Vberius enim & pinguius exercet iudex officium ſuum in actio. bonæ fidei, quam in actio. ſtricti iuris: adeo, quod ex iſta vberantia permittitur iudici ex bono & æquo actio. bonæ fidei æſtimare quantum per actiones iſtas actori. ſit præſtandum, in quo iudicis officio continetur vt ſi actor qui petit puta xv. reo teneatur in aliquo, puta in decem compenſato eo quod actor reo debet, iudex reum in ſolidos quinque condemnabit. & fiebat iſta

comprnſatio in iudirio bonæ fidei[l] ipſo iuıe, ſed ın act. ſtricti iuris non poteſt habere locum rompenſatio, niſi oppoſita doli mali exreptiune, & hor erat inductum ex conſtitutione diui Pij, ſed noſtra ronſtitutio (dirit Imperator) induxit eándē compenſationem ipſo Iure tam in ſtricti iutis iudiriu, quam in bunæ fidei vſque ad cuntentam iń petitione quantitaté, in omni actione, in qua petitor quantum: dum tamen quantitas ex alia parte ſit debita: & hoc ſiue ſit actio in rem, ſiue in perſonā: excepta actione depuſita: in qua videtur abſurdum aliquid compēuſatiunis nomine opponi, ne prætextu rompenſationis aliquis depoſitarum rerum rxactione fraudaretur. h. d. Franc.

¶ In bonæ fidei iudiciis libera poteſtas permitti videtur iudici ex bono & æquo æſtimandi, quantum actori reſtitui [a] debeat. In quo [b] & illud continetur, vt ſi quid inuicem præſtare [c] actorem oporteat: eo compenſato [d], in reliquum is, cum quo actum eſt, debeat condemnari. Sed & in ſtricti iuris iudiciis ex reſcripto diui Marci oppoſita doli mali exceptione [e], compenſatio inducebatur: ſed noſtra conſtitutio [f] eaſdem compenſationes, quæ iure aperto [g] nituntur, latius introduxit, vt actiones [h] ipſo iure [i] mi-

vt. ff. de rei vendi. l. qui reſtituere, Item quid ſi hinr inde debitum eſt in genere, vt debeo tibi hominem. & tu mihi hominem? Reſpondet. fit compenſatio, vt. ff. ſi pars hæreditat. pet. lege j. §. item ſi cum me. ff. de hæredi. inſtit. lege qui oon militabat. j. rrſponſ. &. ff. de leg. ij. lege vnum ex familia. §. ſed ſi vno. Item quid ſi ab vna parte drbitum eſt ronfeſſatum, ab altera negatum? Reſpondet. non parıt aperto iure, vnde noo fit comprnſatio: vt. C. de compenſ. lege finali. §. penultimu.

ADDI. *Niſi tale debitum non confeſſatum poſſet de proximo liquidari: vt dicta. lege final. C. de compenſ. quando autem oppoſitio compenſationis requirat altiorem indaginem, & quantum tempus detur ad probandum, vide hic per doct.*

a ¶ *Reſtitui.* large accipe: ſiue pro dādo, ſiue pro reſtituēdo. vt. ff. de verb ſig. l. verbum reddendi. & hoc intelligas ſiue in vſuris ex mora: vt. ff. de vſur. l. mora. §. in bonæ fidei. ſiue in intereſſe agentis: vt. ℑ. de obl. ex ronſenſu. Arcur.

b ¶ *In quo.* ſ. officio iudicis.

c ¶ *Præſtare.* ſ. reo.

d ¶ *Eo compenſato.* ſ. appoſita exreptione rompenſationis tantum.

e ¶ *Doli mali exceptione.* quæ exreptio ideo dabatur: quia dolo facit: qui petit qd̄ reſtituturus eſt: vt. ff. de exr. dol. l. dolo: Et ita not. quantū ad effectū nulla eſt differētia, ſed quantū ad verba, vel rigorē iuris.

f ¶ *Conſtitutio.* vt. C. de compenſa. l. fin.

g ¶ *Iure aperto.* id eſt vbi quantitas hincinde drbetur. Nam ſpecies ad ſpeciē, vel ſpeciei ad quantitatem, vel quātitatis ad quantitatem ſi eſt quantitas, vt ſpecies non fit compenſatio: quia non patet iure aperto: vt. ff. de pig. act. l. ſi conuenerit. j. reſponſ. &. ff. de rondir. Inde. l. ſi non fortem. §. ſi certum. & de impenſis rerum do. fact. lege quod dicitur. & l. ſi. &. ff. de pec. l. ſi creditor. §. j. Sed nōne ſtatim hic ſubiicit, quod actioni in rem poteſt obiiri compenſatio? ergo videtur fieri de ſpecie ad quātitatem. Sed dic quòd fit in rei vendicatio. quando re non reſtituta iuratur in litem, vel in veram æſtimationē:

Compenſatio in quibus rebus fit.

h ¶ *Vt actiones.* accuſatiui caſus. Eſt enim ſenſus, vt rompenſationes minuant actiones.

i ¶ *Ipſo iure.* adeo vt dixerint quidam non eſſe neceſſe voce hominis opponi rompenſationem, vt hic. Sed rerte imo eſt nereſſarium, vt opponatur, quod probo tribus rationibus. Nam fideiuſſor ronuentus eligit, vt vel quod ſibi, vel quod reo drbetur, compenſet: quæ electio ſibi non daretur ſi ius compenſaret: vt. ff. de compenſa. lege ſi quid. Item & reus ronuentus eligit in quam cauſam compenſet, ſi debeat ex pluribus rauſis: vt. ff. de compenſa. l. quod Labeo. Item lex dicit eum male agere, rui obiiri poteſt comprnſatio: vt. ff. de compen. lege verum. §. ſirut. ſed qui male agit, habet actionem, ſed eliditur exreptione: vt. ff. quando di. vſuſfruct. leg. red. lege. j. in fin. Sed ſecundum hanc opi. quid adiiciatur in actione ſtricti iuris ad id, quod erat olim? Reſp quia doli mali tantū obiiciebatur exceptio, per quā non extinguebātur actiones ipſo iure, ſed nunc etiam rompenſationis exreptio opponitur, per quam ipſo iure hincinde actio extinguitur: vt hic, & ℑ. eod. §. pen. & nihilominus doli, cum generalis ſit: vt. ff. de exc. dol. l. ij. generaliter.

nuant[a], ſiue in rẽ, ſiue in perſonam, ſiue alias[b] quaſcunque: excepta ſola depoſiti[c] actione, cui aliquid cõpenſationis nomine opponi, ſanè iniquum eſſe credimus: ne ſub prætextu cõpenſationis, depoſitarũ rerum, quis exactione defraudetur.[d]

¶*Arbitrarias actiones eas cognominamus, quæ à mero iudicis arbitrio pendent, in quibus ſi iubente iudice reus nõ reſtituat rem, ſoluat, vel exhibeat, poteſt iudex ipſum quantum intereſſe parti perpenderit, pro arbitrio condemnare. Illud tamen pro viribus curet ius dicens: vt in his aliiſque omnibus actionibus certam ferat ſententiam: etiam ſi petitio incerta ſit.*

a ¶*Minuant.* ſ. compenſationes.

b ¶*Alias.* actiones vt ſcilicet mixtas, quæ ſunt quatuor: vt. ſ. eo. §. quædam actiones. Item perſecutio fideicommiſſorum. Item officiũ iudicis, & ſimilia: quæ actiones ſunt, largiſsime accepto vocabulo: vt. ff. de act. & oblig. l. actionis verbo. Vnde & petitiones cautionum occaſione damni infecti compẽſantur: vt. ff. de damno infec. l. j. & l. qui bona. §. ſi quis. Accurſi.

Cõpenſatio in multis caſibus ceſſat.

ADD. *Hoc verum intellige de debito officio iudicis, in quo nullum obſtaculum eſt in medio, alias ſecus. vt per Bart. in. l. ſi. ff. de condict. indeb.*

c ¶*Depoſiti.* quod tu intelligas, quando pecunia non ſignata eſt depoſita: quo caſu etiam ſimilem reddere poteſt: vt. ff. depo. l. Lucius, & l. die ſponſaliorum. §. j. Si autem eſſet depoſitio facta in ſpecie, vel in pecunia, vt in ſpecie, quod eſſe poteſt: vt. ff. de leg. j. l. plane ſ. §. ſi eadem. verſic. ſed hoc ita. Tunc etiam alia ratione non obiicietur compenſatio: quia in ſpecie non fit compenſatio. Item quod hic dicit in actione depoſiti, idem dicunt quidam in actione commodati, vt. C. de commod. l. prætextu. Sed certe imo eſt ibi ratio: qa in ſpecie fieret. Nam ſolæ ſpecies commodantur, non quantitates, niſi quantitas, vt ſpecies commodetur, vt. ff. comm. l. iij. §. fin. Item ceſſat alias compenſatio: vt quando per violentiam mihi rem abſtuliſti: vt. C. de comp. l. fi. in fi. Item & fiſco non opponitur in quibuſdam caſibus: quos dic, vt. ff. de iure fiſci. l. aufertur. §. qui comp. & C. de comp. l. cõp. & l. in ea. Item in curatore: qui fradauit publicam annonam, vt. ff. de compẽ. l. ob negotium.

Species ſola commodantur.

d ¶*Defraudetur.* ſed nonne hæc ratio vbique poteſt habere locum? Reſp. non ita: quia ſi reſtitutio denegatur, eſt dol[9]: vt. ff. mand. l. ſi procu. §. dolo. Item depoſitarius de dolo tantum alias tenetur. vnde ſi hic magis grauetur, non eſt mirũ: vt ar. ff. de iurei. l. eum qui in princ.

Depoſitarius de dolo tantum tenetur.

¶*Præterea.* Diuiditur in tres partes. Primo quare dicantur arbitrariæ. Secundo quæ ſunt iſtæ arbitrariæ. Tertio quid iudex in his poſſit. Secunda ibi, Sed iſtæ: Tertia ibi, In his enim. Acc.

CASVS. Præter actiones de quibus facta eſt mẽtio. ſ. adhuc ſcire debetis, q́ ſũt quædam actiones arbitrariæ, hoc eſt ex arbitrio iudicis dependentes. In quibuſdam enim actionibus niſi reus actori iudicis officio ſatisfaciat, veluti rẽ reſtituat cum rei vend. agitur. vel rem exhibeat, cum ad exhibẽdum agitur: vel ſoluat, cũ aliquid certo loco eſt ſoluẽdum: vel ex noxali cauſa ſeruũ dedat, cum noxaliter agitur contra ipſum: ille qui ſic condemnatur à iudice, reus ſcilicet: ſi non vult ſatisfacere ad arbitrium iudicis, poteſt condemnari, vel ad intereſſe: vel vt in litem contra eum iuretur. & hoc dicit litera iſta, præterea quaſi dicat. Iſtæ actiones de quibus ad præſens tractare propono, nec ſunt bonæ fid. nec ſtricti iuris: ſicut illę de quibus proxime tractatum eſt: ſed habẽt aliã quandam naturã per ſe, & in hac opinione fuerunt quidã antiqui. Aliĳ dicũt, quod ſunt bo. fi. & hoc quia in iſtis habet iudex largas habenas, ſicut in cõtractibus bo. fi. Sed tu dic. quod cenſentur ſtricti iuris: cum inter eas, quæ ſunt bo. fid. non numerentur. Item videtur, quod iſta litera vel ex noxali cauſa ſeruũ dedat: non innuat, quod dñs qui cõuenitur noxaliter, præciſe cõdẽnari debeat ad hoc, quod ſeruũ dedit pro noxa: cum lex dicat æſtimationẽ damni eſſe in obligatione noxæ, aut deditionẽ in liberatiõe: vt. ff. de re iud. l. miles. §. aut noxæ. Frater, intellige, quod facta fuit condẽnatio in æſtimatiõe dãni: ſed poterat euitare illam dãnationem dando ſeruũ prò noxa. vnde expone literam, debet condemnari. Vel ſic poteſt dicere. quod omnia iudicia ſũt abſolutoria. Ideo quod ſi aliquis alicui in veritate debet decem, qui à creditore in iudicium vocetur: & in tali ſtatu ſit, quod contra eum debeat ferri ſententia: ſi tamen ante ſententiam ſoluerit illud iudiciũ, quod debebat eſſe cõdẽnatoriũ, modo erit abſolutoriũ. & ſic intelligo illud verbũ, iudicia ſũt abſolutoria.

¶ Præterea quaſdam actiones [a] arbitrarias, id eſt, ex arbitrio [b] iudicis pendentes appellamus, in quibus, niſi arbitrio iudicis is, cum quo agitur, actori ſatisfaciat: veluti rem reſtituat [c], vel exhibeat [d]: vel ſoluat [e]: vel ex noxali [f] cauſa ſeruum dedat [g]: condemnari [h] debeat. Sed iſtæ actiones [i] tam in rem [k], quàm in perſonam inueniuntur. In rem, veluti Publiciana [l]: Seruiana [m] de rebus coloni: quaſi Seruiana, quæ etiã hypothecaria vocatur. In perſonã: veluti quibus de eo agitur, quod vi aut metus cauſa [n], aut dolo malo [o] factum eſt. Item cùm id [p], quod certo loco promiſſum eſt [q]

Pone ergo quod ſeruus ignorante domino damnum dederit in rem alicuius: ille qui damnum paſſus eſt, agit contra dominum, petens quod damnum emendet. certe condemnabitur dominus ad æſtimationem, niſi ante condemnationem dederit ſeruũ pro noxa. & ſum in verſi. Sed iſtæ actiones, &c. Dixi vobis quod actionum ſtricti iuris quædam ſunt arbitrariæ. Iſtatum ſunt autẽ quædam in rem, quædã in perſonam. Arbitrariæ in rem ſunt vt puta Publiciana & Seruiana. In perſonam ſunt actiones, quod metus cauſa: de dolo actio, quæ eſt arbitraria actio: & actio per quam petitur pecunia certo loco promiſſa, & actio ad exhibendum. Et in omnibus iſtis caſibus & ſimilibus permittitur iudici ex bono & æquo æſtimare, ſecundum rei naturam: in quantum actori ſatisfieri oportet. hoc dicit Franc.

a ¶ *Actiones arbitrarias*. ſed nunquid ſunt bonæ fidei, vel ſtricti iuris? Reſpond. quidam quod bonæ fidei ſunt: quia in iudicis arbitrio ſunt: vt. j. prox. §. in fi. &. ſ. eo. §. in bonæ fidei iudicijs. Sed hæc non valet, quia officium iudicis quod in bonæ fidei venit, eſt iure actionis. Sed hoc quod eſt in arbitrio, merum eſt. & in iudice tantũ eſt: vt. ff. de eo quod cer. lo. l. in bonæ fid. Alij dicunt, quod nec ſunt bonæ fidei, nec ſtricti iuris: imo eſt tertia ſpecies ad illam diuiſionem, quæ eſt. ſ. eod. §. actionum. & facit pro eis. ff. de iu li. iu. l. In actionibus. §. plane. & ff. de vſur. l. in fideicommiſsis. quæ eſt. l. iij. §. in his. hanc etiam reprobat: quia dicta diuiſio eſt perfecta & immediata. Alij dicũt, quod verius eſt quod ſint ſtricti iuris: cum bonæ fidei non inueniantur: vt. ſ. eo. §. actionum. Accur.

ADDITIO. *Hæc vltima vera eſt: & eam ſequuntur communiter ſcribentes hic.*

b ¶ *Ex arbitrio*. bene dicit ex arbitrio. Nec enim obligatus eſt rem reſtituere, vel ſimile quid facere, quod prompte dices eſſe verum in actione in rem. In perſonalibus autem & arbitrarijs, quæ hic enumerãtur, dices quòd licet exhibitio vel reſtitutio ſit in obligatione, pœna tamen, id eſt intereſſe, vel quanti in litem iuratũ eſt, non niſi per officium iudicis præſtatur: & ideo arbitrariæ dicuntur.

ADDITIO. *Arbitrari autem in his actionibus iudex dicitur, quòd cauſa cognita rem totã nondum planè diiimit, ſed quaſi ino condemnationem proximam oſtendens qualem exiſtimationem capere de tota lite priuerit: non obſcuriſ ſignificet: ſed an bona fidei actio & quæ arbitraria dici poſſint, vide hic per Hot.*

c ¶ *Rem reſtituat*, vt in rei vendicatione, quæ eſt arbitraria: cum primo rem reſtituendo liberetur. alias iudicis arbitrio in litem iuratur: vt. ff. de in lit. iur. l. in actionibus. & ff. de rei vend. l. qui reſtituere. vel hypothecaria: vt. j. prox. §. vbi hæc omnia exempla diligentius dicuntur.

d ¶ *Vel exhibeat*. cum ad exhibendum agitur.

e ¶ *Vel ſoluat*. ſc. cum certo loco ſoluendum eſt.

f ¶ *Vel ex noxali*. cum noxaliter agitur.

g ¶ *Dedat*. id eſt, det. Accurſius.

h ¶ *Condemnari*. diuerſis modis fiet condemnatio: ſicut diuerſæ ſunt iſtæ arbitrariæ: vt dicemus. j. prox. §. in fin.

i ¶ *Sed iſtæ actiones*. ſ. arbitrariæ.

k ¶ *In rem*. ſeparatim intellige: nam vna & eadem actio nõ poteſt in rem & in perſonam eſſe, niſi in quatuor caſibus mixtis, vt. ſ. eo. § quædam actiones.

l ¶ *Publiciana*. de qua habes. ſ. eodem. §. aliæ.

m ¶ *Seruiana*. de his duabus habes. ſ. eod. §. Seruiana. Accurſ.

n ¶ *Metus cauſa*. licet ſit in perſonam, vt hic: tamen in rem eſt ſcripta: vt. ff. quod met. cau. l. metum. §. cũ autẽ. & de hac dic vt. ſ. eo. §. item actio.

o ¶ *Dolo malo*. actio de dolo eſt arbitraria, vt hic. quòd eſt ideo, quia liberatur doloſus verũ intereſſe præſtando. ſi reſtituere non poſsit: alias iudicis officio iuratur in litem. vt. ff. de do. l. arbi. in princ.

p ¶ *Item cum id*. ſc. pecunia.

q ¶ *Promiſſum eſt*. idem etiam ſi legatũ ſit

teliǩtum certo loco dandum: & idem ſi mutuum ſit datum certo loco reddẽdum. Nam in his tribus caſibus locum habet certi condictio arbitraria: vel ex teſtamẽto arbitraria, ſcilicet in promiſsione, & legato, & mutuo: & alias non: vt. ff. de eo quod certo loco l. ij. §. hæc autem. & l. ſi hæres. & l. aut ſi. Et quod hic dicitur, petitur, ſcilicet alibi, quam vbi fuerat promiſſum dari. & venit in ea vtilitas, tam agentis, quã rei: vt. ij. eo. §. loco.

petitur, Ad exhibendum quoque actio ex arbitrio iudicis pendet. In his enim actionibus [a] & cæteris ſimilibus [b] permittitur iudici ex bono & æquo, ſecundum cuiuſque rei, de qua actum eſt, naturã [c] æſtimare: quẽadmodũ actori ſatisfieri [d] oporteat.

¶ *Iudex debet ferre ſententiam certã, etiam ſuper libello incerto, ſi incertitudo eſt in poteſtate iudicis. h. d. Aret.*

¶ Curare autem debet iudex, vt omnino quantum poſsibile [e] ei ſit,

a ¶ *Actionibus.* ſcilicet p[illegible]alibus & arbitrarijs.

b ¶ *Similibus.* ſ. in rem: & ſunt decem: de quibus dixerat. ſ vel dic, quòd & aliæ ſunt arbitrariæ, quæ hic non enumerantur: vt ecce actio in factum, quæ datur contra nautam, cauponẽ, ſtabularium: vt. ff. nau. cau. ſta. l. j. in princi. Sed quidam dicunt eam non eſſe arbitrariam: quia ibi non ſeruntur ſententiæ duæ. Itẽ eſt actio in factum, quæ datur contra Publicanũ: vt. ff. de pub. l. j. in princ. Itẽ actio finiũ regun. ff. finiũ reg. l. ij. in fi. & l. iij. Ite actio redhibitoria. vt. ff. de æd. edic. l. redhib. Item actio ex ſtipulatu, quæ pro dote repetẽda datur: vt. ff. ſol. matri. l. ſi filiusfamilias §. maritum. Sed certe illa actio non ideo iuratur in litẽ: quia arbitraria ſit. ſed quia bonæ fidei ſit: vt. ʒ. eo. §. fuerat. Item actio rerum amotarũ eſt arbitraria. vt. ff. rerũ amo. l. ſi cum dos. in fi. Acc.

c ¶ *Naturam.* i. bonitatem: vt dicunt quidam. Vel melius. i. ſecundum naturam actionis arbitrariæ, quæ intenditur. Nam triplex poteſt modus condemnationis deprehendi in arbitrarijs: Vnus vt duæ ſententiæ ferantur. prima de reſtituenda re: & niſi reſtituatur, fiat condẽnatio in pœnam, vel intereſſe per delationẽ iuriſiurandi in litem: vt patet in actione, quod metus cauſa, & in actione de dolo, & rei vendicatione & in actione ad exhibendũ, & ſimilibus. Eſt & alius modus, vt vna feratur ſententia: & in ea ſtatim intereſſe conſideratur, vt quando certo loco aliquid dandum eſt: & hoc eſt in iſta ſola. Tertius modus eſt, vt non in quantitate condemnationis fiat arbitriũ, ſed in qualitate vt in act. noxali: in qua arbitratur iudex an liberetur dando ſeruum pro noxa, quod eſt quando domino ignorante, vel prohibere non valente deliquit, alias inſolidum tenetur: vt. ff. de noxa. l. ij. in princ. & l. in delictis. in princ.

d ¶ *Satisfieri.* ſed nonne hoc idem in bonæ fid. iudicijs fit? Reſpond. dic, quòd triplex eſt iudicis officium. Primum, quod obtinet actionis vicem, per quod officium petuntur ſalaria aduocatorum, & reſtitutiones maiorũ & minorũ: vt ff. de mi. l. quod ſi minor. §. ſio. Aliud eſt, quod bonæ fidei actionibus inhæret, quod iure actionis venit: vt. ff de eo quod cer. lo. l. in bonæ fidei. & vna cum actione perit: vt. ff. depo. l. iiij. Tertiũ eſt, quod inhæret actionibus ſtricti iuris quibuſdam. ſc. arbitrarijs. & hoc ex ſolo motu iudicis deſcendit, vt quaſi liberum ſit ei hoc facere: ſed in actionibus bonæ fidei adſtringitur ad hoc. Item in actionibus bonæ fidei vna fertur ſentẽtia: in his autem plerunque duæ vt modo diligenter notauimus.

ADDITIO. *Tu dic, ſecundum Iaco. quòd in actione bonæ fidei officium iudicis eis deſeruiens prouenit ex natura ipſarum, per quod ſtatim quod debitor eſt in mora, poteſt condemnari ad vſuras vel intereſſe, ſed in actiõe ſtricti iuris prouenit ex quodam accidenti extrinſeco: puta, quia non præſtatur res: in qua fuit facta condẽnatio, & ſic iſtæ actiones ſunt arbitrariæ.*

¶ *Curare.* Diuiditur in tres partes. Primo mandat iudici deferendo certam ſententiam: ibi, Certæ pecuniæ. Secundo limitat mãdatum, ſi illud eſt poſsibile ibi, Quantum, Tertio remouet vnum obiectum: ibi: Etiam ſi de incerta.

CASVS. Admonet iudicem officij ſui in iudicijs ſupra ſcriptis, nimirũ vt certæ rei vel quantitatis ſententiam ferat, licet de litis æſtimatione, aut alioqui de incerta re, vel quantitate agatur. Si enim actor in iudicio bonæ fidei, vel arbitrario poſtulet reum condemnari quanti ea res erit, vel quãtum infinitum iurauerit, aut quadrupli, & c. iudex fruſtra ita dicet ſententiã, Omnem debiti quantitatem cum vſuris competentibus ſolue: vel hoc modo, Quæ bona fide accepiſti ſolue: niſi forte aliqua parte actorum certa ſit quantitas cõprehenſa. l. pen. & fi. C. de ſent. quæ ſine. F. B.

e ¶ *Poſsibile.* hoc ideo dicit, quia interdum non poteſt certam ferre ſentẽtiam. Quid enim ſi homo in genere promiſſus

Sententia quandoque non poteſt ſemper eſſe certa.

petitur: vel ſub alternatione: puta Stichum aut Pamphilum, aut damnũ emendari, vel ſeruum pro noxa dari? certe iudici non eſt poſsibile ferre certam ſententiam: quia natura actionis non patitur: vt. ĵ. de of ſic iud. in pri.

certæ pecuniæ[a] vel rei [b] ſententiam ferat [c], etiam ſi de incerta [d] quantitate apud eum actũ eſt.

¶ *Quiſquis olim re, loco, tempore, aut cauſa plus quam ſibi debebatur petiſſet, totam rem amittebat: ſed D. Iuſtiniani conſtitutione cautum eſt, vt qui loco, quantitate, aut cauſa, plus iuſto petierit, atque ex hoc damni aliquid aduerſario inferatur, eius damni triplum reſtituat: ſi autem*

Idem dico in hæreditatis petitione. nam ſicut ſufficit in libello proponere vniuerſaliter, ita & in ſententia: puta ſic, Pronuntio te hæredẽ extitiſſe ex aſſe, vel ex ſemiſſe: & ideo tibi hæreditatẽ reſtituendã

a ¶ *Pecunia.* ſcilicet, cum pecunia petitur.

b ¶ *Vel rei.* quando alias res petitur, quæ in quantitate conſiſtat: vel non: & hoc ſi certum eſt petitum. alias enim nõ tenet ſententia, niſi in aliqua parte actorum res certa ſcripta inueniatur: vt. C. de ſent. quæ ſine cer. quant. l. hæc ſent. j. ſi autem eſt incertũ aut certificari poteſt, vt ſi peto intereſſe, quod debet coram iudice probari, & deduci ad certitudinem: vt. C. de ſent. quæ pro eo quod intereſt. l. vnica. §. ij. & tunc locum habet hic. §. aut non poteſt deduci in certitudinem, vt in homine generaliter petito, & ſimilibus, quæ modo diximus: & tunc non habet locum iſte. § Acc.

Sententia eſt in ſcriptis ferenda.

c ¶ *Sententiam ferat.* & in ſcriptis: vt. C. de ſent. ex bre rec. l. ſi. niſi in quatuor caſibus: vt in auth. de mã. princ. §. ſi tibi. col. iij & in auth. vt iud. ſine quoquo ſuffr. §. neceſsitatem. col. ij. & in auth. vt cl. apud propr epiſc. eoque. §. j. col. vj.

d ¶ *De incerta.* vt de intereſſe.

¶ *Si quis agens.* Diuiditur principaliter in duas partes Primo ponit id quod erat in iure antiquo, quando plus petebatur. Secundo id, quod eſt de iure nouo. Secũda ibi, Et hæc quidem. Item prima ſubdiuiditur in tres. Nam primo ponit regulam generalem iuris antiqui, qualiter puniatur plus petens. Secundo quot modis dicatur plus petere, Tertio exempla vniuſcuiuſque. Secũda ibi, Plus autem. Tertia ibi, Re veluti. Acc.

CASVS. In ſuperioribus dictum eſt de natura omnium actionum: nunc autem nihil aliud intendit legiſlator oſtendere, niſi qualiter abuſores actionum puniantur. Dicit ergo, quod quotieſcunque actor plus petit in intentione ſua, quam ſibi debeatur, quocunque genere plus petendi, cadit à cauſa: hoc eſt, rem quam petit, amittit: nec ſuccurritur ei de facili à Prætore per in integ. reſt. niſi fuerit minor. Si enĩ minor xxv. annis aliqua facilitate lapſus plus petierit: tunc cauſa cognita ſuccurritur ei: ſed maioribus plus petentibus nullo modo ſuccurrebatur, quin à cauſa caderent, niſi haberent magnam & iuſtam cauſam erroris: tunc enim parcendum erat eis. & de hoc ponit duo exempla. Primum eſt, quãdo aliquis maior petebat totum legatum: puta petebat legatum relictum ſibi in teſtamento, & per errorem, cum aliqua pars legati, vel forte ſolida legata in codicillis eſſent adempta: quia tamen ignorauit, ſuccurrebatur ei. Secundum exemplum eſt in maiore, qui integra legata petebat & tamen tota erant alijs legatar ita quòd locus erat Falcidiæ. Hoc erat olim in quolibet genere plus petendi. ſcilicet, quod cadebat à cauſa, niſi iuſtam haberet: vt. ſ. dictum eſt, ſed hodie non eſt ita: vt habetis. ĵ. eodem §. Et hæc quidem antea. Franc.

ante tempus ſolutionis litem moueat, inducias, quas ex cõuentione debitori dederit, vel quæ ex natura actionis indulgentur, in duplum habeat debitor.

¶ Si quis agẽs, in intentione ſua [e] plus [f] complexus fuerit, quàm ad eum pertineat, cauſa cadebat: id eſt, rem amittebat [g]: nec facilè in integrum reſtituebatur à Prætore, niſi minor erat vigintiquinque annis.

e ¶ *Intentione ſua.* i. in libello vbi erat intentio ſua. Acc.

f ¶ *Plus.* etiam tempore: vt. ff. de lib. leg. l. non ſolum. §. j. & §. ſi. nam plus quatuor modis dicitur: vt. ĵ. prox. §. & in omnibus his locum habet. §. iſte.

g ¶ *Amittebat.* facit. infrà de exc. §. tẽporales. & quod hic dicit in priuato, idem erat in fiſco: vt. C. de iure fiſ. l. iuſtas. lib. x.

L. iuſtas nihil ſine facit.

¶ Huic [a] enim ſicut aliis in cauſis cauſa cognita [b] ſuccurrebatur, ſi lapſus iuuentute [c] fuerat, ita & i hac cauſa ſuccurri ſolitum erat. Sanè ſi tam magna cauſa iuſti erroris interueniebat, vt etiam conſtantiſsimus [d] quiſque labi poſſet: etiam maiori vigintiquinq; annis ſuccurrebatur: veluti ſi quis totum legatum petierit: pòſt deinde prolati fuerint codicilli, quib' [e], aut pars legati adempta ſit, aut quibuſdam aliis [f] legata data ſint, quæ efficiebant, vt plus petiiſſe videretur, petitor, quàm dodrantem: itque ideo lege Falcidia legata [g] minuebantur [h].

¶ *Summatus eſt iſte. §. §. tamen ſpecialiter hoc habet: Plus petitur quatuor modis, ſcilicet re, tẽpore, loco, & cauſa: & primò tres primos modos exemplariter declarat. Ang.*

¶ Plus autem quatuor modis [i] petitur: re, tempore, loco, & cauſa. Re, veluti, ſi quis pro decem aureis, qui ei debebãtur, viginti petierit: aut ſi is, cuius ex parte res eſt, totã eam vel maiorem partem ſuã eſſe intẽderit. Tempore, veluti, ſi quis ante diem, vel ante conditionem petierit. Qua enim

a ¶ *Huic*. minori vigintiquinque annis.
b ¶ *Cauſa cognita*. bene dicit cauſa cognita. Nam omnes in Integrum reſtitutiones cauſa cognita permittuntur: vt. ff. de in integ. reſt. l. omnes. Acc.
c ¶ *Iuuentute*. i. facilitate ſua idem multo magis. ſi dolo aduerſarij: vt. ff. de mi. l. j. Ac.
d ¶ *Conſtantiſſimus*. quia errauit in facto, in quo prudentiſſimi falluntur: vt ff. de iur. & fact. ign. l. ij.
e ¶ *Quibus*. ſ. codicillis.
f ¶ *Quibuſdam aliis*. ſ. legatarijs.
g ¶ *Legata* ſc. ea, quæ ſibi in in teſtamento relicta ſunt,
h ¶ *Minuebantur*. nam tot erant legata, vt lex Falcidia locum haberet i. oportebat, vt legata defalcarentur. ad hoc vt haberet hæres Falcidiam: quia dodrantem excedebant, vnde hæres debet detrahere Falcidiam: vt. ſ. ad l. Falc. §. j.

eo: & eſt exemplum in eo, qui quod certo loco ſtipulatus eſt ſibi dari, petit in alio loco, nulla facta commemoratione de loco, in quo promiſit promiſſor: vt puta ſi aliquis ſtipulatus fuerit à Titio aliquid ſibi dari Epheſi, & illud petat Romæ ſibi dari, iſte plus petat loco, eo quod aufert commoditatẽ, vel vtilitatem promiſſori, quã habuit ratione loci, in quo promiſit. Vnde in iſto caſu habet locum actio arbitraria loci: in qua habebitur ratio vtilitatis, quæ competitura eſſet promiſſori, ſi ſoluiſſet loco illo, in quo promiſit ſe ſoluturum. Et iſta vtilitas, in mercibus veluti in frumento, oleo, vino, & in alijs mercibus bene apparet. Merces enim in diuerſis regionibus, diuerſa habẽt pretia: vnde ſi decem modia frumenti promiſi tibi Epheſi, & tu petas ea Romæ, aufers mihi magnam vtilitatem: modium enim quod non valebat Epheſi niſi x. valet forte Romæ xv. vel xx. & iſtius vtilitatis habebitur ratio. Sed domine, quid dicetis vos de pecunia? Reſp. idem dico tibi de pecunia: quia plus expedit promiſſori pecuniã ſoluere in vno loco, quã in alio, eo quod in vno loco põt pecuniam ſub leuioribus vſuris habere, quã in alio. Sed quid ſi is qui alio loco certo ſibi aliquid dari ſtipulat' eſt, in eodẽ loco pecuniã petat, quo ſibi promiſſa eſt? Reſp. tũc recte agit, nec habet locum arbitraria locirqa loci cõmoditas eſt ſalua promiſſori.

¶ *Plus autem*. *CASVS*. Domine ſupra dixiſtis quod quicunque petebat plus quocunque genere petẽdi plus, cadebat à cauſa, & rem amittebat, niſi iuſtus error eum excuſaſſet. Sed domine, cum plus pluribus modis peti poſsit: dicatis mihi, quot modis plus petitur? Ad hoc. reſpond. dominus Iuſt. ſic: Quatuor enim modis plus petitur: re, tempore, loco, cauſa. Re, vt ſi ille, cui debentur x. petat xx. vel xxx. vel ſi ille, cuius fundus eſt pro parte, totum petat: petit plus re. Tempore, de hoc habuiſtis exemplum de eo, cui aliquid debetur in diem, vel ſub conditione: ſi ante diem, vel conditionem exiſtentem petat. Et ſum in verſic. loco plus petitur. Supra vidiſtis duo exẽpla, in quibus plus petitur, ſcilicet re, & tempore. modo videatis exemplum de eo qui plus petit lo-

i ¶ *Plus autem quatuor modis*. vt omnibus his modis à cauſa videatur cadere iure antiquo. vnde iſti quatuor modi plus petendi patent in hoc verſu. Plus petitur cauſa vel tempore, ſeque locóque.

ratiōe, qui tardius ſoluit, quàm ſoluere deberet, minus ſoluere intelligitur: eadem ratione [a], qui præmaturè petit, plus petere [b] videtur. Loco plus petitur, veluti cum quis id; quod certo loco ſibi dari ſtipulatus eſt, alio loco petit, ſine commemoratione [c] illius loci, in quo ſibi dari ſtipulatus eſt. verbi gratia, ſi is, qui ita ſtipulatus fuerit, Epheſi dare ſpondes? Romæ purè intendat ſibi dari oportere. Ideo aũt plus petere intelligitur: quia vtilitatẽ quam haberet promiſſor, ſi Epheſi ſolueret, adimit [d] ei pura intentione. Propter quam cauſam alio loco petẽti arbitraria [e] actio proponitur [f]: in qua ſcilicet ratio habetur vtilitatis, quæ promiſſori [g] competitura fuiſſet, ſi illo loco ſolueret, quo ſe ſoluturum ſpopondit. Quæ vtilitas plerunque in mercibus maxima inuenitur: veluti vino, oleo, frumento, quæ per ſingulas regiones diuerſa habent pretia. Sed & pecuniæ numeratæ non in omnibus regionibus ſub eiſdem vſuris fœnerãtur. Si quis tamen Epheſi petat: id eſt, eo loco petat, quo vt ſibi detur, ſtipulatus eſt, pura [h] actione rectè agit: idque etiam Prætor mõſtrat: ſcilicet, quia vtilitas ſoluendi ſalua eſt promiſſori.

Summatus eſt iſte §. ſupra, tamẽ ſpecialiter hic declarat per exẽpla qualiter plus petitur cauſa: vnde nota. quòd in alternatiuis contractibus in dubio eſt electio debitoris. concor. l. plerũque. in fi. ff. de iur. do. Aret.

a *Ratione.* à ſimili per contrarium.

b *Petere.* vt hic, & . ĩ. de fideicom. §. non ſolum.

ADD. *Plus petere (inquit Hen.) ante diem ideo dicimus, quod quemadmodum ait Vlp. in l. j. §. j ff. de ed. Dies ſolutionis, ſicuti ſumma, pars eſt obligationis.*

c *Sine commemoratione.* id eſt, ſine vtilitate rei debitæ, vel intereſſe rei. nam eſt habenda ratio eius vtilitatis, ſi ſua intereſt in loco deſtinato potius conueniri. Vel dic cõmemoratione, id eſt mentionem faciente de ipſo loco, nam locum ipſum vbi erat facienda ſolutio, in libello ponere debet: ſic, peto vt x. mihi ſoluas hic, vel vbi ſoluere promiſiſti: vt hic, & ff de eo, quod cert. loc. l. ij. §. fin. poſt hæc niſi ſoluat, poterit eum conuenire vbicunque voluerit: dummodo conuentus habeat ibi forum, non alias: vt. ff. de iud. l. hæres abſens in fin. Sed Plac. dicit, ꝙ ſcilicet vbicũque poterat eũ conuenire, poteſt ibi etiam, vbi non habeat forum, & eſt procedẽ. ff. de iud. l. eũ qui. & ff. de conſt. pe. l. ſi duo. §. ſed & certo. Sed certe quod dictis legibus dicitur, vt quolibet loco poſsit cõueniri, verum eſt idoneo, vbi conuentus habeat forum: vt. ff. de munc. & ho. l. vt gradatim. §. j.

d *Adimit.* i. adimere deſiderat, non tamen adimere poteſt.

e *Arbitraria.* i. vtilis certi condictio ex ſtipulatu, vbi ſtipulatio interceſſit, vt hic fuit: vel vtilis certi condictio ex mutuo, ibi mutuum erat datum certo loco reddẽdum, vel vtilis actio ex teſtamento vbi legatum eſt dandum certo loco. Nec enĩ eſt proprium nomen actionis: vt. ff. de eo quod cert. loc. l. ij. §. hæc autẽ actio. & l. ſi hæres. & l. aut ſi mutua Accurſius.

f *Proponitur.* id eſt, tribuitur vel datur: vt. ff. de eo, qđ certo loco. lege quod ſi Epheſi.

g. *Promiſſori.* ſed & actoris vtilitas attẽditur, & vtriuſq; vtilitas ſimul attenditur, vt. ff. de eo, quod certo loco. da. oport. l. ij. j. reſpon.

ADDIT. *Dic quod intereſſe rei, ſi conueniatur in alio loco ſemper æſtimatur, ſed non actoris: niſi reus fuiſſet in mora vel culpa: vt not. gl. Bar. & doct. in d. l. ij. in prin.*

h *Pura.* id eſt, non habita mentione, vel ratione loci, vbi erat facienda ſolutio, vt diximus. ĩ. eodem. §.

Huic autem. CASVS. Supra dictum eſt quocũque genere plus petendi olim plus petebatur, cadebat à cauſa, & rem amittebat plus petens: qualiter autem plus petebatur re, vel tempore, vel loco, dictum eſt ſupra. Modo dicit dominus Iuſtinianus qualiter plus peti-

¶ Huic autem, qui loco plus petere intelligitur, proximus eſt is, qui cauſa [a] plus petit. vt ecce ſi quis ita à te ſtipuletur, Hominem Stichum, aut decem aureos dare ſpondes? deinde alterum petat, veluti hominem tantùm, aut decem aureos tantùm. Ideo autem plus petere intelligitur: quia in eo genere ſtipulationis, promiſſoris eſt electio [b], verum pecuniam, an hominem ſoluere malit. Qui igitur pecuniam tantùm, vel hominem tantùm ſibi dari oportere intendit, eripit [c] electionem aduerſario, & eo modo ſuam quidem conditionem meliorem facit [d], aduerſarij verò ſui deteriorem. Qua de cauſa talis in ea re prodita eſt [e] actio, vt quis intendat hominem Stichum, aut aureos decem ſibi dari oportere: id eſt, vt eodẽ modo peteret, quo ſtipulatus eſt. Praeterea [f] ſi quis generaliter hominem ſtipulatus ſit, & ſpecialiter Stichũ petat: aut generaliter vinum ſtipulatus ſit, & ſpecialiter Campanum petat: aut generaliter purpuram ſtipulatus ſit, deinde ſpecialiter Tyriam petat: plus petere intelligitur, quia electionem aduerſario tollit [g], cui ſtipulationis iure liberum fuit aliud ſoluere, quàm quod peteretur. Quinetiam licet viliſsimum ſit, quod quis petat: nihilominus plus

tur cauſa: & de hoc ponit duo exempla: vnum in iſto. §. & aliud in ſequenti. Primum exemplum eſt tale: Si quis eſt ſtipulatus Stichum, aut decem, vel viginti aureos, & poſtea petit Stichum praeciſe: plus petere cauſa videtur. Habuit enim electionẽ promiſſor ſoluendi decem, vel Stichum. vnde cum praeciſe petat vnum, adimere ſibi videtur electionem: q̃ ita plus petere cauſa videtur: & ita olim cadebat à cauſa. Quid ergo debet facere ſtipulator, quid petet? Reſpond. ſecundum qualitatem contractus debet facere libellum: & hoc eſt optimum verbum quotidianum: hoc eſt, eodem modo, quo ſtipulatus eſt, vnde quia ſtipulatus eſt alternatiue: & alternatiue debet libellum ſuum conficere, vel formare. Et ſum io ver. Praeterea ſi quis Tu habes vnum exemplum de eo, qui plus petit cauſa. Hic ponit dominus Iuſtinianus aliud exemplum de eodem. Plus enim petit cauſa ille, cui homo in genere promiſſus eſt ſi hominem certum petat, & ſimiliter eſt in vino & in purpura & in alijs. Generaliter enim quãdocunque aliquid debetur in genere: ſi certum quid petatur, plus peti videtur. Videtur enim promiſſori adimere electionem vel ad minus hoc facere intendit. Diceret aliquis, hoc verũ eſt: quando aliquid in genere promiſſum eſt: & ille cui promiſſum eſt, certum petit: quia tunc ſi pretioſiſſimum petat, plus petere cauſa videtur. Sed quid diceretis vos domine, ſi aliquid in genere eſſet promiſſum: & ipſe praeciſe petat illud, quod viliſſimum eſt in illo genere: videtur ne plus petere? Reſp. quod ſic, quia adhuc electionẽ ſoluendi promiſſori adimere videtur. Saepe enim accidit, vt promiſſori facilius ſit ſoluere illud q̃ maioris pretij eſt. Omnibus ergo iſtis modis dicitur plꝰ petere & quocunque iſtorum modorum plus petebatur, cadebat plus petens à cauſa Hodie non eſt ſic: vt patet in proemio. §. Franc.

ADDIT. *Paulus autem in l. obligationum. ff. de act. & oblig. modum appellat. Modus, inquit, obligationis eſt, cum ſtipulamur decem, aut Stichum.*

a ¶ *Qui cauſa.* hanc cauſam, electionẽ iam vocabit.

b ¶ *Electio.* niſi eũ iam vnũ interijt, tunc enim alterum quod ſupereſt praeſtabit: vt. ff. de eo q̃ cert lo. l non vtiq. § qui Stichũ. & facit ad hunc. §. ff. de tut. do. l. plerunque. in fine.

c ¶ *Eripit.* i. eripere vult.

d ¶ *Facit.* i. facere vult.

e ¶ *Prodita eſt.* i. data. Et eſt actio ex ſtipulatu hoc modo. ſc. alternatiue proponenda, vt dicitur hic.

f ¶ *Praeterea.* hoc eſt aliud exemplũ, qualiter cauſa plus petitur.

g ¶ *Tollit.* id eſt, tollere vult

petere intelligitur: quia ſepè accidit, vt promiſſori facilius ſit illud ſoluere, quod maioris pretij eſt [a].

¶ *Summatus eſt is.§. in.§. ſi quis agens. tamen ſpecialiter hoc habet. Hodie contra plus petentem tempore, duplicantur induciæ: & fit condemnatio ad omne damnum litis: petens verò plus aliis modis, in triplum ſumptus, quem ſuſtinuit reus litis nomine, eſt condemnandus. Ang.*

¶ Sed hæc quidem [b] antea in vſu fuerant: poſtea verò lex Zenoniana [c] & noſtra [d] rem coartauit. Et ſi quidem tempore plus fuerit petitū: quid ſtatui oporteat, Zenonis diuæ memoriæ loquitur cōſtitutio [e]. ſin autem quantitate [f], vel alio modo [g] plus fuerit petitum: in omne, ſi quod fortè damnum ex hac cauſa acciderit ei, contra quem plus petitum fuerit, cōmiſſa tripli condemnatione (ſicut ſuprà diximus [h]) puniatur [i].

¶ *Qui minus quàm ſibi deberetur, iudiciali libello petierit, nihil prohibet, quin coram eodem iudice quod reliqui eſt petere poſsit, idem quoque iuris eſt in eo, qui errās aliud pro alio ſibi deberi intēderat, cui etiam in eadem inſtantia errorem corrigere conceditur.*

a ¶ *Maioris pretii eſt.* facit ad hoc. ff.loc. leg.item quæritur. §.j.&c. ff de condit. & demon.leg.quod traditum eſt. & leg.ſeq. &c. ff. de in diem addi. lege ſi venditor.§. ſed ſi neuter.&c.ff.de vſu.& hab.lege final. &.ff.de vſufructu. lege hactenus.§. fin. &. l. ſequ.

¶*Et hac quidem.* CASUS. Ab illo. §. ſi quis agens. vſque nunc ſolum habuiſtis quod quatuor ſunt modi plus petēdi: & quicūque aliquo iſtorum modorum plus peteret, cadebat à cauſa ſua. propter quod dicit dominus Iuſtinianus quòd hoc videtur iniquum, & correctione dignum. vt dicit: hæc antea in vſu fuerant, ſed poſtea lex Zenoniana & noſtra conſtitutio hoc arctauerunt. Et hodie obtinet, quòd nullus à cauſa cadat, ſcilicet qui plus petit tempore, aut alio modo. Sed ſi plus petatur tempore: tunc in pœnam petentis plus tempore, duplicabuntur induciæ: ita quod ſi illud quod poſt annum debebatur, incontinenti petat: non poterit illud petere niſi poſt biennium: & etiam neceſſe habebit adhuc ſoluere omnes expenſas, quas in lite reus fecerit. Si autem re, vel loco, vel cauſa plus petat? Reſpon. Imper. quòd tunc omne damnū, quod ſuſtinebit reus per pluris petitionem, reſarciet ſibi actor in triplum. hoc dicit. Sed videtur per hoc, quod dicitur hic, quod non habebit locum id. C de plus pet. per. l. vnica? Reſpond. imo: quia titu. ille in alio caſo loquitur: vt patet in apparatu. propter mendacium enim ſibi punitur.

b ¶ *Et hac quidem.* ſcil. quæ diximus, vt plus petendo cadat à tota cauſa: vt.ſ.eo. §.ſi quis agens.

ADDITIO. *Et conſuluit dominus Iaſon ad euadendum iſtas pœnas, quod in libello ſemper adiiciatur illa ſaluaris clauſula: ſaluo iure ſuperflui, &c.*

c ¶ *Lex Zenoniana.* ſcilicet Græca, quam non habemus. Accurſi.

d ¶ *Et noſtra.* ſcilicet, Græca, quam non habemus.

e ¶ *Conſtitutio.* ſcilicet Græca, vt diximus: cuius ſententia eſt. vt tempus debeat duplicari conuento, & omnes expenſæ ſibi reſtitui: vt infrà de excepti. §. hodie autem.

f ¶ *Quantitate.* & ſic re.

g ¶ *Alio modo.* id eſt, loco vel cauſa: vt ſuprà. §. plus autem. Accurſius.

h ¶ *Diximus.* vt ſuprà eodē. §. tripli: & ibi huius noſtræ conſtitutionis Græcæ ſententia recitatur. Sed ſi non ſolum petijt, ſed etiam cautionem exegit poſt litem conteſtatam, amittitur debitum etiam hodie: vt. C. de plus petit. leg. j. quæ eſt huic contraria. Si ante litem conteſtatam pœniteret, non punitur: quia non petit, ſed petere vult: vt ff. rem ratam hab. l. amplius non peti. & in dicta. l. C. de plus pet. l. j.

i ¶ *Puniatur.* ſcilicet, condictione ex lege illa Græca, cuius effectum habuimus. ſuprà eodem. §. tripli. & in hoc. §. plus autem.

ADDITIO. *Quod ait in textu, Commiſſa condemnatione, ſic accipe. Hæc vetus eſt lo-*

gutio, vt hic dicet Hotomanus. Nam commiſsi ſtipulatio, pœna, mulcta, hæreditas, legatum dicitur, quum id cōmiſſum eſt, quamobrem debetur. Iuriſconſ. commiſſa dicuntur, quæ contra teſtatoris voluntatem facta aut non facta ab hærede mulcta aliqua, pœnaq; plectuntur.

¶ *Si minus.* Diuiditur in duas partes. Primo quando minus petitur. Secundo, quando aliud pro alio per errorē petit. Secunda ibi, ſi quis aliud. Areti.

¶ Si minus in intētione [a] ſua complexus fuerit actor, quàm ad eum pertineat: veluti, ſi cū ei decem aurei deberentur, quinq; ſibi dari oportere intenderit: aut ſi cum totus fundus eius eſſet, partem dimidiam ſuā eſſe petierit: ſine periculo agit. In reliquum enim nihilominus iudex aduerſariū in eodem iudicio [b]

CASVS. Vidiſtis iam de eo, qui plus petit, qualiter puniebatur olim, & qualiter hodie punitur. Dominus Iuſtinianus nihil volēs dimittere indiſcuſſum, adhuc tractat de eo, qui minus petit, quid iuris ſit: & dicit, qui minus petit, hoc poteſt facere ſine periculo, & in eodem etiam iudicio plus petere poteſt: quia ex conſtitutione bonæ memoriæ Zenonis fuit hoc introductum, q̄ ille qui minus peteret, poſſet tn̄ eodem iudicio plus petere. Et ſcire debetis, quòd hæc materia illi⁹ legis. C. de eden. l. edita actio. & ea quæ ſuper repetitione illius legis dicuntur, poſſunt hic repeti. Quidam autem per. §. iſtum voluerunt dicere, quòd emendatio libelli & mutatio poſſit fieri vſque ad ſentētiam diffinitiuam: quia vſque ad ſententiam diffinitiuam ſemper manet idem iudicium. Docto. tamen noſtri in hoc reſident omnes, quod ante litis conteſta. poteſt fieri emendatio & mutatio, & literam iſtam ita intelligunt in eodem iudicio, id eſt ante litem conteſtatā. vel ſic, in eodem iudicio, id eſt, apud eundem iudicem, non in eadem inſtantia iudicii. Vocatur tamen iudicium idem propter identitatem iudicis & cauſarum. Franc. de Aretio.

a ¶ *Intentione.* id eſt, in libello intentionis: & hoc per errorem, ſi enim ſcienter donare præſumitur, ſecundum quoſdam. Sed contra, puto quod nunquam donare præſumitur. niſi tunc quando traditio fieret ab eo, qui donare præſumitur: vt ff. de reg. iur. lege cuius per errorem. hic autem non erat datio, ſed quædam abſtinentia. Vnde ſiue de reliquo ſciat, qui agit, ſiue non, tempore cœpti iudicij: locum habet. § iſte

ADDITIO. *Iſta gloſſa in ſe, & relata ad text. noſtrum, eſt vera: & ſecundum Iaſ. vnica & ſingularis: non tamen eſt ſimpliciter vera inquantum dicit, nunquam præſumi donationem, niſi interueniat traditio. proſequere vt per eum.*

b ¶ *In eodem iudicio.* id eſt, quandocunque ante ſententiam reliquum petierit ſine noua conteſtatione, ſecundum quoſdam, vt hic dicitur, & hoc proferunt duas rationes falſas. Vna, quia poteſt emendare libellum quandocunque ante ſententiam. vt dicunt. & eſt pro eis. ff. de noxa. l. in delictis. §. ſi detracta. & ſic intelligūt. C. de eden. l. edita. Altera ratio eſt, quia ſecundum eos etiam ſi non petat, vel probet hoc actor: tamē iudex ſi ſcit, debet ſecundum ſuam conſcientiam condemnare reum. & eſt pro eis ad hanc rationem. ff. finium regundorum. lege ſi irruptione §. ad officium. & in hac ſententia fuit dominus. M. ſed certe, ſecundum Ioan. poſitum eſt falſum, & duæ rationes malæ. Nam non poteſt quis immutare libellum, niſi vſque ad litem conteſtatam: nec etiam hodie poſt datum libellum, quia ſic dicit authen. quod non habet neceſſe in primo libello perſiſtere: vt in authen. de litig. §. omnem. colla. viij. Item, quia non videtur in iudicium veniſſe, quod poſt litis conteſtationem contingit: vt ff. de iudi. lege non poteſt. & ff. de excep. rei iud. lege cum quæritur. & lege egit. Nec obſt. quod hic dicitur, & quod dicit eodem iudicio. Nam dic, id eſt, coram eodem iudice, & ab eodem actore & reo. Nam & propter hanc cauſam, ſcilicet propter identitatem perſonarum etiam, vbi prorſus aliud petitur, tamen dicitur iudicium idem: vt infra proxi. §. Itē nō obſtat. ff. de noxa. lege in delictis. § ſi detracta. quia ibi ex eadem cauſa, & eadem actione, & ad idem agebatur, licet eſſet variatio in quodam beneficio, quod dominus habet per legem, vt poſſit pro noxa dare: vt infra de noxa. actio. §. in ſumma. & ff. de re iudica. lege miſſet §. primo. Item alia ratio non eſt bona: quia non ſecundum conſcientiam, ſed ſecundum allegata debet iudex iudicare & pronunciare: vt ff. de offic. præſid. lege illicitas. §. veritas. niſi habeat conſcientiam. vt iudex: vt in dicta lege. & ff. finium regundorum. lege ſi irruptione. § ad officium. & hoc in ſingularibus iudiciis. Sed quid in vniuerſalibus? Reſpond. poteſt in eis adiici quandocunque ante ſententiam: vt ff. de

peti. hæred. lege iiij. & lege ſi quo tempore. & ſic intelligitur. C. de appel. lege fina. §. fina.

a ¶ *Conſtitutione.* ſcilicet Græca, quam non habemus. Accurſius.

tollatur: quod in caſibus contingit: vt C. de furt. lege prima. & C. ſi ſeruus extc. ſe emi man. l. j, & C. de cūdic. leg. ii. & C. de pact. inter emp. & vend. l. commiſſoriæ. & ff. de tribu. leg quod in hæredem. §. eli gere. & ff. de lega. ij. lege cum filius. §. vatus.

ei condemnat ex cōſtitutione [a] diuæ memoriæ Zenonis.

¶ Si quis per errorem aliud pro alio petierit, libellum mutare poterit. Areti.

¶ Si quis aliud pro alio intenderit [b]: nihil eum periclitari placet: ſed in eodem iudicio [c] cognita veritate, errorem ſuum corrigere [d] ei permittitur: veluti ſi is, qui hominem Stichum petere deberet, Erotem petierit: aut ſi quis ex teſtamento dari ſibi oportere intenderit [e] quod ex ſtipulatu debetur.

¶ Adeſt ſexta, huiusque tractatus nouiſſima actionum diuiſio, vt quædā ſint ſolidi perſecutoriæ, quædam verò quibus non ſemper ſolidum conſequimur: quarum aliquot exempla vſque ad tituli metas ſubiiciūtur.

¶ *Si quis aliud.* C A S V S. Supra vidiſtis, quid iuris de eo qui plus petit. Sed quid ſi aliquis aliud pro alio petierit, vel ſi vnam actionem pro alia propoſuerit? Reſpondet quod non propter hoc, periclitabitur ei aliquid, ſed in eodem iudicio cognita cauſa errorem ſuum corrigere poteſt. hoc dicit. Franc.

b ¶ *Intenderit.* ſcilicet ſibi deberi.

c ¶ *In eodem iudicio.* id eſt, apud eundem iudicem, & dicitur idem iudicium, propter identitatem perſonarum & iudicii: tamen vere aliud eſt. Sed nunquid nouæ dilationes dabuntur? Reſpon. ſi poteſt eſſe inſtructus e: petitione prima etiam ad ſecundam, non dabuntur, cum neceſſariæ, non voluntariæ ſint dandæ dilationes: vt C. de dila. lege prima. Nam ſi primo egit actione vi bonorū raptorum, & poſtea mutetur, & agatur actione furti: ſatis poteſt eſſe reus inſtructus. Si autem ſunt diuerſæ petitiones, vt in hoc. §. dicitur, nouæ dilationes dandæ ſunt: vt C. de dila. l. j. Item nunquid iterum de calumnia iurabitur? Reſpon. ſic: quia poteſt, & in hac cauſa calumniari: vt ff. de dam. infect. l. qui bona fide. §. antepe. & pen.

d ¶ *Corrigere.* Nota, quod permittitur alicui errorem ſuum corrigere. Sed nunquid in veteri habet neceſſe perſiſtere? Reſpon. non, ſecundum hanc legem. Sed ſi hodie contra: vt in authen. de lit. §. omnē. colla. viij. & ita intentabit veterem & nouam, niſi reo abſoluto in veteri, obijciatur exceptio rei iudicatæ in noua, vt quia ſit eadem cauſa agendi, & eædem perſonæ, & eadem res, licet alia ſit actio: vt ff. de iureiur. l. duobus. §. exceptio. & ff. de excep. rei iud. l. ſi mater. §. eandem. & l. cum quæritur. Vel niſi actio prima ita ſe habeat ad ſecundam, vt electione

e ¶ *Intenderit.* non ſcilicet ſibi deberi.

¶ *Sunt præterea.* Diuiditur in duas partes. In prima ponit vnum dictum generale, videlicet quod non omnis actio eſt perſecutoria ſolidi. Secundo illud per plura exēpla probat. Secunda ibi, Vt ecce. Item ſecunda ſubdiuiditur. Nā primo ponit exemplum de peculio. Secūdo de dote. Tertio quando agitur contra patrē, patronum, ſocium, vel donatarium. Quarto quando agitur per compenſationem. Quinto quando agitur contra illum, qui bonis ceſſit. Secūda ibi, Item ſi de dote. Tertia ibi, Sed & ſi quis cum parente. Quarta ibi, Compēſationes. Quinta ibi, Cum eo quoque. Legam tamen per particulas: vt clarius vnaquæque materia comprehendatur.

C A S V S. Iam vidiſtis in titu. de act. varias & diuerſas diuiſiones actionum. Adhuc etiam eſt alia diuiſio actionum, quā inſinuit nobis Iuſti. & vſque in finem ti. proſequitur, & eſt diuiſio iſta talis: Actionum quædam ſunt, quibus perſequimur ſolidum, quædam quibus non ſolidum. & quædam quibus minus. Et ponit exēplum dicens, quod per actionem de peculio aliquando perſequimur ſolidum: veluti ſi tempore litis cont. tantum reperiatur in peculio deducto omni eo, quod de iure deduci debet, quantum nobis debetur, & quemadmodū peculiū intelligi debeat ſuo loco proponemus. Et ſum in. §. item ſi de dote. Iam vidiſtis exemplum de vna actione, quæ quandoq. perſecutoria eſt ſolidi: quandoq; non. Modo dabo vobis exemplum de actione, quæ quandoq; datur inſolidum, quandoq; non. & eſt exemplū de actione de dote, quæ eſt perſecutoria ſolidi, quādo maritus ſolidū facere poteſt. Si autē nō habeat vnde

ſolidum

ſolidum facere poſſit:tunc debet condē-nari inquantum facere poteſt. & ſumus io ver. Propter retentionē. Iam vidiſtis vnum caſum, in quo non cōſequitur mulier ſolidū per actionem de dote. Hic ponit do. Iuſtin. alium caſum, puta quando maritus vtitur retentione propter impenſas factas in dote, hoc dicit Frā ciſ.de Arc.

b ¶ *Proponemus*. vt infra t i.j.§. cum autē

c ¶ *Maritum*. vel eius hæredes, ſcilicet filios communes:ſecus in extraneis hęredibus: vt ff.ſol.ma.l.etiam filios mulieris.&.l.maritum.&.l.ſe.

¶ Sunt præterea quædā actiones [a], quibus nō ſemper ſolidum, quod debetur nobis, perſequimur: ſed modò ſolidum perſequimur, modò minus: vt ecce, ſi in peculium filij, ſeruive agamus. Nā ſi non minus in peculio ſit, quàm perſequimur: inſolidum dominus, paterve condemnatur. ſi verò minus inueniatur: catenus condemnat iudex, quatenus in peculio ſit. Quemadmodum autem peculium intelligi debeat, ſuo ordine proponemus [b].

¶ *In dotis reſtitutionem condemnatur maritus, inquantum facere poteſt.*

¶ *Annota, Maritum dotis reſtituendæ nomine conuentum, nō vltra quàm facere poſſit condemnandum.*

¶ Item, ſi de dote in iudicio mulier agat: placet eatenus maritu [c] condemnari debere, quatenus facere poſſit, id eſt, quatenus facultates [d] eius patiuntur. Itaq;, ſi dotis quātitati concurrāt facultates eius, inſolidum damnatur: ſi minus, in tantu, quātum facere poteſt. Propter retētionem quoq;, dotis repetitio minuitur. Nā ob impenſas [e] in res dotales factas, mari-

a ¶ *Sunt præterea quædam actiones*. Innuit hic quandam diuiſionem actionū. ſ. quod aliæ ſunt perſecutoriæ inſolidum, aliæ non & hác proſequitur vſq; in fi.o.huius ti. & non eſt iſta diuiſio de xij. diuiſionibus. Nā prima eſt quod aliæ ſunt in rem, aliæ in perſonā: vt ſ. eodem. §. omnium. Secunda eſt, quod aliæ ſunt ciuiles, aliæ prætoriæ: vt ſ. codē. §. ſed iſtæ quidem actiones ſūt. Tertia fuit ſupra eo. §. ſequens. Quarta ſ. eo. §. omnes autē actiones. Quinta ſ. eod.§. actionum autem quædam ſunt. Sexta eſt, quod aliæ ſunt temporales, aliæ ſunt perpetuæ. Septima, ꝙ aliæ ſunt tranſitoriæ ad hæredes, aliæ nō: vt.j.de perpe.& tēp. act.§.non oēs. Octaua eſt, ꝙ aliæ ſunt famoſæ, aliæ non: vt.j.de pœn.teme.liti.§. pen. Nona, quod aliæ ſunt directæ, aliæ vtiles. vt ff.ſi quād.paup.fe.di.l.pe. Decima, quod aliæ directæ, aliæ contrariæ: vt ſupra de ob.quæ ex quaſi cōtrac.§.j.& ij. Vndecima, ꝙ aliæ ſingulares, aliæ vniuerſales, aliæ generales: vt ff.pro ſo.l.pro ſocio arbitor. Duodecima diuiſio eſt, ꝙ aliæ ſunt ſimplices, aliæ duplices, vt famil.erciſcund. commu.diuid. fin.reg. & quædā intecdicta: vt infra de interdi.§.tertia diuiſio. Eſt autem & hæc extrauagans, de qua hic dicitur,

d ¶ *Facultates*. vt tamen ipſe maritus non egeat: vt ff. de re iudi.l. inter eos. & ff de re iu.l. in condēnatione perſonarū. & hoc niſi dolo fecerit maritus, quo minus poſſit cautione expoſita ab eodem de ſolido ſoluēdo, ſi ad meliorem fortunam peruenerit: vt C. de rei vxor. act.§. cū autē. & ff ſol. ma.l. etiam filios.§. licet. & ff. pro ſo.l. verum eſt. §. id quod.

A D D. *Item ſi mulier ipſa eſſet pauper, ita vt ad ipſius victū tota dos eſſet neceſſaria. Item ſi res dotalis, vel alia acquiſita ex re dotali, extares: quia non haberes locum beneficiū iſtius tex. vt per docto. hic.*

e ¶ *Impenſas*. dic quod impēſæ aliæ neceſſariæ ſunt, vt quibus non factis, res erat peritura, vel deterior futura. Aliæ vtiles, vt quibus nō factis res non erat peritura, ſed eis factis res eſt melior futura. Aliæ voluptariæ, quæ tantum rem exornant: vt ff.de verb. ſig l.impenſæ.& ff.de impē.in re.do.fact. l.j.&.l.ꝙ dicitur infra.§ vtiles.l.voluptariæ. in primis impenſis dic. ꝙ minuūt doſem ipſo iure. ſi conſiſtat in pecunia & ſpecie, vt ſi eſt fundus & pecunia in dotē data: quantum in fundum impenditur: tātum in pecunia ipſo iure deberi deſinit. Si vero ſolus fundus in dote ſit: tunc ſi tātum expenditur ſimul, vel diuerſis vicibus quanti eſt fundus: tunc ipſo iure deſinit eſſe dotalis, niſi mulier intra annū ſponte marito impenſas obtulerit. Si vero non tātum, non deſinit eſſe dotalis: ſed

tãdiu totus vel pro parte retinetur quã-diu impenſæ reſtituãtur: vt ff. de impen. in rebus do. factis. l. quod dicitur. & ff. de iu. do. l. ſi quis. § pen. & fi. & hoc in neceſſariis impenſis. Si autem vtiles ſunt: tũc per act. nego. geſt. vel mandati, ſi mandato mulieris fecit, repetuntur. Voluptariæ non repetuntur, etiam ſi mãdato mulieris factæ ſunt ſed abraduntur ſine læſione prioris ſtatus: vt C. de rei vx. act. §. ſed nec ob impenſas. & ff. de rei ven. l. i fundo. Et ſecundum hanc diſtinctionem hunc. §. intelligas. & quod dicit in litera, quaſi, no denotat improprietatem, ſed eſt impenſa neceſſaria, vt dictum eſt, ſed ſi vtilis, vel voluptaria nullo modo locũ habet hic. §.

tur &c. ſecundum doct. hic.

e ¶*Poteſt*. quod ſemper accipe detracto tanto, quod poſſit inde viuere conuẽtus: vt ff de reg. iur. l. in condemnatione.

f ¶*Ex donatione*. i. quando non poteſt ſoluere, cum donare promiſit. Accurſius.

to quaſi retentio conceſſa eſt: quia ipſo iure neceſſariis ſumptibus dos [a] minuitur: ſicut ex latioribus digeſtorum libris [b] cognoſcere licet.

¶*In his quatuor caſibus reus condemnatur, inquantum facere poteſt. Ange.*

¶Sed & ſi quis [c] cum parente ſuo, patronove agat: item ſi ſocius cum ſocio [d] iudicio ſocietatis agat, non plus actor conſequitur, quàm aduerſarius eius facere poteſt [e]. Idem eſt, ſi quis ex donatione [f] ſua conueniatur [g].

¶*Compenſationis exceptio obiecta petitioni efficit vt vltro citroq; debito cõpenſato, in eo iudex reum petitori condẽnet, quod reliquum tantum debet.*

¶Compẽſationes quoque oppoſitæ plerunque [h] efficiunt, vt minus cõſequatur, quàm ei debeatur. Nam ex bono & æquo habita ratione eius, quod inuicem actorem ex eadem cauſa [i] præſtare oportet: in reliquum eum cũ quo actum eſt, condemnat: ſicut iam dictum eſt [k].

¶*Qui bonis ceßit quãuis poſtea pinguior arreſerit fortuna: non tamen vlterius, quàm facere poteſt, conuenïendus eſt.*

a ¶*Dos*. in pecunia conſiſtens.

b ¶*Libris*. vt ff. de impẽſ. in re. do. fa. per totũ titu. Accur.

¶*Sed & ſi quis*. CASVS. Præter actiões iam dictas, ſunt & aliæ, quibus quãdoq; perſequimur ſolidum, quandoque non. Eiuſmodi ſunt illæ quæ dantur cõtra parentes & patronos, & contra ſociũ. Idem dicit in actionibus, quæ competunt contra eum, qui conuenitur ex ſua donatione. hoc dicit Fran.

c ¶*Sed & ſi quis*. ſ. filius vel libertus, qui agunt vt omnia impetrata: alias puniuntur: vt ſupra eo. §. pœnales. verſi. veluti. ibi, & ĩu cum. Accur.

d ¶*Socio*. & ſe confitente ſocium. alias non datur ei hoc beneficium: vt ff. pro ſo. l. ſi vnus. § vlt.

ADDITIO. *Quod verum intellige, ſi perſeueret in negatione vſque ad litem conteſtã. & negauit in ſpecie eſſe ſociũ, alias ſecus: quia ſi in genere: vt nego narrata, prout narran*

g ¶*Conueniatur*. ſ. condictione ex lege: vt C. de dona. l. ſi quis argẽtum. § ſin autem. Et not. quod hic ſolus conuenitur inquãtum facere poteſt deducto ære alieno: vt ff. de re iudic. l. inter eos. §. j. & ij. & melius §. finali.

¶*Compenſationes*. CASVS. Supra vidiſtis qualiter quandoque per actiones perſequimur ſolidum. & quandoque non & hoc per naturã actionis. vt in ſuperiorib' patet. Hic autem dicit, quod ſimiliter per actiones quandoq; non perſequimur ſolidum propter compenſationẽ factam, vel compoſitam ab homine. hoc dicit. Franc.

h ¶*Plerunque* hoc dicit propter actionẽ depoſiti, & alias quaſdam, in quibus non obiicitur compenſatio: vt ĩ. eod. §. in bonæ fidei. & C. de compen. l. fin.

i ¶*Ex eadem cauſa*. hodie ex quacunque cauſa, & in quolibet contractu bonæ fidei, vel ſtricti iuris: vt ĩ. c. § ĩ bonæ fidei.

k ¶*Iam dictum eſt*. ĩ. eo. in bonæ fidei.

¶*Cum eo quoque*. CASVS. Debitor, quum ſoluendo non eſſet, ceſſit bonis, id eſt, omnia bona creditoribus ceſſit: poſtea facultates aliquas comparauit. Conueniri quidem poteſt à creditoribus. quibus non ſuffecerant bona ceſſa: ſed tamẽ quòd fortunis omnibus ſemel euerſus fuerit, humanius tunc conuenitur, in quantum facere poteſt. ff. de ceſſ. bon. & C. eodem. Eg. Baro.

Ceſſio bonorum in duobus prodeſt.

a ¶*Creditoribus.* quod fieri poteſt, ante quam debitũ agnoſcat, vel in iure confiteatur: vt ff. de ceſſio. bo. l. penul. Prodeſt autẽ hæc ceſſio, vt nõ ducatur debitor in carcerẽ: vt C. qui bon. cedere poſſ. l. j. & quod in acquiſito poſtea conueniatur, inquantum facere poſſit, vt ſubiicit.

l. 4 de ceſſ. bo.

¶ Cum eo quoque, qui creditoribus [a] ſuis bonis ceſſit, ſi poſteá aliquid acquiſierit, quod idoneum emolumentum habeat: ex integro [b] in id, quod facere poteſt, creditores experiuntur. inhumanum enim [c] erat, ſpoliatum fortunis ſuis inſolidũ damnari.

b ¶*Ex integro.* videtur ſibiipſi contraria litera, quod ex integro, & inquantum facere poteſt, conueniatur, vt ſubiicit. Sed ſic intelligitur quod inſolidũ conueniatur, quádiu poteſt ſoluere. hoc tamen eſt deducto ſemper ne egeat: vt ff. de ceſſ. bon. l. qui bonis. & ff. de reg. iuris. lege in condemnatione.

Si bene ſum facta non ſemper conuenietur, qui ceſſit: etiam ſi ad pinguiorem fortunam perueniat.

A D D. *Vel dic & longe facilius, ex integro. i. denuo, ſiue iterum, vt ſit vna dictio: & ita exponunt doctores periti. Et hoc. ſ. quod qui ceſſit bonis, poteſt iterum conueniri, ſi peruenias ad pinguiorem fortunam: verum eſt, niſi pro eo iam ſuſtinuiſſes pœnas corporales: vel ceſſionẽ feciſſes culo nudo ſuper lapidẽ, & hoc gloſſ. not. in verb. ſi habẽt. in. c. ſicut dignũ. §. eos inſuper. extra de ho. & in. c. peccatum. de regulis iuris in vj.*

c ¶*Inhumanũ enim.* bene dico, quod inquantũ facere poteſt deducto &c. non cõueniatur inhumanum enim &c.

TITVL. VII.

QVOD CVM eo qui in aliena eſt poteſtate negotium geſtu eſſe dicitur.

¶ *Superiore titulo attigit actionẽ Prætoriam de peculio. §. ſunt præterea. ſed quòd & aliæ eſſent quinque actiones ſimiliter Prætoriæ, quæ ex contractu alieno dentur, latiorẽ omnium tractatum in hunc locũ reiecit.*

¶ *Serui ac filijfa. contractus, quoad obligationis vinculum reſpectu domini ac patris iure pari procedunt.*

Quia tamen [*] ſuperius [d] mẽtionem habuimus de actiõe, qua in peculium filiorumfamilias ſeruorúmq; agitur: opus eſt, vt de hac actione, & de cæteris, quæ eorundem nomine in parentes dominosve dantur, ſeparatim diligentius admoneamus.

QVOD CVM EO, QVI IN aliena eſt poteſtate, negotium geſtum eſſe dicitur.

¶ *Qualiter conueniamur ex contractibus, vel furtis nobiſcum habitis, dictum eſt: nunc qualiter conueniamur ex habitis cum iis, quos in poteſtate habemus. Accurſius.*

Quia tamen. Totus iſte titul. diuiditur in ſex partes. Primo ponit continuationem tituli. Secundo, quod filius & ſeruus æquiparantur. ideo dictum in vno, poteſt intelligi dictum in alio. Tertio proſequitur de contractibus ſeruorũ qualiter & inquantum eorũ dominus teneatur. Quarto illud extẽdit ad filios. Quinto ponit vnum in filio, quod non habet locum in ſeruo. Sexto redit ad contractum ſerui. Secũda ibi, Et quia. Tertia ibi, Si igitur. Quarta ibi, Quæ diximus. Quinta ibi, Illud proprie. Sexta ibi, Illud in ſumma. *CASVS.* Supra tit. proxi. Sed & ſi quis cum parente. tractatũ eſt de actione de peculio, quæ datur cõtra patrẽ vel dominũ pro contractu facto cũ filiofamilias, vel cũ ſeruo, ſed non plene: & propterea dicit in hoc loco, quod de ea vberius tractare proponit: & occaſione inde ſumpta, tractat de omni negotio, quod geſtum eſſe dicitur cum eis, qui in noſtra poteſtate ſunt. Dicit ergo, ſiue cũm filiofamilias, ſiue cum ſeruo negotium geſtum ſit, quod in omnibus fere eadem natura ſeruatur: & ſine dubio in quolibet articulo poſſemus tractare & exemplificare de ambobus: quia tamen in his duobus eadem fere natura intelligitur: ne verboſa fiat diſputatio, ſermonem noſtrum in perſonam ſerui & domini dirigamus, & idem intelligamus in parentibus & liberis: & de hoc tractabimus infra eo. §. illud proprie. ar. eius, quod dicitur, opus eſt, & de hac actione &c. voluerunt quidam dicere, quod hoc verbum, de peculio, eſt proprium nomen actionis, nos cõtra: ſed ſunt adiectiones, & no. in fi. huius §. hoc dicit Franc. de Are.

d ¶*Superius.* vt ſ. titu. j. §. actiones autẽ.

[*] *Autem.*

& §.ſuot prætetea.
a ¶ *Diligentius*. quam ſuprà dictum ſit, vel dic diligentius, id eſt, diligenter.
b ¶ *Fere*. hoc dicit propter Macedonianum, quod habet locum in filijs, non in ſeruis: vt ĩ.eo. §.quæ diximꝰ. & propter alios caſus quos ibi dicemus. Accur.

cum dominus nauis, ſiue nauta, qui exercere dicitur, ſeruum ſuum magiſterio nauis præpoſuit, & cum ſeruo illo contractum fuerit. Datur enim tunc contrahenti contra dominum nauis actio exercitoria in ſolidū cū præpoſuerit eū inſolidū, & quā quam litera in ſeruo ſuo loquatur, idem tamen intelligas in ſeruo alieno, vel in libero homine magiſterio nauis præpoſito, ſi cū eo contractū fuerit eius rei gratia ad quā præpoſitꝰ fuerat: & ſic etia hit exercitoria nomen ſuū ab ipſo domino nauis, qui aliū præpoſuerit alicui negotio, q exercitor dicitur, ſed inſtitoria ecõuerſo trahit nomen ab eo, q certo negotio præponitur, qui inſtitor appellatur

dari ſolent, diligentius[a] admoneamus. Et quia ſiue cum ſeruis negotium geſtum ſit, ſiue cum ijs, qui in poteſtate parentū ſunt, eadem ferè[b] iura ſeruantur: ne verboſa fiat diſputatio[c], dirigamus ſermonem in perſonam ſerui dominique, idem intellecturi[d] de liberis quoque & parentibus, quorum in poteſtate ſunt. Nam ſi quid in his[e] propriè ſeruetur, ſeparatim oſtẽdemus[f].

¶ *Dominus tenetur ex contractu ſerui in ſolidum, ſi contrahi iuſſerit, vel ſi ipſum vel liberum hominem naui, vel alicui alij negotiationi præpoſuerit actionibus cognominatis, quod iuſſu, & exercitoria & inſtitoria.*

¶ Si igitur iuſſu domini[g] cū ſeruo negotiū geſtum erit: inſolidum Prætor aduerſus dominū actionem pollicetur: ſcilicet quia is, qui ita contrahit, fidem domini ſequi videtur[h].

c ¶ *Diſputatio*. Nota contra multos doctores, qui legendo & cõſulendo multa & inutilia effundunt, cum paucis vti poſſint: contra id, quod dicitur, quod gaudent breuitate moderni. nam in multiloquio nõ deeſt peccatū. fac. l. ampliorem. §. in refutatorijs. cū ibi not. per gl. & doctor. C. de appel. Ang.
d ¶ *Idem intellecturi*. nam ſimilium eadem eſt diſciplina: vt hic, & ff. de in rem ver. l. ij. §. proinde. & §. quoties.
e ¶ *In his*. ſ. parente & filio.
f ¶ *Oſtendemus*. vt ĩ. eo. §. quæ diximus.

¶ *Si igitur iuſſu domini*. C A S V S. Suprà dictum eſt, quod tractandum erat de act. ſiue adiectionibus actionum, quæ competunt propter negotia geſta cum ſeruis & filijsfami. Videamus igitur primo de illa act. quæ competit propter negotiū geſtū cum ſeruo iuſſu domini. Dicit igitur, q ſi aliquis iuſſu domini cū ſeruo contrahat, cum domino cõtraxiſſe videtur: & ideo contra dominum competit ei actio inſolidum cū hac adiectione, quod iuſſu, & in ſolidum. Fidem enim domini ſequi videtur, qui eius iuſſu cum ſeruo contrahit. Similiter poſſet poni exemplum in filio cum quo iuſſu patris contractū eſt: ſed ne verboſa. i. verborū ſit diſputatio: idem intelligas in filio & patre, qđ dicit in ſeruo & domino. & ſum i ver. Eadē ratione prætor &c. Vidiſtis duas actionū adiectiones inſolidū, adhuc præter illas duas adiectiones prætor proponit alias duas: quarū vna vocatur exercitoria, & alia inſtitoria, & primo ponit exemplum de exercitoria, dicens, quòd tunc competit exercitoria, & ſumus in verſi. inſtitoria &c. Suprà vidiſtis, quando locum habet exercitoria actio, modo videatis quãdo locum habet inſtitoria: & certe habet locū, cum quis præponit ſeruū tabernæ, aut alicui negotiationi, & cum eo contractū fuerit eius rei gratia, cui præponitur. Tunc enim datur actio contra eum ex eo contractu, cū hac adiectiõe inſtitoria. Qui autem à domino præponitur, inſtitor appellatur. In verſi. iſtas tamen duas actiones &c. caſus eſt talis. Suprà diximus, quod locum habet exercitoria, ſiue inſtitoria, cū ſeruū ſuum naui vel tabernæ vel alteri rei, ſiue certæ negotiationi dominꝰ præpoſuerit. Iſtas etiam duas actiones prætor reddit & donat: & ſi dominus ſeruum alienum vel liberum hominem alicui negotiationi præpoſuerit: quia eadem ratio æquitatis in eo caſu inuenitur. h. d. Fran.

Exercitoria actio.
Exercitor.
Inſtitoria actio.
Inſtitor.

g ¶ *Domini*. ſ. volentis cū ſeruo contrahi, ſiue dirigat iuſſum ad ſeruū, ſiue ad cõtrahentem cum ſeruo ſiue ſubſcripſerit, ſiue quocunq; modo contractum ratū habuit: vt ff. quod iuſſu l. j. §. j. & §. ſed & ſi ſerui chirograph. & § ſi ratum.
h ¶ *Videtur*. vt etiam ab ipſo domino debitum condici poſſit: vt ĩ. eo. §. pe.

¶ *Eadem*

a ¶ *Eadem ratione.* quia fidem domini ſequi videntur: vt Ī. proxi. §. in fin. Acc.
b ¶ *Exercitoria.* quæ perpetuo hæredi & in hæredem datur: vt ff. de exerci. l. ſi tamen. §. fi. Idem in inſtitoria: vt ff. de inſtitor. l. nouiſſime. Idem etiã de in rem verſo: vt ff. quãdo de pecu. act. an na. eſt. l. quæſitum. In fi.

æſtimari. & Ī. quib. mod. ius. patr. pot. ſol. §. pari ratione.
¶ *Introduxit.* CASUS. Prætor Tributoriam quoque actionem præter cæteras inſtituit, quæ tum locum habet, cum ſeruus domino ſciẽte, licet nõ mandante, nec præponẽte, in merce peculiari negotiatus, debitor tum domini tum aliorum quoq; effectus eſt, nã tunc & domini & creditores pro virili ac debiti rata portione ad merces peculiares vocãtur: quod ſi quid creditorem alicui de ſuo abſit, aduerſus eũdem dominum hac actione expediri licet, vt ſi quid neſciũ penes ſe habeat dominus, in medium afferre cogatur.

¶ *Qui ſeruũ aut hominem liberum, naui, tabernæ, aut cuiuis negotiationi præfecerit, In id quod eius rei nomine, cui præpoſitus fuerit, cõtractum eſt, inſolidum obligatur.*

¶ Eadem ratione[a] Prætor duas alias inſolidum actiones pollicetur: quarum altera exercitoria[b], altera inſtitoria appellatur. Exercitoria tunc habet locum, cum quis ſeruum ſuum magiſtrũ naui pręposuerit, & quid cum eo eius rei gratia[c], cui præpoſitus erit, contractum fuerit. Ideo autem exercitoria vocatur: quia exercitor is appellatur ad quem quotidianus nauis quęſtus[d] pertinet. Inſtitoria tunc locum habet, cum quis tabernæ fortè, aut cuilibet negotiationi ſeruum[e] ſuũ præpoſuerit, & q̃d cum eo eius rei cauſa, cui præpoſitus erit contractũ fuerit. Ideo autem inſtitoria appellatur: quia qui negotiationibus præponuntur inſtitores vocãtur[f]. Iſtas tamen duas[g] actiones Prętor reddit, & ſi liberum quis hominem, aut alienum ſeruum naui aut tabernæ, aut cuilibet negotiationi præpoſuerit, ſcilicet quia eadẽ æquitatis[h] ratio etiam eo caſu interueniat.

¶ *Si ſeruũ in peculiari merce ſcienter domino negotians, ex contractu quibuſdam creditoribus obnoxius fiat: tunc ſi quid inde etiam domino debeatur, inter eum cæteroſq́; creditores merces peculiares ſecundum ratam cuiuſque portionem inuicem contribuuntur: quod ſi cui creditorum minus, quàm oporteat contigerit, actione (quæ tributoria dicitur) aduerſus dominum experitur.*

¶ Introduxit & aliam Prætor actionem, quæ tributoria vocatur. Nanq; ſi ſeruus in peculiari merce[i] ſciente domino negotietur[k], & quid cum eo eius rei cauſa[l] contractum erit: ita Prætor ius dicit, vt quicquid in his mercibus erit, quódq; inde receptũ

erit

c ¶ *Eius rei gratia.* bene dicit, eius rei gratia. Nam ſi ob aliã rem, puta negotij ſui, vel cum eſſet præpoſitus ad vehendum onus, ipſe accepit mutuam pecuniam, non ad vtilitatem nauis, non tenetur domin⁹: vt ff. de exercit. l. j. §. non autem.
d ¶ *Quæſtus.* i. prouentus ſiue lucrũ. Sed magiſter appellatur, cui totius nauis anchora id eſt, gubernatio commendatur: vt ff. de exer. l. j. §. magiſtrum nauis.
e ¶ *Seruum.* vel liberum: vt in fi. huius §.
f ¶ *Vocantur.* not. quòd inſtitoria à præpoſito, ſed exercitoria à præponente vocatur: vt hic, & Ī. proximo §.
g ¶ *Duas.* per hoc, quod dicit duas, excludit primã, q̃d iuſſu. Acc.
h ¶ *Æquitatis.* not. quòd vbi eadem eſt æquitas, idem ius ſtatuendũ eſt: ſic ff. ad leg. Aqui. l. illud. §. cũ eam. in gl.

Ius idem ſtatuitur, vbi eſt eadem æquitas.

i ¶ *In peculiari merce.* hoc caute dicit, non in dominica: vt ff. de inſti. l. ſed & ſi pupillus. §. penul.
k ¶ *Negotietur.* ad omnẽ quoque porrigitur negotiationem vt ff de tribut. l. illud. & l. j. §. licet.
l ¶ *Eius rei cauſa.* no. quod ad hoc, vt competat iſta actio.

oportet quod ſit contractum illarū mercium cauſa, alias ooo competeret: vt per An. hic.

erit, id inter dominum, ſi quid ei debebitur, & cæteros creditores pro rata portione diſtribuatur. & [redacted] quia ipſi domino diſtributio [redacted] permitti [redacted] ſi quis ex creditoribus queratur, quaſi minus [a] ei tributum ſit, quàm oportuerit: hanc ei actionem accōmodat, quæ tributoria appellatur.

¶ *Quod ex contractu ſerui (etiam inſcio domino inito) in domini vtilitatē verſum eſt, id ſolidum ſoluere cogitur: in rem autem verſum intelligimus, ſi quid ſeruus impenderit, quo meliorem dominus habeat, aut non deteriorem: vt exemplis aperitur. Quòd ſi verſum non fuit, eatenus tantùm tenetur domin⁹, quatenus vires peculij ſeſe extendunt.*

¶ Præterea introducta eſt actio de peculio, déque eo[b] quod in rem domini verſum erit: vt quamuis ſine voluntate domini negotium geſtum erit: tamen ſiue quid in rem eius verſum fuerit, id totum præſtare debeat: ſiue quid non ſit in rém eius verſum, id eatenus præſtare debeat, quatenus peculiū patitur [c]. In rem autem domini verſum intelligitur, quicquid neceſſariò in rem eius impenderit ſeruus: veluti ſi mutuatus pecuniam creditoribus eius ſoluerit, aut ædificia ruētia fulſerit, aut familiæ frumentum emerit, vel etiam fundum aut quamlibet aliam rē neceſſariā mer-

a ¶*Minus*. hanc actionem tributoriam dicuot quidam ooo dari, niſi domious primo diſtribuat: & dicūt, quod cogitur officio iudicis: & hoc colligitur ex hoc. §. quia dicit, minus. Sed dico, quòd ante & poſt competit: quia minus tribuit, qui nihil tribuit: vt ff. de tribu. l. illud. §. ſi cuius dolo. verſi. minoos. & argu. ff. de verborum ſigni. l. minus. & l. verbū amplius. ſecundum Ioan.

¶*Præterea introducta*. CASVS Iam vidiſtis naturam diuiſarum adiectionum, videlicet adiectionis, q̄ iuſſu, exercitoriæ, & inſtitoriæ, & tributoriæ: adhuc præter iſtas ſunt inductæ à prætore aliæ adiectiones, quarū vna vocatur de io rem verſo, & alia de peculio, & ſunt diuerſæ à prædictis: quia ſupradictæ actionū adiectiones nunq̄ habēt locū contra dominū pro contractu facto cū ſeruo, niſi hoc factum fuerit domino voleote: ſed iſtæ duæ adiectiones dantur contra dominum pro cootractibus factis cū ſeruo domioo ignorante & nolente, adeo, q̄ ſi ſine domini voluntate oegotiū geſtum ſit: tameo ſi quid in eius negotiū verſum fuerit, id totum præſtare tenetur dominus: & ad hoc poteſt agi actiooe ex illo contractu, cum hac adiectióne, de in rem verſo. ſi autem non ſit aliquid verſum io rem eius: tunc poteſt dñs conueniri quatenus eſt io peculio, deinde docet q̄d videtur verſum in rem dñi: dicens, quod illud videtur verſum, quod in rem eius neceſſario impendit ſeruus, & de expenſis neceſſarijs ponit multa exépla. Sed pone, quod ſeruus alicuius, q̄ ſciēte dño in negotijs peculiaribus negotiatur à Titio decem aureos acceperit mutoo, & quinque aureos creditoribus ſuis ſoluerit: reliquos vero quinque alio modo cōſumpſerit, pro illis quinque, quos in rem domini conuerſit, debet dominus ioſolidum conueniri, pro alijs vero quinque peculio tenus dominus conuenitur. Si autem omnes decem aurei in rē domini verſi fuiſſent, decem aureos cō ſequetur per actiooem de in rem verſo. Licet enim vna ſit actio ſiue adiectio qua de peculio, & de eo q̄d in rem domini verſum ſit, agitur: tamē duas habet condemnationes. Iudex ergo corā quo de io rem verſo agitur, debet inſpicere an in rem dñi verſum ſit, an non. Noo enim aliter debet venire ad æſtimatiooē peculij, oiſi aut nihil io rem domini verſum ſit, aut totū. h. d. Franciſ.

b ¶*Deque eo*. caue tibi: quia de duabus actionibus ſimul dicit, ſcilicet de peculio, & de io rem verſo.

c ¶*Patitur*. facit ff. de peen. l. ſi quis ſeruum. §. etiam. & hic adiuoge. §. cæterum, qui eſt ioſrà.

¶ *Mercator*

catus erit [a]. Itaque ſi ex decem [b] puta aureis, quos ſeruus tuus à Titio mutuos accepit, creditori tuo quinque aureos ſoluerit, reliquos verò quinque quolibet modò conſumpſerit: pro quinque quidem inſolidum damnari debes [c]: pro cæteris verò quinque eatenus, quatenus in peculio ſit. Ex quo, ſcilicet apparet, ſi toti decem aurei in rem tuam verſi fuerint: totos decem aureos Titiũ conſequi poſſe. Licet [d] enim vna eſt actio, qua de peculio, deque eo, quod in rem domini verſum ſit, agitur: tamen duas habet condemnationes. Itaq; iudex, apud quem de ea actione [e] agitur, antè deſpicere ſolet, an in rem domini verſum ſit: nec aliter ad peculii æſtimationẽ tranſit, quã aut nihil in rem domini verſum intelligatur, aut non totum.

¶ *In peculio id numeratur, quod deducto eo quod domino eiuſq; poteſtati ſubditis debetur, ſupereſt: modò ſerui vicario non debeatur.*

¶ Cùm autẽ quæritur, quantum in peculio ſit: antè deducitur, quicquid ſeruus domi-

Actio de peculio, & de in rem verſo ſunt diuerſæ.

Textum exponit.

a ¶ *Mercatus erit.* facit ff. de in rem verſo. l. iij. §. proinde.

b ¶ *Ex decem.* quia quot ſunt conſumpti in tot debet teneri: vt ĩ proxi. §.

c ¶ *Damnari debes.* facit ff. de in rem verſo. l. ſi pro patre. §. idem.

d ¶ *Licet.* hoc punctum quod eſt hic, ita praue intelligunt quidam, quod quicunque agit de peculio, videtur intentare illam formulam, agere & ſcilicet de in rem verſo: vt hic, &. ff. de in rem verſo. l. filiusfamilias. in fin. &. ff. de pecu. l. j. §. eſt autem. quæ opinio neceſſaria eſſe videtur. Nam cum de peculio agitur, debita peculiaria computantur, & ita quod ſeruus debet domino, & dominus debet ſeruo naturaliter: quia quod ſeruus impendit in rem domini, venit in actione de peculio. vt ff. de peculio. lege quam Tuberonis. §. In peculio. verſicu. ſed & hic. quod nihil aliud eſt, quam de in rem verſo agi. & ita qui agit de peculio, & de in rem verſo agit. Sed Ioan. dicit, quod diuerſæ ſunt actiones, & actionum formulæ, nec qui formulam vnius proponit, alterius formulam proponere videtur. Nec ob. dicta. lex de pecul. lege j §. eſt autem. quia licet ibi videatur ſub actione & edicto de peculio actionem de in rem verſo proponere: tamen non demonſtratur edictum, quod ſit de peculio tantum, ſed generale, quod dicit de omni eo, quod ſit cum eo, qui aliena eſt poteſtate: vt in ea. l. j. §. verba autem Item non obſt. dicta lex filiusfamilias. in fin quia [redacted] effectum proponit de in rem verſo, qui proponit de peculio, non quo ad formulam: & eodem modo expone quod hic dicitur, vna eſt actio de peculio, & de in rem verſo, id eſt ille, qui proponit actionem de peculio, conſequitur effectum actionis de in rem verſo. Et quod ſubijcit, duas habet condemnationes. ſ. actio. de peculio, vnam. ſ. pro ſuo effectu, & aliam pro effectu. ſ. actionis de in rem verſo. Accurſius.

ADD. *Hæc opi. gloſ. quòd ſint diuerſæ actiones, verior eſt: quia habẽt diuerſa nomina, & diuerſa media concludendi.*

e ¶ *Actione.* ſcilicet, de peculio.

¶ *Cum autem.* *CASVS.* In fin. proxi. §. habuiſti, quòd tunc demum tranſeundum eſt ad æſtimationem peculij, quando nihil eſt in rem domini verſum, vel non totum. Sed domine pro Deo dicatis mihi qualiter ĩ iſto caſu debuit æſtimari peculium? Frater reſpon. cum quæritur quantum peculium ſit: ſolum quod ſuper erit deducto eo, quod dño debetur, & etiam eo, qđ illis debetur, qui in ſua poteſtate ſunt vel tutela, aliud qđ ſupereſt, dicitur eſſe in peculio: & ſum in ver. Aliquando tamẽ, iã intellexiſtis, ꝙ peculiũ intelligitur illud, quod remanet deducto eo, quod domino debetur, & etiam illis qui in eius poteſtate ſunt: quãdoque tamen contingit, ꝙ dñs nõ primo deducit quod ſeruis ſuis debetur, puta. ſi habeam ſeruũ ordinarium, & ipſe habeat ſeruũ vicarium, & ordinarius meus debeat mihi centum, & vicario ſuo. l. ego poſtea conuentus act. de peculio pro contractu ſerui ordinarij prædeducam illa centũ, quæ mihi debebat, potero ne deducere illa. l. quæ ſeruo vicario debebat? dicitur ꝙ non. Et ratio huius eſt hæc: quia leges imponuntur rebus. & nõ verbis. Si eñ dñs deduceret debitũ vicarij de peculio ordinarij, & illud poneretur ĩ peculio vicarij: hoc nihil aliud

Seruus ordinarius.

Seruus vicarius.

no [a], eive, qui in poteſtate eius ſit, debet: & quod ſupereſt, id ſolùm peculium intelligitur. Aliquando tamen id, quod ei debet [b] ſeruus, qui in poteſtate domini ſit, non deducitur ex peculio: veluti ſi is [c] in ipſius [d] peculio ſit. Quod eò pertinet [e], vt ſi quid vicario ſuo ſeruus [f] debeat, id ex peculio eius [g] non deducatur.

¶ *Cui competit actio inſtitoria, vel exercitoria, vel quod iuſſu, competit etiam de peculio: & in actione de peculio, totius eius, quod eſt in peculio, ratio eſt habenda: in tributoria ſolum eius, circa quod negotiatur. Quapropter quandoque expedit agi vna, quandoque alia. Aretinus.*

¶ Cæterùm [h] dubium non eſt, quin is quoque, qui iuſſu domini contraxerit, cuiq; inſtitoria, vel exercitoria actio competit, de peculio, déque eo quod in rem domini verſum eſt, agere poſsit. Sed erit ſtultiſsimus [i], ſi omiſſa actione,

ellet quam vna manu auferre de peculio ordinarij, & alia manu ponere idem in peculio ordinarij, cum peculium vicarij ſit peculium ordinarij. h.d. Franc.

a ¶ *Domino.* ſ. debet. Cum enim in ſpecto iure naturali ſeruus liber ſit appareat, quòd naturaliter poteſt obligari etiam domino ſuo: vt ff. de cō dic. inde. l. ſi id quod. & ff. de pecu. l. nec ſeruus. & ſ. de fideiuſſ. §. j. Acc.

b ¶ *Debet.* quaſi dicat. & id deducitur, quod debet dare ſeruus ijs, q ſunt in poteſtate, vt conſeruis ſuis, & filijs domini & pupillis domini: vt ff. de pecul. l. peculium autem. in princip.

c ¶ *Si is.* ſ. cui debetur, puta habeo ſeruum caſtaldū, q ordinarius dicitur, q habet ſub ſe aliū, qui vicarius dicitur, ſi ordinarius aliquid debet vicario, & cōuenitur de peculio ordinarij, non deducā quod vicario debetur. & eſt ratio in promptu: quia ſi deduco pro vicario, adhuc remanet peculium ordinarij, & ita fruſtra fieret deductio, cum ſemper maneret ordinarij peculium.

d ¶ *Ipſius.* ſcilicet ordinarij.

e ¶ *Quod eo pertinet.* i. quod modo ſub ou be dixi tinbetnet in hoc caſu.

f ¶ *Seruus.* ſcilicet ordinarius.

ADDITIO. *Ordinarij autem ſerui dicuntur ab ordine, qui domm aut taberna, aut negotiationi agenda præſunt: illorū verò ſi peculio continentur alij ſerui, vicarij appellātur. Martialis, Eſſe ſat eſt ſeruū, iam nolo vicarius eſſe.*

g ¶ *Eius.* ſcilicet ordinarij.

¶ *Cæterum dubium.* CASVS. Dixi Iuſtini. Domine, ſuprà feciſtis mentionem de adiectionibus, & duas vltimo poſuiſtis, ſcilicet de peculio, & de in rem verſo: ſed domine, poſuiſtis eas vltimo, propterea, quia non dantur in caſibus, in quibus aliæ quatuor dantur? Frater reſpon. dominus Iuſtinia. non: imo nulli dubium eſt, quin ille, qui iuſſu domini contraxit, poſ

ſit etiam de peculio vel de in rem verſo agere, ſed ſtultiſsim᷑ eſſet ſi omiſſa actio. quod iuſſu, per quam facile ſolidum conſequi poſsit, tráſeat ad difficultatem probandi in rem domini verſum, vel probandi, quòd tantū ſit in peculio, quòd ſolidum per actiones illas conſequatur. & ſumus in verſi. Is quoque. Scire debetis, quòd ille etiā cui cōpetit tributoria, poteſt agere de peculio, & de in rē verſo, & quandoq; expedit plus agere tributoria: quia in tributoria nō habet dominus priuilegium deductionis, ſeu præ deductionis, ſed cum alijs creditoribus vocatur in tributū. Aliquando (dicit) plus expedit agere de peculio: puta ſi non fuerit contractum in toto peculio, ſed in quadā merce peculiari, quæ eſt in tertia, vel in quarta parte peculij: maior autem pars peculij non eſt in merce. ſed in prædijs & mancipijs & fœnebri pecunia: & tunc ſi agat tributoria, habebitur non ſolum eius merces, in qua negotiatur, ſed & id quod inde receptū eſt. Si autem de peculio agat, habebitur ratio peculij totius: & propterea debet quis caute prouidere & eligere illam actionem. quæ magis ſibi proficere poſsit. Sed quicunq; poteſt probare in rem domini verſum, de in rem verſo agere poteſt, vel debet. hoc dicit Franc. de Aré.

h ¶ *Cæterum.* diximus ſ. in illo §. præterea. quod is agit de peculio, qui contrahit cum ſeruo inuito, vel ignorante domino, vnde videtur, quòd qui contraxit eo volente, puta iuſſu ſuo, non poſſet agere de peculio: ſed tamen aliud eſt, ideo dic cæterum, pro ſed.

i ¶ *Sed erit ſtultiſsimus.* Not. quem eſſe ſtultum, ſi eligat malum, cum poſsit eligere bonum: vt in authen. quib. mo. nat. effi. ſui. §. 1. coll. vi. Vnde verſus, Qui videt vtilius, & ſumit deterius: Abſit ei radius

Electio debet eſſe de meliori.

qua facilimè ſolidum[a] ex contractu conſequi poſsit, ſe ad difficultatem perducat probãdi in rẽ domini verſum eſſe: vel habere ſeruum peculium, & tantum habere, vt ſolidum ſibi ſolui poſsit.

¶Hac inter actionem de peculio & tributoriam differentia eſt, quod in priori quod domino debetur ante omnia deducitur: in poſteriori verò, dominus tanquam extraneus cũ cæteris creditoribus in tributionem vocatur: item in illa totius peculij ratio habetur: in hac eius tantùm, in quo negotiatus eſt ſeruus: quò fit vt quandoque vna, quãdoque altera experiri expediat.

¶Is quoq;[b] cui tributoria actio competit: æquè de peculio, & de in rem verſo agere poteſt. Sed ſanè huic modò[c] tributoria expedit agere, modò de peculio, & de in rem verſo. Tributoria ideo expedit agere quia in ea domini conditio præcipua nõ eſt: id eſt, quod domino debetur, non deducitur: ſed eiuſdem iuris eſt dominus, cuius & cæteri creditores. At in actione de peculio antè deducitur[d], quod domino debetur: & in id, quod reliquum eſt, creditori dominus condemnatur. Rurſus de peculio ideo expedit agere, quòd in hac actione[e] totius peculij ratio habetur: at in tributoria eius tantum, quo negotiatur[f]. Et poteſt quiſq[ue] tertia fortè parte peculij, aut quarta, vel etiam minima negotiari: maiorem autem partem in prædijs, vel mancipijs, aut fœnebri pecunia habere. Prout ergo expedit, ita quiſque vel hanc actionem vel illam eligere[g] debet. Certè qui poteſt probare in rem domini verſum eſſe, de in rem verſo agere debet.

¶Dicta de dominis & ſeruis intelligũtur de parentibus & liberis.

¶Quæ diximus[h] de ſeruo & domino, eadem[i] intelligimus, & de filio & filia, & nepote, & nepte, & patre auóve, cuius in poteſtate ſunt.

¶Qui filiofamilias in patria poteſtate conſtituto mutuam dederit pecuniam, is neque in patrem, neque in filium (etiam poſtquam ſui iuris effectus eſt) vllam habet actionem, Senatuſconſulto Macedoniano ita conſtituente.

¶Illud propriè ſeruatur in eorum perſona, quòd Senatuſcon-

radius iumptus abſque mora. Acc.

a ¶*Solidum.* Not. quòd habens duas actiones, vnam ex qua ſolidum conſequi poſſit, & aliam cum diminutione, debet intentare illam, ex qua ſolidum conſequatur. Angel.

b ¶*Is quoque.* facit ff. de tribut. l. aliquando.

c ¶*Modo.* i. aliquando.

d ¶*Ante deducitur.* No. quòd in actione de peculio dominus eſt priuilegiatus: quia primo ſui debiti ratio habetur: de quo ſ. eod. §. præterea. Angelus.

e ¶*In hac actione.* ſcilicet, de peculio.

f ¶*Negotiatur.* & quod iode receptum eſt: vt ff. de tribu. l. procuratoris. §. mercis. verſi. per hanc. & ſ. eo. §. introduxit. Acc.

g ¶*Eligere.* & poſt quam elegerit, non variabit: vt ff. de tribu. quod in hæredem. §. eligere. niſi deceptus qñ primã elegit: vt ff. qđ cum eo, qui in alie. poteſt. l. ſed ſi ex parte. §. fina.

¶*Quæ diximus.* CASUS. Quæ diximus de illo, qui cõtraxit cum ſeruo intelligatis & in eo, qui cũ filio vel filia, nepote vel nepte contraxit. Item licet idẽ ſit de ſeruo quo ad dominum, quod in filio quoad patrem, & econuerſo, aliquid tamen ſpeciale eſt in filio, quod non habet locum in ſeruo, ſcilicet ſenatuſconſultum Macedonia. quod prohibet filiofamil. mutuari, quod non loquitur de ſeruis. Quare autem ſenatuſcõſultum Macedo. introductũ fuerit. melius habetis in litera, quã in aliqua parte iuris. h. d. Franciſ.

h ¶*Quæ diximus.* à prin. tit. vſque huc.

i ¶*Eadem.* quã

ſultum Macedonianũ prohibuit mutuas pecunias dare eis qui in poteſtate parentis ſunt: & ei qui crediderit, denegatur actio, tam aduerſus ipſum filium filiámve, nepotem neptémve (ſiue adhuc in poteſtate ſint, ſiue morte parentis, vel emancipatione ſuæ poteſtatis eſſe cœperint), quàm aduerſus patrem[a] auúmve, ſiue eos habeat adhuc in poteſtate, ſiue emancipauerit. Quæ ideo ſenatus[b] proſpexit: quia ſæpe onerati ære alieno creditarum pecuniarũ, quas in luxuriam conſumebant, vitæ parentum inſidiabantur.

¶Actione quod iuſſu, vel de in rem verſo, vel inſtitoria, vel exercitoria, poteſt agi directo cõtra patrem vel dominũ ex contractu filij, vel ſerui. Aretinus.

¶Illud in ſumma admonẽdi ſumus, id, quod iuſſu patris, dominive cõntractũ fuerit quódque in rẽ eius verſum erit: directò[c]

eum ad actiones ſopradictas: ſed in quibuſdam nõ conueniũt, vt in mutua pecunia, quod dic: vt ĩ. proxi. §. Itẽ fili⁹ poteſt ſubire iudiciũ & arbitriũ, & patrem obligat quaſi ex cõtractu de peculio, ſed ſeruus nõ. vt ff. de pecu. l. iij. ĩ. ſi ſeruus. & §. idem ſcribit. & C. de iudi. l. ſeruus. Itẽ fili⁹ fideiobere põt: & patrem de peculio obligare: vt ff. de pec. l. iij. §. ſi fili⁹. ſed ſeruus nõ. ff. de fideiuſ. l. ſeruus. & l. ſeq. & propter hoc dixit ſere. ĩ. eo. §. j.

a ¶*Aduerſus patrem.* etiã de peculio non tenetur pater: vt hic dicitur, & C. ad ſenatuſc. Macedo. l. ſi filius. & cante colligitur. C. ne fil. pro patre. vel pater pro filio. l. j.

b ¶*Senatus.* ſ. ſenatuſcõ. Macedoni. vt ff. ad Mace. l. j. quod ceſſat ĩ multis caſib⁹. ſ. xj. Primo, ſi fuerit miles filiusfa. vt C. ad ſe. cõ. Mace. l. fin. Itẽ ſi dixerit ſe patrẽfa. vt C. ad ſe. cõ. Mace. l. fi. Itẽ ſi publice paterſa. videbatur: vt ff. ad ſeoa. cõ. Macedn. l. ſi q. patremfa. Item ſi fuerit in ſcholis: vt ff. ad ſe. con. Mace. l. ſed Iulianus. §. qood dicitur. & C. eo. l. Macedoniani. Item ſi alij creditori ſoluit: vt ff. ad ſe. coo. Mace. l. ſed Iulianus. §. pen. Item ſi factus paterſamilias debitũ primũ contractum quocunq; modo agnouit: vt C. eo. l. Zenodorus. Item ſi vertit in rem patris: vt ff. eo. l. ſed Iulianus. §. proiode ſi acceperit. Item & ſi nõ accepit, vt verteret in rem patris poſtea tñ vertit: vt ff. eo. l. ſed Iulianus. §. proinde. ver. ſed & ſi ab initio. Item ceſſat quando pater conſenſit, vel præſens non contradixit: vt ff. eo. l. ſed Iulianus. §. quanq̃. & l. ſi tñ ſciẽte. & C. e. l. ſi ꝑmittẽte. Itẽ ſi poſtea pater ratũ habeat: vt C. e. l. ſi. in prin. Itẽ ſi paterſa. factus ſoluere cœpit: vt ff. e. l. ſed Iulianus. §. ſi. & l. ſeq. Alias autem locũ habet, vt nõ teneatur pater, vel fili⁹, ſiue pecunia ſuerit mutuo data, ſiue aliud in fraudem ſenatuſcõ. vt ff. eod. l. filiusfamilias. §. is autem, & l. ſed Iulianus. §. mutoi dationem.

ADDITIO. *Verba Senatuſcon. Macedoniani vide apud Alexand. ab Alex. lib. Genial. dier. l. c. 7. Quod autem Macedonem Theophilus prodigum & diſſolutum iuuenem fuiſſe ait, id ille ex eodem fonte hauſit vnde aliarũ Romanorum verum cognitionem ſumere conſueuit.*

¶Illã in ſummã CASVS. Dixi Ioſti. Domine, ſacris dixiſti de natura iſtarum actionum. Frater, dicit ipſe, verum eſt. Adhuc in ſumma debes ſcire, q̃ ſi aliquis contraxit cum filio, vel cum ſeruo iuſſu patris, vel domini, vel in rem patris, vel domini aliquid verſum fuerit, poterit agere cum patre vel domino, acſi cum eo contraxiſſet, & ab eo condicere directa actione vel inſtitoria, vel q̃d iuſſu, vel alia. Ipſe enim q̃ poteſt agere exercitoria, vel inſtitoria, poterit agere directa contra dominum, vel patrem, quia ius ipſorum cõtraxiſſe videtur. Semper enim, qui inſtituit, vel præponit, quaſi iubere & velle videtur, quod cum eo ageretur. hoc dicit. Franc.

c ¶*Directò.* id eſt, certi condictione directa, noo adhibita hac adiectione de peculio, vel de in rem verſo. Sed nunquid ſupradicta ſex nomina, ſcilicet, quod iuſſu, exercitoria, tributoria, de peculio, & de in rem verſo, ſuot nomina actionum? Reſpondent quidam, quod ſic: & faciunt pro eis infinitæ leges, quæ dicuntur de act. de peculio, & ſic de ſingulis, vt patet etiã in rubric. cuiuslibet titul. Sed Ioann. contra. Dicit enim quod ſuot actionum adiectiones, non actiones. & facit pro eo. ff. de negotijs geſtis. le. mandaſti. & ff. de pecu. l. iij. §. cui congruit.

ADDITIO. *Hic directò condici dicitur, cum non propter ſeruum aut filium, ſed propter iuſſum domini patriſve, aut quia locupletior factus ille eſt, condicimus. erit autẽ hæc Cõdictio certi generalis de qua in l. certi, ff. ſi cert. peta.*

¶Condici

a ¶ *Condici.* ſcilicet certi condictione, nõ habita hac adiectione, inſtitoria. Item & de in rem verſo: vt ff. de in rem verſo. l. j. in princip.

b ¶ *Intelligitur.* facit. ff. de edendo. l. prætor. §. ſed & ſi ſeruus. & ff. ſi cer. pet. l. ſi inſtitorem.

quoque poſſe à patre, dominóve condici, tanquam ſi principaliter cum ipſo negotium geſtum eſſet. Et quoque, qui exercitoria, vel inſtitoria actione tenetur, directò poſſe condici[a] placet: quia huius quoque iuſſu contractum intelligitur[b].

DE NOXA libus actionibus.

Electio debet eſſe de meliori.

¶ *Non ſolum ex contractibus eorum, qui in noſtra poteſtate ſunt conuenimur: ſed etiam ex delictis, & quia pro eis noxaliter agitur, ideo de noxalibus ponitur. Accurſius.*

ADDITIO

Ad iſtam continuationem facit l. j. ff. eo.

TITVL. VIII.

DE NOXALIBUS actionibus.

¶ *Quoties alienus ſeruus noxam ſeu damnum cuipiam intulerit, actio noxalis aduerſus dominũ inſtituitur: qua ſi cõdemnatus fuerit, ei licet aut damnum ſoluere, aut ipſius ſerui datione damni vitare æſtimationem: is tamen cui noxa deditus eſt, quamuis dominus ſerui ſit effectus, eum tamen poſtea damnum reſarcientem, manumittere cogitur.*

EX maleficijs[c] ſeruorum, veluti, ſi furtum fecerint[d], aut bona rapuerint, aut damnum dederint aut iniuriam commiſerint: noxales actiones proditæ ſunt, quibus domino damnato[e] permittitur, aut litis æſtimationem[f] ſufferre, aut ipſum hominem noxæ dedere. Noxa autem eſt ipſum corpus, quod nocuit, id eſt ſeruus, noxia[g] ipſum maleficium: veluti furtum, damnum, rapina, iniuria. Summa autem ratione permiſſum eſt noxæ deditione fungi. Namque erat ini-

EX maleficijs. Totus iſte titul. diuiditur principaliter ĩ duas partes. Primo ponit qualiter deditio pro noxa habet locum in ſeruo delinquente. Secundo, an habeat locum in filiofamilias. Secunda ibi, Sed veteres.

CASVS. Quæſiui à Legislatore, in quibus habent locum noxal. actio. Et ipſe respond. dicens, quod introductæ ſunt ex maleficijs ſeruorum. Et ponit exemplum in litera de diuerſis maleficijs, pro quibus dantur act. noxales. In quibus noxal. actio. ſi condemnatus fuerit dominus noxaliter conuentus, liberum eſt ei ſoluere æſtimationem damni, vel dare ſeruum pro noxa. Sed domine, q̃d eſt noxa? dicit ipſe: Noxa eſt ipſum corp⁹ q̃d delinquit ſiue nocet: noxia eſt ipſum maleficium, proprie loquendo: promiſcue tamen vtimur his verbis: ſcilicet, noxia & noxa. & ſum in verſicu. Summa autem. in quo pone ſic caſum. Quæſiui à legislatore, quare fuit conſtitutum, quod dominus, qui conuenitur actio. noxali, poſſit liberari dando ſeruum pro noxa? Frater, dicit ipſe. hoc ſumma ratione fuit introductũ. Iniquũ enim eſſet, ſi ſeruus per nequitiam ſuam domino ſuo vltra æſtimationem corporis ſui poſſet damnum dare. hoc dicit. Franc.

c ¶ *Ex maleficiis.* idem eſt, ex quaſi maleficijs, vt ff nauta caupona ſtabul. lege final. §. ſeruorum. & de hoc plene diximus. ſuprà de act. §. actiones autem.

d ¶ *Furtum fecerint.* ſup. extraneo. & idem in ſequentibus articulis. Nam cum domino talia cõmittendo, agi non poteſt: vt ſuprà de oblig. ex delict. §. ſecundo. qui. & ff. de noxal. lege cum ſeruus.

Noxa & noxia differunt.

e ¶ *Domino dãnato.* neſcienti cum delinqueret ſeruus: vel ſcienti, tamen prohibere valenti: alioqui inſolidum tenetur: vt ff. de noxal. act. l. ij. & l. in delictis. & C. eo. l. ij.

f ¶ *Æſtimationem.* puta decem, ad quæ ſemp eſt obligat⁹: ſed liberatur dãdo animal. ſ. quouſq; actione iudicati conueniatur. vt ff. de re iud. l. miles §. decem. & ff. de petit. hære. l. Item veniunt §. cum prædiximus. Accur.

g ¶ *Noxia.* vnde verſus: Noxia delictum, delinquens noxa vocatur. ſed quandoque vno pro alio vtimur.

quum [a], nequitiam eorum vltra ipſorum corpora dominis damnoſam eſſe.

¶ *Pro delicto ſerui dominus liberatur dando ſeruum pro noxa: & in damnũ paſſum traſfertur dominiũ: quod auocari poteſt, ſi dominus emendet damnum, & velit eum manumittere. Aret.*

¶ Dominus noxali iudicio ſerui ſui nomine [b] conuentus, ſeruum actori noxæ dedendo liberatur [c]: nec minus [d] in perpetuũ eius ſerui dominium à domino transfertur. Sin autem damnum ei, cui deditus eſt, ſeruus reſarcierit quæſita pecunia: auxilio [e] Prætoris inuito domino manumittetur.

¶ *Noxalium actionum quædam ſunt ciuiles, & quædam prætoria. Aret.*

¶ Sunt autem conſtitutæ noxales actiones, aut legibus: aut edicto Prętoris. Legibus: veluti furti [f] ex lege duodecim tabularum: damni [g] iniuriæ ex lege Aquilia. Edicto Prætoris: veluti iniuriarum, & vi bonorũ raptorum.

¶ *Omnis ad quem ſeruus delinquẽs trãſit, noxaliter conuenitur. Et noxaliter etiam quis punitur pro delicto liberi hominis facti poſtea ſerui. Areti.*

¶ Omnis autem noxalis actio caput

A D.D. *Noxa autem dedere eſt, pro noxa, relinquere, & cedere agenti noxaliter: quod & noxam dedere aliquando dicitur. l. s. & l. ſi verò, ff. de ijs quæ deiect. E. B.*

a ¶ *Iniquum.* ſed quandoq; iniquus eſſet officium alieuius eſſe ſibi damnoſum, ſecũdum Ioann. vt ff. de furt. l. ſi ſeruus communis. §. quod vero.

¶ *Dominus noxali.* CASVS. Quod iam dictum eſt de noxalibus actionibus, ſufficeret pro toto titul. In §. tamen iſto dicitur, quod ſi dominus conueniatur pro maleficio ſerui dando ſeruum liberatur: & in iſto caſu licet dominus pro delicto ſerui, & non pro facto ſuo ſeruũ tradat ipſi actori: tamen dominiũ transfert in ipſum actorem, ſicut transfert dominium ſerui in tradendo ſeruum pro proprio facto: puta ſi vendidiſſet eum. Verũtamen ſcire debetis, quod ſi ſeruus datus pro noxa, quæſita pecunia ab amicis ſuis, damnum velit reſarcire: auxilio prætoris manumittetur, quod eſt mirabile: ſed hoc eſt in fauorem libertatis. hoc dicit. Franc. de Aret.

b ¶ *Serui ſui nomine* *. not. quod dominus tenetur nomine ſerui, & ita debet fundari libellus ſecundum Angel. Aret.

* *Iſta glo. non eſt Acc.*

c ¶ *Liberatur.* ſed cum ſeruus non ſit in obligatione, ſed damni æſtimatione: vt ff. de re ind. l. miles. §. decem. quomodo dando ſeruum liberatur, cũ aliud pro alio inuito creditore ſolui non poſſit. vt ff ſi cer. pet. l. ij. §. j. Reſpond. ſpeciale eſt: quia iniquum eſt ſerui nequitiam vltra ipſius corpus extendi. vt ĩ. eo. §. ſumma.

d ¶ *Nec minus.* quaſi dicat, licet detur pro alio ſ. & pro delicto, vel æſtimatione delicti: tamen dominium transfertur.

e ¶ *Auxilio.* ſed nonne iniquum eſt auferri, quod perpetuo ſibi quæſitum eſt, vt modo dixerat: & probatur. ff. rer. amot. l. non enim. Sed certe eſt ſpeciale fauore libertatis ſic & alias. C. de patr. qui fil. diſtra. l. ij. & ff. ſi lib. ingenu. eſſe dic. l. ij. ſic. & ff. de hæred. inſtitu. l. pignori. Acc.

ADDITIO

Et dicit hic Angel. quod redimens aliquem ab hoſtibus (qui hodie intelliguntur infideles) poteſt eum retinere loco pignoris, vt ſeruiat ſibi per quinquenniũ, niſi ſe redemerit. l. ſe natus. §. fina. ff. de legatis j. & l. prima. C. de captiuis.

¶ *Sunt autem.* CASVS. Ego dixi Imperatori: Domine, vellem ſcire, an actiones illæ noxales procedãt à iure ciuili, an à prætorio. Et dicit quòd ab vtroq; iure procedunt. Eſt enim vna actio noxalis, quæ procedit à lege xij. tabul. ſ. actio furti nõ manifeſti. Eſt & alia noxalis, quæ deſcendit à l. Aqui. ſ. damni iniuriæ, & aliæ ſunt actiones noxales, quæ deſcendunt à iure prætorio: veluti vi bonorum raptorum, & iniuriarum. Franc.

f ¶ *Furti.* ſ. non manifeſti. Nam actio furti manifeſti eſt prætoria: vt ĩ. de perpe. & temp. act. §. j.

g ¶ *Damni.* ſcilicet, actio.

¶ *Omnis autem.* CASVS. Scire debetis, quòd omnis actio noxalis caput ſequitur. vnde ſi ſeruus tuus damnum dederit, & poſtea incipiat alius eum poſſidere, agitur noxaliter contra nouum dominum ipſum ſeruum poſſidentem, vel ſi manumiſſus fuerit tunc poterit directo conueniri

niri de delicto ſuo: & ſimiliter contingit econuerſo plerunq;, quòd ille qui tenebatur directo primo ex delicto ſuo poſtea incipiat teneri noxaliter. & de hoc exēplificat dominus Iuſt. ſatis io litera. b. d. facto non conualeſcit. & Quod in eum caſum recidit, vnde incipere noo potuit, non valet.

e ¶ *Obligatio.* id eſt ciuilis, ſed naturalis fit: vt ꝫ. de fideiuſ. §. j.

ſequitur. Nam ſi ſeruus tuus noxā commiſerit [a]: quandiu in tua poteſtate ſit [b], tecum eſt actio: ſi autē in alterius poteſtatem peruenerit, cum illo incipit actio eſſe. at ſi manumiſſus fuerit: directò [c] ipſe tenetur, & extinguitur noxæ deditio. Ex diuerſo quoque directa actio noxalis eſſe incipit. Nam ſi liber homo noxiam commiſerit, & is ſeruus tuus eſſe cœperit (quod quibuſdam caſibus effici primo libro [d] tradidimus) incipit tecum eſſe noxalis actio, quæ antè directa fuiſſet.

¶ Ex ſerui proprij delicto domino nulla prodita eſt actio, quanquam alienatione, aut manumiſſiōe ſeruus conditionem mutet. Quod locum quoque habet in alieno ſeruo, qui damnum paſſi proprius effectus eſt. nec contrà ſeruus ex domini delicto, licet libero effecto, vlla datur actio.

¶ Si ſeruus domino noxiam commiſerit: actio nulla naſcitur. Nanque inter dominum, & eum, qui in poteſtate eius eſt, nulla obligatio [e] naſci poteſt. Ideóq; & ſi in alienam poteſtatem ſeruus peruenerit, aut manumiſſus fuerit: neq; cum ipſo [f], neque cum eo, cuius nūc in poteſtate [g] ſit, agi poteſt. Vnde ſi alienus ſeruus noxiam tibi commiſerit, & is poſtea in poteſtate tua eſſe cœperit [h]: inter[illegible] [i] actio: quia in eum caſum deducta ſit, in quo conſiſtere non potuit [k]. Ideóq; licet exierit de tua poteſtate, agere non poteſ[illegible] [l]. quemadmodum ſi dominus in ſeruum ſuū aliquid commiſerit: nec ſi manumiſſus, aut alienatus

a ¶ *Commiſerit.* ſcilicet extraneo.

b ¶ *In tua poteſtate ſit.* vel dolo feciſti quo minus ſit. nam tunc vtilis noxalis locum habet: vt ff. eo. l. ſi bonæ fid. & l. electio. §. ſi is.

c ¶ *Directò.* hic diſtingue an ſeruus delinquit, an cōtraxit. primo caſu ſi in dominū, nō tenetur poſtea factus liber: vt ꝫ. de oblig. quæ ex delict. §. ij qui. & j. proxi. §. & ff. de furt. l. ſerui & filij. Si in extraneū tenetur directo, vt hic. Si autem contrahat, & fuerit cōnexa geſtio illa, quam geſſerit in ſeruitute, cū ea quā in libertate fecit, tenetur, nō alias: vt ff. de neg. geſt. l. cum actum. & C. an ſeruus ex ſuo facto. l. iij. in fi. niſi in caſu: vt C. de peti hæred. l. fin. §. pen. in fine.

ADDITIO

Alios etiam caſus habes notatos in l. cum actum. in glo. reddere. ff. de nego. geſt.

d ¶ *Primo libro.* vt ꝫ de iure perſo. §. pen.

f ¶ *Cū ipſo.* manumiſſo: vt hic & C. eod. l. j. in fi. Accur.

g ¶ *In poteſtate.* cū alienatus eſt. & facit. ff. de pecu. l. & ancillarum. §. ſi ſeruus. ver. ſed ſi alieno. Acc.

h ¶ *Eſſe cœperit.* ante litem conteſtatam. Nam poſt litē conteſtatā nō intercidit: vt ff. eo. l. ſi alienus ſeruus. Et eſt ratio: quia imputatur ei quare alienauerit: vt ff. eo. l. quemadmodum. in prin.

i ¶ *Interdicitur.* facit. ff. de minor. l. verū. in fi. j. reſpon. l. legatarius. in fin.

k ¶ *Non potuit.* ſcilicet noxalis actio. Et nota rem impediri, ſi deducitur in eum caſum, à quo incipere non poteſt. ar. ꝫ. de lega. §. ex contrario.

l ¶ *Non poteſt.* arg. ff. de ca. & po. re. l. ij. §. alias. de ca. dim. l. ij. §. ei qui.

¶ *Si ſeruus domino.* CASVS. Inter ſeruū & dn̄m nec ex contractu nec ex delicto, obligatio ciuilis conſiſtit. l. ſi x, ff. de iud. Traduntur autem hic duæ regulæ memorabiles, Quod ab initio noo valet ex poſt

¶ *Sed veteres.* CASVS. Dixi vobis qualiter dominus conuenitur actione noxali, & qualiter poterit ſe liberare dando ſeruum pro noxa. Hoc etiā habebat olim locum in filijs vtriuſq; ſexus. Noua autem conſtitutio rectè reſpuendā hanc aſperitatem exiſtimat, & ſtatuit hoc ſolum io ſeruis habere locum: & maxime quia veteres legum authores ſcripſerunt

Furti non manifeſti actio eſt ciuilis.

Furti vero manifeſti prætoria.

Seruus manumiſſ⁹ an teneatur de geſtis in ſeruitute.

Fili⁹ olim pro noxa dabatur & à patre licite occidebatur.

filiosfamil. pro delictis eorum conueniri poſſe. hoc dicit.

a ¶ *Admiſere.* iure veteri dabatur filius pro noxa, vt ſeru' vt hic. Itē occidebatur licite à patre, ſicut ſeru' à dño: ſed hodie non ſic: vt ſ. de his qui ſunt ſui vel alie. iur. §. ij. & ſ. de iure perſ. §. iij. & ff. de lib. & poſth. l. in ſuis. in fin. & C. de patr. poteſta. l. fi.

b ¶ *Exiſtimauit.* vt hic, & C. de fur. & ſer. cor. l. apud anti quos. in fi. Ac.

c ¶ *Pene.* i. ſere i vel pœnæ nominaliter. ſ. per corpus pœnæ & tunc diphtongatur: quaſi dicat, p corpus filij patienit pœnā.

d ¶ *Pudicitia fauor.* Not. quod pudicitia eſt multum fauorizanda. facit. l. nec ei. §. pe. ff. de adop. Ange.

e ¶ *In ſeruos.* i. propter ſeruos

f ¶ *Filiosfamilias* non etiam patres: vt ſi filiusfamilias iudex litem ſuā fecerit male iudicando: vt ff. de iud. l. ſi filiusfamilias. vel ſi damnum alicui dederit proijciendo, eo ſe paratim habitante à patre: vt ſ. de oblig. q̄ ex quaſi delic. §. ſi filius fa. & ff. de iis q. deiec. vel effu. §. ſi filiusfa. & de his legibus dicit hic, cū dicit antiquos cōmentatores. Ac.

g ¶ *Conueniri.* ſ. directo: vt ff. eod. l. noxali. & l. ſeq. quibus filijs condemnatis datur in patrem actio in factum de re iudicata in peculiū: vt ff eo. l. & ſi condemnatus. & ff. de pec. l. iij. §. item ſcribit. Sed qd ſi iudicium filius accipere noluit: imo contumaciter non venit, an mitti actor debet in poſſeſſionem peculij profectitij? Videtur quod non: quia ex delicto filij non debet conueniri pater, vt hic dicitur. E contra videtur quod ſic, quia alias dicit lex, quod poteſt cedere bonis in peculio talis vt C. qui bo. ced. poſ. l. cum & filij. in eo qđ dicit: vel a patre &c. Sed huic verbo reſpon. Aldricus quod dicta lex eum & filij loquitur de caſtrenſi, vel de eo, quod habet à patre ſibi eūti in caſtra, donatum, quod etiam caſtrenſe dicitur vt C. famil. ercifeund. l. ſi filiusfamilias.

Contumacia filij, an faciat quod actor mitti debeat in peculium profectitium.

fuerit ſeruus, vllam actionem contra dominum habere poteſt.

¶ *Veteri iure filijfamilias noxiam inferentes, non ſecus atque ſerui, noxæ debebantur: quod vt potè aſperum & inhumanum hoc iure exautoratum fuit: cum filiusfamilias qui deliquit ipſe conueniri poßit.*

¶ Sed veteres quidem hoc & in filijsfamiliarū maſculis & fœminis admiſere [a]. Noua autem hominum conuerſatio huiuſmodi aſperitatem rectè reſpuendam eſſe exiſtimauit [b]: & abvſu communi hoc penitus receſſit. Quis enim patiatur, filium ſuū, & maximè filiam in noxam alij dari, vt penè [c] per filij corpus pater magis, quàm filius periclitetur? cùm in filiabus etiam pudicitiæ fauor [d] hoc bene excludat. Et ideo placuit, in ſeruos [e] tātummodo noxales actiones eſſe proponendas: cùm apud veteres legum commentatores inuenerimus ſæpius dictum, ipſos filioſfamilias [f] pro ſuis delictis poſſe conueniri [g].

TITVL. IX.

SI QVADRVPES PAVPERIEM FECISSE DICATVR.

¶ *Quoties quadrupes cōtra innatā ſui generis conſuetudinē commota feritate laſciuia, vel alio quouis modo damnum intulerit, actio noxalis aduerſum quadrupedis dominum accōmodatur: vt aut damni æſtimationē ſoluat, aut animal noxæ dedat.*

Animalium.

SI QVADRVPES PAVPERIEM FECISSE DICATVR.

¶ *De maleficiis ſeruorum dictum eſt: nunc de maleficiis irrationabilium animalium. Nam aut damnum dat homo liber, & tunc locum habet titul. ſupra ad legem Aqui. per totum aut ſeruus, & tunc locum habet ſupra titulo primo. per totū. Aut aliud animal, & tunc locum habet hic titu. Accurſius.*

A *Nimalium.* Totus iſte titulus diuiditur in duas partes. Primo quando actio de pauperie locum habet vel non. Secundo loquitur, quando dabet locum actio de ædil. edict. vel non. Secunda ibi, hæc autem. vel ibi, Cæterum.

CASVS. Quæſiui à legiſlatore qualiter conueniamur nomine animalium, quæ ratione carent, ſi damnum dederint? Et reſpon. ſi animal ratione carens, laſciuia vel feritate

feritate dammum dederit, vel pauperiem fecerit alicui: poterit contra te agi actio noxali de pauperie, quæ quidē actio defcendit ex lege xij. tabul. poteris tamen liberari dando illud animal pro noxa. Sed

rit. & dicitur feruor, quia calefacit amor: vt in auth. quibus mod. nat. effi. leg. §. illud. verſi. ſed nihil. colla. vj.

d ¶ *Feritate*. i. crudelitate: ſcilicet ſua, nō ſui generis natura: vt. j. prox. §.

*Alias, pauore.

liū[a] nomine,*quæ ratione carent, ſi qua laſciuia[b], aut feruore[c], aut feritate[d] pauperiem fecerint: noxalis actio[e] lege duodecim tabularum prodita[f] eſt. Quæ animalia ſi noxæ dedantur, proficiunt reo ad liberationem: quia ita lex duodecim tabularum ſcripta eſt[g]: vtputa, Si equus calcitroſus calce percuſſerit: aut bos cornu petere ſolitus[h] cornu petierit. Hæc autem actio in iis, quæ contra naturam[i] mouentur, locum habet. Cæterùm ſi genitalis[k] ſit feritas[l], ceſſat actio[m]. Denique ſi vrſus fugerit à domino, & ſic nocuerit: non poteſt quondam dominus conueniri: quia deſiit dominus eſſe, vbi[n] fera euaſit[o]. Pauperies[p] autē eſt damnum ſine iniuria facientis datum. Nec enim

domine, qualiter animal irrationale poteſt dare damnum, aut pauperiem facere? Et ipſe reſpondet, Frater, ſi equus tuus calcitroſus calce percuſſerit: aut bos tuos ſolitus cornu petere, cornu petierit, & damnum dant, aut pauperiem faciunt, propter hoc locum haber actio. ſecūdum quod de hoc in prox. §. apparebit. Et ſum inver. hæc autem actio, Quæſiui à domino Iuſt. Domine, pro Deo dicatis mihi, vtrum hæc actio locum habeat in omnibus animalibus, quæ ratione carent? Et reſpond. Frater, hæc actio locum habet in omnibus animalibus quæ carent ratione, dummodo contra naturam ſui generis & conſuetudinem moueantur, & alicui damnum dederint, cæterum ſi ex naturali feritate alicui damnum dederint, ceſſat hæc actio. vnde ſi vrſus à domino fugerit, & alicui nocuerit, vel pauperiē fecerit: non poteſt dominus eius quondam conueniri: quia ex quo fera euaſit, deſinit eſſe dominus. Et ſumus in verſi pauperies. in quo dic caſum: Domine, pro Deo exponatis & dicatis mihi, quid eſt pauperies? Et reſpondet. Frater, pauperies eſt damnum ſine iniuria, &c. Animalia autem irrationabilia quæ ratione carent, non poſſunt iniuriam facere: quia iniuria pertinet ad noxalem actionem. h. d. Fr. de Aret.

a ¶ *Animalium*: ſcilicet quadrupedum: vt. ff. eodem. l. j. in prin. ſed nomine damni dati à bipede, vtilis locum habet: vt ff. eo. l. pen.

b ¶ *Laſciuia*. i. luxuria. Vel dic facilitate, vt facit pullus.

c ¶ *Feruore*. i. amore, vt ſi equus tuus, vt equam meam adiret, oſtium meum frege

e ¶ *Actio*, quæ vocatur in factum, vel ſimpliciter de pauperie.

f ¶ *Prodita*. id eſt, adinuenta.

g ¶ *Scripta eſt*, vt. §. iii. j. §. tuꝰ autem. &. ff. e. l. j. in princ.

h ¶ *Solitus*. ſubaudi in vtroque exemplo, etiam. Nā idem eſt, & ſi non ſolitus. vt in princ. huius titu.

ADDI. *Hoc verum ſi fera nocens non euaſit, quæ habebat conſuetudinem redeundi: alias ſi euaſit, nec vtili, nec directa tenetur dominus etiam ſi poſtea redierit: arg. l. qui res. §. aream. ff. de ſolu. Ang.*

i ¶ *Contra naturam*. i. conſuetudinem generis illius animalis, licet ſit ſua conſuetudo, vt calcitret: vt. j. proxi. §. nā maior pars equorum non percutiat, & maior pars boum non cornu petit: quia equi & boues dicuntur manſueti. Et manſueta dicuntur, quæ gregatim paſcuntur: vnde ſecundū hoc canis non eſt in numero ferarum, nec manſuetorū. Nam maior pars canū non mordet, & maior pars non gregatim paſcitur, ſed videtur etiam, quod in his feris locum habeat hæc actio. vt. j. eo. §. ſi. quæ eſt contra. Sed vtilis (vt ibi) locum habet, directa non: vt hic, &. ff. eo. l. j. § in beſtijs. Acc.

Equi & boues ſunt manſueti.

Canes alij qui non mordent.

k ¶ *Si genitalis*. id eſt, ſi à genere habeat quod ſit fera.

l ¶ *Feritas*. id eſt, crudelitas.

m ¶ *Actio*. ſcilicet directa.

n ¶ *Vbi*. id eſt, poſtquam.

o ¶ *Euaſit*. vt. j. de rerum diu. §. feræ.

p ¶ *Pauperies*. mirabilis eſt hæc expoſitio & legalis: ideo ſic forte dicta, quia pauperiem aliquam facit: ſicut & damnum diminutio vel ademptio patrimonij dicitur: vt. ff. de damno infec. l. tertia.

a ¶*Senſu caret*. quandoque tamen res inanimata iniuriã facere dicitur improprie. vt. ff. commod. l. ſi vt certo. §. pla[c]e ſi ſic commodaui.

b ¶*Hæc*. ſcilicet ſupradicta duo, & quod nomine feræ beſtiæ non agatur hac actione, & quod nomine manſuetæ noxaliter tantum agatur: vt. ſ. px. §. & in princip. titu.

poteſt animal iniuriam feciſſe dici, quod ſenſu careret [a]. Hæc [b] quidẽ ad noxalem pertinent actionem.

¶Si quadrupes non manſueta iuxta naturam ſui generis damnum dederit in liberum corpus non occidendo: dominus ex ædilitio edicto arbitrio iudicis condẽnatur, in aliis rebus in duplum, vel noxalis actio his duobus caſibus contra dominum dirigitur: & pœnales actiones pro eodem facto concurrentes non perimunt ſe concurſu. Aretinus.

¶Annota, Quoties plures pœnales actionẽs pro eodẽ facto competunt, concurſu inuicẽ nequaquam ſe perimunt.

¶Cæterùm ſciendum eſt, ædilitio edicto [c] prohiberi nos, canem, verrem, aprum, vrſum, leonem [d] ibi habere, quà vulgò iter ſit. & ſi aduerſus ea factum erit, & nocitum [e] libero homini eſſe dicatur: quod bonum & æquum iudici videtur, tanti dominus condemnetur [f]: cæterarum verò rerum quanti damnum datum ſit, dupli. Præter has [g] autem ædilitias actiones, de pauperie locum habebit [h]. Nunquam enim actiones præſertim pœnales, de eadem re [i] concurrentes, alia aliam conſumit [k].

¶ *Cæterùm ſciendum eſt.* *CASVS*. Edicto ab Aedilibus propoſito cautum eſt, ſi cuius quadrupes natura ferociẽs, damnum corpori, dederit libero, citra mortis illationem, in quãtum ius dicenti videbitur, tanti condemnetur: ſi verò rebus tantùm damnum datum ſit, in duplum condemnatio fiet, aut noxalis actio aduerſus eundem dabitur. Duæ vero vel plures actiones eadem de re concurrere non poſſunt, hoc verũ eſt, quando ex contrariis vel repugnantibus cauſis naſcũtur. vt actio de Pauperie, cum legis Aquiliæ actione concurrere non poteſt. lege. j. ff. ſi quadr. mandati actio cum furti actione. l. j. C. de furt. Quæ verò concurrunt eadem de re, aut nullo modo ſe inuicem conſumunt. l. ſi pro fure. ff. de cõd. furt. aut electione alia aliam conſumit. l. quod in hæred. ff. de tribut.

c ¶*Edicto*. poſito. ff. de ædil. edic. l. hic enim. §. deinde. & l. ſequenti.

d ¶*Leonem*. item lupum, pantheram, & generaliter omne animal, quod debeat nocere, ſiue ſolutum, ſiue ligatum: ita tamen, quod damnum nihilominus facere poſſet: vt. ff. de ædil. edi. l. hi enim. & l. generaliter. & l. ſequ.

e ¶*Et nocitũ*. in corpore, ita quod non ſit mortuus. alias cc. ſolidi debentur: vt. ff. de ædil. edic. lege qua vulgo. ij. reſp. Accurſi.

f ¶ *Condemnetur*. ratione deformitatis nõ habita, ſed impẽſarum tantum in curatione factarum, & operarum amiſſarum & amittendarum: vt. ff. eodem. l. ex hac. Item condemnatur in duplum occaſione damni dati in aliis rebus ex hoc edicto: vt lue, &. ff. de ædilitio edicto. l. quam vulgo. ij. reſp. in fine.

g ¶*Præter has*. id eſt, præter hos modos agendi ædilitio edicto.

h ¶ *Habebit*. ſcilicet vtilẽ aliãs contrarias vt. ſ. eodem. §. hic autem. Accurſius.

i ¶ *De eadem re*. i. ex eodẽ facto & delicto.

k ¶ *Conſumit*. hoc eſt intelligendũ concurſu, perceptione enim vna aliam conſumit. Et ad euidentiam iſtorum dic, quod quando cõpetunt plures actiones eidem & contra eundem, aut omnes pœnales ſunt: aut omnes rei perſecutoriæ, aut aliæ pœnales, aliæ rei perſecutoriæ. Primo caſu ſubdiſtingue: aut omnes ex vno delicto: & tunc vna tollit aliam perceptione, non in id quod excedit: vt ff vi bo. rap. l. j. & ff. de act. & oblig. l. qui ſeruum. j. reſpon. & hoc cum ex vno delicto, non autem concurſu: vt hic dicit. vbi autem ex diuerſis factis, vna non tollit alteram etiam perceptione: vt ff. de priu. del. l. nunquam. in princ. In ſecundo caſu, quando omnes ſunt rei perſecutoriæ: dic quod aut contra eundem dantur, & tunc tolluntur adinuicem perceptio-

Actiones plures ſi cui competãt, an vna iniecta tollantur alia.

ne,noo concurſu: vt.ff.loc.l.ſi merces.§. culpa.aut contra diuerſos,& tunc nõ tolluntur etiam perceptione: vt.ff. de tab. exhib.l.locum.§. coodemnatio. In tertio caſu ſcilicet,quando alia eſt pœnalis , & altera rei perſecutoria: iterum ſubdiſtingue,, quia aut eſt pœnalis originaliter, & tunc neutra per alterã tollitur: vt.ff. de fur.l.ſi pignor. §.cum furti. & ff.de cõd.furt. l.ſi pro fure. §. furti. hoc tamen fallit io caſu:vt.ff oau. cau ſtabu.l. & ita.§ fina. quia ibi competebat altera de iure communi altera de iure ſpeciali. Aut, non eſt mere vel originaliter pœnalis: & tunc vna per alteram tollitur: vt.ff.quod metus cau. l. metum. §. licet.

ADDITIO. *Similem gloſ. habes. ff. nau. caup. ſtab. l. & ita.qua olim incipiebat, idem ait.§. fin. & in l. nunquam actiones. ff.de reg. iur. cuius regula tenor ponitur hic in fin.tex.*

TITVLVS X.

DE IIS, PER quos agere poſſumus.

¶ *Actiones intentantur per nos, & per procuratores noſtros : quorum vſus olim prohibitus erat,niſi in certis caſibus: ſed nunc neceſſarius eſt , quando principalis agere, vel defendere impeditur. Angelus Aretinus.*

NVnc admonendi ſumus [a],agere[b] poſſe quemlibet[c] hominem aut ſuo nomine, aut alieno. Alieno,veluti procuratorio,tutorio,curatorio : cùm[d] olim in vſu fuiſſet alterius nomine agere non poſſe, niſi pro populo, pro libertate , pro tutela. Præterea lege Hoſtilia permiſſum erat furti agere corũ nomine[e], qui apud hoſtes eſſent,aut reipublicæ cauſa abeſſent, quive in eorum cuius[f] tutela eſſent . Sed quia hoc non minimam incommoditatem habebat, quòd alieno nomine neque agere, neque excipere actionem licebat: cœperunt homines per procuratores litigare. Nam & morbus, & ætas, & neceſſaria peregrinatio , itémque aliæ multæ cauſæ ſæpè hominibus im-

noie alieno. Nomine ſuo, ſicut pro facto ſuo:nomine alieno , veluti nomine procuratorio, vel tutorio, vel curatorio. & ſic ſeruatur hodie.Olim autẽ potuit quilibet agere nomine ſuo , ſed non nomine alieno , niſi in caſibus poſitis in litera. Eo quia antiquos iſta moderatius dura videbatur, & magnam afferebat incommoditatem quòd alieno nomine agere non licebat , eo quod multis de cauſis impediebantur homines, quominus res ſuas exequi poſſent , propterea cœperunt homines per procuratores litigare . hoc dicit. Fră. de Are.

a ¶ *Admonendi ſumus.* id eſt, admonemus.

b ¶ *Agere.* ſcilicet hodie.

c ¶ *Quemlibet* ſcilicet idoneum. propter ſeruum , qui nec ſuo,nec alieno nomine admittitur: vt C.de iud.l.ſeruus.Item propter pupillũ: vt.C.qui legi.perſo.hab.per totum. Acc.

ADD. *Ex hac glo.nota quod lex generaliter loquens recipit reſtrictionem ex habilitate ſiue idoneitate: vt l.vt gradatim.§.& fi.ff.de mun. & hon.*

d [redacted]

e ¶ *Eorum nomine.*ſc.ſi quis faceret furtũ captiuis vel reipubl.cauſa abſentibus.

ADDIT. *Dic,quod hæc ratio fuit impulſiua,ſecundum Ang.*

f ¶ *Cuius.*i.alicuius, quaſi dicat procurator poteſt agere nomine eorum, qui ſunt in tutela captiuorum & reipublicæ cauſa abſentium.

ADD. *Procurator dicitur omnium rerum eius qui in Italia non ſit,abſitve Reipu.cauſa quaſi quidam pene dominus, hoc eſt alieni iuris vicarius.hæc Cic. pro Cæcina. ex quibus verbis*

DE IIS, PER QVOS agere poſſumus.

¶ *Quia de actionibus diximus, videamus per quos exerceantur, & in hoc incipit.* Nũc,&c.

NVnc.Totus iſte tit. diuiditur in tres partes. Primo ponit vnum dictum bimembre.Secundo vnum membrum aſſumit , & declarat tam de iure antiquo, quam hodierno. Tertio declarat quid eſt procurator & tutor. Secunda ibi,Alieno veluti.Tertia ibi,Procurator.

CASVS. Acceſsi ad dñm Iuſt.& quæſiui ab eo,Dñe,quis eſt ille qui poteſt pro alio agere?Frater,dicit ipſe: Scire debes ꝙ licitũ eſt cuilibet noie ſuo agere, vel

Fr. Hotomanus in ſuis in eũ tit. comment. docet procuratorem eſſe abſentis, cognitorem praſentis, corruptumque eſſe Aſconii locum vbi legitur, procurator dicitur, qui negotium ſuſcepit: legendum eſt enim, Qui abſentis negotium ſuſcipit. Cognitor, qui praſentis cauſam nouit, & ſic tuetur vt ſuam, quod etiam Sex. Pompe. confirmat.

minori. l. illud. §. ſi talis.

c ¶ *Eo* ſcilicet aduerſario.

d ¶ *Cuicunque.* ſcilicet habili, non militi: vt. ff. de proc. l. filiusfamilias. §. veterani. Item non fœminæ: vt. ff. de procur. l. fœminas. & l. neque. Item non habenti imminens impedimentum, quare non poſsit cogi: vt. ff. de procura. l. neque fœmina. Item non minori xxv. ann. vt. ff. de procu. l. minor. Item non furioſo vel muto: vt. ff. de procur. l. ij. §. furioſus. & l. mutus. primo reſp. Item non accuſato de crimine capitali. vt. C. de procura. l. reũ. Accurſius.

Procuratoris officiũ quibuſdam eſt interdictum.

ADDIT. *Qui omnes prohibentur eſſe procuratores, niſi fuerit lis conteſtata. Et eſt ratio: quia hac exceptio debet opponi ante litem conteſta. alias habilitatur perſona procuratoris. vt hic per doct. & in l. ita demum. & in l. exigendi. C. de procur.*

pedimento [a] ſunt, quò minus rẽ ſuã ipſi exequi poſsit.

¶ *Procurator cõſtituitur verbis habilibus interpoſitis, etiam aduerſario abſente & ignorante. Angelus.*

¶ Procurator neque certis verbis [b], neq; preſente ſemper aduerſario, imò plerunque eo [c] ignorante conſtituitur. Cuicunque [d] enim permiſeris rem tuam [e] agere, aut defendere [f], is tuus procurator intelligitur.

¶ *De tutoribus & curatoribus remittit.*

¶ Tutores & curatores quemadmodũ conſtituantur, primo libro [g] expoſitum eſt.

TITVLVS XI.

DE SATISDATIONIBUS.

¶ *Antiquo iure, quiſquis in rem vel in perſonam ſuo nomine agebat, ſatiſdare non adſtringebatur, alieno autem nomine agens, rem ratam dominum habiturum præſtare debebat. Cæterum reus in rem actione conuentus, ſiue ſuo, ſiue alieno nomine iudicium ſuſciperet, ſatiſdationis iudicatum ſolui, onere grauabatur: perſonali vero actione impetitus, ita demum, ſi alieno nomine defendebatur.*

a ¶ *Impedimẽto.* ſed quid ſi nullum ſit impedimentum? Reſp. idem. vt. ff. de procu. l. j. §. vſus.

¶ *Procurator.* CASVS: Acceſsi ad dominum Iuſtin. & quæſiui ab eo, ſi procurator debeat inſtitui certis verbis, & præſente aduerſario? Et reſpon. dominus Iuſti. dicens, quod certa & ſolennia verba non oportet eſſe, quibus procurator conſtituitur: ſed per quæcũque verba cõſtitui poteſt, dum tamen per verba ad hoc apta conſtituatur, & procurator abſente aduerſario, & etiã ignorante eo plerunque conſtituitur. Sed domine, qualiter conſtituuntur tutores & curatores? Frater, hoc in primo libro habuiſti. h. d. Franc.

b ¶ *Neque certis verbis.* imo quibuslibet, aptis tamen ad hoc, ſiue generaliter, ſiue ſpecialiter. In caſibus tamen ſpeciale mãdatum exigitur, vt in interdicto de liber. hom. exhib. vt ff. de procur. l. Pomponius in princ. Idem ſi mando alicui, quod inueniat maritum filiæ meæ: vt. ff. de ritu nupt. l generali. in princ. Item in cauſa ſuſpecti tutoris: vt. ff. de procur. l. non ſolum. §. fin. Item quando duos generaliter facio procuratores: nam neuter ab altero exiget, niſi habeat ſpeciale mandatum, vt. ff. de proc. l. itaque. & l. qui duos. Item in integrum reſt. petenda, vt. ff. de

Mandatũ ſpeciale in multis caſibus exigitur.

e ¶ *Rem tuam.* ergo & vnam & plures. ergo nuntius eſt procurator, quod verum eſt: vt. ff. de procur. l. j. §. j.

f ¶ *Defendere.* ſ. mandato interueniente, alias ſimpliciter poſitum hoc verbum, defenſor, intelligitur ſine mandato: ſed procurator cum mandato eſt: vt. ff. de proc. l. ſi proc. §. per contrariũ. & facit ad hunc. §. ff. fam. erciſcun. l. plane. in fine.

g ¶ *Primo libro.* vt. §. qui da. tut. poſ. per totum. & de legi agna. tute. per totum. & per alios ſequ. titu. vſque ad titu. de ſatiſd. tut. & curatorum.

DE SATISDATIONIBVS.

¶ *Poſt mentione procuratorum à quibus ſatiſdatio exigitur, competenter de ſatiſdatione ſubiungitur. Accurſius.*

Satiſdationū modus alius antiquitati placuit, alium nouitas per vſum amplexa eſt. Olim enim ſi in rē agebatur: ſatiſdare poſſeſſor[a] compellebatur, vt ſi victus eſſet, nec rem ipſam reſtitueret, nec litis æſtimationem: poteſtas eſſet petitori, aut cum eo[b] agendi, aut cum fideiuſſoribus[c] eius. Quæ ſatiſdatio appellatur Iudicatum ſolui. Vnde autem ſic appelletur, facilè eſt intelligere[d]. nanque ſtipulabatur quis, vt ſolueretur ſibi, quod fuiſſet iudicatum. Multò magis is, qui in rem actione conueniebatur, ſatiſdare cogebatur, ſi alieno nomine iudicium accipiebat. Ipſe autē, qui in rē agebat, ſi ſuo nomine petebat, ſatiſdare non cogebatur. Procurator verò ſi in rem agebat, ſatiſdare iubebatur rem ratā dominum habiturum. Periculum[e] enim erat, ne iterū dominus de eadem re experiretur: Tutores verò & curatores eodem modo, quo & procuratores ſatiſdare debere, verba edicti[f] faciebāt, ſed aliquādo his[g] agētibus ſatiſdatio remittebatur[h]. Hæc ita erant[i], ſi in rem agebatur. Si verò in perſonam ab actoris quidē parte eadem obtinebāt, quæ diximus in actione, qua in rem agitur[k]: ab eius verò parte, cum quo agitur, ſi quidem alio nomine aliquis interue-

Iudicatū ſolui.

Satiſdationum. Totus iſte tit. diuiditur in tres partes. Primo ponit, quid iuris erat olim circa ſatiſdationem in iudicio, ſiue quis agebat nomine ſuo ſiue vt procurator. Secundo, quid iuris ſit hodie. Tertio extendit hanc legem ad omnes prouincias. Secunda ibi, Sed hodie hæc. Tertia ibi, Quam formā. CASVS. Modus ſatiſdationis alius fuit olim, alius eſt hodie. Apud antiquos ita erat olim, quod quicunque conueniebatur actione in rem, & ſuo nomine: ipſe debebat ſatiſdare ſub hac forma, quod ſi victus eſſet, rē reſtitueret, vel litis æſtimationem: & ſuper hoc dabat bonum fideiuſſorem: & licebat petitori agere cum ipſo reo, vel cum eius fideiuſſore: & iſta ſatiſdatio vocabatur olim Iudicatū ſolui, quoniam ponebatur pro iudicato ſoluēdo. & multo fortius debebat præſtare iſtam ſatiſdationem, qui cōueniebatur in rem actione, & nomine alieno. Sed quid erat de eo olim, qui agebat actio. in rem? Frater, aut agebat nomine ſuo: & tunc nō cogebatur ſatiſdare dominum ſuum rem ratam habiturum. Periculum enim alias eſſet ipſi reo, ne ipſe dominus iterum ageret pro eadem re, tutores etiam & curatores, qui agebant actione in rem nomine pupillorum, vel adultorum. eandem ſatiſdationem interponere ſolebant. Sed quid erat olim in actio. perſonali? Frater, in perſona actoris idem intellige, quod in perſona rei. In perſona tamen rei eſt differentia: quia in perſonali actione reus, ſi ſuo nomine conueniebatur, nullam ſatiſdationem præſtat de iudicato ſoluendo. Si autem alieno nomine conueniatur in actione perſonali: tunc neceſſe habet ſatiſdationem præſtare de iudicato ſoluendo: quia in aliena re nemo idoneus defenſor ſine ſatiſdatione intelligitur. hoc dicit vſque ad illum §. ſed hodie.

a ¶ *Poſſeſſor.* ſuo nomine cōuentus.

b ¶ *Cum eo* ſcilicet, reo victo.

c ¶ *Aut cum fideiuſſoribus.* ex fideiuſſione.

d ¶ *Facile eſt intelligere.* cum nomen ſit conſequens rei: vt §. de dona. §. eſt & aliud.

e ¶ *Periculum.* facit. ff. de procur. lege non ſolum. §. item ait. & de iureI. l. nam poſtea.

f ¶ *Edicti.* ſcilicet prætoris quod edictum non habemus.

g ¶ *His.* ſ. tutoribus & curatoribus. Sed quando hoc? Reſpond. forte tunc, quando erant teſtamentarij vel dati ſ. per inquiſitionē. Nam tunc non cauebant de rato: vt ī de ſatiſd. tut. in prin.

h ¶ *Remittebatur.* ſ. de facto.

i ¶ *Hæc ita erant.* hic non debent eſſe. §. ſecundum Ioann. quia & quod ſequitur. eſt de antiquitate.

k ¶ *Agitur.* vt ſuo nomine agens non caueat, alias caueat rem ratam dominum habiturum: vt. ī. eodem. §. ipſe autem. & §. procurator.

niret: omnimodo [a] ſatiſdaret [b]: quia nemo [c] defenſor in aliena re ſine ſatiſdatione idoneus eſſe creditur. Quòd ſi proprio nomine aliquis iudicium accipiebat in perſonam: iudicatum ſolui ſatiſdare non cogebatur [d].

¶ *Suprascriptis ſatisdationibus exauthoratis hodie reus, quamuis actione ſuo nomine conuentus, de lite ad finem vſque proſequenda quandoque ſatisdatione idonea, quãdoque iuratoria cautione cauere debet.*

¶ Sed hodie hæç aliter obſeruantur. Siue enim quis in rem actione conuenitur, ſiue perſonali ſuo nomine, nullam ſatiſdationem [e] pro litis æſtimatione [f] dare compellitur: ſed pro ſua tãtùm perſona, quòd in iudicio permaneat [g] vſque ad terminum [h] litis: vel committitur ſuæ

a ¶ *Omnimodo.* ſ. ſiue cum mandato, ſiue ſine mandato.
b ¶ *Satiſdaret.* ſ. iudicatum ſolui.
ADDITIO. *Quid autem ſatiſdare differat à Cauere, vide Franciſcũ Hotomanum in trat. pro Quintio vbi de ſatiſda. iud. ſolu. tractatur.*
c ¶ *Quia nemo.* no. antiquã regulam quæ etiam hodie bona eſt: vt hic & infra eod. §. ſi vero reus. & ff. de procu. l. non videtur. & l. qui proprio. §. qui alium.
d ¶ *Non cogebatur.* In hoc ſolo caſu differebat ab actione in rem: licet per multa verba hucuſq; inter eos notauerit differentiã.
ADDITIO. Dic ſecundum Ioã. Fab. quòd hæc gloſ. rectè loquitur: quæ ſupponit, quod olim conuentus actione perſonali non ſatisdabat: & idem dicit. ff. de procu. l. ſi procurator meus. in gloſ. non datur. Sed contrarium dicitur in tit. iu. ſolui. pro quo. ff. de ſo. l. cũ quis. §. de peculio ſecundum Ang.
Litis æſtimatio. ¶ *Sed hodie.* CASVS. In ſuperioribus
dixi, quod conuentus act. in perſonam, non
Iuratoria cautio. tenebatur iudi. ſul. ſatisdare: ſed conuentus in rem act. ſuo nomine ſatisdare tenebatur iu. ſol. Sed hodie aliud eſt, ſiue eñi hodie aliquis conueniatur in rem, ſiue in perſonam, & ſuo nomine, non tenetur ſatisdare de iud. ſol. ſed tenetur ſatisdare iudicio Siſti vſque ad terminum litis, & in iſta cautione quandoque ſtatur ſuæ promiſſioni, cum iureiurando: aliquando ſuæ nudæ promiſſioni: aliquando fit iſta cautio per bonos fideiuſſores ſecundum qualitatem perſonæ. ſi fuerit extraneus. Si enim fuerit patronus vel parens, quilibet fideiuſſor pro idoneo habetur, hoc dicit Franc.
e ¶ *Nullam ſatiſdationem.* i. nullam promiſſionem per fideiuſſores facere. Nam ſatisdatio per fideiuſſores fit: vt ff. qui ſat. cog. l. j. nam nec defendendi nec do-
Satiſdare, eſt promiſ- lo, quod abſit, nec iudicatũ ſoluere promittit: quæ tria continentur ſub clauſula hac. ſ. indicatum ſolui. vt ff. iud. ſol. l. iudicatum ſolui. nec vllam aliam, niſi vnã quam ſubiicit. Sed econtra nunquid a- *ſionem per fideiuſſores facere.*
ctor aliquam facit ſatisdationem? Dic, quod *Satiſdatio duplex*
duas. Primo, quod litem conteſtabitur *ab actore*
vſque ad duos menſes con- *exigitur.*
numerandos à die libelli porrecti: vt in authen. de excu. & his. §. j. col. vij. quæ eſt authen. C. de li. cõteſ. l. libellũ Aliam, quod perſiſtet vſque ad finem: & ſi victus fuerit iniuſte ſe moniſſe litẽ, decimã partẽ litis nomine expenſarum dabit reo: vt in authen. de li. §. ad excludendas. col. viij. quæ eſt in. C. de epi. & cle. authen. generaliter quandoque tamen hæ duæ ex conſuetudine non ſeruantur, nec ſunt in vſu. Accurſius.
f ¶ *Pro litis æſtimatione.* iudicatum ſolui. Accurſius.
g ¶ *In iudicio permaneat.* hæc ſatisdatio appellatur iudicio Siſti: vt hic patet, & ff. qui ſatiſda. cog. l. ij. §. Prætor ait. in fi. Et caue tibi in notanda differentia horũ capitulorum. hic enim primo loquitur, quando immobilia non poſſidet: vt hic, & ff. qui ſatiſd. cog. l. ſciẽdum eſt. in prin.
h ¶ *Ad terminum.* hoc eſt tempus diffinitiuæ ſententiæ. Sed nunquid fideiuſſor tandiu tenetur. ſ. quandiu durat lis? Diſtingue. aut fideiuſſit in certum tempus: & tunc tandiu tenetur, & non vltra: vt C. de fideiuſ. l. pen. aut non: nec in cauſa publica, nec in ſcriptis: & tunc non tenetur vltra duos menſes: vt dicitur. d. l. pen. C. de fideiuſ. Et eſt ratio: quia actor videtur ſibi remittere, cum promiſerit litem ſe conteſtaturum vſque ad duos menſes: vt in authen. de exe. §. j. col. vij. Si autem in cauſa publica, vel in ſcriptis: tunc perpetuo, vel (quod eſt verius) vſque ad triennium tenetur. cum tãtum duret inſtantia cauſæ: vt C. de iu. l. properandum. In prin. Sed nunquid ſub pœna fiet hæc ſatiſdatio? Reſpon. non, niſi conueniat in-
ter

ter partes, ſed intereſſe taorum venitr vt ff. qui ſatiſda. cog. lege ſecuoda. §. fina. Sed ſi eſt promiſſa, & eſt ſtatutum tempus intra quod teneatur fideiuſſor, ſi quidem ſex menſiom eſt, iotra alios ſex menſes poterit fideiuſſor moram purgare. ſi noo habet iantū oiſi ſex menſes, intra quos poteſt mora pœoæ porgari, ſi exhibeatur reus: licet primo exhibitus ooo fuerit. quę die vt C. de fideiuſ. l. antepe. Sed quid ſi poſſidet immobilia tātum, quæ valent x. & cōueoiatur in cētum nunquid ſatiſdabit? Reſpon. ſic, ad minus ī eo, quod excedit: quia quod iuris eſt io toto quo ad totum, idem erit in parte quo ad partem: vt ff. de acqui. hære. l. ſi ſeruus eius. & dixi in. l. quæ de tota. in gloſ. dicta ſunt. ff. de sei vendi.

promiſſioni [a] cum iureiurando (quā iuratoriam cautionem [b] vocant) vel nudam promiſſionem [c], vel ſatiſdationem pro qualitate [d] perſonæ [e] ſuæ dare compellitur.

¶ *Toties actoris procurator rati cautionem præſtare debet, quoties de mandato dubitatur: quod etiā in procuratore eorū locum ſibi vendicat. qui alienarum rerū adminiſtratores ſūt: rei autem conuenti procurator (etiam mandato munitus) iudicatum ſolui ſatiſdare debet: à quo ſatiſdandi onere releuatur, domino iudicialiter, vel extra, eius nomine cū clauſulis oportunis, & bonorum hypotheca, de iudicato ſoluendo fideiubente.*

¶ Sinautem per procuratorem, lis vel infertur, vel ſuſcipitur: in actoris quidem perſona;

a ¶ *Promiſſioni.* ſcilicet vbi poſſidet immobilia. Item propter priuilegium: vt C. de prin. ageo. in re. l. ſi. li. xij. & de dig. l. quoties. co. li. Item io caſu, quando ooo poſſidet immobilia: vt C. vt omnes tam ci. quam cri. l. j. ibi, iuratoriæ tantum cautioni.

b ¶ *Iuratoriam cautionem.* ſ. iudicio Siſti.

c ¶ *Nudam promiſſionem.* repete, dare cōpellitur: vt œconomus, & alij clerici: vt in autheo de ſanct. epiſc. §. ſi quis autem pro pecuniaria cauſa. col. ix.

d ¶ *Pro qualitate.* vt ſi ſit parens, vel patronus rei, vel actoris, quia vocet patronum, vel parentem. tunc enim quilibet fideiuſſor pro idooeo accipitur: vt ff. io ius voc. vt cant. l. ij. & iij. & ff. qui ſatiſda. cog. l. ij. §. ij. & §. quod ait Prætor. Sed oūquid hodie iodiſtiocte ſatiſdandū eſt: vt io authen. de exhib. & intro. re. §. ſuſcepto. col. v. quæ eſt in. C. de lit. conteſt. autheo. offeratur? Reſpood. illa, ſecundum di. huius. l. intelligitur. Nam poſteriores per priores intelliguntur: vt ff. de leg. & ſena. l. ſed & poſteriores.

e ¶ *Perſona.* ſcilicet rei.

¶ *Sinautem per procuratorem.* CASVS. Supra dictum eſt, quod ſi aliquis ſuo nomine conueniatur, quod ounquam ſatiſdabit de iu. ſol. ſed ſolum præſtabit cautioonem vſque ad termioū litis. Sed quid ſi litiget per procuratorem? Frater, per procuratorem poteſt actor litigare, vel reus. Et primo videamus de illis, qui litigāt per procuratorem ex perſooa actoris. tūc enim neceſſe eſt, quod caueat de rato ſi dubitetur de mādato. Si enim cooſtet de mādato: tunc oon tenetur cauere de rato. Sed qualiter poterit conſtare de mandato procuratoris? Frater tibi dico: de mādato procuratoris cooſtabit, ſi mandatum eſt actis inſinuatū: vel ſi domions litis in iudicio eſt præſens, & in iudicio procuratoris perſonam confirmauerit. Idem obſeruaodum eſt de tutore & curatore volente agere per procuratorem: & in alijs quibuſcunque perſonis alicoarum serum gubernationem habentibus: vt in gloſ. & ſum io ver. Si vero aliquis, in quo pone caſum ſic, Iam habuiſtis quid iuris ſit, quando lis iofertur per procuratorem actoris: modo videamus, quid iuris ſit, quando lis ſuſcepitor per procuratorem rei. Tuoc eoim poteſt reus præſens eſſe fideiuſſor procuratoris ſui coram iudice: vel extra iodicium poteſt eſſe fideiuſſor ſui procuratoris pro omnibus clauſulis conteotis ſub illo verbo iu. ſol. ita quod teneatur per illam ſatiſdationem, & etiam hæres eius. debet etiam cauere procurator rei, quia reus veniet ad iodicium tempore ſeotentiæ difinitiuæ, vel ſi non veoerit, quòd ſoluet omnia, quæ in difinitiua ſeoteotia fuerint: niſi à difinitiua ipſa fuerit appellatum, hoc dicit. Hæc tamen vltima cautio io perſona rei hodie oon habet locum: nec etiam aliæ duæ in perſona actoris ſcilicet quod caueat ſe cooteſtaturum litem intra duos meoſes: & quod idem ſoluet decimam partem litis, ſi ſuccumbat. vnde quod ſatiſdetur, in lege cauetur. ſed in vſu non habetur. Franciſcus.

ſi non mãdatum [a] actis inſinuatum [b] eſt, vel præſens dominus litis in iudicio procuratoris ſui perſonam confirmauerit [c], ratã rem dominum habiturum [d], ſatisdationẽ procurator dare compellitur, eodem obſeruando, & ſi tutor, vel curator, vel aliæ tales perſonæ [e], quæ alienarum rerum gubernationem receperunt, litẽ quibuſdam per alium inferunt [f]. Si verò aliquis cõuenitur: ſi quidem præſens [g] procuratorem dare paratus eſt: poteſt [h] vel ipſe in iudicium venire, & ſui procuratoris perſonam per Iudicatum ſolui ſatiſdationem ſolenni ſtipulatione firmare: vel extra iudicium ſatiſdationẽ

a ¶*Mandatum*.extra ius factum.
b ¶*Inſinuatum*.i.coram iudice demonſtratum.
c ¶*Confirmauerit*. repete non. nam confirmare poteſt,& tunc ſatiſdare non tenetur: vt infra proxi. §. alias eſt in litera. non.
A D D. *Nota quod quando procurator agit præſente domino & confirmante, non poteſt procurator repelli defectu mandati: vel vbi dominus mittat literas aduerſario, vel iudici: vt.l. ſi procuratorem ff de proc.*
d ¶*Habiturũ*. i. quod domi nus habebit ratum,quæ committitur,quã do dominus ſcit. & poteſt habere ratum, & non habet:vt ff. rem ra.ha.l.quo enim §.j.& ff.de ſo.l.ratum.vbi dicitur,ratom autem habere dominus debet , cum primum certios factus eſt.Hic tamen diſtingue,an ſit certum habere mandatum, & tunc non cauet:vt hic,& C. de ſatiſdat. l.j. Aut certum eſt; quod non habet : & tunc etiam cum ſatiſdatione non admittitur:vt ff.de neg. geſt. l.ſi pupilli. §.fina. Aut dubium eſt:& tunc ſecundum P. eſt in electione rei vtrum exigat probationem mandati à procuratore, an ſatiſdationem recipiat.& eſt pro eo ar. in auth. de coll.§.eos.in fio.col.ix. ſed ibi non loquitur de procuratore : ſed de exactore tributorum.Sed Ioan.contra.Dicit enim in electione procuratoris eſſe,quod duorum iſtorum facere velit : quia quoties ad duo quis alternatiue tenetur, eius eſt electio:vt ſupra de actio. § huic. Bul.autem diſtinguebat vtrum diceret, non habes mandatum:& tunc probet mãdatum. an dicat.dubito:& tunc ſatiſdat.Sed Ioã. opinio verior eſt. Præſtat etiam aliam cautionem procurator actoris.ſ.de defendendo eum pro quo agit·vt ff. de procura.lege ſeruum §.ſi. alias denegatur ei actio:vt ff.de procu.l.mutus.§ pœna.
e ¶*Perſona*.vt ſunt patres in bonis filiorum vt C.de bo. ma.l.j. & de bonis quæ libe.lege fina. § .vbi autem. Item orphanotrophi.& brephotrophi:vt C. de epiſco.& cler.l.orphanotrophos.Item œconomi vel actores vel ſyndici: vt ff.quod

Perſona alienarum

cuiuſ.vni.no.lege.j. §.quibus.& leg.nulli.& .l.item §.j.& C.de ſacroſanc.eccle.l. iubemus.ij.circa prin.ibi , nulli œconomo.& C. de epiſco. & cleri. Lomnes qui vbique §.hoc nihilominus.Item Apocriſarij : vt in authen . quomodo opor. epiſc.§.& illud. col.j.Item magiſtratus noie municipij : vt C. de iu.prop. calum. dan.le. ij.§.j.Iſti enim poſſunt inferre per alium litẽ vt hic ſubiicit.

rerũ gubernationem habentes.

f ¶*Per alium inferunt*. ſ. per procuratorem quod eſt intelligẽdũ,ſi prius ipſi litem conteſtentur.& ſic litium domini efficiantur: vt C.de procur.l. neq; alias nõ cum non domini.ſed adminiſtratores ſint & procurator à domino debet conſtitui·vt ff.de procura.l.j.in prin. Sed ſi ipſæ ſupradictæ perſonæ agunt,nunquid de rato caueot vel de iudicato ſoluendo , ſi conueniuntur? Reſpon.non:vt C.de admi.tut.l.tutores debita. &.l.ſancimus.ij. §. defenſionem. Sed tamen in tutore videtur dicere lex contra. ſi ſit incertum de officio ſuo : vt ff.de admi. tut.l.vulgo.Sed certe ibi non dicit , quod debeat de rato cauere : ſed quod reus damnũ non ſubiicit, propter ea quod iſte non ſit tutor . Sed quæ eſt ratio, quod procuratores ſatiſdant , ſed ſupradictæ perſonæ non? Reſpon.quia ſupradictæ perſonæ quaſi domini ſunt , vt ff.pro empt.l.qui fundũ.§. ſit tutor.& C. de epiſc.& cle.l.orphanotrophos. ſed in procuratoribus ſecus, quia non ſunt domini vere,ſed ficte: vt ff. de procura.l.j. in principio.

Tutor an teneatur cauere de rato.

Procuratores ſatiſdant non autem patres orphanotrophi.

g ¶*Præſens* præſentem accipe etiam ſi ſit in ortis.vel in cõtinentibus ædificijs: vt ff.de procura.l.præſens. &.l.qui in foro.&.l.& ideo.
h ¶*Poteſt* i.debet ſecũdum quoſdam.dicunt enim.ꝙ ſi dominus eſt præſens ipſe tantum debet fideiubere pro procuratore ſuo.ſi autem abſens eſt,procurator poteſt & debet fideiuſſores ſuos dare.& facit pro eis. ff.iu.ſol.l.ſi ad defendendom. & ff.de procu.l.qui proprio. in prin. Vel dici poteſt , quod etiam ſi dominus eſt præſens , tamen poteſt procurator darẽ

Poteſt.i. debet.

Defendis quilibet etiam ſine mandato.

ſuos fideiuſſores:eum etiam ſine mandato quilibet poſſit alium defendere:vt C. de ſatiſda lege prima. & C. de procura. lege exigendi. & etiam inuitum : vt ff.de ſol.lege ſolutionem.& ita proprie accipitur hoc verbũ, poteſt.

a ¶*Exponere.* actori vel notario ſcribenti procurationẽ: ex cuius ſtipulatione quæritũr actori vtilis actio: vt ff. rem publi. ſal. fo. lege non quaſi.

b ¶*Fideiuſſor exiſtat.* nota ꝙ dominus etiã extra iudiciũ poteſt pro ſuo procuratore fideiubere, & releuare eum ab omni onere ſatiſdandi,fideiubendi pro eo notario,qui de ſuo mandato eſt rogatus: vt lege ſi defunctus.in princi. ff. de procura. Angelus.

Iudicatũ ſolui, tres clauſulas habet.

c ¶*Clauſulis.* quæ; clauſulæ tres ſunt,ſcilicet de defendẽdo reo:& de dolo quod abſit, & quod ſonat ipſum verbũ: vt ff.de iu. ſol. lege iudicatũ ſolui.& hic dicitur.

d ¶*Compellitur.* per iudicẽ. Accurſius.

e ¶*Hæredes eius.* nam habet naturã hæc ſtipulatio , vt ad hæredes trãſeat, ſicut illa iudicio Siſti: vt ff. ſi quis cau. lege ſi eũ. §.qui iniuriarũ

exponere [a], per quam ipſe ſui procuratoris fideiuſſor exiſtat [b] pro omnibus Iudicatũ ſolui,ſatiſdationis clauſulis [c], vbi & de hypotheca ſuarum rerum conuenire cõpellitur [d]: ſiue in iudicio promiſerit, ſiue extra iudicium cauerit, vt tam ipſe, quam hæredes eius [e] obligentur. alia inſuper cautela, vel ſatiſdatione propter perſonam ipſius [f] exponẽda [g], quod tempore ſententiæ recitandæ [redacted] vel ſi non venerit, omnia dabit [redacted] [i], quæ in cõdemnatione continentur [k], niſi fuerit prouocatum.

¶*Quiſquis abſentis defenſionem ſubire vult,eum iudicatum ſolui ſatiſdare operæ pretium eſt.*

¶Si verò reus præſto [l] ex quacunque cauſa non fuerit, & alius velit defenſionem eius ſubire:nulla differentia inter actiones in rem,vel perſonales introducẽda poteſt hoc facere:ita tamen, vt ſatiſdationem [m] Iudicatum ſolui,pro litis æſtimatione præſtet. Nemo [n] enim ſecundum veterem regulam(vt iam dictum eſt [o]) alienæ rei ſine ſatiſdatione defenſor idoneus intelligitur.

¶*Vſus omnium rerum optimus magiſter(vt Cæſar dicere ſolebat)hæc perfectius docet, quàm præcepta.*

¶Quæ omnia apertius & perfectius quotidiano iudiciorum vſu in ipſis rerum documentis apparent.

¶*Omnes ciuitates debent ſequi cõſuetudinem ciuitatis Romanæ.*

¶Quam formam non ſolùm in hac regia vrbe [p], ſed etiam in omnibus noſtris prouinciis (& ſi propter imperitiam aliter for

f ¶*Ipſius.*ſcilicet rei.Accurſius.
g ¶*Exponenda.* à procuratore.
h ¶*Veniet.*ſcilicet reus, qui litem prius conteſtatus eſt ſuo nomine.
i ¶*Fideiuſſor.*datus nunc à procuratore.
k ¶*Continentur.* ergo debet condemnari procurator præſens.

¶*Si verò reus.* CASVS §.Intellexi.§. præcedenteni in eo,qui præſens erat,& cõſtituit procuratorem ad ſe defendendum. Si autem reus ſit abſens ſiue cõueniatur in rem , ſiue in perſonam,procurator eius debet ſatisdare iu. ſol. pro litis æſtimatione: nec alio modo admittetur,quantumcunque bonæ famæ fuerit: quia nemo &c. Franciſcus.

l ¶*Præſto.*ſcilicet poſt litẽ conteſtatã cõtra eum.

m ¶*Satiſdationem.* Nota, ꝙ ſiue interueniat procurator ante lit.cõteſta. vt ſupra eodem.§ ſi vero.debet ſatiſdare , ſiue poſtea : vt hic,& C. de conſor. eiuſdem li.l.ij. Nec obſt.ꝙ dicitur quod debet fieri ante lit.conteſta.vt ff. de procur.l. Pomponius. §. ratihabitationis.quia ibi interuenit procurator ante lit. conteſt.vbi autem poſtea interuenit & poſtea ſatiſdat:vt dictum eſt.

n ¶*Nemo.* id eſt procurator vt ff.de procu. lege qui proprio.§.ij.

o ¶*Dictum eſt.*ſupra eodem.§.ab eius.
p ¶*Regis vrbe.*ſ. Conſtantinopolitana.

in iudicio inuenietur

vel dic de veteri Roma. Accur.

a ¶ *Caput.* C. de veteri iure enuc. l. j. §. nulla. & § ſed & ſi quæ leges.

b ¶ *Sequi.* imo non videtur inſpiciendū, quid ibi fiat: ſed quod fieri debeat: vt ff. de offi. præſi. l. ſed licet. quæ eſt cōtra. Sed hæc eſt intelligēda, quando ex certa ſcientia eſt cōſuetudo vel lex non per errorem, vt ibi. & facit ad hāc. ff. de leg. & ſenatuſcon. l. de quibus. Accurſius.

ADDITIO *Hoc verū, quando lex tollit conſuetudinem, alias vnaquaque ciuitas abundet in ſenſu ſuo. & ſic obſeruare debet ſuam conſuetudinem: & ex generali principis permiſſu inducere poteſt particulares conſuetudines etiā contra leges quibus ſtare debet: vt habetur in §. ex non ſcript. Inſt. de iur. natu. gen. & ci. Quæro tamen an in fideiuſſorem de iudicato ſoluendo, fiat executio ſine nouo proceſſu. Et communiter doct. dicunt quod ſic: vt in. l. ſi-na. C. de vſu. rei. iudi. & Bar. in. l. j. ff. iu. ſol. per tex. dicta. l. fina. vbi dicitur ſtatim: quia dictio ſtatim, importat ſummariam cognitionē ſine ordine iudiciario: vt. l. momentanea. C. vnde vi. dic vt in dictis iuribus latius per doct. Ange.*

tè celebratur) obtinere cenſemus: cū neceſſe ſit, omnes prouincias, caput [a] omnium noſtrarum ciuitatum, id eſt, hanc regiam vrbem, eiúſque obſeruantiam ſequi [b].

TITVLVS XII.

DE PERPETUIS & temporalibus actionibus: & quæ ad hæredes & in hæredes trāſeunt.

DE PERPETVIS. &c.

¶ Quia de actionibus eſt dictum: & quædam ſunt perpetuæ, & quædam non, ideo de his ponit: vt infra eodem, in princi. Item, quia quædam tranſitoriæ ſunt hæredibus, & contra hæredes: & de his ponit ſupra eodem. § nō autem. Accurſius.

ADD. *Sed melius reſideret iſte tit. immediate poſt tit. de ac. quia continuatur à remotis nimium: cum non ſimus in princi. libri.*

HOc loco. Totus iſte titu. diuiditur tres partes. Primo ponit regulam & exceptionem, ſcilicet quæ actiones ſunt perpetuæ. Secundo ponit regulam & exceptionem, ſcilicet quæ actiones ſunt tranſitoriæ ad hæredes. Tertio ponit nouum caſum. Secunda ibi, Non autē omnes. Tertia ibi, ſupereſt.

CASVS. Quoniam leges Romæ perpetuo valebant, (niſi quum legibus contrariis abrogatæ eſſent) propterea actiones ab ijs introductæ perpetuò durabant. Conſimiliter quoniam Prætorium Imperium erat annuum actiones à Prætoribus inuentæ & cōpoſitæ vna cū ipſius imperio intercidebant. nā (vt ait Cicero Verrina 3.) ſiōe edicto Prętoris afferunt Calēdæ Ianuarię, & edictum eſt lex annua. Poſtea vero Imperator dicit conſtitutū fuiſſe à Cæſaribus vt Ciuiles quidem certo tempore concluderentur: Prætoriæ vero ſi pœnales eſſent, anno perimerentur: ſin rei perſecutoriæ, eſſent p[illegible]uæ.

¶ Quæ à iure ciuili inſtitutæ fuerūt actiones olim quidē perpetuæ erant, hodie verò certis ſunt finibus limitatæ: prætoriæ autem ſi pœnales exiſtant, anno perimuntur, dempta furti manifeſti actione: ſin rei perſecutoriæ ſunt, perpetuo dantur.

HOc loco admonendi ſumus, eas quidem actiones quæ ex lege [c], Senatusve cōſulto [d], ſiue ex ſacris cōſtitutiōib' [e]

c ¶ *Ex lege.* xij. [illegible] ta. er. vt ff. fa. er. l. j. Item noxali. de pauperie: vt ſupra ſi quadru. paup. ſe. dic. in prin. & ff. ſi quadr. paup. fec. di. l. j.

d ¶ *Senatusve conſulto.* vt hæreditatis petitio: vt ff. de pe. hær. l. item veniunt. §. pridie. & C. de peti. hær. l. ſi. in prin. Item ſi quis clauum de naui abſtulerit, cuius cauſa tota nauis periit: vt ff. de incend. ruin. nau. l. ij. §. ſenatuſcon.

e ¶ *Conſtitutionibus.* vt condic. ex lege, quæ datur ex conſtitutionibus quibuslibet poſt. l. xij. ta. cōſtitutis: vt ff. de cōdic. ex lege. l. vnica. & ff. ad leg. Iul. de adul. quod ex his. & C. de do. l. ſi quis argentū, §. ſi. & Inſt. de act. §. tripli. vel ex quacunq; alia parte iuris, vt plebiſcito: vt patet in lege Aquil. vt ſupra de lege Aquil. §. cæterum. & ff. ad legē Aquil. l. j. Nā quinq; ſunt partes iuris præter prætorium: vt §. de iu. na. §. conſtat. & totū ius eſt ciuile. vt ff. de iu. & iu. l. ius autē ciuile. & actiones ex eo deſcendentes ſunt perpetuæ, vt hic dicit. l. ſine præfinitiōe temporis, ſecundum antiqua tempora: ſed ſacræ

Actiones ex quinq; partibus iuris deſcendētes, ſunt ciuiles & perpetua.

Actiones reales quā to tempore durant.

conſtitu-

proficiſcũtur, perpetuò ſolere antiquitus competere, donec ſacræ conſtitutiones tã in rẽ, quàm in perſonam actionibus certos fines dederunt.

Eas[a] verò, quæ ex propria Prætoris iuriſdictione pendent, plerunque[b] intra annum[c] viuere. Nam & ipſius Prætoris intra annũ erat Imperium. Aliquando[d] tamen & in perpetuum extenduntur: id eſt, vſque ad finem ex cõſtitutionibus[e] introductum: quales ſunt eæ, quas bonorum poſſeſſori[f], cæteriſque, qui hæredis loco ſunt[g], accommodat. Furti quoque manifeſti actio, quamuis ex ipſius Prætoris iuriſdictione proficiſcatur[h]: tamẽ perpetuò datur. ab ſurdum enim eſſe exiſtimauit[i] anno eam terminari.

¶ Ex maleficiis pœnales actiones quãuis contra hæredes non dantur, hæredibus tamen offenſi dãtur, excepta actione iniuriarum, actiones aũt ex cõtractu dolo inito aduerſum hæredes (ſi nihil ex eo ad eos peruenerit) minimè competunt. Omnes tamen pœnales actiones, lite conteſtata contra hæredes tranſeunt.

cõſtitutiones ĩ perſonalibus metas impoſuerũt xxx. an vt C. de præſc. xxx. vel al. an. l. ſicut. & l. oẽs. & C. qui. non obij. lon. temp. præſc. l. neque. &. C. de ann. exce. l. j. & de conſt. pe. l. ij. In realibus autẽ imponitur meta per cõſtitutiones in rebus mobil. trium ann. in immob. x. an. inter præſentes xx. inter abſẽtes: & hoc quando tit. habet poſſeſſor: alias xxx. an. vt C. de vſuc. trãsfor. l. j. & ĩ. de vſuc §. j. In hypothecaria etiam, quæ eſt in rem, certa ſtatuũtur tẽpora vel x. vel xx. vel xxx. vel xl. an. vt C. ſi aduer. cre. l. diuturnum. & C. de præſc. xxx. an. l. cum notiſſimi. & de anna. exce. leg. j. Sed quomodo erat perpetua rei vẽdicatio, ſecundum aliqua tempora: imo temporaliſſima: vt ſupra de vſuc. in prin. Reſpondeo quòd hic dicit, quòd erãt perpetuæ ſcilicet perſonales, ſed meta imponitur tam in realibus, quã in perſonalibus. Item caue tibi: quia duæ perſonales ſunt ciuiles, quæ durant per annum tantum: vna iniuriarum, quæ deſcendit ex lege Corn. vt C. de iniur. l. ſi non conuitij. in fin. Alia quæ datur ex lege Iul. repetundarum: vt ff. ad legem Iul. repe. lege ſecunda.

a ¶ *Eas.* ſcilicet pœnales, & tunc nõ eſt neceſſe, plerunque, vel ſi habes, plerunque, expone, vt ĩ. Accur.

b ¶ *Plerunque.* hoc dicit, propter prætorias, rei perſecutorias, quæ perpetuæ ſunt: niſi in reſciſſoria, quæ annalis eſt: quia contra ius ciuile datur: vt ff. de act. & obli. l. ĩ honorariis. §. ſed cum reſciſſa. & ſupra de act. §. rurſus. & ĩ. eodẽ. §. Item niſi in redhibitoriis, quæ dantur ad tempus, licet rei ſint perſecutoriæ: vt ff. de ædi. edi. l. ſciendum. §. ſi. quia dantur contra id, in quod conuenerunt contrahenter. Item fallit dicta regula. ff. quod fal. tut. au. l. huius actionis. §. has actiones. & quæ in frau. cre. l. ait Prætor. §. ſi debitorem. verſic. annus. C. de do. l. fin. & ff. de eo per quem fact. eſt. l. j. §. pe. Si aũt ſunt pœnales prætoriæ, locum habet quod hic dicitur, vt ſint annales, ſiue pœnales ex vtraque parte, ſiue ex altera tantũ vt ff. de cal. l. j. & de iſius vo. l. pe. & ff. de alien. iud. mu. l. vel poſt annũ. Accurſius.

ADD. *Sed ſecũdũ Ang. illa eſt pœnalis ex vna parte tantum: & ideo non videtur bene excipi. Sed Bar. in l. in bonorariis. ff. de ac. & obli. cõcludit, quòd actiones rei perſecutoria ex vtraq; parte ſunt perpetuæ. Ex parte autẽ actoris rei perſecutoria: & ex parte rei pœnales, & finiuntur anno.*

c ¶ *Intra annũ.* ſ. vtilẽ. Nã de talibus annis prætores loquebãtur: vt patet. ff. de vi & vi ar. l. j. §. qđ aũt ait Prætor. verſi. annus. & ff. de ædi. edi. l. ſciẽdũ. §. fi. niſi in caſu, vbi eſt inutilis ad ſui principiũ: ſed cõtinuus ad ſui proceſſũ: vt ff. de cal. l. annus.

d ¶ *Aliquãdo.* ecce quare dicit plerunq;

e ¶ *Cõſtitutionibus.* de qbus dicit ĩ. e. ĩ. pri.

f ¶ *Bonorũ poſſeſſori.* i. cuilibet poſſeſſori, qui vult ſuccedere de iure prætorio, qui habet hæreditatis petitionẽ bonorũ poſſeſſoriã: de qua habes. ff. de poſſ. hære. pe. per totum. Accur.

g ¶ *Hæredis loco ſunt.* vt qbus reſtituta eſt hæreditas p fideicõmiſſũ: qbus datur hæreditatis petitio fideicõmiſſaria: de qua habes. ff. de fideicõmiſ. hære. peti. p to. Et hæ duæ ſunt rei perſecutoriæ. Accur.

h ¶ *Proficiſcatur.* nota actionẽ furti manifeſti eſſe prætoriam: ſed non manifeſti eſt ciuilis: vt ĩ. de no. §. ſunt autem. Accur.

i ¶ *Exiſtimauit.* ſ. prætor & idem in qua-

Prætoria rei perſecutoria ſunt perpetua. Prætoria pœnales ſunt annales.

libet pœnali in eo, quod peruenit ad delinquẽtem: vt ff. de vi & vi ar. l. j. in prin. & ff. de do. l. Sabinus.

¶ *Non autem omnes.* CASUS. Expediuit iam dominus Iuſti. primam partẽ tit. modo incipit tractare de ſecunda parte, di. Non autem omnes &c. vnde quæſiui, vtrũ omnes actiones dantur hæredibus, & in hæredes? & rñ. q non. Certiſſima eſt enim regula iuris, quæ dicit ex maleficio actiones in hæredes non cõpetere: cuiuſmodi ſunt actio furti, vi bo. rap. iniuriarum, damni iniuriæ quod intellige li. non conte. contra defunctum: etiam ſi ad hæredes furtum peruenerit, per maleficium, & poſſem cũ iſto. §. coniungere illum §. pœnales actiones &c. dicendo, quod pœnales act. deſcẽdentes ex maleficio lite. cont. cũ defuncto competunt, vel dãtur hæredibus eorum, qui maleficium paſſi ſunt: excepta actione iniuriarum, & ſi qua alia ſimilis inueniatur. & ſumus in ver. Aliquãdo tamen. Quia propter quandam generalitatem, quam vidiſtis modo in. §. præcedenti (vidimus enim q certiſſima iuris regula eſt, quæ dicit, ex maleficio pœnales act. in hæredem non competere. & habetis regulam iſtam. ff. de pri. delic.) videbatur à contrario ſenſu, q omnes act. quæ non ſunt pœnales ex maleficio dentur in hæredes: & ſic omnes actiones ex contractu prouenientes dentur contra hæredes: ideo cõtra generalitatem iſtam ſumptam à contrario ſenſu ex iſta regula loquitus litera iſta, & dicit: Aliquando tamen actio ex contractu nõ datur contra hæredem nec illi ſi doloſe verſatus fuerit teſtator in contractu: ex dolo teſtatoris ad hæredem res non peruenerit. Et ſum in verſ. Pœnales autem. Supra vidiſtis, q certiſſima eſt iuris regula, quæ dicit, q ex maleficio petentis pœnales actiones, de quibus ſupra dixit, ſi ab illis principalibus perſonis in eis lis fuerit cont. hæredibus dãtur: & in hæredes tranſeunt. h. d. Franciſcus.

Actionis duplex diuiſio.

¶ Non autem [a] omnes actiones, quæ in aliquem, aut ipſo iure [b] competũt aut à Prætore dantur: & in hæredem æquè competunt, aut dari ſolent [c]. Eſt enim certiſſima iuris regula, Ex maleficiis [d] pœnales actiones in hæredem non competere [e]: veluti furti, vi bonorũ raptorum, iniuriarum, damni iniuriæ [f]. Sed hæredibus [g] huiuſmodi actiones competunt, nec denegantur, excepta iniuriarum actione [h], & ſi qua alia ſimi-

a ¶ *Non autem.* hic ponit diuiſionẽ. quod aliæ ſunt tranſitoriæ, aliæ non: ſed ſuperior fuit. quod aliæ erant perpetuæ, aliæ non: vt ſ. eo. in prin.

b ¶ *Ipſo iure.* ſ. ciuili.

ADD. *Rectè Accurtius: ita tamen vt Ipſo non per excellentiam dictum putemus quemadmodum quibuſdam placet: ſed relatiuum ſit, ius ciuile de quo modo dixerat reſpiciens. Nulla enim ita actio cuiquam competebat, vt non à Prætore vrbano impetranda eſſet: quemadmodum in Actionibus Hotomanus docuit. Sed Tribonianus Barbarus, & latina lingua vt extranea vtens, ſic obſcurè locutus eſt.*

c ¶ *Dari ſolẽt.* ſ. iure prætorio. Accur.

d ¶ *Ex maleficiis.* ſ. priuatis, vt ſubiicit in exẽplis: & ſubaudi vel quaſi maleficiis: vt ĩ. de obli. ex quaſi deli. §. fi. Quid in publicis, de quib⁹ tractatur. ĩ. de publ. iud. Rñ. idẽ, & plus: quia etiã lite cõteſtata non tranſeunt contra hæredes: vt ff. de accu. l. ex iudiciorum. niſi in quinq; caſibus. Primus eſt leg. Iul. maie. in duobus capitulis tantum eius legis: vt ff. ad le. Iul. maie. l. fi. Secundus eſt crimen hæreſis: vt C. de Apoſt. l. ij. & l. apoſtatarũ. in fin. Tertius eſt crimen repetundarum. Quartus eſt de reſiduis. Quintus peculatus crimen: vt ff. ad legem Iul. pec. l. fin.

Actiones ex maleficio in duobus caſib⁹ tranſeunt in hæredes.

e ¶ *Non competere.* niſi lis fuerit conteſtata: vt infra eo. §. pœnales. & ff. de act. l. ex iudiciorum. in fi. Item niſi aliquid ad hæredem peruenerit, tunc enim tenetur: vt ff. de cal. l. in hæredẽ. & ff. quod me. cau. l. videamus. In duobus tamen caſibus eſt contra: vt in act. vi bo. rap. quæ nõ datur in hæredẽ, aliquid peruenerit, ſed furtiua datur cõdictio: vt ff. vi bo. rap. l. ij. §. fi. Itẽ interdicto vñ vi: qđ nõ datur in hæredẽ: ſed ĩ factũ actio: vt ff. de vi & vi ar. l. ij. §. fi.

Iniuriarũ actio non datur hæredi ratione duplici.

f ¶ *Damni iniuria* legis Aquiliæ actio.

g ¶ *Sed hæredibus.* id eſt, hæredibus eorũ, qui paſſi ſunt hæc maleficia.

Iniuriarũ actio aliquas habet ſimiles cõuenientias.

h ¶ *Iniuriarum actione.* nam hæc non datur hæredi, niſi lis conteſtetur: hoc ideo, quia non eſt in bonis noſtris ante lit. conteſta. vt ff. de iniur. l. iniuriarum. iij. & l. iniuriarum. j. in prin. & in gl. ij. Eſt & alia ratio: quia nihil mihi de patrimonio abeſt, nec reo adeſt: vt ff. de col. bo. l. cum emancipati. §. emancipatus. Sunt & aliæ ſimiles ei, vt ſubiicit: in quibus nec actori aliquid de patrimonio abeſt, nec reo aliquid adeſt: vnde idem iuris eſt, quod & in iſta: vt eſt actio in factum, quæ datur contra libertum vocantem patronum in ius ſine venia, in. l. aureos, vel in filium vocan-

Λ licet ad heredem

a

vocantem patrem. vt infra de pœ. teme. li.§.fi.& ff.de in ius voc.l.pe.Idem in popularibus actionibus : vt ſi quis habeat poſitum , vel ſuſpenſum: vt ff. de iis.qui deiec.vel effu.lege ſi vero.§.quæ autem. Quidam dicũt idem de actione in factum de calumniatoribus: vt ff. de cal. lege hæc actio. Sed certe ibi alia eſt ratio: quia habet condictionem ob turpẽ cau.vt ibi dicitur. Item quia abeſt ibi aliquid actori, & adeſt aliquid reo : vnde non eſt ſimilis ſupra dict.

primam opinionem denotat hæc litera cũ dicit, Aliquando tamen &c.

lis inueniatur [a]. Aliquando tamen etiam ex contractu [b] actio [c] contra hæredem non competit : [redacted] cùm teſtator dolo ſè [d] verſatus ſit, & ad hæredem [e] eius nihil ex eo dolo peruenit. Pœnales autem actiones quas ſupra diximus [f], ſi ab ipſis principalibus perſonis fuerint conteſtatæ [g]: & hæredibus dantur [h], & contra hæredes tranſeunt [i].

¶ Si pendente adhuc iudicio reus ſatisfecerit, ab obſeruatione iudicij abſoluendus eſt.

a ¶ *Inueniatur.* hic continuatur ille. §. qui eſt.j.eo.§.pœnales.

b ¶ *Etiam ex contractu.* non ſolum ex delicto. Accurſius.

c ¶ *Actio.* ſcilicet de dolo, nata propter dolum adhibitum in contrahendo. Nam ſi dedit dolus cauſam contractui, non agitur actione ex eo contractu, cum nullus ſit: ſed de dolo, vt hic, & ff. de do.l.& eleganter. in princip. Si enim eſſet incidens: ageretur actione ex eo contractu, vt purgaretur dolus: vt ff.de actio.emp.lege Iulianus.§.ſi venditor.& daretur in hæredes: vt ff. de actio. & obli.lege ex contractibus . Vel pone caſum , quod dolus fuit incidens vel ſuperueniens : & remanet contractus: & non agitur contra hæredem niſi peruenerit aliquid ad eum: vt in actione depoſiti , quæ datur in duplum contra eum , qui dolum commiſit in depoſito cauſa tumultus, vel incẽdij, vel ruinæ, vel naufragij : ſed in hæredem non datur in duplum ex dolo defuncti, licet in ſimplum detur: vt ff.depo. lege prima. Item qualis eſt actio in factum, quæ datur contra agrimenſorem, non autem aduerſus hæredẽ: vt ff.ſi mẽ.fal. mo. di.l.iij.§.pe.Itẽ in actiõe ex ſtipulatu iudicio Siſti. in eo, qui erat cõuentus iniuriarũ: vt ff.ſi quis cau.l.ſi eũ. §.iniuriarũ. Idem eſt in actiõe tributoria: vt ff.de tri. l.illud.§.ſi.& de his caſibus loquitur hic. §.cum dixit ex contractu in hæredẽ non dari qñq;. Alias aũt ex cõtractu agitur contra hæredẽ , etiam de dolo defuncti regulariter: vt ff.de act.& obl.l.ex cõtractibus.&.l.ex depoſiti.quæ ſunt huic cõtrariæ.& hãc ſpecialitatẽ, ſi velis tenere

Dolus aliquãdo dat cauſam contractui, aliquando incidit in cõtractum.

Actio depoſiti datur in duplum in quatuor caſibus , non tamen in hæredem.

Actiones ex contractu deſcendentes quæ non dantur in hæredes.

d ¶ *Doloſe.* dolo dante cauſam contractui. Vel dic incidenti, vel ſuperuenienti, vt modo diximus. Accur.

e ¶ *Ad hæredem.* ſed ſi ſuperueniſſet, actio in factum perpetuo contra hæredem, & contra defunctum daretur: vt ff.de dolo.§. itaq;. Sed de dolo olim intra annum vtilem, hodie intra bienniũ continuum datur : vt C. de dol.l.fin.

f ¶ *Diximus.* ſupra eo.§.non autem omnes. Accurſius.

g ¶ *Conteſtata.* imo vt dentur hæredi. ſola præparatio ſufficit: vt ff.de inof.teſt.l. poſthumus.§. fin.Io.Vel ſine præparatione datur querela hæredi hodie.

Operæ libertis impoſitæ non trãſeũt ad hæredẽ extraneum:

h ¶ *Dantur.* niſi in duobus caſibus. Primus, cum agitur ad operas contra libertum, & moritur patronus extraneo hærede relicto: ad quem nõ tranſeunt operæ, etiam lite conteſtata : vt ff.de oper.li.l.ſi operarum iudicio. Secundus in patre repetente dotem filiæ, quæ à viro diuerterat, ſi decedat pater extraneo hærede relicto, etiam lite conteſtata: vt C. de rei vxo.act.l.vnica.§.videamus.

ADDITIO. *Nam eo ipſo quòd mater moritur, vel aliter filia efficitur ſui iuris : ſtatim actio conſolidatur in filiam: vt d.§. videamus licet pater fuerit lit.conteſtatus : & ſic propter hoc non facit tranſitum in ſuum hæredem. & ſic eſt ſpeciale in dote: quia eſt proprium patrimonium filiæ: vt.l.iij.§.ſed virum in fi.ff. de mi.& facit.l.Pomponius Philadelphus.ff. famil.ercis. Angel.*

i ¶ *Tranſeunt.* niſi in duobus caſibus. Primus in actione de dolo, C.de do.l.fin. Secũdus in retractatiõe alicuius in ſeruitutẽ vel libertinitatẽ, qui per colluſionem prõũciatus fuerat ingenuus: vt ff. ne de ſtatu defuncti.l.j.§.ſed interdum.

¶ *Supereſt.* C A S V S. Antonius in Mæuium actione pro ſocio egit. Mæuius primum calũniatur, deinde cum videret ſe malam cauſam habere, & damnatum iri, itaque ſe infamem fore : confeſſus eſt culpam , actorique ſatisfecit . Quæritur an poſſit iudex Mæuium abſoluere : id eſt , liberatum ab actione

dimittere? Imp. reſpondet, poſſe. Quid autem in actore? ſi actor vult deſiſtere à perſequẽdo Mæuio? Franc. Hotom. in cõment. in Orat. Cic. pro Q. Roſcio, oſtendit hoc etiam practicari ſolitũ in actore.

remedium aduerſus hanc iuris iniquitatem proferre, edicta propoſuerunt, ex quibus licuit agenti opponere apud Prætorem in iure exceptiones. Si in ea re nihil metus cauſa factum eſt: Si in ea re nihil dolo malo actoris factum eſt: Si in ea re nihil errore factũ eſt.

¶Supereſt [a], vt admoneam[b] quòd ſi ante rem iudicatam is cum quo actum eſt, ſatisfaciat actori: officio iudicis cõuenit eũ abſoluere [b]: licet in ea cauſa fuiſſet iudicij accipiendi tempore, vt damnari deberet: & hoc eſt, quòd antea vulgò dicebatur, omnia iudicia abſolutoria eſſe.

a ¶*Supereſt.* hæc de vita, & tranſitu actionum, ſecundũ quod in titulo promiſſio dicta ſunt: nunc de iudicis officio dicit: quod cũ expooere debeat, iam pauca, vt modicũ reſpiret & deli[illegible]at. nam [illegible] ceptum ſermo nẽ quis retinere poteſt: quia igitur iam coocepit in animo tractare de offic. iud. quomodo poterit tacere, quin dicat aliqd hic?

b ¶*Abſoluere.* ſ. ab obſeruatione iudicij. nã principalis cauſa eſt ſublata ſolutione: vt ſupra. quib. mod. tol. obli. in prin. Accur.

TITVL. XIII.

DE EXCEptionibus.

¶Inſtitutæ idcirco fuerunt exceptiones, vt qui ipſo iure obnoxij ſunt, iniquas petitorum actiones excludant, quod exẽplis aperitur.

DE EXCEptionibus.

¶Quia exceptiones tenet vicem actionis: vt ff. de exce. l. j. ideo poſt actiones ponit de exceptio. Vel quia de armis actorum vidimus, & de reorum armis videndum eſt: ideo dicit, vt ſequitur. Accurſius.

SEquitur, vt de exceptionib[us] diſpiciamus. Comparatæ [c] autem ſunt exceptiones defendẽdorum eorum [d] gratia, cum quibus agitur. Sæpe enim accidit, vt licet ipſa perſecutio, qua actor experitur, iuſta ſit [e]: tamen iniqua ſit aduerſus eum, cũ quo agitur. Verbi gratia, ſi metu coactus, aut dolo inductus [f], aut errore lapſus ſtipulanti Titio promiſiſti [g], quod non debueras promittere: palàm eſt, iure ciuili te obligatũ eſſe [h]: & actio, qua intenditur dare te oportere, efficax eſt [i]: ſed iniquum [k] eſt te condemnari. Ideóque

SEquitur. Exceptio ex eo dicta videtur, quod veram actoris intentionem eſſe fateatur, excepto aliquo quo condemnatio excluditur. vnde negationem facti non proprie dici puto exceptionẽ. Ecce metu mihi illato. ſpopondi decem, vel dolo me vt ſponderem circuouenisti, vel errore quaſi deberem promiſi: iure ciuili obligatus ſum, & iuſtum eſt ſimiliter me cogi ad dandum decem ex ea ſtipulatione: ſed naturaliter æquum non eſt. Ideo Prætores animaduertentes æquum eſſe

c ¶*Comparatæ* [illegible] iouentæ. Accur.

d ¶*Eorum.* ſ. reorum. Nam ipſi ſunt, cum quibus agitur: vt ff. de iureiu. l. iij. in princ. & in. §. eum.

e ¶*Iuſta ſit.* prima facie.

f ¶*Dolo inductus.* hoc eſt, in ſtricti iuris iudiciis. in bonæ fidei aũt iudiciis ipſo iure nõ tenet contract[us]. ff. de do. l. & elegãter. § princ. Accur.

ADD. *Hoc verũ in odiũ doloſi: ſed ĩ ſui præiudiciũ tenet cõtractus: & ex eo poteſt cõueniri, niſi lex reſiſtat actui quia tũc ex neutra parte datur actio: vt eſt gl. in l. à diuo Pio. ff. de* [illegible] *in glo. ij. & Bal. in l. j. C. plus val. quod agi. Ang.*

g ¶*Promiſiſti.* credens te debere, cum nõ deberes: vt hic & ff. de except. do. l. iij. §. circa.

h ¶*Obligatũ eſſe.* ſ. inſpecto iuris rigore: de æquitate obligatus nõ es: vt ff. de li. cau. l. obligatus eſt. §. obligatũ. & ff. de ver. ſig. l. ſi creditor. quæ ſunt contra.

i ¶*Efficax eſt.* ſ. in ſui ſubſtantia. Nã ciuiliter & naturaliter eſt obligatus, & purè: ſed nõ eſt efficax, quãtum ad opẽ exactionis. Vel dic, efficax eſt inſpecto genere. Nam prima facie cõdemnandus videtur: ſed inſpecta qualitate: quia ſit dolo facta, vel metu, vel ſimili cauſa impeditur, eſt inefficax. & ita expone in ſequẽtibus caſibus.

k ¶*Iniquum.* No. quod contra iniquitatẽ

&

& ſic econtra ex æquitate datur reo exccept.l.qui æquitate. ff. de do.ma. exce. Angelus.

a ¶*Metus cauſa.* hoc quando metu fuit compulſus.

b ¶*Doli.* hoc quando inductus fuit per dolum.

c ¶*In factum.* redde ſingula ſingulis, propoſitis cauſis, ſecundum Ioannem. Sed nonne hoc tertio caſu. ſ. quando per errorẽ promiſit, datur doli exceptio? Certe ſic: vt ff. de do. ma. exc. leg. ij. §. circa. Quare dic, quod hæc actio in factum eſt proponẽda in ſubſidium doli exceptionis, ſcilicet contra patronum & parentem. contra quos turpes exceptiones non opponũtur: vt ff. de do. ma. exce. l. apud Celſum. §. aduerſus. & ita hic accipitur. Ac.

¶*Idem iuris.* CASVS. Iã dixi vobis vnũ exemplum in quo videtur æquum prima facie vt actor debeat obtinere, iniquum tamen inſpecta perſona rei qua competenti ex cep. poteſt ſe defendere. Et de hoc eodem recito vobis hic aliud exemplum, ſcilicet de eo qui cauſa credendi pecuniã, ſtipulatus eſt pecuniam ſibi reddi: & poſtea pecuniam non numerauit. vnde ſi agat ſtipulator, competit promiſſori excep. non numeratæ pecuniæ. h.d. Franc. de Aret.

d ¶*Scriptum eſt.* ſ. de li. obl.

e ¶*Conſtitutione.* vt C. de non numera. pecun. l. in contractibus.

¶*Præterea ſi debitor.* CASVS. Iã vidiſtis duo exempla in quibus prima facie æquum videtur, quod actor debeat obtinere: iniquum tamẽ videtur inſpecta perſona rei: qui competenti exce. ſe defendere poteſt. Modo ponit tertiũ exẽplum, puta cũ creditor fecerit debitori pactum de nõ petendo, ſicut patet in litera.

datur tibi exceptio, Quod metus cauſa [a]: aut Doli [b] mali, aut in factum [c] compoſita ad impugnandam actionem.

¶*Qui futuræ numerationis ſpe mutuum recepiſſe ſcriptis faſſus fuit, exceptione non numeratæ pecuniæ tutus eſt.*

¶Idem iuris eſt, ſi quis quaſi credendi cauſa pecuniam à te ſtipulatus fuerit, neque numerauerit. Nam eam pecuniam à te petere poſſe eum, certum eſt. dare enim te oportet cùm ex ſtipulatione tenearis. Sed quia iniquum eſt eo nomine te condemnari: placet exceptione pecuniæ non numeratæ te defendi debere. Cuius tempora nos (ſecundum quod iam ſuperioribus libris ſcriptum eſt [d]) conſtitutione [e] noſtra coarctauimus.

¶*Si debitori creditor non petere pactus fuerit, ex pacto præcedens obligatio non perimitur, ſed pacti conuenti exceptio aduerſus creditorem agentem paratur.*

¶Præterea debitor, ſi pactus fuerit cum creditore, ne à ſe pecunia peteretur [f], nihilo minus obligatus manet: quia pacto conuento obligationes non omnino [g] diſſoluuntur: qua de cauſa efficax eſt aduerſus eum actio, quam actor intendit, ſi paret [h] eum dare oportere. Sed quia iniquum eſt, contra pactionem eum condemnari: defenditur per exceptionem pacti conuenti.

¶*Qui iureiurando delato ſe nihil debere aſſeruit, ipſo iure liberatus non eſt: ſed exceptione iuriſiurandi munitus: æquè ſi quis in rẽ conuentus, rem petitam ſuam eſſe iurauerit, non propterea actor*

f ¶*Peteretur.* No. quod pactum de nõ petendo tria operatur. Nam tollit naturalẽ ipſo iure: vt ff. de ſo. l. Stichum. §. naturalis. Item elidit ciuilem, vt in hoc. §. Itẽ obligat naturaliter paciſcentem non petere. Nam & alias quis eſt obligatus naturaliter aliquid non facere: vt non facere furtũ: vt ſ. de ob. quæ ex deli. naſ. §. j.

Pactũ de non petendo tres habet effectus.

g ¶*Non omnino.* quia non ciuilis, ſed naturalis tantum. vt ff. de ſol. l. Stichum. §. naturalis. In caſibus tamen etiã ipſo iure vtrũque tollit pactũ: vt in maleficiis factis, ſi quis paciſcatur, ne agatur. Item in pignore remiſſo per pactum: vt ff. l. ſi tibi. §. quædã actiones. & §. de pign.

h ¶*Si paret.* oratio poſita loco actionis, ſecundum P. ſed ſecundum Io. cõtra: vt diximus. ſ. de act. §. ſic itaque.

¶ *AEque ſi debitor.* CASVS. Iam vidiſtis tria exempla. in quibus prima facie videtur æquũ, q; actor debeat obtinere, iniquum tamen videtur inſpecta perſona rei: quia cõpetenti exce. ſe defendere poteſt. Hic ponit quartum exemplum de eodem: puta in exce. iuriſiurãdi, cum iuramentum delatum fuerit debitori à vero creditore: & ipſe ſe nihil debere iurauerit: ſi agat actor contra reum, qui iurauerit: defendere ſe poteſt reus per exceptionẽ iuriſiurãdi. & ſum io veri. in iis quoque actionibus &c. In ſuperioribus habuiſtis, qualiter exceptiones opponuntur contra actiones perſonales. Modo intendit tractare de exceptionibus, quæ opponuntur contra eos, qui agunt actionibus realibus: vt ſi rem tanquam meam vendicem, dicens rem meã eſſe, & verum dico: quia res mea eſt, tamen iniquum eſſet, q ipſe reus, qui iurauit, condẽnetur contra ſtylum ſui iuramenti. hoc dicit. Franciſcus.

Iuramentum cõtra leges non eſt ſeruandum.

dominus eſſe definit, verũ exceptio iuriſiurandi ſibi poſtea vendicanti obſtabit.

¶AEquè, ſi debitor creditore deferente iurauerit, nihil ſe dare oportere: adhuc obligatus permanet. ſed quia iniquũ eſt [a], de periurio quæri: defenditur per exceptionẽ iuriſiurãdi. In iis quoq; actionibus, quibus in rẽ agitur, æquè neceſſariæ ſunt exceptiones: veluti, ſi petitore deferẽte poſſeſſor iurauerit, eã rem ſuam eſſe [b], & nihilominus petitor eandẽ rem vendicet. Licet enim verũ ſit, quod intendit, id eſt, rem eius eſſe, iniquum tamen eſt poſſeſſorem condemnari.

¶Abſolutio rei conuenti primæuã obligationem minimè tollit, abſolutio tamen rei iudicatæ exceptionem acquirit.

¶Item ſi in iudicio tecum actum fuerit [c], ſiue in rẽ, ſiue in perſonam: nihilominus obligatio durat [d], & ideo ipſo iure de eadem re poſtea aduerſus te agi poteſt: ſed debes per exceptionem rei iudicatæ adiuuari.

¶Hæc prior eſt exceptionum diuiſio, vt quædam ciuiles ſint, quædam prætoriæ.

¶Hæc exẽpli cauſa retuliſſe ſufficiat. Alioqui quàm ex multis variiſq; cauſis exceptiones neceſſariæ ſint, ex latioribus Digeſtorum ſeu Pandectarum libris intelligi poteſt. Quarũ quædam ex legi-

a ¶ *Iniquum eſt.* hic no. ſimile ff. de in li. iu. l. fi. & ff. de iureiur. l. nã poſtea. § iureiurando dato. & ff. de don. l. nam ſufficit. hoc tamen fallit quoties eſt cõtra leges iuratum: quia non ſeruatur ſacramẽtum: vt in authen. ſceni. non ſolum. §. non em. ſi quis. col. v. quæ eſt C. de nupt. authen. quod eis. & ff. de iure patr. l. adigere. C. de le. & conſti. l. nõ dubium. io ſi. Itẽ quãdo veritas alias per teſtimonium poteſt inueniri: vt C. de reb. cre. l. fi. Item quando defertur ſacramentum à iudice: vt ff. de iureiu. l. admonendi. alias autem obtinet, quod hic dicitur.

b ¶ *Rem ſuam eſſe.* diſtinguitur tamen vtrum iuret ſuam rem eſſe, vel petitoris non eſſe: quia ſi iuret ſuã eſſe, datur ſibi actio & exceptio, ſed ſi iuret petitoris non eſſe: naſcitur ſibi exceptio contra petitorem tantũ: vt ff. de iureiu. l. ſed & ſi poſſeſſorij. j. & ij. rñ. ibi, nõ em.

Iuro rem meam eſſe, & iuro ſuam non eſſe differentia.

¶ *Item ſi in iudicio.* CASVS. Adhuc præter exceptiones illas, de quibus ſupra dictum eſt, quædam alia eſt exceptio, per quam poteſt reus ſe tueri: veluti, ſi verus debitor per ſententiam iudicis fuerit abſolutus ſententialiter. Licet enim per imperitiam verus debitor abſoluatur, naturaliter tamen manet debitor: ſed contra creditorẽ agentẽ poterit ſe tueri excep. rei iudi. & hoc dicit. Sed quid eſt, quod hic dicitur, quod ex ſola naturali obligatione poſſit agi? Frater, Dicit Iuſti. ex ſola naturali à principio non agitur: ſed quãdo naturalis & ciuilis fuerũt coniunctæ à principio, ſi tollatur vna ipſarum, ipſo iure ex altera poteſt agi, licet agenti obſtet exceptio. Franc.

c ¶ *Actum fuerit.* ſubaudi, & fueris abſolutus: ſicut hic innuit.

ADDITIO. *Intelligas iſtum text. cũ iſta gloſ. quod reus fuit abſolutus: vt infra patet. Angelus.*

d ¶ *Obligatio durat.* ſcilicet ſi primo erat obligatus. vnde ſi ſoluat, non repetit, cũ

debitum ſoluat: vt ff. de condict. indebit. l. Iulianus, & l. iudex. Et caue tibi: quia per iuſiurandũ & per pactum naturalit tollitur obligatio, & remanet ciuilis: vt ff. de iureiuran. l. fin. in princ. & ff. de ſolu. l. Stichum. aut Pãphilum. §. naturalis. Sed per ſententiam tollitur ciuilis, & remanet naturalit: vt ff. de condi. indeb. l. Iulianus. Sed eum actionem inducat res iudicata, vbi nulla omnino erat: vt C. de rebus cred. l. actori. quare non tollit vbi eſt? Reſpond. res iudicata de iure ciuili eſt, & ideo tollit & inducit ea quæ ſunt de iure ciuili: & ita obligatio oem ciuilem tollit: & actionem (quæ eſt de iure ciuili) inducit: vt ff. de orig. Iuris. l. ij. §. deinde ex his. Ea autem, quæ ſunt iuris naturalit, non tollit: vt obligationem naturalem, vt argu. ₰. de legiti. agna. tut. §. fina.

Obligatio naturalis tollitur per pactũ, ſed ciuilis per ſententiã.

Sententia eſt de iure ciuili.

bus [a], vel ex ijs, quæ legis vicem obtinent [b], vel ex ipſius Prætoris iuriſdictione [c] ſubſtantiam capiunt.

¶ *Iam adeſt poſterior exceptionum ſectio: vt quadam perpetuæ, & peremptoriæ ſint, quædã temporales & dilatoriæ. perpetuæ & peremptoriæ ſunt, quæ & ſemper locũ habent, & cauſam principalem peremũt: dilatoriæ verò ſunt, quæ ad tempus nocent, & actionem in tempus differre ſolent vt exceptio pacti ne intra certum tempus petatur, & ſimiles: quæ olim ante tempus agenti oppoſita, actionem omnino cõſumebant: hodie verò duplum induciarum debitori tribuunt: itẽ finito tempore non antea actor audiendus eſt, quàm expenſas litis refuderit.*

¶ Appellãtur autẽ exceptiões, aliæ ꝑpetuæ & peremptoriæ, aliæ temporales & dilatoriæ.

¶ Perpetuæ & peremptoriæ ſunt, quæ ſemper [d] agen

g ¶*Nec clam*. Cum multa ſint genera violentiarum, quæ ad præſens omitto. De hac vi, quæ inquietatiua dicitur, quæ parit hoc interdictum: vt ſi me arare vel ædificare, vel aliquid in meo me facere prohibes, contendens te poſſidere, habet locum hoc interdictum, vt. ff. de vi & vi ar. lege. vim facit. & ff. quòd vi aut clàm l. j. §. quid ſit. Quid ſi ille non contendat ſe poſsidere, ſed ſolum iniuriatur mihi? Reſpond. adhuc locum habet hoc interdictum: vt. ff. vti poſſ. l. ſi duo. §. ſi vicinus. Sed & actione iniuriarum mihi tenetur: vt. ff. de act. empt. l. qui pendentem. Quid ſi nec poſſeſsionis ratione, nec iniuriæ, ſed quia ſeruitutem ſe habere contendit? Reſpond. ſi poſsidet, intentabo negatoriam: ſi ego poſsideo, intentabo hoc interdictum. vt. ff. ſi ſer. vẽd. l. ii. §. j. Clam autem poſſidet, qui clanculo me abſente ſibi poſſidere volens ingreditur fundum meum, quem ego poſsideo: nec tamen ſuſpicor me poſſe repelli: & ita me abſente & inuito ſæpiſsime facit: vt. ff. quod vi aut clam. l. iij. §. finali. & de acquiren. poſſ. l. clam. in princip. Ille enim qui ingreditur, habet naturalem per introitũ ſuũ, & ego ciuilem. Vel dic, quod ego retineo naturalem ciuiliter, ingrediens naturalem naturaliter. Sed nunne etiam naturalem perdit ſtatim, cum de fundo exit, & ad iudicium venit, vel etiam alias iret? Reſpond. non. imo animo retinet eã naturalem: vt facit fructuarius, qui ſolam naturalem habet. Vel dic, quod ſi amittit eam non tamẽ nocet: quia adhuc hoc interdicto tenetur, licet ego poſſideã tantum, vt diximus per. l. ff. vti poſsidetis. l. ſi duo. §. ſi vicinus. Precario autem poſsidet aduerſarius à me: vt ſi precibus ſuis motus, conceſsi ſibi precario: vt. ff. de preca. l. j. in princ. & §. j. & diſtingue in precario: quia aut agitur, vt omnis poſſeſsio in accipientem transferatur, quod fieri poteſt: vt. ff. de preca. l. in rebus. & ff. de acquiren. poſſ. l. Pomponius. §. ſi is qui. aut vt nulla, & hoc valet: vt. ff. de pre. l. certe. §. is q. Aut vt habeat naturales tantum, qui accepit, & hoc valet: vt. ff. de prec. l. & habet. §. eũ. Sed nunquid in omni precario vinco habentem à me per hoc interdictum, ſcilicet, Vti poſſidetis? Reſp. non illum qui habet omnẽ poſſeſsionem: cum hoc interdictum poſſeſſorem tueatur: vt. ff. vti poſ. l. j. §. j. & §. ii. ergo vinco ſupradictos etiam, ſi ego habebam poſſeſsionem ab alio vi, vel clàm, vel precario. vt hic: & ff. vti poſsidetis. l. j. §. fi. & l. ij. Accurſi.

Poſſeſſor clandeſtinus habet naturalem poſſeßionẽ, & deiectus ciuilem.

Precaria poſſeßio.

Vis inquietatiua quæ parit interdictũ quod vi aut clam: qualiter fit.

Clàm poſſidere.

¶ Poſsidere autem videtur quiſque, non ſolùm ſi ipſe poſsideat, ſed & ſi eius nomine aliquis in poſſeſsione [a] ſit: licet eius iuri ſubiectus non ſit: qualis eſt colonus [b], & inquilinus. Per eos quoque, apud quos depoſuerit quis, aut quibus commodauerit: ipſe poſsidere [c] videtur. Et hoc eſt, quod dicitur: retinere [d] poſſeſsionē poſſe aliquem per quemlibet, qui eius nomine ſit in poſſeſsione. Quinetiam animo quoque ſolo retineri poſſeſsionem placet: id eſt, vt quãuis neque ipſe ſit in poſſeſsione, neque eius nomine alius: tamen ſi non relinquendæ poſſeſsionis animo, ſed poſtea reuerſurus inde diſceſſerit: retinere poſſeſsionem videatur. Adipiſci verò poſſeſsionē per quos aliquis poteſt, ſecundo libro expoſuimus [e]. Nec vlla dubitatio eſt, quin animo ſolo adipiſci poſſeſsionem nemo poſsit.

¶ *Recuperandæ poſſeßionis interdictum, Vnde vi dicitur, quod occaſione poſſeßionis ſpoliato competit: quanquã eam à ſpoliante vi, clam, vel precario ex interuallo tamen haberet.*

¶ *Poßidere autem.* CASVS. Iam habuiſtis, quod tam in interdicto Vtrobi, quã in interdicto Vti poſsidetis, quæ ſunt interdicta retinendæ poſſeſsionis, ille vincit, qui in poſſeſsione inuenitur tempore litis conteſtatæ. Sed domine, pro Deo dicatis mihi, qualiter aliquis dicatur poſsidere? & ipſe reſpōdet. Frater, dicit ipſe, non ſolū dicitur quis poſsidere, ſi per ſe, hoc eſt ſi corpore ſuo poſsideat, ſed etiam ſi corpore alterius poſſideat, quãuis eius iuri non ſit ſubiectus: dum tamen nomine ſuo poſſideat, ſicut per colonum & inquilinum, & depoſitariū, & commodatarium. & hoc eſt quod communiter dicitur, aliquem retinere poſſe poſſeſsionem per quemlibet qui eius nomine eſt in poſſeſſione, & non ſolum per corpus ſuum, & per corpus alterius, qui eius nomine poſſidet, poteſt aliquis poſsidere, ſiue poſſeſſionem retinere, ſed etiam ſolo animo poteſt aliquis poſsidere; ſeu poſſeſsionem retinere, licet ipſe non ſit in poſſeſsione, vel aliquis eius nomine: dum tamen non animo deſerendæ poſſeſſionis eam deſeruerit, ſed poſtea reuerſus ſit ad illã. hoc dicit. Franc.

a ¶ *In poſſeßione ſit.* caute dicit: vt. ff. de acquir. poſſ. l. ſi quis ante. §. idem Pomp. ibi, non vt poſsideret. nam non poſsidēt iſti nec ciuiliter, nec naturaliter, ſecundū Ioan. ſcilicet colonus & inquilinus, & ſimiles: vt hic, & . ff. de vſuc. l. non ſolum. §. quod vulgo. Sed M. dicit eos naturaliter poſsidere: vt. ff. comm. diuidundo. l. com. diuid. §. neque. Sed illud intellige colonū poſsidere, ſcilicet alij.

Colonus & inquilinus nec ciuiliter, nec naturaliter poßident.

¶ *Colonus.* in villa, ſed inquilinus in ciuitate: vt. ff. de acq. poſſ. l. ſi rei pignoris.

c ¶ *Poßidere videtur.* ſi ergo per aliū poſſidet, ergo nun poſsidet: vt. ff. de acquir. poſſeſſ. l. quod meo. licet quidam dixerint eos naturaliter poſsidere, ſicut & colonum, vt ſuperiori caſu diximus.

d ¶ *Retinere.* Licet animo retineatur, nō tamen animo quæritur: vt. ff. de acqu. poſ. l. quemadmodum. & . C. de acqu. poſſ. l. licet. & . ſ. proxi. Accur.

e ¶ *Expoſuimus.* ſ. per quas perſo. nob. ac. §. ex his. Acc.

¶ *Recuperandæ poſſeßionis.* CASVS. Vidiſtis ſupra, per exempla de interdicto adipiſcēdæ poſſeſsionis, & etiam de interdictis retinendæ poſſeſsionis: modo videndum eſt de interdictis recuperandæ poſſeſsionis. Recuperandæ autem poſſeſsionis interdictum, eſt interdictum Vnde vi, per quod cogitur deiiciens vi deiectū reſtituere. ſ. in illam poſſeſsionem, à qua ipſum deiecit: licet deiectus à deiiciēte vi, vel clã, vel precario poſſederit. quod videtur miſtū in glo. tamen habes hoc expeditū vno verbo. ſ. illud verbū ex interuallo. & hæc erat pœna violēti ſecundū iura antiqua. ſed alio modo punitur hodie violentus iſte per nouas cōſtitutiones per. l. ſi quis in tãtam. C. vnde vi. cuius effectus talis eſt: ſi quis rem mobilē vel immobilē inuaſerit violenter: ſi dñs erat illius rei, quàm inuaſit violēter: dominiū illius rei amittit., ſi autē non erat dominus illius rei: cōpellitur reſtituere, & ſoluere æſtimationē rei per violentiã poſſeſſæ. & omnes pœnæ iſtæ imponuntur non ſolū per actionē ciuilē, ſed etiã per actionē criminalē. Pōt enī qui aliū vi, de poſſe. deiecit, accuſari. l. Iu. de vi priuata, ſi ſine armis. &

¶ Recuperandæ poſſeſsionis cauſa ſolet interdici, ſiquis ex poſſeſsione fundi, vel ædium [a] vi deiectus fuerit. nam ei proponitur [b] interdictum Vnde vi [c]: per quod is, qui deiecit, cogitur ei reſtituere poſſeſsionem: licet is [d] ab eo, qui vi deiecit, vi, vel clàm, vel precario poſsideat.

¶ Hodie per vim ſpolians, ſi dominus eſt, à dominio rei cadit: alias rem ſpoliatam & eius æſtimationē reſtituit: qui alias lege Iulia de vi publica, vel priuata criminaliter punitur. Et armorum appellatione lapides & fuſtes cōtinentur. Are.

¶ Sed ex conſtitutionibus [e] ſacris (vt ſuprà diximus [f]) ſi quis rem per vim occupauerit, ſi quidem in bonis eius eſt, dominio eius priuatur: ſi aliena, poſt eius reſtitutionē, etiam æſtimationem rei [g] dare vim paſſo compellitur. Qui autem aliquē de poſſeſsione per vim deiecerit: tenetur lege Iulia de vi priuata [h], aut de vi publica: ſed de vi priuata, ſi ſine armis vim fecerit. ſin autem armis eum de poſſeſsione vi expulerit de vi publica tenetur. Armorum autem appellatione non ſolum ſcuta, & gladios, & galeas, ſed & fuſtes & lapides [i] ſignificari intelligimus.

vero cum armis: de vi publica. Sed domine, quid appellatis vos arma? Sunt enim quidam, qui ſolummodo credunt cū armis deiicere, cum qui loricatus & cum gladio, & ſcuto: & lancea, & conſimilibus armis aliquem deiecit. Frater, non eſt ita. armorum enim appellatione, non ſolum ſcuta, gladios, & etiam cætera arma appellari volumus, ſed etiam fuſtes, & lapides. Fraoe.

a ¶ *Ædium.* aliud in rebus mobilibus. nā pro his competit vi bon. rap. actio: vt. ff. de vi & vi ar. l. j. §. hoc interdictum. & §. illud & §. plane niſi mobilia cum immobilibus petantur hoc interdicto: vt ff. de vi & vi ar. l. j. §. qui autē. Accurſius.

b ¶ *Proponitur.* id eſt, datur.

c ¶ *Vnde vi.* ſed quare dicitur vnde vi? Reſp. quia talia erant verba prætoris: vnde illum vi deiecisti, &c. & ita à principio verborum prætoris ſumpſit denominationē: ſicut & alia, vt quorum bonorum, & ſimilia: vt. ff. de vi & vi ar. l. j. in princ.

d ¶ *Is.* ſ. deiectus: vt quia hodie expoliaui te: vel quia cœpi poſsidere rem ſuam clam, vel vi: in ſequenti vero die me expuliſti. nam teneris mihi hoc interdicto. Secus ſi incontinenti me deiicis: vt. ff. de vi, & vi ar. l. iij. §. cū igitur. in gloſſ. fin. & l. qui poſſeſsionem. Quod incontinenti accipe ante, quam ad alios actus extraneos diuertas: vt. ff. de duo. re. ſti. l. duos reos.

e ¶ *Conſtitutionibus.* vt. C. vnde vi. l. ſi quis in tantam.

f ¶ *Supra diximus.* vt. ſ. vi bon rap. §. quia tamen.

g ¶ *Rei.* ſ. proprietatis: ſed interdicto Vti poſsidetis, poſſeſsio æſtimatur: vt. ff. vti poſſ. l. pen. §. fi. Acc.

ADDITIO. *Dic ſecundum Ioann. Fabr. quòd imo Dy. tenet, quòd in hoc interdicto fiat æſtimatio poſſeſsionis. ſicut in interdicto Vti poſſ. ſed ipſe Ioan. Fa. dicit, quòd ad proprietatem & ad poſſeſsionem poteſt fieri æſtimatio: ſecundum quod concludit. Ange.*

h ¶ *De vi priuata.* pœna autem huiuſmodi legis eſt tertiæ partis bonorum publicatio, ſi ſine armis: & relegatio, ſi cum armis: vt. ī. de publ. iud. §. itē lex Iulia. de vi publ. & C. ad leg. Iulia. de vi publ. l. quoniā & l. ij. & ff. de accuſ. l. hos accuſare. §. omnibus vnde verſus: Vis priuata reum deponit ab ordine rerum. Sed deportatur, ſi vis armata probatur. Vide c. ij. extra de ordi. cogn. in gloſſ.

i ¶ *Et lapides.* facit. ī. de pub. iud. §. item lex. & ff. de vi & vi ar. l. iij. in prin. & ff. de verb. ſig. l. armorum. Sed nunquid debet aliquis expectare ſe primo percuti, quam percutiat? Dicunt quidam quod ſic: vt argu. C. vnde vi. l. j. & ff. ad legem Aquil. l. ſi ex plagis. §. tabernarius: Nos cōtra. ſed ſufficit iuſtus timor: vt. ff. ad legem Aquil. l. ſed & ſi quicunque. & ff. ad legem. Cor. de ſica. l. is, qui. & ff. de vi & vi arm. lege. iij. §. qui armati. Aduerte tamen, quod aliquando vis infertur perſonæ, aliquando rebus: vt nos. gloſſ. fin. in c. ſignificaſti. ij. de homicid. & ibi vide qualiter intelligitur illud commune dictum, vim vi repellere, licet cum moderamine inculpatæ tutelæ.

Vnde vi concernit res immobiles, vi bonorū raptorum, res mobiles.

Lex Iulia de vi priuata & de vi publica qualiter punit.

¶ *Tertia diuiſio, &c.* C A S V S. Hæc diuiſio à modo exereendi ioterdicti ducitur, q̄ in aliis alter actor ſit, alter reus: io aliis vterque litigantium io eadem cauſa ſit: illa ob id Simplicia interdicta vocantur: hæc, duplicia.

a ¶ *Duplicia.* ſimilis poteſt fieri diuiſio actionum ciuiliū. Nam quædam duplices ſunt, vt fami. ercıſ. fin. reg. & communi. diu. vt. ff. de iudi. l. in tribus.

Actionū quadam ſunt ſimplices: quadā duplices.

b ¶ *In loco ſacro.* vt. ff. ne quid io loco ſacro. l. j.

c ¶ *Publico.* vt ff. ne quid in flum. per totū.

d ¶ *Vtrobi.* itē interdictum de ſuperficiebus: vt. ff. de ſuperf. l. j. §. proponitur. & die vt. ſ. eo. §. retinēdæ.

¶ *De ordine & veteri, &c.* C A S V S. Dixi Iuſtiniaoo: Domioe, quare noo recitatis vos totā naturam & ſolenoitatem antiquorum interdictoium? Frater, dieit ipſe, Superuacuum eſſet hodie de ordine & ſoleonitate antiqua interdictorum dicere. Nam quotieſcunqoe extra ordinem. i. ſoleooitatē antiquā ius dicitur (quod hodie fit in omnibus iudiciis) nō eſt neceſſe interpooere interdictū. Dñe, bene dicitis: ſed bene dimit tetem ſolennitatē interdictorū ſi loco interdictorum eſſent mihi actiones proditæ à prætore. Frater, dieit Iuſtin. ſic poteris illas hodie proponere ſine aliqua ſolennitate, ſicut poſſes ſi ea tibi dediſſet prætor hodie. Similiter quando dat tibi prætor hoc interdictum. poteris hodie loco illius interdicti actionem io factum vtilem proponere, perinde ac ſi iſtam actionem vtilem prætor tibi accommodaſſet. hoc dicit. Franc.

¶ *De ordine.* id eſt, de antiqua ſolēnitate, qua proponebantur interdicta ſub certis formis: vt diximus. ſ. eodē. in princ. Acc.

¶ *Accipe tertiam interdictorum diuiſionem.*

¶ Tertia diuiſio interdictorum eſt, quòd aut ſimplicia ſunt, aut duplicia [a]. Simplicia ſunt, veluti in quibus alter actor, alter reus eſt: qualia ſunt omnia reſtitutoria, aut exhibitoria. Nam actor is eſt, qui deſiderat, aut exhiberi, aut reſtitui. reus autem is eſt, à quo deſideratur, vt reſtituat, aut exhibeat. Prohibitoriorum autem interdictorum alia ſimplicia ſunt, alia duplicia. Simplicia ſunt, veluti cum Prætor pròhibet in loco ſacro [b], vel in flumine publico [c] ripáue eius aliquid fieri. Nam actor eſt, qui deſiderat, ne quid fiat: reus eſt, qui aliquid facere conatur. Duplicia ſunt, veluti Vti poſsidetis ~~interdictum~~, & Vtrobi [d]. Ideo autē duplicia vocantur: quia par vtriuſque litigatoris in his conditio eſt, nec quiſquā præcipuè reus, vel actor intelligitur, ſed vnuſquiſque, tam rei, quam actoris partes ſuſtinet.

¶ *Abiecta veteri proponendorum interdictorum ſolennitate, hodie pro eis in factum actio cōpetit.*

¶ De ordine & veteri exitu interdictorum [e] ſuperuacuum eſt hodie dicere. Nam quoties extra ordinem [f] ius dicitur (qualia ſunt hodie omnia iudicia) nō eſt neceſſe reddi interdictum, ſed perinde iudicatur ſine interdictis [g], acſi vtilis actio [h] ex cauſa interdicti

e ¶ *Exitu interdictorum.* ſc. cum antiqua ſolenoitate: ſine eā tamē reddi poteſt & proponi: vt. ff. de ope. no. nuoc. l. prætor ait. §. nonnulli. Vel etiam io factū actio loco cuiuslibet interdicti: quæ vtilis vocaotur, vt ſubiicit.

f ¶ *Extra ordinem.* id eſt, extra aotiquam ſoleooitatem: quod ſemper fieri videtur vt ſubiicit: vt. ſ. de ſuce. obl. in princ. & ff. de neg. geſt. l. acti. in fin. ti. & C. de form. & impe. act. ſubl. l. j. & l. ij.

g ¶ *Sine interdictis.* ſc. ſolennibus.

h ¶ *Vtilis actio.* ſ. in factū, quæ datur loco cuiuslibet interdicti. Et nota. quatuor eſſe genera actionis in factum. Vna eſt, quæ ex omni edicto vel interdicto prætoris datur, vbi ſpecialis actio non datur, vt hic. Alia eſt legis Aquiliæ ſubſidiaria: quando damnū datur de non corpore in non corpus: vt. ſ. ad leg. Aquil. §. fin. quæ & ipſa prætoria eſt: vt. ff. de præſ. ver. l. quia actionum. in fin. Tertium genus eſt extraordinarium: quod ex variis figuris cauſarum eſt introductum, quoties æquum eſt actionem dari: vt. C. de ſac. ſan. ec. l. ſancimus. Quartū

Actionis in factum, quatuor ſunt genera.

genus eſt, quod æquiparatur actioni præſcriptis verbis vna cum iſta in factum ciuilis dicitur: vt. ff. de præſcrip. verb. l.j. in fin. & habet locum in tribus generibus negotiorum. Primo in contractibus innominatis tribus dos vt des, do vt facias, & facio vt facias: vt ff. de præſc. verb. l. naturalis. §. i. ij. & iij. Sed in quarto innominato contractu. ſ. facio vt des, habet locum actio de dolo: vt ff. de præſcrip. verb. l. naturalis § quod ſi faciam. Item in ſecundo genere habet locũ præſcriptis verbis ex omni pacto incontinẽti, ante vel poſt appoſito iuxta aliquem contractum: vt. C. de pact. inter emp. & vend. l. ij. & C. de pac. l. petens. Item in tertio genere vbicunque dubitatur de nomine contractus. vt patet in exẽplis: vt. ff. de æſtim. act. l. j. & ff. de præſcrip. verb. l. j. per totum. & l. iij. Quid ſit actio in factum: & ad quid competat tex. cum glo. eſt in l. quoties. ff. de præſ. verb. & in. l. in factũ. cum ibi no. ff. de act. & obl. Accur.

Actio præſcriptis verbis in tribus generibus negotiorum habet locum.

A D D. *No. hanc glo. qui ſunt actiones in factum, & ad quid vnaquæq; competat: & adde. gl. in. l. quoties. ff. de præſ. ver. &* tex. *in. l. in factum. & ibi gloſ. ff. de act. & obl. Ang.*

a ¶ *Reddita.* ſ. ab illo eodem prætore.

DE POENA TEMERE litigantium.

¶ *Vſque nunc de propoſitione actionum dictũ eſt: ſed quia contigit eas interdum temere proponi, nunc de pœna temere proponentium dicit. Accurſius.*

N*Vnc admonendi.* Totus iſte ti. diuiditur in tres partes. Primo continuat titulum ad præcedentia. Secundo ponit tres pœnas, quæ temere litigantem coercent. Tertio dictas pœnas ſigillatim per exempla declarat. Secunda ibi, Idque eo maxime. Tertia ibi, Ecce enim.

reddita[a] fuiſſet.

TITVL. XVI.

DE POENA temere litigantium.

¶ *Litigatorum temeritas triplici pœna coercetur: periurii ſcilicet, pecuniaria, & infamiæ, ſiue ignominiæ: quarum ſingulas partes vſque ad tituli calcem perſequitur.*

NVnc admonendi ſumus, magnam curam egiſſe eos, qui iura ſuſtinebant[b], nẽ facile homines ad litigandum procederent: quod & nobis ſtudio eſt. Idque eò maximè[c] fieri poteſt, quod temeritas, tam agẽtium, quã eorũ, cum quibus agitur, modò[d] pecuniaria pœna[e], modò iuriſiurandi[f] religione, modò infamiæ[g] metu coercetur.

¶ *Reus, actor, necnon vtriuſque partis aduocati, iuriſiurandi religione propter calumniam, ſeu cauilationem euitandam introducti ſeſe adſtringere debent: alioqui non procedet iudicium.*

¶ *Annota, Negantiũ mendacia pœna quandoque dupli, quandoque tripli puniri.*

¶ Ecce enim iuſiurandum omnibus, qui conueniũ-

CASVS.

Olim in priuatis controuerſijs, ne qui calumniarentur impune diſcederent, moris erat, vt qui litem intenderet, aduerſarium ſponſione certæ pecuniæ laceſſeret, niverã cauſam haberet. contráque is qui ſponſione prouocabatur, aut fateri cogebatur, aut ſi inficiaretur, reſtipulari. Ergo ſtipulatione vltro citroque interpoſita, concipiebatur hæc ſponſio. Sacramentum etiam ãdhiberi conſueuerat: quod à ſponſione hoc differt, quòd in ſacramento pecunia in ſacro deponebatur: in ſponſionibus, interpoſita ſtipulatione promittebatur. hæc ex cõment. Fr. Hor. in Orat. Cic. pro Quintio, vbi de hac re videbis copioſius.

b ¶ *Suſtinebant.* ſcilicet, magiſtratus, qui iura reddebant: vt. ff. de ori. iu. l. ij. §. poſt originem.

c ¶ *Maxime.* id eſt. certe.

d ¶ *Modo.* aliquãdo & ita communiter exponitur qñ bis, aut ter reperitur: vt. ꝫ. quod cum eo §. cæterum. ver. ſed ſane.

e ¶ *Pecuniaria pœna* vt. ꝫ eo. §. ſi. Acc.

f ¶ *Iuriſiurandi.* ſc. calumniæ: vt. ꝫ. prox. §. Sed quandoq; Reſp. in futuro ſæculo: licet non in iſto: vt. C. de iur. l. ij.

g ¶ *Infamiæ.* ꝫ. eo. §. ex quibuſdam.

¶ *Ecce enim.* *CASVS.* Domine, vos jam dixiſtis, quod temeritas ligantium modis pluribus coercetur. Pro Deo dicatis, ſi vobis placet, qualiter debeat primo

coerceri? Frater, dicit ipſe: primo debet per iuramentum coerceri: quia omnibus litigatoribus præcipitur, quod iurent de calumnia. Franc.

a ¶ *Conſtitutione*. C. de iureiuran. propter calu. dan. l. ij. in princip.

b ¶ *Niſi prius*. nõ dicit, quod prius reus, quã actor iuret, ſed prius quã audiatur. actor aũt prius quã reus iuret: vt C. de iureiur. ꝓpter calum. dan. l. ij. in princip. quæ eſt cõtra.

c ¶ *Ad contradicendum*. no. diligenter capitula huius ſacraméti. Actor enim iurat, ꝙ bona inſtantia venit ad agendum: vt C. de iur. propter. calum. dan. l. ij. in princi. Item quod non dabit vel dedit aliquid iudici, vt proferatur pro ſe ſentẽtia: vt in auth. vt liti. iurent in exordio litis. col. ix. Itẽ quod nullam exiget, vel faciet probationem calumnioſam: vt in authent. de iis, qui ingre. ad appellan. §. fina. collatio. v. Econtra reus iurat hæc eadem: niſi quod in primo capitulo iurat ſe vti bona contradictione *. Quid continere debeat iuramentum calumniæ, not. gloſ. in c. j. extra de iuramen. calum. vnde verſus: Illud iuretur, quod lis ſibi iuſta videtur. Et ſi quæretur verum, non inficietur. Nil promittetur, vt falſa probatio detur. Vt lis tardetur, dilatio nulla petetur.

Iuramentum de calũnia præſtatur tam ab actore quã à reo.

** Hactenus procedit gl. Accur.*

tur, ex conſtitutione [a] noſtra defertur. Nam reus non aliter ſuis allegationibus vtitur, niſi prius. [b] iurauerit, quòd putans ſe bona inſtantia vti, ad contradicendũ [c] peruenit.

¶ *Negans id, quod debet, aliquando in duplo punitur. Are.*

¶ At aduerſus inficiantes ex quibuſdam cauſis dupli, vel tripli [d] actio conſtituitur: veluti ſi damni iniuriæ, aut legatorum locis venerabilibus relictorũ nomine agatur [e].

¶ *Reus incertis caſibus ſiue neget, ſiue fateatur, vltra ſimplum condemnatur.*

¶ Statim autem ab initio pluris, quàm ſimpli eſt actio [f]: veluti furti manifeſti quadrupli, nec manifeſti dupli. Nã ex his & aliis quibuſdam cauſis (ſiue quis neget, ſiue fateatur) pluris, quã ſimpli eſt actio.

¶ *At aduerſus &c.* CASVS. Domine, bene vidimus qualiter iuramenti religione litigatorum temeritas coercetur: modo dicere debetis, ſi vobis placet, qualiter pœna pecuniaria compeſcitur, certe dicit ipſe, bene verum eſt, quod pœna pecuniaria litigatorum temeritas coercetur: quia quãdoq; actio, quæ ex ſui natura in ſimplum competit, propter inficiationem ipſius rei datur in duplum: veluti, ſi damni iniuriæ & legatorum locis venerabilibus relictorũ nomine agitur, & tamen bene ſunt aliquæ actiones, quæ ſine aliqua inficiatione dantur plus quam in ſimplum, vt eſt actio furti manifeſti, quæ damni in quadruplum. Fran.

d ¶ *Tripli*. vt ſupra de actio. §. tripli. vbi quis per mendacium, aut dolum plus petens, quam debeat, in triplum condemnatur. Alij deponunt de libris illud, vel tripli, eò quod ſubiecta exempla non ſunt huic verſicu. apta.

Mẽdaciũ facit quem puniri.

e ¶ *Agatur*. Item alibi: vt C. de non numerata pecunia authentica contra qui propriam. Itẽ alibi: vt ſi creditor negat ſibi debitum ſolutum. Nam poſtea quod ſit debitum, probare cogitur: vt ff. de proba. lege cum de indebito. Item poſſeſſor negãs ſe poſſidere: ſi probatur, perdit poſſeſſionem: vt ff. de rei vendicatione lege ſi. & in authentica de triente & ſe. §. illud. & ibi gloſſ. in verbo, poſſeſſio. collatione tertia. Item alias: vt ff. de iudicijs. lege cum.

ADDITIO. *Nota pœnas aliquas, quas patitur calumnioſe negans: & maxime nota quando aliquis poſſidet, & negat interrogatus ſe poſſidere, quod perdit poſſeſsionem, ſi de mendacio conuincatur: vt l. ſi. ff. de rei vendicatio. Angelus.*

f ¶ *Eſt actio*. etiam à principio, non ſolũ inficiatione: vt hic & ſ. de act. §. at ille. Ac.

¶ *Item vxoris quoque.* CASVS. Dixi Iuſtinian. Domine, vidimus ſupra qualiter per iuramentum & pœnam pecuniariam rei temeritas coartatur: ſed de actore quid dicetis? Certe, dicit ipſe, non ſolum reus, ſecundum quod ſuperius diximus, ſed & actor compellitur ſubire calumniæ iuramentum, imo plus adhuc dico tibi, quod non ſolum reus & actor iurãt, ſicut diximus, ſed etiam vtriuſque partis aduocati iuſiurandum ſubeunt: ſecundum quod eſt in alia noſtra conſtitutione prouiſum. & hæc omnia introducta ſunt loco actionis veteris calumniæ quæ in deſuetudinem abiit, qua tenebatur actor, qui temere litigabat, in decimam partem litis. quod nunquam in-

¶Actor de calumnia iurare tenetur. Aretinus.

¶Item actoris [a] quoque calumnia coercetur. Nam etiam actor pro calumnia iurare cogitur ex noſtra cōſtitutione, ∧

¶Aduocati actoris & rei de calumnia iurare debent. Aretinus.

¶Vtriuſque etiam partis aduocati iuſiurandum ſubeunt [b]. quod alia noſtra cōſtitutione cōprehēſum eſt.

¶Reiecta multa decimæ partis litis, quæ olim improbis litigatoribus irrogabatur: hodie quiſquis inique litigabit: periurium incurret, & damnum impenſaſque omnes victrici parti inferre cogitur.

¶Hæc autem [c] omnia pro veteri calumniæ actione [d] introducta ſunt, quæ in deſuetudinem abiit: quia in partem decimam litis actores mulctabat: quod nuſquam factum eſſe inuenimus, ſed pro his introductum eſt & præfatū iuſiurandum: & vt improbus litigator, & damnum, & impenſas litis inferre aduerſario ſuo cogatur.

¶Condemnatus vel pactus ex criminibus, quæ hic enumerantur. vel condemnatus actionibus directis non contrariis deſcendentibus ex contractibus hic enumeratis, erat infamis.

¶Ex quibuſdam iudiciis damnati [e] ignominioſi fiūt: veluti furti, vi bonorum raptorum, iniuriarum, de dolo: item tutelæ, mādati, depoſiti, directis [f], non contrariis actionibus. Itē pro ſocio, quæ ab vtraq; parte directa eſt: & ob id quilibet ex ſociis eo iudicio damnatus ignominia notatur. Sed furti quidem, aut vi bonorum raptorum, aut iniuriarum, aut de

uentum eſt factum eſſe, vt hic dicitur: ſed pro his introductum eſt iuſiurandum: & vt in expenſis & dānis litis puniatur improbus litigator. hoc dicit Fran.

a ¶*Item actoris*, quaſi dicat, non ſolum reus iurat de calumnia: vt ſ. eo. §. j. ſed etiā actor, vt in cōſtitutione noſtra dicitur: vt C. de iureiur. ppter cal. dan. l. ij. in princip.

Aduocati partium, an debeant iurare

b ¶*Subeunt*. ſcilicet quod iuſtum & fidele patrocinīū præſtent, vt in conſtitutione dicitur. Sed in meo in conſuetudine non habetur, quod iuretur licet lege caueatur: vt C. de iu. l. rem non nouam. §. patroni. & facit in auth. eo. de teſt. §. fina. col. vij.

c ¶*Hæc autem*. ſcilicet quæ de ſacramento calumniæ dicta ſunt ſupra eodem. §. primo ſupra eodem. §. item actoris. &. §. proximo.

d ¶*Actione*. actio enim quædam erat, qua tenebatur actor, qui per calumniam litigabat, in decimam partem litis, quod hodie corrigitur. Sed & hoc hodie iure authenticorum in antiquum rediit ſtatum: licet non iure illius actionis, ſed per iudicis officium: vt in auth. de lit. §. ad excludendas. col. viij. Et not. ex hoc. §. & ex dicta authen. de lit. & ex. l. ff. de reg. iu. l. qui ſ iui. §. nemo. & ex. l. illud. ff. de peti. hær. quod niſi improbe & calumnioſe litigauerit, non debeat condemnari in expenſis: vt ff. de iu. l. eum quem. & . C. de fruc. & lit. expen. l. non ignoret. licet in. C. de iu. l. properandum. §. ſin autem. indiſtincte dicat victum condemnari victori in expenſis. Sed eſt intelligēdum cū iam dicta determinatione, ſi calumnioſe agit. vt in authen. de iud. §. oportet. collatione vij.

¶*Ex quibuſdam iudiciis*. CASVS. Caſus eſt apertus & facilis: ſed de Directis, & Contrariis teneto regulam, Quoties par eſt vtriuſque ratio in contractu, vtrinq; naſcitur directa. Quoties potior eſt alterutrius cauſa, hinc naſcitur directa, inde contraria. Cuius regulæ vide probationem omnino plenam apud Hotomanum ſupra tit. de act. §. Actionum.

e ¶*Damnati*. ſcilicet ſuo nomine, niſi procuratores fuerint: nō ſi procuratorio: vt ff. de iis qui no. infa. l. furti. §. ſi quis. & hoc ſi à iudice ordinario vel delegato ſit condemnatus. ſecus ſi ab arbitro: vt ff. de ijs qui no. infa. l. quid ergo. §. cum autem. verſi. ex compromiſſo.

f ¶*Directis*. & ob id tutor conuentus à pupillo & damnatus infamatur. Idem in aliis directis, ſecus ſi econtra tutor pupillum

quod non calumniandi animo litem movit, sed existimando se bonam causam habere.

l. 3. C. Hermogen. De calum.

pillum faciat cõdemnari: vt hic, & ff. de iis qui not. infa. l. j. Et nota, quòd in caſu etiam contrario infamat: vt. ff. de iis qui no. infa l. furti. §. mandat. Item nota quod quatuor ponũtur exempla de maleficiis: & quatuor de contractibus, vel quaſi.* Et iſta continentur his verſibus Iudice damnatos, infames reddit vbique. Quod vi diripitur, iniuria, furta, dolique. Actio mãdati, tutelæ, depoſitique. Directo, ſi pro ſocio cõmunis vtrique.

de proſpexit prætor parentibus & patronis. Statuit enim quod non liceret liberis & libertis parentes, vel patronos in ius vocare ante, quàm a prætore hoc poſtulaſſent, & etiam impetraſſent, & ſic nõ ſufficit poſtulare: ſed neceſſe eſt, quod obtineant ante quã eos in ius vocent. Si quis autem eorũ aliter eos in ius vocarit, ſtatuit in eũ pœnam quinquaginta ſolidorũ. h. d. Franc.

dolo, non ſolùm damnati notantur ignominia, ſed & pacti [a]: & rectè. Plurimũ enim intereſt, vtrum ex delicto aliquis, an ex contractu debitor ſit [b].

¶ Omnia iudicia initium ab in ius vocatione ſumunt. At qui non impetrata venia eum, quem alias ſine venia vocare non potuerit, in ius vocauerit in factũ actione tenetur, & L. aureorum pœna punitur.

¶ Omnium autem actionum inſtituendarum principium ab ea parte edicti proficiſcitur: qua Prætor edicit [c] de in ius vocando. vtique enim in primis aduerſarius in ius vocandus eſt: id eſt, ad eum vocandus, qui ius dicturus ſit [d]. Qua parte Prætor parentibus & patronis, itẽ parẽtibus liberiſq; patronorũ & patronarũ hũc præſtat honorẽ [e], vt nõ aliter liceat liberis libertiſq; eos in ius vocare, quã ſi id ab ipſo Prætore poſtulauerint, & impetrauerint. Et ſi quis aliter vocauerit: in eũ pœnam ſolidorũ quinquaginta [f] conſtituit.

TITVL. XVII.

DE OFFICIO iudicis.

¶ Iudex debet iudicare ſecundũ ius ſcriptũ vel cõſuetudinariũ: & ſentẽtiã ſuã ſecundũ naturam actionis propoſitæ ferre: quod primo oſtenditur in noxali actione. Aretinus.

a ¶ *Sed & pacti.* ſ. pretio ęris ſine iuſſu prætoris: vt. ff. de iis qui not. inf. l. in actionib⁹. & .l. furti. §. pactus. Acc.

b ¶ *Debitor ſit.* vt. ff. de infa. l. furti. §. fin.

¶ *Omnium autem actionum.* CASVS. In proximo. §. tractat dominus Iuſtin. qualiter puniatur temeritas litigantiũ metu infamiæ: hic tractat qualiter punitur temeritas litigantium metu pœnæ pecuniariæ. Vel ſic poteſt continuari: Temeritas quandoque cõſiſtit in perſeuerando, improbe litigando: quandoque autem conſiſtit temeritas in ius vocãdo. Cum ergo ſupra dixerit dominus, Iuſtinianus, qualiter punitur temeritas litigantium in perſeuerando improbe litigãdo: modo dicitur qualiter punitur litigantis temeritas, quæ eſt in ius vocando. Dicitur ergo quod principium inſtituendarum actionum ab edicto de in ius vocando, proficiſcitur, & explanat ſeipſum in textu, dicens, quod in primis debet aduerſarius in ius vocari coram iudice. ſed quo ad iſtam vocationẽ in ius ſatis abũ

c ¶ *Edicit.* id eſt, edictũ proponit de in ius vocando: vt ff. de in ius vo. l. iij. §. Prætor. & per totũ titul. Accurſius.

d ¶ *Dicturus ſit.* vt ff. de in ius vocan. l. j.

e ¶ *Honorem.* Not. ꝙ patribus & patronis eſt honor præſtandus & reuerentia: vt hic, & .l. honori. ff. de obſe. à libe. & liber. parẽ. & patro. præſtand. & habetur in. l. vt vim. ff. de iuſt. & iu. Ange.

f ¶ *Solidorum quinquaginta.* alias quaſi inofficioſus caſtigatur ſi præ inopia pœnam ſoluere nõ poſſit: vt ff. de in ius vocã. l. pe. & fi. Et intellige hoc ĩ emãcipatis filijs, alias non poſſet eſſe iudiciũ inter patrem & filium: vt C. de in ius vocan. l. fi. & diximus. ĩ. de act. §. in eũ quoq; alias eſt ver. & in eum. §. pœnales quoq;. Item not. hic, quod aureus pro ſolido accipitur, cum. ff. de in ius voc. l. ſi libertus. & .l. in eum. dicat. l. aureorũ. & hic dicit ſolidorum. Itẽ nota, ꝙ ſeptuaginta duo aurei faciunt libram auri: vt C. de ſuſce. & arca. l. quotieſcunque. li. x.

Sententia ſuper actione famoſa an ſemper infamet.

Actiones octo, ſunt quæ infamant.

** Hoc glo. reſiduum ... eſt Accurſi... per.*

Laus in turpitudine, qui non habet in ære.

Aureus pro ſolido ſumitur. Libra auri continet. 72. aureos.

DE OFFICIO IVDICIS.

SVpereſt [a], vt de officio iudicis diſpiciamus. Et quidem in primis [b] illud obſeruare debet iudex, ne aliter iudicet, quã legib⁹, aut cõſtitutionibus [c], aut morib⁹ [d] proditum eſt.

¶ *Annota. Ea eſt ratio: nam domino noxali actione conuento optionem iura concedunt, aut damnũ ſoluendi, aut ſeruum noxæ dedendo, damni euitandi æſtimationem.*

¶Ideoque ſi noxali [c] iudicio aditus eſt [f]: obſeruare debet, vt ſi condemnandus videtur dominus, ita debeat condemnare: Publium Mæuium Lucio Titio in decem aureos condemno, aut noxam dedere [g].

¶ *Iſte tit. cõtinuatur, ſecundum Ioã. Fab. Quia viſum eſt ſupra de actionibus: & quia officium iudicis loco actionis aliquando habetur: vt. l. actionis verbo. ff. de action. & obliga. ideo poſt actiones ponit de officio iudicis. Vel poteſt continuare, quod iudicium conſiſtit ex tribus perſonis, videlicet ex perſona actoris, rei & iudicis: vt C. ſa nuo. exiſe de ver. ſigni. ſed ſupra dictum eſt de actionibus: & ſic de perſona actoris, de exceptio. & ſic de reo: ſequitur neceſſario videre de tertio: & ſic de iudice, & eius officio. Et iſta continuatio infert gloſ. hic in nigro.*

SVpereſt. Totus iſte tit. diuiditur i ſex parteo. Primo ponit generaliter quid ſpectat ad officium iudicis circa ſeotẽtiam. Secũdo quid ad ipſum pertinet circa cõdemnatiõnẽ malorũ ſeruorũ. Tertio quid in actione in rẽ. Quarto quid in actionibus vniuerſalibus. Quinto quid in perſonalibus. Sexto quid in iudiciis diuiſoriis. Secunda ibi, Ideoque. Tertia ibi, Et ſi in rem. Quarta ibi, Et ſi hæreditas. Quinta ibi. Si ad exhibendum. Sexta ibi, ſi familiæ erciſcundæ. CASVS. Viſo de actionibus quomodo intentantur ab actoribus contra reos: ſupereſt, vt de officio iudicis diſpiciamus. & in primis ſcire debes, quod iudex tenetur ad hoc, vt ipſe iudicet ſecundum leges, vel ſecundum conſtitutiones, vel ſecundum mores. hoc eſt ſecundum conſuetudinem. Et ſumus in verſic. Ideoque ſi noxali. Dixi vobis ſupra, quod iudex debet pronuntiare ſecundum leges: ita patet quod dominum conuentum actio. noxali condemnare debeat pro delicto ſerui: & debet eũ condemnare in hunc modum: Lucium Titium dominum talis ſerui Publio Mæuio in decem ſolidos condemno, aut noxam dare permitto: quia leges volunt, quod dominus damnum datum à ſeruo debeat reſarcire, vel quod poſſit liberari ſi velit ſeruum dare pro noxa. Sic enim vult lex, quod damni æſtimatio ſit in condemnationem, licet noxæ deditio ſit in ſolutionem. Fran.

a ¶ *Superest.* ſed vnde ſupereſt? Reſpond. quia de actoribus diximus & de reis: ſequitur. vt & de iudice qui ſedet in medio dicamus, & eius officio, circa quæ verſatur.

b ¶ *In primis.* id eſt, in principalibus, vel inter principalia. Nam primo libellus dandus eſt: vt C. de li. conte. authen. offeratur. & cauſæ examinatio præcedere debet hanc obſeruantiam, quæ circa ſententiam adhibetur: vt C. de iud. l. iudices. Vel dic in primis ſcilicet obſeruantiis ſcilicet, circa ſententiam adhibendis. Nã & alia ſunt obſeruanda ſcilicet, quod detur in ſcriptis: vt C. de ſentẽ. ex breui. reci. l. fin & ſedẽdo: & qui ſuper. §. vt in authẽ. vt ab illuſtri. & ſancimus. col. v. Sed hoc eſt principale, quod ſecundum leges iudicet, vt hic dicitur. Accurſius. *Libellus in cauſa eſt dãdus. Sententia in ſcriptis & ſedendo ferenda eſt.*

c ¶ *Cõſtitutionibus*, ſcilicet, Imperatorũ.

d ¶ *Moribus*, id eſt, conſuetudine, quæ pro lege ſeruatur: vt ſupra de iur. natura. gentium & ciuili. § ex non ſcripto. Sed quid ſi vnum eorum alteri contradicit? Reſpond. conſtitutio legi antiquæ præiudicat: vt ff. de legibus & ſenatuſconſulc. leg. non eſt nouum. & conſuetudo præiudicat vtrique, ſiue ſit generalis: vt ff. de legibus & ſenatuſcõſul. l. de quibus. in fi. ſiue ſit ſpecialis in illo loco ſcilicet tantum præiudicat vtrique: vt ff. commu. præd. l. venditor. §. ſi conſtat. *Conſtitutio legem. vtrunque conſuetudo vicit. Conſuetudo eſt duplex.*

e ¶ *Noxali.* i. ſuper. Accur.

f ¶ *Aditus eſt.* ſ. iudex.

g ¶ *Noxam dedere.* ſ. permitto. nam damni æſtimatio tantum eſt in condemnatione: vt ff. de re iudic. l. miles. §. j. & ij. alias eſſet incerta ſentẽtia, quod eſſe non debet: vt ſupra de act. §. curare.

¶ *Et ſi in rem.* CASVS. Vidiſtis qualiter iudex debeat formare verba ſententiæ in actio. noxa. Sed domine pro Deo dicatis, ſi placet, quale debeat eſſe officium iudicantis inter aliquos in actio. reali? Frater, dicit ipſe, libenter. Nam aut videt iudex, quod ferenda eſt ſententia contra petitorem: & tunc nihil aliud incumbit ei, niſi quod abſoluat poſſeſſorẽ. aut videt quod eſt ferenda ſententia contra poſſeſſorem: & tũc debet condemna-

re poſſeſſorem: vt rem cum fructibus petitori reſtituat, & tenetur condemnatus in iſta actione reali, incontinenti rem cum fructibus reſtituere. ſed in act. perſonali non tenetur incontinenti rem reſtituere: ſed habet inducias à lege. Sed domine, quid ſi dixerit poſſeſſor cõdẽnatus, quod non poſſit rem reſtituere incõtinenti, & petat tempus reſtituendi? Frater, ſi videat iudex, quod calumnioſus ſit, & tempus petat fruſtratorie non dabit ei tempus: & niſi rem reſtituerit, iurabitur contra eũ in litem, ſi vero fruſtratorie non petat tempus. bene dabit ei infra tempus intra quod reſtituat, ſecũdum quod ſibi videbitur: ita tamen, quod caueat per bonos fideiuſſores, quod ſi intra tempus, quod ſibi datum eſt, non reſtituat: quod æſtimationem litis ſoluet. hæc dicit, Franciſcus.

¶Iudicis eſt reum ſingulari in rem vel vniuerſali actione conuentum ad rei, fructuumque reſtitutionem condemnare, qui ſi malæ fidei poſſeſſor fuerit, non modo perceptos fructus, ſed & quos percipere potuit, præſtare cogitur, quod ſi bonæ fidei fuerit, conſumptorum & culpa nõ perceptorum nomine nequaquam tenebitur. poſt litis tamẽ conteſtationem nihil differt à malæ fidei poſſeſſore, quo fit vt omnium fructuum ratio à die litis conteſtatæ habenda ſit.

¶Et ſi in rem actum ſit coram iudice, ſiue contra petitorem iudicauerit, abſoluere debet poſſeſſorẽ: ſiue contra poſſeſſorem, iubere ei[a] debet, vt rem ipſam[b], reſtituat cũ fructibus[c]. Sed ſi neget poſſeſſor in præſenti[d] ſe reſtituere poſſe, & ſine fruſtratione videbitur tempus reſtituendi cauſa petere: indulgendum eſt ei: vt tamen de litis æſtimatione caueat cum fideiuſſore, ſi intra tempus, quod ei datum eſt, non reſtituerit.

¶In iudicio vniuerſali ita fructus veniunt, ſicut in ſingulari: & in vtroq; iudicio malæ fidei poſſeſſor de non perceptis tenetur: ſecus in bonæ fidei poſſeſſore, niſi poſt litem conteſtatam. Are.

a ¶*Ei.* ſcilicet, poſſeſſori.

b ¶*Vt rem ipſam.* idem & ſi in perſonam: vt ſi res petatur vi poſſeſſa, per actionẽ Quod met. cau. vel ex ſtipulatu ad rem tradendam. Si autem quantitas, vel in genere aliquid petatur, tunc à petitione actoris abſoluitur, vel condemnatur in re petita.

c ¶*Cum fructibus.* ſed de quibus fructibus loquitur hic? Nunquid de naturalibus, vt de pomis & ceraſis: & ſimilibus: an vero de induſtrialibus? Reſpon. de naturalibus non: quia illi aut extant, & tũc per rei vendicationem petuntur, ſicut res ipſa, cum nullus etiam bonæ fidei poſſeſſor faciat ſuos: vt ff. de vſur. l. fructus. Aut non extant: & tunc nõ tenetur cum nec habeat nec dolo fecerit quo minus haberet: ſed condictione ſine cauſa æſtimatio debetur: vt ff. ſi cer. pe. l. ſi & me. & vtroque caſu ceſſat officium iudicis, de quo hic agitur: cum iure actionis petantur. Item de induſtrialibus non, ſi à bonæ fidei poſſeſſore percepti ſunt: quia percipiendo eos, & ſeparando à ſolo, ſuos facit & lucratur: vt ſupra, de rer. di. lege ſi quis à non domino. ſiue habeat titulum, ſiue nõ: vt ff. quib᷒ modis vſus fructus amit. l. ſi vſufructuarius. & ff. ſi. reg. lege quarta. §. poſt litem. ſi autem non ſeparauit: adhuc ipſius ſũdi ſunt: vt ff. de rei vendi. lege fructus. Sed dic de induſtrialibus hic loqui, qui ſunt percepti, ſed non cõſumpti à bonæ fidei poſſeſſore nam cum ſint facti poſſeſſoris, non rei vendicatione, ſed iudicis officio petuntur: vt C. de rei vendicatio. le. certum. §. tenere. bonæ fidei. Si autem malæ fidei ſit, de conſumptis tenebitur condictione ſine cauſa: de extantibus rei vendicatione. non dico eadem rei vendicatione qua petitur res, ſed alia omnino, licet in petitione hæreditatis ſit ſecus: vt C. de rei vend. l. certum. j reſpon. de percipiendis autẽ tenetur officio iudicis: vt. j. eo. §. j. verſi. illorũ. & ff. de rei ven. l. ſi nauis. §. ſi. Si vero malæ fidei poſſeſſor titulũ habeat, de cõſumptis tenetur cõdictione ſine cauſa: de extãtibus rei ven. à percipiẽdis, ꝓpter titulũ excuſatur: vt C. de rei vend. l. ſi fundũ. niſi in quatuor caſibus, vbi de percipiẽdis tenetur qui habet titulũ: quod dic vt. ſ. diximus de rer. di. §. ſi quis à nõ do.

d ¶*In præſenti.* Nota, quod in actione in rem

incontinenti fieri executionem· ſecus in perſonalibus, quia quatuor menſium ſpatium datur: vt C. de vſu. rei iud. l. ij. & iij. & ſi. Et in criminali ſtatim ſententia eſt executioni mandata: vt C. de pœ. l. cum reus.

percepit, in rei vend. ſicut pet. hær. ſi autem fuit bo. fid. poſſ. non tenetur de conſomptis, nec de percipiendis, niſi poſt litis conteſta. ſicut prædo tenetur de fructibus culpa ſua ſ. poſſeſſoris non perceptis, vel perceptis & conſumptis. h. d. Fran.

ADDITIO

Niſi in caſibus qui notãtur xij. q. iij. cum apud gl. in c. quarenti. extra de offi. delega. in gloſ. quadrimeſtre. Primus caſus eſt, quando quis eſt confeſſus de crimine: differtur executio donec appareat, an velit in confeſſione perſeuerare. Secũdus eſt, cum ſententia lata eſt cõtra mulierẽ prægnantem: differtur executio vſq; ad tempus partus. Tertius caſus eſt, quando princeps ex iracundia tulit ſententiam: tunc enim differtur executio vſque ad xxx. dies ad videndum ſi princeps illam relaxabit. Quartus eſt, quando inſula eſt aſſignanda à principe, ad quam debeat malefactor deportari. Quintus eſt, ſi ſententia eſt in ſeruum lata, differtur executio, donec ratiocinia reddiderit domino. Vnde verſus: In perſonali poſt menſes quatuor: in re, Protinus eſt omnis ſententia perficienda. Sic in criminibus, ſed caſus excipe quinque, Confeſſus, prægnans, iratus, & inſula, ſeruus.

¶Et ſi hæreditas petita ſit[a]: eadem circa fructus interueniunt, quæ diximus interuenire de ſingularũ rerum petitione[b]. illorum autem fructuum, quos culpa ſua poſſeſſor non perceperit[c]: ſiue illorum, quos perceperit, in vtraq; actione[d] eadem ratio penè[e] habetur, ſi prædo fuerit. Si verò bonæ fidei poſſeſſor fuerit, nõ habetur ratio[f], neque conſumptorum, neque non perceptorum. Poſt inchoatam autem petitionem, etiam illorum fructuum ratio habetur[g], qui culpa poſſeſſoris percepti non ſunt, vel percepti conſumpti ſunt.

Petitio hæreditatis eſt realis & perſonalis.

¶Conuento ad exhibendum actione rem

a ¶*Et ſi hæreditas petita ſit.* i. ſi hæreditatis petitione actũ ſit, & cõdemnatio ſecuta. Nã & ipſa eſt in rem & in perſonam: vt ꝭ. de act. § quædam.

b ¶*Petitiõe.* vt reſtituatur fructus cum re: vt ꝭ. proxi. §.

c ¶*Non perceperit.* i. qui titulũ non habebat, alias ab iſtis percipiendis excuſatur, vt modo diximus.

d ¶*In vtraque actione.* l. in rem, & in petitione hæreditatis. Accurſius.

e ¶*Pene.* pene dicit quia in petitione hæreditatis veniunt eadem in actione quaſi res: ſed in rei vẽdicatione alia eſt pro re, alia pro fructibus.

f ¶*Non habetur ratio.* hoc eſt verum per rei vẽdicationem, vel per iudicis officiũ, ſed per conditionem ſine cauſa ſic, cum bonum & æquum ſit: vt ff. ſi cert. peta. l. ſi & me. ſecundum quoſdam.

g ¶*Ratio habetur.* niſi infans, vel pupillus fuerit poſſeſſor: vt ff. de rei vendi. l. quod infans. § j.

¶*Et ſi hæreditas.* C A S V S. Iã dixi vobis quale ſit offi. iu. cũ auditur iudex in act. in rem: modo videamus, quod eſt offi. iu. quando aditur in act. mixta, tam in rem, quã in perſonam: vt in petitione hæreditatis: & quid debet iudex tunc facere. Et dico, quod idem debet facere in pet. hæredi. quod in rei ven. quæ datur pro ſingularum rerum petitione ad differentiã pe. hæ. in qua multæ res petuntur. h. d. Et qualiter quid dicat litera, non eſt per omnia idẽ. vt ꝭ. videbitis. Et ſum in ver. illorum autem fructuum. Dixi Iuſti. Iam bene vidi, quod tam in rei vend. quã in pet. hæ. veniunt fructus percepti iu. offi. quia debet iubere reſtitui eum fructibus. Sed domine, qd dicemus de fructibus percipiendis in eo qui condemnatur peti. hære. vel rei vend. Frater dicit Iuſtini. aut fuit bo. fid. poſſ. aut malæ fidei, ſi fuit malæ fidei poſ. tunc fere idem eſt in rei vend. & pet. hæ. vt eodem modo teneatur malæ fid. poſſ. de fructibus quos per culpam ſuam non

Sententia an ſtatim ſit executioni mandanda.

¶*Si ad exhibendum.* C A S V S. Domine, pro Deo dicatis ſi placet, quale ſit offi. iu. in act. ad exhibendum, quę perſonalis eſt, licet ſit in rem ſcripta? Frater dicit ipſe in act. ad exhibendum debet iudex iubere quod res exhibeatur, & non ſufficit, quod exhibeatur, niſi in eadem cauſa exhibeatur, in qua cauſa eſſet, ſi à principio fuiſſet exhibita, vnde ſi ille, qui iuſſus eſt exhibere rem, eam exhibere diſtulerit: & per eius moram fuerit res exhibenda à poſſeſſore vſucapta: nihilominus condemnatur ille, qui iuſſus fuerit exhibere. Item ratione fructuũ medij tẽporis, i. eius temporis, qđ interceſſit poſt lit. conte. & rem iudicatã, debet habere iudex. Item incõtinenti debet exhibere ille qui rẽ exhibere iuſſus eſt: ſicut in reali cõdemnatus debet rem reſtituere incontinenti, & ſic hæc actio ad exhibendum perſonalis eſt: vt ad exhibend. l. ij. tamen dicitur ſcriptura in rem:

rem: quia in multis habet naturam realis actionis. Sed domine, quid ſi cõdemnatus in act. ad exhibendum dicat, quod incontinenti non poteſt rem exhibere? Frater. (dicit ipſe) ſi videat iudex, quòd ſine fruſtratione petat tempus, intra quod rem exhibeat, debet ei dare tempus: ſic tamen vt ipſe caueat per bonũ fideiuſſorem ſe rẽ exhibiturũ: ſi autem nec iuſſu iudicis rẽ exhibere velit, nec cauere ſe poſtea rem exhibiturũ: tunc debet condemnari actori quãti ſua intereſt, nõ exhibitã rẽ fuiſſe. h. d. Frã.

a ¶ *Vſucapta ſit*. ſed quomodo potuit vſucapi, cũ interruptione facta in actione ad exhibendũ, videatur facta etiam in reivẽdicatiõe: vt C. de anna. excep. leg. fi. Reſpon. ſecundũ Ioan. lex illa intelligitur in tribus caſibus ibi in lịtera poſitis, nõ alias: vt ff. ad exhibend. l. Iulianus. in fine. Alij dicunt illam generaliter intelligi per leg. ff. de iudic. l. ſolemus. Et quod hic dicit circa res mobiles, intellige, in quibus non interrumpitur vſucapio per litis conteſt. vt ff. de rei vendi. l. ſi poſt. Prima ſententia verior eſt.

Vſucapio verum mobiliũ ãt interrumpitur per litis conteſtationem.

b ¶ *Actum eſt*. & obtentum.

c ¶ *Vt tamen caueat*. vt ☩. eod. §. ſed ſi neget & ff. ad exhib. l. de eo. §. ſi poſt. verſic. ſi iuſta.

d ¶ *Condemnandus*. delato iureiurando in litem: vt ff. de in li. iur. l. in actionibus.

¶ *Si familiæ erciſcundæ* ¶ *CASVS*. Vlpianus in titulis, tit. 19. ſic ſummat hos 3. §§. ſequentes. Adiudicatione, inquit, dominiũ nanciſcimur per formulam Familiæ erciſcundæ, quę locum habet inter cohæredes: & per formulam cõmuni diuidundo, cui locus eſt inter ſocios: & per formulam Finium regundorum, quę eſt inter vicinos. Nam ſi iudex vni ex hæredibus, aut ſocijs, aut vicinis rem aliquam adiudicauerit, ſtatim illi acquiritur, ſiue mancipi, ſiue nec mancipi ſit.

vtcunque exhibere non ſat eſt, vt liberationem conſequatur, ſed in eum cauſæ ſtatum exhibenda eſt, in quo cœpti iudicij tempore erat: ideo pendente iudicio vſucaptam exhibendo non liberatur. Fructus quoque medio tempore perceptos reſtituere cogitur: ſi tamen rei ſtatim exhibendæ facultatem nõ habeat reus, dilationem conſequetur, cautione ſcilicet prius præſtita, quòd ſi iuſſus à iudice exhibere non exhibeat, aut ſe intra tempora exhibiturum non caueat, in id quod aduerſarij intereſt, damnabitur.

¶ Si ad exhibendum actum fuerit: non ſufficit, ſi exhibeat rem, is cum quo actum eſt: ſed opus eſt, vt etiam rei cauſam debeat exhibere, id eſt, vt eam cauſam habeat actor quam habiturus eſſet, ſi cum primum ad exhibendum egiſſet, exhibita res fuiſſet. Ideóque ſi inter moras exhibendi vſucapta[a] ſit res à poſſeſſore, nihilominus condemnabitur. Præterea fructuũ medij temporis, id eſt, eius, quod pòſt acceptum ad exhibendum iudicium ante rem iudicatam interceſſerit, rationẽ debet habere iudex. Quòd ſi neget reus, cum quo ad exhibendum actum eſt[b], in præſenti ſe exhibere poſſe, & tempus exhibendi cauſam petat, idque ſine fruſtratione poſtulare videatur: dari ei debet, vt tamen caueat[c] ſe reſtituturum. Quòd ſi neque ſtatim iuſſu iudicis rem exhibeat, neque poſtea exhibiturum ſe caueat: condemnandus[d] ſit in id, quod actoris intererat, ſi ab initio res exhibita eſſet.

¶ Si igitur familiæ erciſcundæ iudicium inter duos plurésve vetatur, iudicis eſt, ſingulas res ſingulis hæredibus adiudicare: & ſi minus res prævaleat, eundem pro eo quod plurıs eſt, certa pecunia cohæredi condemnare. Item ſi vnus cohæredum fructus ex re hæreditaria perceperit: aut malè in ea verſatus fuerit, eo nomine cohæredibus condemnandus eſt.

¶ Si familiæ erciſcundæ iudicio

a ¶*Debet*. ſcilicet iudex. Accur.
b ¶*Dictum eſt*. §. de act. §. quædã actiones.
c ¶*Corruperit*. nn. quòd cohæres, qui corrupit, qui deuaſtauit, vel maculauit, vel cõſumpſit rem cõmunem, tenetur alteri cohæredi iſto iudicio. Ange.
d ¶*Conſumpſerit*. vt hic, & ff. familiæ erciſcundæ. lege & puto §. ſed& ſi dolo.

¶*Eadem interuenitunt*. CASVS. Iam habuiſtis de officio iudicis ĩ iudicio famil. erc. Sed domine, per Deo dicatis quod eſt officiũ iudicis in iudicio communi diuidundo? Frater (dicit Inſt.) eodem modo debet ſe habere lo iudicio cõmuni diuidundo iudex, ſicut in iudicio famil. erciſ. quia ſi aliqui, quib' plures res ſunt communes, intendant iudic. communi diuidũdo inter ſe, debet iudex ſi plures res ſint comunes, vni vnam: alteri alteram adiudicare. Si autem de vna re agit, quę commode diuidi poſsit: eã diuidere debet: & vni vnã partem, & alteri alteram partem adiudicare. Et ſi pars vni aſsignata melior ſit, quã altera, quæ alteri aſsignatur: tunc debet iudex eũ cui meliorem partẽ aſsignauit, alteri in quadam ſumma pecuniæ, ſecundũ quod ſibi viſum fuerit, condemnare. Si autem res cõmode diuidi non poſsit, tũc poterit iudex eam totã adiudicare vni: & eũ alteri in certa ſumma pecuniæ cõdemnare. h. d.
e ¶*Eadem interueniunt*. ſ. vt fiat adiudicatio rerum & pecuniæ: vt ſ. eod. §. ſi familiæ. aut circa damnata in rebus vt ſ. eod. §. proxi. & ff. commu. diui. l. iij.

actum ſit, ſingulas res ſingulis hęredibus adiudicare debet: & ſi in alteri' perſona prægrauari videatur adiudicatio: debet [a] hunc inuicem cohæredi certa pecunia (ſicut iam dictũ eſt[b]) condemnare. Eo quoq; nomine cohæredi quiſq; ſuo condemnãdus eſt, quòd ſolus fructus hæreditarij fundi perceperit, aut rem hæreditariam corruperit [c], aut conſumpſerit [d]. Quæ quidem ſimiliter inter plures quoq; quam duos cohæredes ſubſequunt.

¶ *In actione communi diuidundo, ſi ſint plures res communes ſingulas ſingulariter iudex adiudicabit: & ſi vna plus valet, quàm altera, in pecunia condemnabit. Si vero vna res ſit, quæ diuiſionem non recipiat, adiudicabitur vni inſolidũ qui condemnabitur conſocio in pecunia. Aretinus.*

¶Eadem interueniunt [e], etſi communi diuidundo de pluribus rebus actum ſit. Quòd ſi de vna re veluti de fundo: ſi quidẽ iſte fundus commodè regionibus diuiſionem recipiat, partes eius ſingulis adiudicare debet: & ſi vnius pars prægrauare videbitur, is inuicem certa pecunia alteri cõdemnãdus eſt. Quòd ſi commodè diuidi non poſsit [f]: vel[...] homo fortè, aut mulus erit, de quo actũ ſit, tunc totus adiudicandus eſt: & is inuicem alteri certa pecunia condemnãdus eſt.

f ¶*Non poſsit*. no. non poſſe fieri, quod ſine commodo nare fit: vt hic, & ff. de verbo. ſig. l. nepos Proculo. Item not. corpus aliud diuiduum: vt fundus, qui diuiditur ſecundum voluntatem patrisfa. vt ff. de leg. j. quod in rerũ natura. §. ij. Aliud indiuiduũ vt homo: vt hic, & ff. de vſuca. l. rerũ mixtura. in prio.

Corpus eſt duplex.

ADDI. *Quod autem ait, eas in ſolidum adiudicandas, Id locũ habet, ſi naturæ diuidi non poſſint ea in ſpecie, quam quis partem bonorum debet l. nõ amplius, ff. de lega. j. nam ſeruitutes deceſſori debitæ, ad hæredes inſolidum tranſeunt l. hæredes, ff. famil. erci. E: B.*

¶*Si finium regũdorũ*. CASVS. Iam vidiſtis officium iudicis circa iudiciũ famil. erciſcũ. & commu. diuid. Modo videatis qualiter ſe debet habere iudex in iudicio finium regun. ſcilicet, coram quo eſt controuerſia. & dicit Iuſtin. quòd iudex in iſto caſu debet inſpicere, an neceſſaria ſit adiudicatio: quod contingit in vno caſu, videlicet, quando fines in tali loco erant poſiti: quia propter loci naturam ſæpius fit contentio ſuper terminis: veluti, ſi locus fuerit humidus vel morboſus. Debet enim iudex tunc in alio loco firmo & ſolido ponere fines: ita quod amplius ſuper finibus non poſsit eſſe contentio, & ita ex agro alterius partem aliquam adiudicare alteri: & eum cui de alterius agro partem adiudicauerit, in certa ſumma pecuniæ condemnare. Et ſumma ver. En quoque nomine. Scire debes, quod in iudicio finium regundorum ſi

circa

circa fines aliquid malitioſe feccrit, criminaliter poteſt conueniri. Propter contumaciam etiam debet quis in iudicio iſto condemnari, quantum viſum fuerit iudicāti: veluti, ſi iudex iuſſit agros meo ſurari, vt fines ponantur: & aliquos agros metiri non fuerit paſſus. & ſum in verſic. Quod autem iſtis. Iam vidiſtis, q in iſtis iudicijs dupiicibus fami. erciſcund. commuoi diui. ſi. regun. ſæpe illud quod erat vnius, adiudicatur alteri: & alter in quadam ſumma pecuniæ condemnatur. modo ſcire debetis, q quicquid in iudicijs iſtis alicui adiudicatur, incontinenti fit illius, cui adiudicatur. h.d. Fran.

¶ *In finium regundorum iudicio tunc licet iudici ab antiquis agrorum finibus recedere, cum euidentioribus modis, quàm hactenus fuiſſent, nunc diſtingui nequeant: quo caſu, partem ex alterius agro alteri adiudicabit, & eandem alteri certa pecunia condemnabit: in hoc quoque iudicio etiā vertitur, vt ſi quis circa fines malitioſè quicquā geſſerit, vel metiri agros paſſus non fuerit: puniendus ſit.*

¶ Si finium regundorum [a] actū fuerit, diſpicere [b] debet iudex, an neceſſaria ſit adiudicatio [c] quæ ſanè vno caſu neceſſaria eſt ſi euidētioribus finibus diſtingui agros cōmodius ſit, quam olim fuiſſent diſtincti. Nā tunc neceſſe eſt ex alterius agro partem aliquā alteri⁹ agri domino adiudicari. quo caſu conueniens eſt, vt is alteri certa pecunia debeat condemnari. Eo quoque nomine condemnādus eſt quiſque hoc iudicio, quòd fortè circa fines aliquid malitioſè cōmiſit: verbi gratia: quia lapides finales furatus eſt [d], vel arbores finales excidit. Contumaciæ quoque nomine quiſq; eo iudicio condemnatur [e]: veluti, ſi quis iubente iudice metiri [f] agros paſſus nō fuerit. Quod autē iſtis iudicijs alicui adiudicatū fuerit: id ſtatim eius fit [g], cui adiudicatum eſt.

a ¶ *Si finium regundorum* quo iudicio agitur vt agris confinibus termini ponātur: ſed pro domibus vicinis hoc iudicio non agitur. Si autem ſit domus in prædium ruſticum, agitur vtili finiū regundorum non directa: vt ff. finium regundorum. l. ij. in prin. & l. ſed & loci. §. fina.

b ¶ *Diſpicere.* hoc ſ. quod ſequitur, ſi euidentioribus &c. Acc.

c ¶ *Adiudicans.* facit. ff. fin. reg. l. ij. §. ſi. & l. iij. & iiij. in princ.

d ¶ *Furatus eſt.* ad quid damnabitur? Reſpond. quanti in litem iurauerit actor. Poteſt etiam criminaliter puniri in quinquaginta aureis ex l. agraria pro qualibet vice. quę applicatur fiſco: vt ff. de ter. mo. l. agraria. Nec ciuilis tollitur per criminalem: eſt ad rei perſecutionem altera detur: vt C. quando ci. actio præiudi. crimi l. j. niſi interim donec altera exerceatur: vt ff. de publi. iudi. l. is qui.

e ¶ *Condemnatur.* ſ. ad intereſſe delato iureiurando in litem. Accur.

f ¶ *Metiri.* not. quod ille, qui non patitur metiri fundū ſuum ad mandatum iudicis: vt contumax & inobediens poteſt puniri. Aret.

Sententia & ſecundū decretum transferūt dominium

g ¶ *Eius fit.* no. ex ſententia iudicis dominiū trāsferri. ſic eſt in miſſione, quæ fit ex ſecūdo decreto: vt ff. de acqui. poſſ. l. iij. §. ſi. & ff. ſi ex no. cau. āga. l. ij. in fine. & ff. commu. diuid. l. ſed ſi res. quæ ſic accipe ſi fuerit facta miſſio per ipſum prætorē. Nam ſola ſententia non facit dominum, ſed traditio: vt C. de pac. l. traditionibus. & ff. de rer. di. §. per traditionē & ff. de acquir. poſ. l. iuſte. Sed quid in rei vendi. ſi res eſt aliena, & mea pronuntietur, & ex ea cauſa mihi traditur? Reſp. idem, cū enim Publiciana mihi detur, qn à dño mihi adiudicatur & traditur: vt ff. de publ. l. iij. in fin. ergo vbi dominus eſt, debet ex ſententia, traditione me dominum facere: vt ff. de public. l. quæcunque. Præterea. l. videtur expreſſa: vt ff. de procu. l. Pomponius. §. ſed & ſi. & ff. de except. rei iud. l. ſi inter. in fi. nec ob. quòd ibi, ſit error, ex quo videatur dominiū nō tranſire: quia hic error iam reprobari non poteſt iudicis ſententia purgatus, à qua non fuit appellatū. Item nec obſtat quòd ſententia lata in actione perſonali reo abſoluto remanet debitor: vt ff. de condi inde. l. Iulianus. quia illud habet locum in obligatione, quæ res incor-

Dominiū rei corporalis facilius pditur quā incorporalis.

poralis, hic autem dicimus de dominio rei corporalis, quod facile & prorſus poteſt ſeparari ab vno & alijs dari, ſed non ſic io corporali: vt ff. pro ſocio, lege ea vero.

DE PVBLIcis iudicijs.

TITVL. XVIII.

DE PVBLIcis iudicijs.

¶ *Iudicia ex edictis publicis deſcendentia in multis ab actionibus differũt. Et quia vnicuique permittitur accuſatio, ideo dicuntur publica, quorum pœna aliquando eſt corporalis: aliquando irrogat infamiam cũ pœna pecuniaria. Are.*

PVblica iudicia neque per actiones[a] ordinantur, neq; omnino quicquam ſimile[b] habent cũ cæteris iudicijs, de quib[9] locuti ſumus, magnáque diuerſitas eorum eſt, & in inſtituendo[c] & in

¶ *Quia ciuilia iudicia dicta ſunt vſque huc & etiam quadã criminalia, ſcilicet, circa priuata delicta: vt ſuprà in princi. huius quarti libri vſq; ad ti. de act. ideo nunc ponit de publicis accuſationibus ſiue iudicijs.*

P*Vblica.* Iudicia ĩ hoc titulo interpretare Cauſas, ac ſi diceres, publicæ cauſæ. Quæ vero illæ ſint, & cur ſic dicaótur late diſputat Franc. Hotomanus in Comment. ſuis in Orat. pro Sext. Roſc. Eius diſputationis hæc ſumma eſt. Quia cauſæ priuatæ dicuntur, rei priuatæ, id eſt cuiuſque ciuis qui priuatim læſus eſt: argumento ex cõtrarijs, Publicæ dici debent, quæ ſunt totius Reipubli. id eſt totius populi q ſe læſum aliquo crimine queritur. Quæ vero illa ſint, ſitum eſt in ipſius poteſtate, adeo vt ſi velit, & furti, & rapinæ, & damni iniuria dati, & legis Aquiliæ iudicium ſit publicum. quod ex lege Lectoria docet Cicero lib. de nat. deo. 3. vbi ait in circumſcriptionẽ adoleſcẽtium fuiſſe antea priuatum iudicium, poſtea lege à populo lata factũ fuiſſe publicũ. quod etiã ex Platonis loco quodam admodum accõmodato probauit vbi ſic dicitur: Cæterarum rerum duo iudicia ſunt. alterum, cum quis priuatus à priuato quopiam iniuria ſe affectum queritur, cúmque in ius ducens, de ea re diſceptari poſtulat. alterũ, quũ Rempu. à quopiam ciuiũ læſam eſſe aliquis exiſtimat, & vult Reip. perſequi iniuriam. Ecce quomodo quibuſdam delictis tota Reſp. læditur, quibuſdam ſinguli ciues tantum. Falſum autem eſſe Iuſtiniani dictũ oſtendit. non enim publica ſunt, quod cuiuis de populo liceat agere, ſed contrà quia cauſæ publicæ ſunt, id eſt, quia quiuis de populo læſus eſt, quia cuilibet de populo facta iniuria eſt, quia denique cunctaReſpu. læſa eſt, propterea licet cuiuis de populo, quaſi pro ſua virili parte, ſuam Reiq; publi. iniuriam perſequi.

a ¶ *Neque per actiones.* imo per accuſationes.

A D D. *Nã, quòd actio ſignificat ad vtilitatem partis priuata, & ciuiliter facit quòd not. Bar. in l. agraria. ff. de termi. mo.. Ange.*

Actionis in factum quatuor ſunt genera.

b ¶ *Nec omnino quicquam ſimile.* hoc verbũ nimis large poſitum ſic intelliges: qa in ciuilibus agitur. vt aliquid detur actori, in iſtis autem non, vt aliquid detur ſed vt puniatur accuſatus, & ita conſiderata petitione conquerentis, nihil habent ſimile inſpecto fine, nec ĩ principio: cũ vnum per actionem, alterum per accuſationem inſtituatur. Nec io exercitio, cũ in ciuilibus probet actor tantum: vt C. de eden. l. qui accuſare. ſed in criminalibus actor & reus quandoque: vt C. de aboli. l. fallaciter. & C. ad legem Corneliam, de fal. l. vbi. In alijs autem multa ſunt ſimilia. nam in vtriſque fit libellus: vt C. de lit. conteſt. authent. offeratur. & ff. de accuſ. l. libellorũ. Item in vtriſq; de calumnia iuratur: vt C. de iureiurad. l. j. in princ. & C. de fide inſtru. l. vlti. licet quidam dixerunt contra: vt arg. ff. de bo. eo. l. j.

Publica iudicia differunt a ciuilibus.

Iudicia publica & ciuilia in aliquib[9] cõueniant.

Libellus in criminalibus quid continere debet.

c ¶ *Et in inſtituendo.* ſed qualiter formatur libellus? Reſp. ſic, vt cõtineat nomen accuſantis & accuſati, & crimen & menſem quo commiſſum fuit crimen, & locũ vbi fuit commiſſum: & conſules, ſub quibus eſt admiſſum. Item dies dati libelli debet inſcri: ſed dies commiſsi criminis, vel hora non eſt neceſſe: vt ff. de accu. l. libellorum. in prin. & in authent. de exhib. re. §. ſuſpecto. colla. v. & habet hoc locum in publico & in priuato crimine, quando criminaliter agitur: vt ff. de priua. delic. l. fi. Et ita poſſunt haberi his verſibus, Conſule, menſe, die coram prætore profeſſus, Te deferre reum, crimen, loca, pone ſodalem. Et licet hora, dies, non tempus prætereatur, capi. tox. extra de procura. Quãdoque tamen hæc ſolennitas non eſt neceſſaria: vt in leui crimine & notorio: vt ff. de accuſa. l. leuia. & C. de accu. l. ea quidem quæ. Et idem in caſibus, in quibus ſine accuſatore quis damnari poteſt: qui, ſ. caſus his legibus not. ff. ad legem Iul. de adult. l. j. §. ſi publica. & C. de teſt. l. nullũ, & C. de proba. l. pe. & ff. de ſuſp. tut. l. tutor.

exercendo. Publica [a] autem dicta ſunt: quòd cuiuis ex populo executio eorum plerunque [b] datur. Publicorum [c] iudiciorū quædam capitalia ſunt, quædam non capitalia. Capitalia dicimus, quæ vltimo ſupplicio [d] afficiunt homines: vel etiam aquæ & ignis interdictione [e], vel deportatione, vel metallo [f]. Cætera ſi quā infamiam [g] irrogant cum damno pecuniario: hæc publica quidem ſunt, non tamen capitalia [h].

¶ *Crimen læſæ maieſtatis eſt publicū: & in duobus caſib⁹ morte non extinguitur, ſed memoria defuncti damnatur.*

¶ Publica autem iudicia hæc ſunt, lex Iulia maieſtatis, quæ in eos, qui contra Imperatorem, vel rempublicam [i] aliquid moliti ſunt [k], ſuum vigorem extendit, cuius pœna animæ [l] amiſsionem ſuſtinet [m]: & memoria [n] rei etiam poſt mortē damnatur.

¶ *Ex lege Iulia de adult. in omnibus capitulis eſt crimen publicū cuius pœna aliter honeſtiores, & aliter humiles puniūtur. Aret.*

¶ *Annota, Humiles*

tor.§.præterea.& C.de calum.l.j. & ff. de bo.lib.l. qui cum maior.§. ſi libertus.& idem in notorio crimine: vt diximus per l.C.de accuſa.l. ea quidem quæ. & idem in crimine falſi. ſecundum B. vt C. ad legem Corne.de fal. l. vbi. Sed Ioann. contra, & dicit quòd ibi principaliter fuit accuſatio falſi inſtituta.

a ¶ *Publica*. hæc eſt ratio quare dicātur publica, ſcilicet quaſi populica. ſic ȷ̄.de ſuſpec. tuto.§. cōſequens. Et intellige, quod alias poſsit eſſe habilis, ad accuſandū, nō alias: vt ff. de accu.l. qui accuſare.

b ¶ *Plerunque*. hoc ideo dicit, quia quandoque eſt publica accuſatio, & tamen non competit cuilibet ius accuſandi: vt crimine ſuppoſiti partus: vbi accuſant ſoli parentes: vt ff. ad legem Cor. de fal.l.lege Cornelia.§.j. Item propter accuſationem adulterij, quæ primo defertur certis perſonis: vt C. ad legem Iul.de adult.l.quamuis, ſecunda. Acc.

Pars⁹ ſuppoſiti & adulterij accuſatio nō omnib⁹ cōceditur.

c ¶ *Publicorum*. facit ff. eodem.l.ij. Acc.

d ¶ *Vltimo ſupplicio*. quod interpretamur mortem: vt ff.de pœ.l.vltima.

e ¶ *Interdictione*. quæ eſt mors ciuilis: vt ff.de contratab.l.j.in fine.

f ¶ *Deportatione vel metallo*. has pœnas expone vt diximus.ȷ̄.quib.mo. ius pat.pot. ſol.§.cum autem.

g ¶ *Infamiam*. vt in lege Iul. de vi priuata: vt ȷ̄.eo §.item.lege Iul.de vi pub.

h ¶ *Capitalia*.& iſta appellantur relegationes: vt ff.eo.l.ij.§.fina.

¶ *Publica autem iudicia*. C A S V S. Domine, pro Deo ponatis nobis exempla de publicis iudicijs & capitalib⁹. Prater, dicit ipſe, libenter. vnde dicit ipſe: Publicū iudicium & capitale eſt lex Iul. maieſt. per quam puniuntur illi, qui contra Imperatorem, vel rempublicam aliquid moliti ſunt. Per legem enim Iuli. maieſt. puniuntur tales vltimo ſupplicio: & etiam eorū memoria damnatur, qui contra principem aliquid moliti ſunt. Franc.

i ¶ *Rempublicam*. ſ. Romanorum. Accur.

k ¶ *Moliti ſunt*. cum effectu: tamen ſola voluntas ſufficit: vt C. ad legem Iuli. maieſta.l. quiſquis.

l ¶ *Anima*. id eſt, animati corporis. nam anima non in hominis, ſed in poteſtate Dei conſiſtit: ſic.C. de ſacroſanct.eccle.lege ſancimus.j. in fi.& in gloſſ. penul.

Anima eſt in Dei poteſtate.

m ¶ *Suſtinet*. id eſt, infert. Accurſius.

n ¶ *Et memoria*. id eſt, dicere etiam poſt mortem poteſt accuſari: vt bona deferantur in fiſcum, & auferantur hæredibus tanquam indignis: vt C. ad legem Iuli. maieſtat. lege quiſquis.& lege ſequen.& quod dixi poſt mortem accuſari, intelligas in duobus capitulis illius legis: hoc eſt cū contra principem vel cōtra rempublicā Romanorū eſt machinatus, id eſt niſus ad malū, alias finitur morte, vt cætera crimina. vt ff. ad legem Iul. maieſt.l.fi.

¶ *Item lex Iulia*. C A S V S. Vidiſtis iam vnum publicum iudicium: hic ponit dominus Iuſtinia. exemplum de quodam alio iudicio publico, ſcilicet de lege Iul.de adul.q̄ punit temeratores alienarum nuptiarum vltimo ſupplicio, & illos qui cum maſculis rem nefandam committunt. & non ſolum puniuntur illi, qui adulterium committunt, lege Iulia, de adulteri. ſed etiam qui ſine vi virginem vel viduam honeſte viuentem ſtuprauerint. Si enim honeſtus cum honeſta muliere fornicatur patietur publicationem dimidiæ partis bono. ſi autem humilis ſit, relegabitur.

a ¶ *Item lex Iulia.* ſ. inter publica iudicia numeratur.

b ¶ *Quæ.* ſ. lex Iulia. de adult. Acc.

c ¶ *Gladio punit.* ſacrilegos enim nuptiarum gladio feriri oportet: vt C. de adul. l. quãuis. ij. in fi.

d ¶ *Cum maſculis.* nam in hoc caſu armantur iura, vt gladio fertãtur: vt C. ad legem Iuli. de adul. l. cum vir nubit.

e ¶ *Lege Iulia.* ſ. de adult. nam habet hæc lex multa capitula: vt ff. de mi. l. auxili. §. ſed vt ad legit. & ff. ad le. Iul. de adult. c. v.

f ¶ *Sine vi.* qd ſi vi, habetur. j. eo § ſi autem per vim.

g ¶ *Viduam.* adijcias, vel puerum, & dic de vidua & de virgine: niſi ſint meretrices vel licitæ concubinæ: vt hic ſubijcit, honeſte &c. & ff. de adult. l. ſtuprũ. j. reſpon. & §. j.

ADDITIO *Dic, quod hoc procedit de iure ciuili: ſed de iure canonico non eſt permiſſũ: vt e. ad noſtram: de hæreti. §. vij. & ibi gloſ. ij. igitur &c. Aug.*

grauiorib' pœnis plectendos, quàm honeſtiores.

¶ Item lex Iulia[a] de adulterijs coercendis, quæ[b] non ſolùm temeratores alienarũm nuptiarum gladio punit[c], ſed & eos, qui cum maſculis[d] nefandam libidinem exercere audẽt. Sed eadem lege Iulia[e] etiam ſtupri flagitiũ punitur, cùm quis ſine vi[f], vel virginem, vel viduam[g] honeſtè viuentem ſtuprauerit. Pœnã autem eadem lex irrogat ſtupratoribus, ſi honeſti ſunt, publicationẽ partis dimidiæ bonorum: ſi humiles[h] corporis coertionem cum relegatione[i].

¶ *Hominem telo, id eſt, quocũq; quod manu mittitur, occidẽs: vel cum telo cauſa occidendi perſequẽs: lege Cornelia, de ſicarijs punitur, qua lege caſtigabitur veneficus, vel arte magica hominẽ occidẽs, vel malo medicamẽto publicè occidens.*

¶ Item lex Cornelia[k] de ſicarijs[l], quæ homicidas vltore ferro perſequitur[m], vel eos, qui hominis occidendi cauſa cum telo ambulant[n]. Telum autem (vt Caius noſter ex interpretatione legum duodecim tabularum ſcriptum reliquit) vulgò quidem id appellatur, quod ab arcu mittitur: ſed & omne ſignificat, quod manu cuiuſque iacitur.

nitione temporis poteſt inſtitui: vt ff. ad leg. Iuliam. de adulter. l. mariti. §. quinquennium. & §. fina.

¶ *Item lex Cornelia.* CASVS. Lex Cornelia de ſicarijs lata eſt, quæ capite ſanctebat, ſi quis aut hominem iterfeciſſet aut hominis occidendi cauſa cũ telo fuiſſet. Teli autem nomine intelligitur id omne quo quis vi & impetu poteſt interfici. Id ꝓbat ex verbis in Xenopho inſcriptis, quæ non extant tamen. Eſt autẽ ξήρο λοφὸς tumulus aridus. Is ad vrbem Cõſtantinopolim fuiſſe dicitur, inſcriptus multis epigrãmatis. Priſcianus libr. 1. verſus quoſdam ex eodem citat. Alciatus, qui Xenophontem repoſuit, & locum ex eo hunc tranſtulit Pandectarum Floren. autoritate refellitur.

k ¶ *Item lex Cornelia.* ſcilicet computatur inter publica iudicia.

l ¶ *De ſicarijs.* quare ſic dicantur, dic vt infrà eodem. §. ſicarijs. Accurſius.

h ¶ *Humiles.* qui ſunt humiles, vel honeſti, dic vt C. de inceſt. nupt. l. humilem.

i ¶ *Cum relegatione.* hæc diſtinctio pœnæ fallit in tribus caſibus: in quibus committitur ſtuprum. & tamen maior pœna imponitur. Primus eſt ſi quis in puerũ committit, quia tunc gladio feritur: vt ℥. eo. §. item. & quando tutor ſtuprauerit eam, cuius eſt tutor: vt C. ſi tut. pu. ſuàm. l. j. Item ſi fuerit ſtuprata aliqua à ſuo proprio ſeruo, vt C. de mu. quæ ſer. pro ſe iunxerunt. lege prima. Et not. pœnam ſtupri eſſe quinquennalem, niſi quando per vim committitur: tunc enim ſine præſi-

Stupri pœna eſt quinquennalis.

m ¶ *Perſequitur.* i. perſequitur eos, qui homicidium fecerunt cum ferro, nec enim per hanc legem occiditur occidens, ſed deportatur: & omnia bona ſua publicantur: vt ff. ad legem Cor. de ſica. l. eiuſdem. §. legis. & l. pe. Vel dic ꝙ pſequitur homicidas ferro: quia eos hodie occidimus: vt dicta l. eiuſdem. §. fi.

ADD. *Dic quod pœna legis Corneliæ, de ſicarijs eſt mors: vt not. in l. j. & l. is qui cum telo. ff. de ſica. Aug.*

n ¶ *Cũ telo ambulans.* licet eos nõ occidãt: vt C.

vt C. ad legem Corn. de ſica. l. is qui cum telo. Et not. capitula ex quibus aliquis hac lege tenetur: vt ff. ad legem Corne. de ſica. l. j. Accur.

a ¶*Lapis.* facit ff. de interdict. §. qui autē.

b ¶*A ſica.* vnde videbantur, quòd tantū qui cum ſica occiderent, hac lege teneremur. Sed tamē generalius hodie accipitur ſica, & telum per interpretationē: vt ſ. proxi. §. Eſt autem ſica (vt ſubijcit) cultellus vtrinque ſcindens: quem portant peregrini quandoque in baculo quodam: ita quod nō apparet. vnde verſus, Mucro latens ſica: ſicarius inde vocatur.

Sequitur ergo, vt lignum, & lapis [a], & ferrum hoc nomine contineantur: dictum ab eo, quod in longiquū mittitur à Græca voce τηλõυ figuratum. Et ſic hanc ſignificationem inuenire poſſumus & in Græco nomine. Nam quod nos telū appellamus, illi ζίλος appellant. ἀπὸ τοῦ ζάλλειν. Admonent nos epigrāmata in Xerolopho vrbis lautiſsimè ſcripta. Sicarii autem appellātur à ſica [b], quòd ſignificat ferreū cultrum. Eadē lege [c] & veneficii [d] capite damnātur, qui artibus odioſis [e], tam venenis, quàm ſuſurris [f] magicis homines nciderint [g]: vel mala medicaméta publicè vendiderint.

¶*Lex Pompeia de parricidiis, qua cauetur, quòd occidens parentes vel alios de quibus hic, ſingulari pœna plectatur, eſt publici iudicii. Et committens delictū in ſe, plus punitur, quàm committens in alio. Aret.*

¶*Annota, Atrocioribus delictis atrociorem pœnam irrogandam: quandoquidem delicto pœna cōmenſuranda eſt.*

¶Alia deinde lex aſperrimū crimen noua pœna perſequitur, quæ Pompeia de parricidiis vocatur, qua cauetur, vt ſi quis parētis [h], aut filij, aut omnino affinitatis [i] eius, quæ nuncupatione parentum continetur [k], fata præparauerit [l]: ſiue clam, ſiue palàm id auſus fuerit, necnon is, cuius dolo malo id factum eſt, vel conſcius criminis extitit, licet extraneus [m] ſit, pœna parricidij puniatur: & neque gladio, neq; ignib⁹, neque vlli alij ſolenni pœnæ ſubiiciatur, ſed inſutus culleo cum ca-

c ¶*Eadem lege.* quæ dicitur Cornelia de ſicarijs.

d ¶*Veneficii.* nā plus eſt hominē veneno extinguere, quā gladio occidere: vt C. de mathema. l. j. Acc.

e ¶*Artibus odioſis* id eſt, artificiis odioſis. Nā omnis ars bona eſt.

f ¶*Suſurris.* i. incantationibus. Nam hæc ſcientia reprobāda eſt: vt C. de male & mathema. l. cunctū.

g ¶*Occiderint.* etiā ſine dolo: vt ff. de pœ. l. ſi quis aliquid. ij. §. qui abortionis. Secus in Cornelia: quia dolus eſt neceſſarius, nec ſufficit etiā lata culpa: vt ff. ad leg. Cornel. de ſica. l. in lege.

¶*Alia deinde lex.* CASVS. De parricidarū ſupplicio lege orationē Ciceronis pulcherrimā pro Sex. Roſcio: ex qua intelliges pœnam tū fuiſſe tantum, vt parricida in culeum inſutus proiiceretur. Sed Pompeius adiecit poſtea beſtias, de quibus hic fit mentio. de quibus Iuuenalis in Neronem inuehens ait, Cuius ſupplicio nō debuit vna parari, Simia, nec ſerpens vnus, nec culeus vnus. item alibi, Et deducendū corio bouis ī mare, cum quo Clauditur aduerſis innoxia ſimia fatis.

h ¶*Parentis.* accipe parentes & filios vſque in infinitum: vt ff. de in ius voc. l. quiſque. §. fin. & l. ſed ſi hac. §. liberos. Accur.

Parricidium quas perſonas concernit.

i ¶*Affinitatis.* alias affinitatis, & alias affectionis. Acc.

k ¶*Continetur.* ſed qui ſūt hi, qui hac appellatione continentur? Reſpō. ſuperiores & inferiores, vt diximus. Item collaterales: vt fratres conſobrini, & patrueles, & proximiores eis. Itē affinet quidā, vt vxor, nurus, gener, vitric⁹, priuignus, ſocer, & etiam patronus: vt ff. eodem. ad leg. Pompeiam de parrici. l. j. & l. ſed ſciendum. & l. eū pater. Accurſius.

l ¶*Præparauerit.* forte & ſi nō occiderit, ſecundum P. & facit pro eod. ff eo. ad. leg. Pompe. de parricid. lege prima in fin. vel dic illum ſpecialem caſum.

properauerit

m ¶*Extraneus.* Not. extraneum plus pu-

ne, & gallo gallinaceo, vipera, & ſimia: & inter eas ferales anguſtias cõprehenſus, ſecundum quod regionis qualitas tulerit, vel in vicinum mare, vel in amnē[a] proiiciatur: vt omnium elementorũ vſu viuus carere incipiat: & ei cælum ſuperſtiti, & terra mortuo auferatur. Si quis autem alias cognatione, vel affinitate coniunctas ſibi perſonas necauerit, pœnam legis Corneliæ de ſicariis ſuſtinebit[b].

¶*Publici iudicii crimen legis Corneliæ, de falſis cenſetur: qua tenetur quicunque aliquid de iis, quæ exprimũtur in textu, & commiſerit: & pœna eius in ſeruo eſt vltimum ſupplicium: in libero deportatio. Aret.*

¶Item lex Cornelia de falſis, quæ etiam teſtamentaria[c] vocatur, pœnam irrogat ei, qui teſtamentum, vel aliud inſtrumētum[d] falſum ſcripſerit[e], ſignauerit, recitauerit[f], ſubiecerit, vel ſignum[g] adulterinum fecerit, ſculpſerit, expreſſerit ſciens, dolo malo. Eiuſque legis pœna in ſeruos vltimum ſupplicium[h] eſt: quod etiam in lege de ſicariis & veneficiis ſeruatur: in liberos verò deportatio[i].

¶*Vim committens cum armis aliter, quàm virginem rapiendo, deportabitur: ſi ſine armis tertiæ partis bonorum publicatione damnabitur. Sed per vim virginem vel monialem rapiens, vel præſtans opem capite puniatur. Aret.*

¶Item lex Iulia de vi publica, ſeu priuata aduerſus eos exoritur, qui vim vel armatam, vel ſine armis commiſerint. Sed ſi quidem armata vis arguatur: deportatio ei ex lege Iulia de vi publica irroga-

niri, quam ſi ipſe occidiſſet: vt hic, &. ff. eo. l. virum. & l ſi ſciente.

a ¶*Vel in amnem*. i. flumen. vel ſi hæc vicina nõ ſunt, beſtijs ſubijcitur. vt. ff. e. l. p.

b ¶*Suſtinebit*. Sed nonne & qui ſuperiores perſonas occidit, hac. l. Cornelia tenetur? Videtur quod ſic: vt. ff. eo. l. j. ſed contra. C. eodem l. j. Dic ergo, quod hac l. Cornel. tenetur, ſed non accuſatur. Vel dic ſecundum Ioan. quod tenetur eadē pœna. ſc. capitali, ſed maior hic imponitur.

¶*Item lex Cornelia*. CASVS. Iam vidiſtis multas actiones publicas: adhuc ponit vnam actionē publicam, videlicet, ſi quis falſum inſtrumentum vel teſtimonium ſcripſerit, vel ſignauerit, vel ſubiecerit. l. Cor. de fal. punitur: ita quod ſi ſeruus eſt, vltimo ſupplicio affligetur: ſi vero liber eſt, deportari debet. Franc.

c ¶*Teſtamentaria*. ideo ſic dicta: quia de teſtamento falſo ibi agitur.

d ¶*Inſtrumentum*. ſ. emptionale, vel alicuius contractus. Accurſi.

e ¶*Falſum ſcripſerit*. & ita veritatem mutauit, vt in auth. de inſtr. cau. & fi. §. j. in princ. col. vj.

f ¶*Recitauerit*. No. contra illos, qui habent inſtrumenta & ſcripturas alienas in cuſtodiam: & tamen alia oſtendunt & recitant, & copiam faciunt quia incidunt in falſum: vt hic, &. l. j. §. iis, quibus. ff. ad leg. Corn. de fal. coniuncta. l. qui teſtamētum. Ang.

g ¶*Signum*. id eſt, ſigillum quod in teſta. apponitur: vt. ſ. de teſtam §. poſtea. Item ſignum quod chartis imponitur, vt quandoque facilius fiat comparatio ex inſtrumentis: vt in auth. de inſtru. cau. & fin. §. oportet autem col. vj. Acc.

h ¶*Vltimum ſuppliciũ*. quod interpretatur mortem: vt. ff. de pœn. l. vlti.

i ¶*Deportatio*. & omnium bonorum publicatio. & ſic no. quod ex eodē commiſſo plus ſerui, quàm liberi puniũtur, vt hic, &. ff. ad leg. Cornel. de fal. l. j. § fin. &. ff. ſi ex noxa. cau. aga. l. pen. & ff. de pœn. l. in ſeruorum. imo & inter liberos magis puniuntur minores, quam maiores: vt. ff. de inc. rui. nauf. l. Pedius.

Pœna diuerſificatur ex perſonarum diuerſitate.

¶*Item lex Iulia*. CASVS. Iã vidiſtis multas accuſationes publicas: adhoc eſt quædã accuſatio publica, per quã punitur violentia, ſiue publica, ſiue priuata: quia per legem Iuliam de vi publica, punitur quis de vi arma. quia deportatur. Per legem autem Iuliam de vi priuata aliquis punitur, qui vim fecit ſine armis, quod tertia pars bonorum ſuorum publicatur

tur. ſi verò ſine armis in tertiam partem[a] bonorũ ſuorum publicatio imponitur. Sinautẽ[b] per vim raptus virginis, vel viduæ, vel ſanctimonialis, vel alterius fuerit perpetratus: tunc & raptores, & ij, qui opẽ huic flagitio dederunt, capite puniuntur, ſecundum noſtræ conſtitutionis[c] definitionem, ex qua hoc apertius poſsibile eſt ſcire.

¶ *Publicam, ſacrã, vel religioſam rem furto ſubtrahens, & talibus opem praſtãs, ex lege Iul. peculatus, quæ publica eſt, capite punitur, aliter autem ex ea delictum committens, deportatur. Aret.*

¶ Item lex Iulia peculatus eos punit, qui publicam pecuniam[d], vel rẽ ſacram[e], vel religioſam[f] furati fuerint[g]. Sed ſi quidẽ ipſi iudices tempore adminiſtrationis publicas pecunias ſubtraxerint: capitali animaduerſione puniuntur, & non ſolùm hi, ſed etiam qui miniſterium[h] eis ad hoc exhibuerint, vel qui ſubtractas ab his ſciẽter ſuſceperint[i]. Alii verò qui in hanc legem inciderint, pœnæ deportationis[k] ſubiungentur.

¶ *Lex Flauia de plagiariis quandoque pœnam capitis, quandoque leniorem irrogat, ſecundum. Ang.*

¶ Eſt & inter publica iudicia, lex Flauia de plagiariis[l], quæ interdũ

publicatur, & ſum in verſicul. Sinautem per vim. Supra vidiſtis de illo, qui commiſit ſtuprum cum vi, vt quia viduam, vel virginem, vel monialem rapuit, vel potes continuare iſtum. §. ad præcedentẽ ſic: In. §. prox. dictum eſt qualiter punitur ille, qui per vim armatam, vel ſine armis aliquid alicui abſtulerit: modo autem tractat qualiter punitur ille, qui ſtuprum committit per vim. Franc.

a ¶ *In tertiam partem.* nota. ex maioritate delicti maiorem pœnam imponi: vt hic, & C. ad legem Iul. de vi. l. ſecunda. & facit ſupra de interdi. §. qui autem. Item hic damnatus fit infamis: vt. ff. ad leg. Iul. de vi. pri. l. j. j. reſp. Accurſi.

Pœna maior maiori delicto debetur.

b ¶ *Sinautem.* dixit. ſ. quãdo ſine vi aliquis cõmiſerit ſtuprum: vt. ſ. eo. §. ſed eadẽ. nũc quando vi. Vel continua cum ſuper. proxi. §.

c ¶ *Conſtitutionis.* vt. C. de rapto. virgin. l. j.

¶ *Item lex Iulia.* CASVS. Non ſolum leges ſuperiores dicuntur accuſationes publicæ, ſed etiam accuſatio, leg. Iul. peculatus, dicitur accuſatio publica. & hac l. punitur ille, qui pecuniam Reipubl. ſurripuit: & ſi fuerit iudex, vel magiſtratus, qui hoc fecerit, pœna capitali punietur, & omnes eius complices. Si autem quis extraneus, qui non fuerit iudex vel magiſtratus: pecuniam Reipubl. ſurripuerit: ipſe & eius complices deportari debent. Franc.

d ¶ *Publicam pecuniam.* ſ. ciuitatis Romanæ, nõ alterius: vt. ff. de fur. l. ob pecuniã. & ff. ad le. Iul. pe. l. iiij. § pe.

e ¶ *Rem ſacram.* vt calices & thuribula, quæ ſacra ſunt, vt. ſ. de rerũ diu. §. nullius.

f ¶ *Religioſam.* vt ornaméta ſepulchrorũ.

g ¶ *Furati fuerint.* vel etiã immiſcuerint, ita quod damnificauerint rem publicam: vt. ff. ad ad legẽ Iuliam peculatus, l. j.

h ¶ *Miniſterium.* id eſt, adiutorium.

i ¶ *Suſceperint.* ſ. ad cuſtodiendum.

k ¶ *Deportationis.* deportantur enim. Et nota, quod quinquennio durat hæc actio. vt. ff. ad le. Iul. pecul. l. peculatus. Itẽ eſt ſpeciale in eo, quod cõtra hæredes ĩchoetur, vt ad legẽ Iul. pec. l. fina. Accur.

¶ *Eſt & inter.* CASVS. Nõ ſolum iſta ſũt publica iudicia, quæ vos vidiſtis: ſed & lex. Flauia de plagiariis, quæ interdum pœnam capitis infligit, & interdum minorem, dicitur publicum iudicium: & habet locũ hæc lex, ſi quis filium alterius ſurripuerit, & eum vẽdiderit, talis enim magnam plagam parentibus infert. Idem eſt, ſi ſeruum alienum ſurripuerit & diſtraxerit. Franciſcus.

l ¶ *De plagiariis.* ideo ſic dicta, quia orbato patre filio, vel domino ſeruo, hæc lex punit orbantem, ſiue talem plagam inferentẽ. habet enim locũ, quando aliquis diſtrahit alienum ſeruum, vel filium, ita quod pater vel dominus non poteſt rehabere: vt. ff. ad le. Fla. de pla. l. j. & . l. lege. & l. eum. & l. pe. §. fi. Item tenetur, qui liberum hominẽ de loco in locũ transportat, vt. C. ad legem Fla. de plag. l. quoniam. & hoc ſi dolo facit, non aliter: vt. ff. ad le. Fl.

deplag.l.le.Flauiæ.Itē hac lege tenetur, ſi quis ſeruum in fuga conſtitutum vendat.ita vt emptio ſtatim teneat: vt C.ad legē Fla.de plag.l.in fuga.

a ¶*Capitis pœnam*.ſ.maiorē:aliqñ minorem capitalē, cum capitalis alias ſit minor, alias maior.Nam ingenuus nobilis in metallum damnatur, ignobilit gladio feritur, ſeruus vel libertus beſtiis ſubiicitur vt C.ad le Fla. de pla.l.fi.& ff. ad leg. Fla.l.fi. in fine.Itē quædā ciuilis pœna olim imponebatur, quæ ceſſat hodie: vt ff.eod.l.fi.

capitis pœnā [a] ex ſacris conſtitutionibus irrogat,interdum leuiorē.

¶*Lex Iulia de ambitu,repetundarum, de annona, & reſiduis, quæ in diuerſis capitulis loquuntur, diuerſas pœnas (prӕterquam mortis) inferunt. Aret.*

¶Sunt præterea publica iudicia, lex Iulia de ambitu [b], lex Iulia repetundarum [c], & lex Iulia de annona [d] & lex Iulia de reſiduis [e]: quæ de certis capitulis loquuntur:& animæ quidem amiſsionē non irrogāt. aliis autem pœnis eos ſubiiciunt [f], qui præcepta earum [g] neglexerint.

c ¶*Lex Iulia repetundarum*. quæ habet locum, quandò iudex per pecuniam facit aliquid,vel omittit: vt ff.ad le.Iul.repe. l.j.iij.iiij.v.vj.& vij.Eſculentum tamen poteſt accipere iure veteri:dummodo nō nimis magnū:vt ff. de offic. procō. l.ſolēt. in fi.ſed iure nouo non, niſi quādo deficeret ſalariū:vt ī auth.vt iu.ſine quoquo ſuff.§. ſcriptū eſt exēplar huius.ver. quapropter. ibi,aut ſinō eſt. collat.ij.pœna aūt huius legis eſt ciuilis in quadruplū: vt C.ad le.Iu. repe.le.j. Criminalit extra ordinē:vt ff.ad.l.Iul.rep.l.lex Iu.§.hodie — *Lex Iulia repetundarum.*

¶*Sunt præterea*.C A & V S.Scire debetis, quod omnia fere iudicia publica de quibus tractatū eſt à prin.iſtius ti.vſq; huc, ſunt publica & capitalia. Modo autem eſt tractatur⁹ Iuſti.de quibuſdā iudiciis, quæ ſunt publica,ſed non capitalia:& enumerat ea in litera. Prima eſt.l. Iul.de ambitu.Secunda eſt l.Iul.repetundarum. Tertia eſt.l.Iul.de annona. Quarta eſt.l. Iu.de reſiduis. Quando autem & in quibus caſibus locum habeāt iſtæ leges,plene habes no.in glo j.Iſtæ autem leges minorē pœnam, quā capitalē inferunt eis, quæ præcepta earum ſiue earum iudicia neglexerint.Franc.

Lex Iulia de ambitu in quatuor caſibus habet locum. — b ¶*Lex Iulia de ambitu*. quæ habet locum in quatuor caſibus. Primo, ſi quis dederit clam pecuniam, vt aliquem ſortiatur honorē non in ciuitate Romana: nam ibi ceſſat hæc lex.cum princeps ibi eligat:vt ff.ad le.Iul.de ambit.l j.§ prin. Ideo dixi clam· quia palam poteſt: vt ff. de pol.l.j.& ff.de offi.præt.l.Barbari⁹.Secundo habet locum quando quis ſtat in magiſtratu vltra annum:vt C.ad leg.Iul. de ambi.l.j. Tertio,ſi quis ingreditur domum iudicis cognoſcentis de cauſa criminali:vt ff.ad leg.Iul.de ambit.l.j Item quarto,ſi quis iudex nouum vectigal inſtituerit:& eſt pœna centum aureorum: vt ff ad le.Iul.de ambi l.j.Sed in caſu deportatur: quando.ſ.his idem officium cōtinue eſt aſſecutus vt C.ad le.Iul de ambi.l.j.Sed fallit in aſſeſſore:vt C.de aſſeſ. l.liceat.Item in proconſule:vt ff. de offi. procon.l.antepe.Vel dic ibi,ſed faſcibus id eſt,ſex menſibus:quia tantum durabat eius officium.Accur.

Lex Iulia de annona — d ¶*Lex Iulia de annona*.hæc lex locū habet,quoties quis facit, vt annona carior ſit:& eſt pœna in eum ſtatuta xx aureorum: vt ff.ad leg.Iul.de annona.l.ij.

Lex Iulia de reſiduis — e ¶*Lex Iulia de reſiduis*.& hæc lex habet locū,quando aliquid ſuperfuit ex aliqua adminiſtratione publica: & ipſe in vſum ſuum conuertit, cui erat illa adminiſtratio commiſſa:vt ff.ad leg.Iul. pecul.l. ij. & iij.§.lege. Pœna autem huius legis eſt tertia parte amplius,quam debet : quod P.ſic dixit:vt eſſet in quadruplū. Vel dic amplius tertia parte:quia punitur in ſimplum,& in tertia parte ſimpli:vt ff.ad legem Iuliam pecu.l.iiij.§.ſed & qui pecuniam in fine.maxime quia pœnæ reſtringendæ ſunt:vt ff.de pœ.l.interpretatiōe. A D D. *Nota,quòd in iſtam legē incidunt officiales,ſiue camerarij,qui habēt ex adminiſtratiōe publicas pecunias,& finito officio aliquid retinent:quia tenentur iſta lege & pœna ſupra dicta. Et etiam aduertas,quod iſta pœna & lege tenentur officiales,qui vnam collectam impoſitam in communi,deſtinatam pro vſu & neceſſitate communis, ipſi conuertunt dictam pecuniam in alium vſum: quia etiam ſi eſſet pro neceſſitate communis,tamen incidunt in iſtam legem: vt eſt caſus in.l.ij.ff.ad leg. Iul.pec.ſecundum .Ang.*

Pœna in criminalibus ſunt ordinaria & extraordinaria. — f ¶*Subiiciunt*.ſ.leges. prædictæ quatuor. vel dic,quod loquitur indefinitè, vt patet in inferioribus.

g ¶*Earum*.ſ.legum.nam in contractibus & aliis,quæ debent de iure ſortiri effectum,& non ſortiuntur,indicat lex . non valere:vt C.de legi.& con.l.nō dubium. Item in criminalibus variæ conſtituuntur pœnæ.quarum quædam ſunt ordinariæ

rix.quæ.ſ.habeot cectam pœnam aliqua lege inductam, vt patet per multos tit. ff. de publi.iudi. & in ſequentibus. Aliæ ſuot extraordinariæ: vt ff. ad ſenatuſcon. Tucp.l.& in priuatis.&.ff.de extraoc.cri. l.j.& in ſequētibus titu.vſq; ad titu.de publi.iudi.

¶Iuſtinianus finē facturus, ampliorem publicorum iudiciorum determinationem, Digeſta continere dicit. Angelus.

¶Sed de publicis iudiciis hæc expoſuimus: vt vobis poſsibile ſit ſummo digito [a], & quaſi per indicem [b] ea tetigiſſe: alioqui diligentior eorum ſcientia vobis ex latioribus Digeſtorum ſeu Pandectarum libris Deo propitio aduentura [c] eſt.

¶Sed de publicis iudiciis. C A S V S. Dixi Iuſtiniano Domine, quare tantum: de publicis iudiciis tractaſtis, & tot exempla de eis poſuiſtis? Frater (reſpondet dominus Iuſtinia.) hoc fecimus ad vtilitatem veſtram, ſ. vt de eis aliquam notitiā generalem haberetis, ſiue cognitionē: ſed plena eorum cognitio, ſiue ſcientia ex latioribus Digeſtorum libris Deo propitio aduentura eſt. Modo autē ſufficiat vobis hæc ſummo digito, & quaſi per indicem tetigiſſe. Et no. quod per hæc duo verba aduentura, & ſummo digito, duo dat nobis intelligere, ſ. profunditatem, per hoc quod dicit, ſummo digito: & beatam ſpē, per hoc quod dicit aduentura. h.d. Franciſcus de Aretio.

a ¶*Summo digito.* i. longiori digito, cum quo quis tangere poteſt altius quam cū aliis: qui dicitur medius. Accur.

A D D I T I O. *Prouerbium eſt Summo digito attingere, pro leuiter, & quaſi negligenter. ductum ex iis, qui onus tollentem extremis digitis, quaſi dicis cauſa & perfunctoriè adiuuāt. Cicero pro Cælio, Equidē multos & vidi in hac ciuitate, & audiui nō modo qui primoribus labiis genus hoc vita, & extremis vt dicitur, digitis attigiſſent, &c. Quod autem ait Per indicem, ſignificare videtur, non digitum indicem: quid enim ineptius? tametſi multa in Iuſtiniani ſermone inepta ſunt. ſed quos Græci* συλλαβους *appellant, vulgus Tabulam librorum. quare nomen hoc à Cicerone etiam vſurpatum eſt: vt ſit ſenſus, Quaſi indices & ſumma duntaxat rerum, quæ in iure ciuili condita ſunt, capita leuiter aſſeruerim: quiſq; litora legerim. Suetoni⁹ in Auguſto, In altero volumine indicem rerum à ſe geſtarum, quē vellet incidi aneis tabulis, ſcripſit.*

b ¶*Per indicem.* id eſt, per alium digitū, qui dicitur index. Vel dic, & melius, quod hæc dicta ſunt, vt ſint index ſiue demonſtratio aliorum dicendorum. ſicut & ſub gallina ouū dimittitur, vt ſit index ad hoc, vt ibi alia faciat oua. & idem in his, qui aucupantur ad columbas.

c ¶*Aduentura eſt.* vt ff. de publi. iudi. per totum librum vſque ad titulum de appellationibus: qui ſequitur. Accurſius. Hoc.

ADDITIO. *Velit Rex cæleſtis noſtra crimina omnia & priuata & publica tollere: ne nos æthereas ad ſedes impediant aſcendere. Amen.*

F I N I S.

BIBLIOTECA NAZ. ROMA VITTORIO EMANUELE



Excudebant G. Symon à Boſco, &
Gulielmus Gueroult.

M. D. XXXXXV.

BIBLIOTECA NAZ.
ROMA
VITTORIO EMAN

Relegandi verbū mitius est, quàm deportandi. vnde Ouidius:

Quippe relegatus, non exul, dicor in illo,
Parcáq fortunæ sunt tibi verba meæ.

nam relegati, siue ad tempus, siue in perpetuū, retinent bona, ciuitatem, liberos in potestate, testamenti factionem, omnia iura, vno verbo. l. relegati, D. de interd. & rel. & dep. l. eius qui apud hostes, D. qui testa. fa. pos. nisi de statu suo dubitantes, vel errantes, testamentū fecerint, l. de statu suo, D. vt s. & l. 1ª § 1° D. de leg. 1°.

At deportati hæc omnia amittunt. iccircóq cū relegare ii qui prouinciis præsunt possint, deportare tamen non possunt.

~~Deportati autem restituti olim non recipiebant patriam potestatem, l. 1 in insulā, & l. si pater C. de sen. pas. & restitu. at hoc postea correctū est à Constantino l. vlt. C. eo. ita enim, omissis Accursii tricis, intelligendū est.~~

84
70
120
500
50
90
50
64
22
120
84
205

2084

BIBLIOTECA NAZ. ROMA VITTORIO EMANUELE

5 9 2 Σ
5 1 2
1 2
5 8